ſoluas alij,valet,ꝙ apparet in oĩ cõdemnatione q̃ profertur in pee
ſona procu. nam quis condemnatur ipſi procuratori,vt l.1.C.de
ſent.& vt ſoluat dño,cum procuratori litis non debeat ſolui,vt l.
hoc iure.ff.de ſol.& l.ſi tantum.ff.de pac.ſed cum inſtrumẽtum,
in quo eſt præceptum guarẽtigiæ,ſit quoddam præceptum, ſiue
ſententia, ergo &c. Concluditur ergo, dictam ſtipulationem
valere,& dictum inſtrumentum executionem mereri.

## CONSILIVM LXXII.

1 *An valeat pactum inter fratres diuidentes hereditatem,ꝙ ſtantibus maſculis deſcendentibus ex eis non ſuccedant fœminæ.*
2 *Item,ꝙ per ſucceſſionem feudorum non habent locũ iura communia ciuilia.*
3 *Et an,& quomodo derogetur per ſecundam conuentionem factā inter fratres per illam ſecundam.nu.4.*

Ex facto Proponitur,ꝙ nobiles viri dñs Neapolio,& Io.
& Frontibrauta fratres,& filij quondam Magni
fici viri Raynaldi,& Cechus quondam Leonis nepos eorum ex
fratre de Romagna dñi ſunt multorum caſtrorum,& villarum
in dięc.Sabin.in quib.caſtris,& villis habent merum,& mixtum
imperium,& gladij poteſtatem,& ius ꝯdendi ſtatuta ea antiqua
conſuetudine,a tpe cuius nõ extat memoria,& quod in parte di
ctorũ caſtrorum & villarum,in tpalibus nõ recognoſcunt dñm,
nec eccleſiam Romanam,nec Imperatorẽ,nec Regem aliquẽ.ſ.
in Caſtro Bel mõtis,in Rocha Sinibaldi,cũ ſuis villis,in villa Pla
gæ,in Caſtro Stiplone Leueti,in caſtro Porij,ĩ Caſtro Vallis fred
dæ,& in Villornam,& Sãctę Felicis.In quibuſdam vero alijs Ca
ſtris Populus Romanus aliquid iuriſdictionis prætẽdit.ſ.ꝙ in eis
ponit certa datia,& non aliud.Proponitur etiam,ꝙ prædicti tres
fratres,& Cechus nepos fecerunt inuicem q̃dam pacta,quæ vo-
luerunt obtinere vim legis inter ſe,& ipſorum domos,& curias,
inter quæ inter cætera continetur,ꝙ nulla mulier nata,vel naſci
tura ex eo,vel altero ipſorũ poſſit,vel debeat ſuccedere ab inteſta
to,vel ex teſtõ condito,ſeu condendo,ſeu ex donatione aliqua fa
cta,vel facienda inter viuos,vel cauſa mortis,vel quouis alio cõ-
tractu in bonis paternis,vel maternis eorum,niſi tñ maſculi,qui
de legitimo matrimonio eorũ,vel alicuius eorum ſunt nati, aut
in poſterum naſcuntur,ſed mulieres dotentur ſ̃m cõſuetudinem
eorum domus,& plus de eorum bonis petere non poſſint. Hoc
ẽt acto,ꝙ ſi p aliquem,vel aliquos ipſorum,vel per ſucceſſorem,
vel ſucceſſores eorum,ſeu alicuius ipſorum factum fuiſſet,vel ne
ret ꝯ,quin pręđicta oĩa,& ſingula obſeruentur,ꝓp hoc liceat alijs
renocare authoritate propria,&c.Deinde deceſſit Io.præfatus ſu
peruiuentibus Neapolione,& Frõtibrauta fratrib.& Cecho præ
dicto nepote. deinde tam procurator Frontibrautæ, quã Cechi
qui olim vocabatur Franciſcus,fecerunt diuiſionem ſuorum ca
ſtrorum,& bonorũ,& ẽt villarum,& iurium.& quia dñs Neapo
lio erat clericus,paſſus eſt,vt dicti diuiderent bona propria ipſius
Neapollonis,& in inſtrõ diuiſionis inter cætera cõtinetur,ꝙ vn⁹
habeat partẽ ſibi obuenientẽ ad tenendum,& alienandũ,& ꝙ fa-
ciant finem de omni eo,ꝙ alter alteri poſſit petere vnus alteri in
dictis reb.& ꝙ alter alterum nõ moleſtabit,&c.vt in inſtrõ inde
confecto latius patet.inde mortuus eſt dñs Neapolio prædictus,
deinde mortuus eſt Frontibrãta,ſuperuiuente Bucio filio ſuo,de
inde mortuus eſt Franciſcus Leonis ſuperuiuentib. quibuſdam
filiabus maritatis,& dotatis,quas hr̃des inſtituit,& detinẽt dicta
bona quæ fuerunt dicti Franciſci. Nunc dictus Cola petijt dicta
bona ex vigore dicti inſtrũ,quo continetur,ꝙ filia fœmina nõ ſuc
cedat, ſed ſit contenta dote ſibi data. Ex aduerſo reſpondetur di-
ctũ inſtrũm nullius eſſe momenti.hẽ ſi valeret,eſt ſublatum p in-
ſtrũm diuiſionis,de quo ſ.feci mentionẽ,q̃ritur quid iuris. Au pdi-
1 ctam † q̃onẽ examinandam primo videndũ eſt,An inſtrũm,quo
cauetur,ꝙ filia fœmina non ſuccedat ex teſtõ, valeat. Nã per hoc
vr qs auferre ſibi libertatem teſtãdi facultatem, qđ fieri non poteſt
vt ff.de verb.oblig.l.ſtipſo hoc modo.C.de tranſ.l.cum donatio
nis.Præterea in eo ſtipſo hoc modo dicit,ꝙ talis ꝯuentio eſt ꝯ bo
nos mores,ergo non ꝯfirmatur iuro,vt c.non eſt obligatorium.
de reg.iur.in 6.& pro hoc v̓ glo.expreſſe.C.de colla.l.pactum.&
ꝙ tale pactum non impediat filiam ſuccedere. Præterea, ꝙ filia
ſuccedit,procedit ex iure ſanguinis,& ſic pacto tolli non poteſt,
vt iura agnationis.& ibi no.gl.ff.de reg.iur.& l.iura ſanguinis.In
ꝯtrium vr,ꝙ tale inſtrũm,& ꝯrenia in eo valeant.Nã licet pactum
p,ꝙ impediat libertas teſtandi,nõ valeat.ſ.ꝙ quis nõ habeat hr̃dẽ
quẽ vult,vt dictũ eſt:tñ pactũ,ꝙ certæ res non deueniant ad cer-
tũ genus pſonarum,eſt de iure validum,vt ff de ver.obl.l.ſi ita qs
§.ea lege.& de leg.2.l.codicillis.§.matre.Sed in propoſito nõ eſt
prohibitũ,ꝙ qs non habeat hr̃dem quem vult,immo pt quem li
bet ipſorum inſtituere hæredem quem vult,ſed eſt prohibitum,
ꝙ bona paterna,& materna non tranſeant in filias fœminas,ꝓ eſt
permiſſum.erunt ergo hr̃des dictæ filiæ in omnib.bonis aliunde
quæſitis per dictum teſtatorem,nõ aũt in illis,vt d.§.ea lege.& d.§.
matre.ſicut ſi eſſet prohibitũ ne certas res,domus,vel ne certũ pręg
diũ trãſiret in filias.nõ.n.ꝓhibetur hr̃ditas,ſed certa pars patrimo-
nij.& ſi dicatꝰ,ꝙ §.ea l.faciat ĩ ꝯtriũ,q nõ ꝓhibeẽ trãſlatio dñij.ſi̇n-
detur ꝯ.Scđo ꝓbatur ſic,certũ eſt,ꝙ p legẽ pt fieri,ꝙ filia fœmina
a non ſuccedat ᵃin totũ,ſed in certa parte,put determinat Dy.in c.
indultum.de re.iu.li.6.& diſputando tenuit Ric.Mal.& Cy.C.de
imp.l.maximus.Præterea p ſtatutũ,vel ꝯſuetudinẽ hoc poſſet fie
ri in aliqua ſup.vel loco.catus eſt 10.coll.de fil.na.de mat.ꝯc.c. 1.
ſed ꝯſtat,ꝙ illa diſpõ,q̃ ꝯtinetur in illis pactis ꝯuentis in illo inſtrõ
ſ.ꝙ fœminæ nõ ſuccedãt in pđictis bonis,eſt lex.& facta fuit ab il-
lis,q hẽbant ptãtẽ faciendi legẽ.& vim legis hr̃e voluerunt,vt in
2 ipſo inſtrõ ꝯtinetur.ergo patet,ꝙ eſt validũ.Tertio † ꝓbatur ſic.
curia & territoriũ,ꝙ hñt pđicti dñi,ſunt ſicut Duces Marchię,&
Ducatus,vel comitatus,vel qđ ſi appareẽ,ꝙ dicti dñi hñt in dicto
loco quaſi oĩa quæ ſunt regalis dignitatis,q ad eos ſpectant pœ-
næ,mulctæ,& oĩa regalia,q̃ ponuntur 10.colla.quę ſunt regalia.c.
1.ergo eſt idem in dicto territorio,ꝙ in Marchia,vel Ducatu,vel
Comitatu,10.colla.de feu.Marchiæ.ducatus.c.1.ibi,vel aliqua re
gali dignitate,&c.Sed in talibus non habent locum iura ciuilia
cõia,quibus debent filij æqualiter ſuccedere,vel debent hr̃e legi
timã,&c vt 10.coll.de ꝓhibi.feu.alie.c.Imperialẽ §.præterea. &
ext.de voto,& voti redemp.c.licet.& ibi no.hoc expreſſe per gl.
Quarto probatur ex eodẽ dicto.certũ eſt ꝙ illæ dignitates nõ ha
bentur licite,niſi a princpe,vt ff ad l.Iul.de ambi.l.1.§.1.& in Aut.
vt iudi.ſine quo.ſuff.§.1.& iſti qui hãc erũt tpe,quo non extat
memoria,vñr hr̃e ea ꝯceſſione principis,vt l.hoc iure.§.ductus
aquæ.ff.de aqua quoti.& æſti.& ideo de iure in his dignitatib.nõ
eſt ſucceſſor,& mortuo pr̃e non ſuccederet filius ei,ſi de nouo et
non ꝯcederetur,licet obſeruetur ꝯtrũ de ꝯſuetudine, vt 10.coll.
de alie.feu.c.1.in fi.& de feu.Mar.& Duc.c.1.in prin.Ex hoc con
cludo,ꝙ eſt rõnabilis vĩs,ꝙ in dictis dignitatibus non eſt ſucceſ
ſio,licet ex vſurpatione fiat ꝯtrium,vt dñt dicta c.ſi igitur per pa-
ctum,vel legem fiat,ꝙ nõ ſit ſucceſſio indiſtinctẽ,non poteſt di-
ci fieri ꝯ bonos mores,vel ꝯ rõnabilẽ ꝯſuetudinẽ,vt probant di-
cta c.maxime ſi filiæ fœminæ non ſuccedant in talibus iuriſdõni-
bus,cũ ipſæ de iure non ſint capaces,vt ff.de iudi.l.cũ ꝓtor.de reg.
iur.l.fœminæ.de arbi.l.fi.Si vero diceremus,vt prę ſupponitur,ꝙ p
dicti non habent pđicta caſtra ab eccleſia,vel ab imperio,ſed ha-
buerunt anteq̃ eſſet Romanũ Imperium,& ſic forte eſſet ſtandũ
iuri nãli,vel gentiũ:tunc pđicta pacta eſſent valida,ſic videmus ẽt
inferi in veteri teſtõ diſpões factæ inter fratres,de modo ſucce-
dendi,& erant validæ,& conſeruandæ,vt patet in Eſau, q vẽdidit
Iacob.ius primogenituræ,quod fuit nãli iure ſeruatum, licet de
iure ciuili non valeret,quia eſſet pactum de futura ſucceſſione,vt
legitur in Geneſi.25.c.in fi.& 24 q.5.c.quando.§.Item op.Et eſt
aduertendum,quod ſicut iurauit Eſau,ita iurauerunt iſti fratres.
ſi ergo de iure ciuili loquimur,ſiue de iure nãli, talis conuentio
in his caſibus licita eſt.Sed ad roborationem prędictorum,reſpõ
dendum eſt ad vnum,ꝙ poſſet obijci.ſ.ꝙ p tale pactum non im-
b peditur tranſlatio ᵇin alium.l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de ve.obli.&
C.de cond.ob cauſam.l.ea lege.ſed videtur,ꝙ hoc non ſolum ha
bet vim pacti,ſed vim legis,& lex eſt facta ab his qui poteſtatem
habuerunt legis condendæ,& voluerunt vim legis obtinere,& p
legem poteſt demum impediri tranſlatio dñij,vt C.de re.alie.nõ
alie.l.fin.& quod ibi no.& quod not.in d.l ea lege.Præterea ſi po
neretur,ꝙ vim ſimplicis pacti haberet,tamen contrahentes vſi
ſunt cautela,quæ ponitur a Doctoribus volentibus,ꝙ non impe
diatur dicta tranſlatio,ſed vnus conſtituit ſe precario nomine al
terius poſſidere &c.& ſecundum modum,quem ponit Cy. in l.
fi.C.de re.alie.non alie.Præterea poſito,ꝙ eſſet ꝯctus ſimplex, &
dñij tranſlatio non impediretur,tamen hr̃des tenentur ad inter-
eſſe,vt l.ea lege.verum cum prædicta habeant vim legis,ad prędi
3 cta diſcutienda fruſtra decurritur.Reſtat,† vt videamus,vtrum in
ſtrũm diuiſionis obſtet prædictis,& videtur ꝙ ſic.quia in dicta di-
uiſione vnus ꝯceſſit partem ſuam alteri ad habendum,& tenen
dum,& vendendum,& alienandum.Sed q̃uo,ꝙ ille cuius nõ in
tereſt,dat ſũmam,& ꝓiudicat libi,vt C.de fideiu. l.quoties.ff.de
leg.1.l.ſi mihi.§ oĩb.de leg.a.l.cum pater.§.libertus,de aqua ꝓlu.
ar.l.in ꝯcedendo.et l.ſeq.Scđo ex eo,ꝙ in dicto inſtrumento diui
ſionis ꝯtinẽ de faciẽdo finẽ,& quietationẽ de omni,& toto eo,
ꝙ alter ab altero petere poſſet,& ſic iſtud ius q̃ſitum vigore pđi-
ctorum pactorũ videẽ remiſſum,qđ pt fieri.C.de pac.l.1. Tertio
ex eo,qđ in dicto inſtrõ ꝯtinetur,quod alius alterum non mole-
ſtabit,ꝓp quod ius futurũ vr̃ remiſſum,ſ̃m opi.no.in l.q Romæ.
§.duo fratres.ff.de verbo.oblig.Quarto ex eo,quod prædicti diui-
dentes tenẽtur inuicem de euictio.tam de iure,quam etiam de
facto,q̃a in diuiſione eſt expreſſum. Si ergo vendicant,quem de
euictione tenet actio,eundem agentem repellit exceptio.In con
trarium,quod dicta diuiſio non noceat,nec pacta in ea appoſita,
probatur per plures rationes, per quas aꝯ parebit reſponſum
ad

ADDITIONES

a Succedat.Vide Bal.conſ.497.4.lib.
* Iacob Men.Scripſi ego in conſ.1.nu.160.lib.1.
b Tranſlatio.Vide Bal.conſ.394.2.lib.incip.Iſtes Marchiones.

ad ar. Primo, q̄a ꝓdictā diuiſionem nõ fecerũt ꝓdicti principales, ſed q̄dã aſſerẽtes ſe eorũ ꝓcuratores, de quorũ mãdato nõ ↄſt. ꝙ habuerunt ſpãle mãdatum ad ꝓdicta, vñ non valet. Sed poſito, ꝙ habuerunt ſpãle mandatum, vt ratihabitio ſit ſecuta, ꝓbat̃ ſic. pri ma ↄuentio, ꝙ fœminæ nõ ſuccedant, ſed maſculi, fuit lex: ſed le gi ꝓhibenti nõ p̄t intelligi derogatum ꝑ ſequẽtẽ diſpõnẽ, niſi q̃-tũ in ſcđa ↄtinet expreſſum, vt l. ꝓcipimus. in fi. C. de app. ſed in ſe cunda diuiſione hoc expreſſe nõ dr̃, ꝙ a ꝓdictis recedat, ergo &c. Præterea pacto priuatorũ nõ p̄t derogari legi, vt l. ius publicum. ff. de pac. & de leg. i. l. nemo põt. Sed diuiſio illa fuit facta a prædictis tanq̃ priuatis, nec voluerunt vim legis obtinere, & ſi voluiſſent,
a nõ potuiſſent, qm̃ in illa diuiſione non fuit dñs Neapolio, q̄ fue rat tertius inter eos, & ſic illi duo nõ potuerunt aliquid facere, vl ſtatuere illo non requiſito, vt ff. de arbi. l. ſicuti. de reg. iu. l. duo ex tribus. per illam ergo diuiſionẽ non p̄t intelligi derogatum illi le gi ꝓcedenti, q̃ dicit, ꝙ fœminæ non ſuccedant, ſed ſuccedant maſculi. ex q̄b. apparet, ꝙ dicta verba appoſita in diuiſione ad vendẽ dum, & alienandũ, &c. dẽnt intelligi lr̃ime, ſm̃ ꝙ iura eorum pro pria ꝓponunt. Præterea ex d. l. i. facta. ſ. ꝙ maſculi ſuccedant, qñ q̃ ritur maſculis filius, q̄ naſcerent poſtea in dicta domo, ius ſuccedendi ex ꝑſona eorum, non ex ꝑſona parentum, ꝙ eſt in oĩb. iuri bus ſuccedẽdi, q̃ tenerent ex ꝑ̃ate legis. Nã patre excluſo morte, vel repudiatione venit filius, q̄ eſt ſequens in gradu, ſi ad eũ defer tur in ver. iure ꝓximitatis ex futuro edicto, vt ff. de ſuc. edi. ꝑ totũ. & de ſuis, & legi. l. r. §. ſciendũ. & Inſt. de ſucceſ. cog. l. placebat. & vt dixi hoc ↄpetit filijs ea ꝑſona ſua, ẽt ſi velint eſſe hr̃des pr̃is, vt C. vñ lib. l. ſi patris. & de inoſ. teſt. l. ſi q̄s filiũ. Hoc ꝓmiſſo, qñ Frõ ſibranta renunciauit oĩ iuri, ꝙ habebat, vel q̃d hr̃e poterat in dictis bonis, non ꝓiudicat huic Colæ, q̄ eſt de deſcendẽtib. eius, qm̃ iſte Cola venit ad iſta bona ex ꝑſona ſua, non ex perſona aui, vel patris, & cum iſta bona iſte Cola habiturus ſit a iure nãli, vel lege, ẽt ſi non ſit hr̃s pr̃is, renunciatio, vel factum patris ad iſtud nõ porrigit, vt ff de interdic. & relegat. l. eum q̄ ciuitatem. Ex hoc apparet, ꝙ §. duo fratres. & ibi m̃a notata non faciunt ad ꝓpoſitum; q̄a ibi loq̄tur de iure fideicõmi. ꝙ debeat diuidi, in quo ſunt opi. in iure vero ſuccedendi ab inteſtato, quod venit ex legis diſpõne ꝑ illam diuiſionẽ, & ꝑ aliquod pactum in ea appoſitum, non vr̃ renunciatum, vt no. ff. de tranſa. l. q̄ cum tutorib. in ſolutione illa dum dicit, ꝙ non ꝑ fideicõmiſſum fuit hr̃s, ſed directo, & iõ huic ſucceſſioni, q̃ venit ex diſpoſitione legis, non vr̃ renũciatum. Præterea q̃ñcunq; res mergit ab aliquo emergenti poſt ↄ̃ctũ, ↄ̃hens non tenetur, vt ff. de euic. l. Lucius. de peri. & com. rei. vendi. l. i. & hæc eſt vna regula. Item q̃ñcunq; res euincitur ex facto emptoris autor eius non tenetur, vt ff. de euic. l. ſundum. de do. præle. l. licet placeat. ad l. Fal. l. ſi aut. ſed in propoſito iſte Cola euincit ex cã ſuperuenienti; quia ille deceſſit ſin filijs maſculis. Item ex facto prioris: q̄a ipſa mulier eſt, vnde propter qualitatem perſonæ ſuæ. Item, ex facto dicti Franciſci, qui dictæ mulieri reliquit cum non deberet. ſimile no. ꝑ Iac. de Are. in §. duo fratres. & ſic concludit, ꝙ dictus Cola de euictione non tenetur, & dicta bona poſſet petere ſecundum formam dicti primi inſtrumenti, non obſtante inſtrumẽto diuiſionis, & his quæ in eo continentur. Bar.

ADDITIO.

a Neapolio. Diuiſio inter plures facta abſente vno, an valeat, videte Pau. de Caſt. conſ. 94. incip. ſpectabilis.

## CONSILIVM LXXIII.

1 *Procurator conſtitutus in abſentia, certificatus de mandato per dominum, vel eius literas, vel per nuncium, an poſſit adminiſtrare, vel non.*

2 *Procurator, ꝙ dicitur conſtitutus in præſentia, quando ante cõſtitutionem dominus dixit, ꝙ volebat eum conſtituere, & ipſe reſpondit, ꝙ volebat eſſe procurator, & valent geſta per ipſum.*

3 *Ignorans mandatum, licet agat vt procurator, nihil agit.*

4 *Acceptatio præbendæ ſecũdæ vacantis facta per procuratorem, an præiudicet acceptationi primæ præbendæ, ſi fiat cum proteſtatione.*

5 *Dominus quomodo probet contra tertium, aliquem fuiſſe ſuum procuratorẽ ex confeſſione procuratoris.*

Quæritur. Vtrum procurator cõſtitutus in abſentia, & certificatus de procuratione, poſſit officium procuratoris exercere ante ſcripturæ ſeu inſtr̃i procurationis ſuſceptionẽ. Secundo quæritur, an acceptando aliquam p̄bendam per acceptationem alterius ex poſt facto in eadem eccl̃a cum ꝓteſtatione ſi ſibi debetur, de iure facta, & ſubſecuta collatione a poſſeſſionis apprehẽſione, p̄iudicetur quo ad primam p̄bendam acceptatam in primo caſu, quo ſecunda p̄benda de iure ſibi non debeatur. Tertio quæritur, an dñs poſſit probare ↄ̃ tertium, quem fuiſſe ſuum procuratorem, aliter non ↄſtat, niſi ex ↄfeſſione eius quem dicit procuratorem fuiſſe per literam ſibi miſſam, vt a pro
1 curatore. Et ad primum † vr̃, ꝙ talis poſſit officium procuratoris
* exercere per ea, quæ no. Io. An. in c. i. de procu. in cle. ſuper ver. receptus. & eo. ti. c. non p̄t. & idem tenet Comp. in c. i. de ele. in 6. & Specu. in ti. de procu. quorum ſn̄ia eſſe vr̃, ꝙ procurator conſtitutus in abſentia non poteſt officium procurationis exercere, niſi procuratorium per procuratorem ſit receptum, & officium ſit ſuſceptum. Super primo puncto, & ad eius declarationem ſciendum eſt, ꝙ ↄ̃ctus mandati, qui celebratur inter dñm, & procuratorem, ſolo cõſenſu contrahitur, vt ff. eo. l. i. in prin. & iõ põt cõtrahi inter abſentes. In hoc tñ aduertendũ eſt, ꝙ licet inter abſentes dicatur contrahi, req̄ritur tñ procuratorẽ certificari ꝑ nuncium, vel epiſtolã. nec ſufficeret, ſi per quẽdam extraneũ certificaretur, vt ff. de act. & obli. l. conſenſu. & ibi no. per gl. Nũc ad propoſitum ſi procurator conſtitutus in abſentia certificetur, nõ tñ per literas dñi, vel per nuncium, licet conſentiat, non eſt ꝑfectum mandatum, & per cõſequens nõ habet officiũ procurationis, nec exercitiũ. ita no. Cõpo. Spe. & Io. And. & Arch. in ſ. alleg. locis. ſed ſi certificetur dñm. ore uidelicet, vel literis, vel per nuncium, tunc eſſet mandatum perfectũ, & haberet exercitiũ procuratorionis, ſi acceptaret, & hoc eſt ꝙ dñi Doc. ꝓdicti, ꝙ req̄ritur ꝙ perueneri ad eum mandatum, hoc eſt aliquod organum medium, quo mediante dictus contractus mãdati perficiatur. Et hic eſt ſanus, & uerus intellectus prædictorum. Sed in propoſita quæ
a ſtione, † dictus ꝓcurator, ſi bene aduertantur verba in themate propoſita, fuit in præſentia conſtitutus. dixit. n. dño, ꝙ contẽplatione ſui uellet eſſe procurator, quæ verba ſunt ſufficientia ad inducẽdum mandatũ, ut ff. mand. l. i. ibi, ſine dolo, &c. Et ff. de leg. 3. l. Pamphi. §. propoſitum. & procurator conſtitutus dixit, ꝙ volebat eſſe procurator ſuus, quod verbum ſimiliter eſt aptum ad ſuſceptionem mandati, ut d. ll. vnde mãdatum fuit in præſentia, de hoc, quod proponitur, conſtaret. & ſic ualent geſta per eum, tanquam per procuratorem. Sed poſito, ꝙ de prædictis non conſtaret, videndum eſt, an conſtitutio procuratoris poſtea facta per publicum inſtrumẽtum ita ſufficiat, quòd procurator poſſit adminiſtrare vigore notificationis ſibi primo factæ per illa verba. ſ. ꝙ uolebat eum facere procuratorem. Ad ꝙ dicendum eſt, quòd quidẽ ei notificaſſet primo, ꝙ eum facturus erat procuratorẽ certo, & limitato die, poſtea eum feciſſet, quòd ſufficit, tex. eſt in l. fi. §. ſi autem duos. de uerbo. oblig. Sed in propoſito cum ponatur, quod indeterminate dixerat, quòd eum uolebat facere procuratorem, poſito quòd dicta uerba intelligantur de futura conſtitutione, dictus procurator non eſt certus de tempore, & per conſequens poteſt dici dubius de mandato. & ideo non poteſt adminiſtrare, cum ſit dubius ꝑꝑ incertitudinẽ tẽporis, probatur in l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. Quòd incertitudo impediat adminiſtrationem, probatur in l. ſed ſi de ſua. ff. de acquir. hære. & quia ignorans, & dubitans æquiparantur, ut l. fi. ff. de condict. indeb. &
3 l. fin. §. ſin autem neſcius. C. de furt. Sed ignorans † mandatum, li
a cet gerat vt procurator, nihil agit, a licet in quibuſdam cõſilijs reperiatur Dy. aliter tenuiſſe, & ſenſiſſe, & facit ad ꝓdicta, ꝙ no. Inn.
4 ext. de offic. deleg. c. cum ſuper. Super ſecundo † videtur dicendum, quòd cum ſupradicta acceptatio præbendæ non debite ſit facta per procuratorem, niſi ad hoc haberet ſpeciale mandatum, non uideatur conſtitutus ad præbendam indebite acceptãdam, ut dicunt iura vulgaria. Præterea acceptauit ſub conditione. ſ. ſi ſibi de iure debetur, quæ conditio cum deficiat de præſenti, acceptatio eſt nulla, vt l. ſi cum ad præſens. ff. ſi cer. pet. & l. cum in ſecundo. ff. de inio. teſt. & l. circa. ff. de hæred. inſtitu. & ſic perinde
5 eſſet, ac ſi non acceptaſſet. † Super tertio videtur, quòd ea quæ ꝓponuntur, non inducunt ſufficientem probationem contra ter-
b tium, ueruntamen ſi ille, qui dicit ſe b procuratorem conſtitutum, probaret tunc ſe habuiſſe notitiam gratiæ factæ, ſic forte ex hoc præſumeretur procurator, per no. in cap. coram dilecto. ext. de offi. deleg. Bar.

ADDITIONES.

* Marſil. ſing. 638. I. M.

a Nihil agit. Hoc conſ. allegant, & ſequuntur domini de Ro. deciſ. 145. in nouiſ. de procu. Et vide Ro. conſ. 253. & ſequitur etiam Fran. de Are. conſ. 78.

b Qui dicit ſe. Vide quod uoluit Ro. conſ. 73.

## CONSILIVM LXXIIII.

1 *Vltimus emptor quando præferatur priori, etiã quando in primum ſit tranſlata poſſeſſio per conſtitutum.*

2 *Venditio facta ad menſuram, etiam de rebus immobilibus, quod nõ dicitur perfecta, niſi facta menſuratione.*

a In nomine Domini amen. a Petrus vẽdidit Bertę ſuę ſorori & vxori Bartoli tria ſtaria cuiuſdã clauſurę iuxta domũ dicti Petri poſitam, &c. a quocunq; latere uoluerit certo pretio, ad habẽdum, tenẽdum, &c. de quo pretio fecit finem, & refutationẽ, &c. Et conſtituit ſe dictus uenditor nomine dicti emptoris poſſidere, donec de ipſis poſſeſſionem acceperit corporalem, quam accipiendi licentiam conceſſit, &c. Poſt prædicta dictus Bartolus maritus dictæ Bertæ tanquam maritus, & cõiuncta perſona dictę Bertæ vẽdidit dicto Petro fructũ, & uſumfructum dictorũ trium ſtariorum terræ a tempore celebrati cõtractus per 25. annos, pro certo pretio, & dicto emptori fecit finem, & quietationẽ. Quam clauſuram, & tria ſtaria terræ, dictus Petrus habuit, & poſſedit per ſpatium 25. annor. & plus, pacifice, & quiete. Inſuper dictus

ADDITIO.

a In nomine Domini. Adde conſ. Ang. nu. 339. incip. Sempronius olim cla

ctus Petrus deceſſit, remanente filio, & hæ̃de Gentili, q Gẽtilis vẽ
didit dictam clauſuram Pucio p certo pretio, p quo fecit quieta-
tionem, &c. Et dictus Pucius habuit tenutam, & poſſeſſionẽ di-
ctæ clauſuræ p tpe dictæ venditionis, & tenuit pacifice, & quiete,
nunc tenet, & poſſidet. mõ hæres dictæ Bertæ, & dicti Bartoli dñt
dictam clauſuram prædictorum trium ſtariorum terræ ad ſe pti-
nere pleno iure. Quærit̃ modo, qs iſtorũ hẽt potiora iura in dictis
trib. ſtarijs terræ, cum ex aduerſo p parte dicti Pucij negetur, & di
cit ad ſe ptinere, & an ſit dictus hæres agat ꝯ Pucium rei vendica.
1 ad dicta tria ſtaria terræ, de iure dẽat obtinere. Sup † hoc dicendũ
vr̃, q vltimus priori eſt potior, ſicut de emptorib. ille potior erit,
a cui primo poſſeſſio tradita eſt, a vt C. de rei ven. l. quoties. & l. ſiue
aũt. §. ſi duob. ff. de publi. ſed iſte vltimus, q emit ab hærede primi
vẽditoris, e ĩ ille, cui primo poſſeſſio tradita eſt. ergo &c. Nec põt
dici, q dictæ Bertæ fuerit poſſeſſio tradita vere vel ficte. nam dicta
tria ſtaria dictæ Bertæ vẽdita nõ fuerunt certa, ſed poſita fuerũt in
electione ipſius Bertæ, nec electio facta apparet, & locus incertus
nõ põt poſſideri, vt l. 3. §. ſed incertam & l. locus. ff. de acq. poſ. er-
go ex quo ꝯſtituit ſe ipſius noĩe poſſidere, vel ex eo, q emit dict⁹
vẽditor fructus, nõ põt dici, q ei ſit q̃ſita poſſeſſio rei, q̃ poſſideri
2 non põt. Præterea † dicta venditio primo fuit facta ad menſuram,
& ſic antequam menſuretur, non eſt perfecta venditio, vt l. quod
ſæpe. §. in his. de ꝯh. emp. & licet ibi loquat̃ in reb. mobilib. in idẽ
eſt in fundo vendito ad menſuram, vt l. ſi in vẽditione. §. vbi vero.
de peric. & commo. rei vẽditæ. & de act. emp. l. Iulia. §. Titius. Cũ
b ergo non fuerit perfecta venditio, b cum non fuerit menſurata, &
ſic non extiterit ꝯditio appoſita, apparet, quod non fuerit transla
tum dominium in primum emptorem, ſed in ſecũdum emptorem
ſic. vt de ſecundus emptor erit potior. Barto.

ADDITIONES.

a Tradita eſt. Vide quod voluit Rom. conſi. 270. & Bal. conſi. 194. 4. lib.
b Venditio. Vide quando venditio dicatur perfecta, & quod periculum pertineat ad emptorem, Pet. de Anch. conſi. 150.

## CONSILIVM LXXV.

1 *Habens certas poſſeſſiones conductas cum conditione, quod non poſſit illas relinquere, ſi filij, aut nepotes non fuerint, intelligitur ſi habuerit filios, vel nepotes tempore mortis.*

2 *Clauſula, ſi deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio natis, quod non verificetur in legitimato ab Imperatore.*

3 *Legitimatus per principem, quod admittatur ad ea, quæ de iure communi etiam legitimato deferuntur.*

4 *Imperator quod poſſit legitimare in terris eccleſiæ immediate ſubiectis.*

VISO. Inſtrumento locationis factæ Titio, & teſtõ Titij, & fa
cti narratione pdicta. Primo quæritur ex vigore ipſius
clæ exiſtentis in dicta locatione, q̃ dicit, ſi vero filij, aut nepotes di
cto Titio minime hæredes fuerint, q viui ẽt exiſtentes pſone in
poſſeſſione, cui voluerint, relinquendi habeant ptãtem, & licen
tiam, an poſſint Ioanni filio ſuo, tanq̃ extraneæ pſonæ relinquere
dictas res locatas, ſm formam dictæ clæ. Rñdeo ipſum non poſſe
dicto Ioanni tanq̃ extraneę pſonæ relinquere, p eo maxime: qa
illud fuit pmiſſum dicto Titio ſub ꝯdõne, ſi filij, aut nepotes non
1 fuerint. † intelligitur. n. ſi ſibi filij non fuerint tpe mortis, vt ff. ad
Treb. l. ex facto § ſi qs aũt. ſed dicto Titio fuerũt filij tpe mortis,
Igitur expirat ptãs relinquendi extraneæ perſonæ. Secundo requi
ritur, q is cui relinquitur ſit legitime natus. Sic igit̃ ſit impeditus
dictus Bal. dictas res, & alias relinquere dicto Ioanni, vel in eum
transferre: qa ipſe Ioannes illegitime natus eſt, vt s̃. dictum eſt, ſi
a legitimaretur ipſe Ioannes a Papa, vel a pñti Imperatore, a vel ab
aliquo habente a d. Imperatore ptãtem legitimandi, poſſet dictas
res, vel bona prædicta hæreditatis paternę ipſi Ioanni relinquere,
& io ipſum transferre. Ad quod rñdetur, ſi dictus Ioannes legiti-
maretur ab Imperatore, vel habente ptãtem ab eo, inſurgit qõ, an
legitimatio habeat effectum in terris eccleſiæ, de qua J. dicetur.
Sed ſi legitimaretur a Papa in tpalib. ſine dubio legitimatio valet
in terris eccleſiæ, vt ext. qui fil. ſint leg. c. per venerabilem. & quod
ibi no. Doc. An tũc poſt dictam legitimationẽ poſſet dictus Bal.
dictas res locatas, & alia bona hęreditatis paternæ ipſi Ioãni relin
quere, vel in ipſum transferre, de quo s̃. quæritur, dubium eſt. ſina
liter tñ dico, q quædam prohibẽtur transferri in iſtum filium ex
ꝯtu locationis prædictæ. dicit. n. q deueniat in filios, & nepotes
ex legitimo matrimonio natos. & circa iſtud pactum p legitima-
tionem factam a Papa in forma cõi, non vr̃ diſpẽſatum. non. n. pa
cta ꝯhentium per reſcriptum Principis reſcindi debent, niſi hoc
agatur expreſſe p Principem, vt l. cautas. C. de tranſa. & C. de erro.
aduo. l. fi. C. de reſcind. vendi. l. ratas. Quædam phibentur transfer
3 ri in ipſum filium illegitime † natum ex teſtõ patris dicti Bal. qa
bona ſubiacent teſtõni per hęc verba, ſi deceſſerit ſine filijs natis
ex legitimo matrimonio, & in hoc ẽt non vr̃ diſpenſatum per di
ſpenſationem ſpãliter factam. nam Princeps reſtituendo nõ facit
videri quem ex legitimo matrimonio natũ, maxime in hoc: qa
natus fuit ex nuptia alterius, cum impoſſibile fuerit ipſam fuiſſe
vxorem dicti Bal. illo tpe, & ſic fictio hęc non põt fingere, vt l. ſi
pater. in fi. ff. de adop. & l. qui ad certum. ff. de loca. ſed p legitima-
tionem hoc facit Princeps, qa eum reſtituit natalib. antiquis, quo
ſibi legitime naſcebatur, & ſubducit ẽt in commercium legum
per quod legitimi ab illegitimis differũt, vt in Auth. qui. mo. na-
effi. ſui. §. natura ſiquidem. col. 7. Facit ergo legitimatio, vt pro le-
gitimo habeatur, non tñ, q ſit natus de legitimo matrimonio, vñ
cum verba teſtĩ requirant expreſſe, q ſit natus ex legitimo matri
monio, talis legitimatio huic nõ proficit, ſecus eſſet ſi teſtãt ſim
pliciter diceret, ſi deceſſerit ſine filijs legitimatus. Quędam phibẽ
3 tur † trãſferri in iſtum filium de iure communi, ideo quia eſt ſic
illegitime natus, phibentur. n. ſibi relinquere, & donare, & ab in-
teſtato ſuccedere, & ſimi. vt l. 2. C. de naturali. li. & de inceſt. nup.
auth. ex complexu & in Auth. qui. mo. nat. effi. ſui. §. pen. Et circa
iſta per legitimationem vr̃ a Principe diſpẽſatum. nam legitima
tio, quæ fit per reſcriptum Principis, facit, vt nihil a legitimis dif-
ferant, vt in Auth. quib. mo. na. effi. ſui. §. illud autem. ibi, nihil a le
gitimis filijs differentes. Concludo ergo tali legitimatione facta
p Imperatorem, dicta bona legata in dictum filiũ ſicut in quem-
libet extraneum per alienationem trãſferri, eodem modo in his
4 bonis paternis, aliter non. Quinto † quæritur, ſi legitimatio, quæ
fieret ab Imperatore, vel ab alio habente poteſtatem ab ipſo, ua-
b leat in terris eccleſiæ b immediate ſubiectis. Rñ. q Inno. uidetur
tenuiſſe, q non, in c. peruenit. ext. a, qui fil. ſint legit. Iaco. de Bela.
diſputauit contrarium, & ſuam diſputationem poſuit in Authẽ.
quibus modis nat. effi. ſui. & eius opi. uidetur Ioan. And. in cap.
peruenit. in nouel. qui fil. ſint legit. Barto.

ADDITIONES

a Imperatore. An Imperator poſſit legitimare in terris eccleſiæ, & Papa in terris Imperij. videte plene per Ant. de Bu. & Panor. in c. per venerabilem. in ti. qui fil. ſint leg. per Bar. in l. cunctos populos. de ſum. Trini. & fide catho. per Pau. de Ca. conſi. 201. & conſi. 229. per Ang. conſi. 300. incip. pro decif. primi puncti. Pet. de Anch. conſil. 321.
b Terris eccleſiæ. Late vide Pau. de Ca. conſ. 221. & 229. Pet. de Anch. conſi. 321.

## CONSILIVM LXXVI.

1 *Si pater donet filio ſuo emancipato omnia bona ſua præſentia, & futura, reſeruatis vſufructibus, & prouentibus inde venientibus, an liceat patri prædicto in vita ſua diſponere pro libito ſuę voluntatis, & an valeat talis donatio, & hic concluditur, quod non valuit donatio.*

IN nomine domini Amen. Pater filio emã
cipato donauit
a omnia bona ſua præſentia, & futura, a ſaluis, & reſeruatis dicto pa-
tri omnibus fructibus, & vſufructibus, & prouẽtib. an liceat dicto
patri in vita ſua diſponere pro libito ſuæ voluntatis, quæritur an
1 dicta donatio valeat. Viſo † puncto prædicto, Chriſti nomine in-
uocato, vr̃ de iure dicendum dictam donationem non valere. Et
ad hoc dicendum me monet, quia omnis actus, per quem infrin-
gitur libera teſtandi voluntas, eſt nullus. & ipſo iure non valet. vt
C. de pac. l. pactum quod dotali. cum ſimili. Sed donando omnia
bona præſentia, & futura, aufert ſibi liberam teſtandi facultatem:
quia non haberet in quo poſſet ſibi hæredem inſtituere, & ideo
teſtari non poſſet, vt in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. ibi, vt pu-
ta, nec domini rerum. Et ſi dicatur, leges videntur velle, q quis
de alieno teſtetur, vt l. conficiuntur. de iure codicil. Reſpondeo
hoc verum in his, quæ ſua natura poſſibilia ſunt, alias de alieno
nõ teſtat̃, vt in auth. ingreſſi. & in q. noſtra. nam ſicut monachus
non habet, vel habere poteſt bona, ideo non teſtatur: ita in qõne
noſtra, qui donauit bona præſentia, & futura, non poteſt in futu-
rum habere bona, quæ ſint ſub dominio: ſed in inſtrumento do-
nationis eſt dictum, q donator ex nunc dum donauit ea bona, p
b donatario conſtituit ſe precario b nomine poſſidere, & ſic me-
diante inſtanti acquiſitione facta transfertur in donatarium do-
minium, & ſic tpe mortis nunquam reperit, q donans io aliquo
poſſit in articulo mortis hæredem inſtituere, quãuis ẽt late nunc
p tunc iuridicum videtur, quod in inſtrumento donationis non
conſtituiſſet ſe ẽt cætera bona pro donatario poſſidere, quod poſ
ſit dici acquiri donanti, ſed compelli poſtea ad tradendum eũ, &
hæredem ſuum. vr̃ ẽt donationem non valere: quia hæres non eſt
veriſimile, quod velit adire hæreditatem, ſi eũ omnia reſtituere
oportet.

ADDITIONES.

a Et futura. Vide Pau. de Caſt. conſi. 102. vbi dicit, quod nec de fructibus teſtari poteſt, quia illi veniunt appellatione futurorum Ang. conſi. 111. & 179.
b Bern. Land. Precario Breuibus corroborando ſupraſcripta, & concludendo dicitur ſupra dictam donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum, cum conſtitutione precarij non valere, vt Imo. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. per Bald. in l. ſi duobus. §. idem reſpondit. ff. pro ſocio & in l. certi condi. §. ſi nummos ff. ſi cert. pet. per Pau. de Caſt. in d. l. ſtipulatio. & in l. ſi de precar. & conſ. ſuo 103. & 66. vbi dicit quod nec de fructibus teſtari poteſt, quia illi veniunt appellatione futurorum. & per Ang. conſi. 315. incip. d. Vanna vxor Lucarni. & conſil. 179. incip. in Dei nomine, viſis inſtrumentis. vbi autem conſtitutio precarij non interueniſſet. Angel. in proxim. alleg. conſil. tenet contra Bart. & in q. incip. in reſu'gentis palatio & in d. l. ſtipulatio. & Salic. ambo in d. l. fin. An autem valeat ſaltem in præſentibus Bart. in d. l. ſi videtur inclinare in illam partem, quod non valeat. Angel. vero, quia nouiſſimus non refertur, ſ. d fuit ſibiipſi contrarius. nam in allega. conſil. tenet donationem non valere. io conſil. autem 111. incip. quædam mulier donauit, tenet aperte donationem valere in præſentibus.

oportet. Et ſic in vtroq; caſu vr̃ impediri libera facultas teſtandi,
quis primo caſu, dum ꝯſtō poſſidendi facta eſt, indubitáter videat̃
plus quam in ſecundo caſu. Præterea ad hoc facit, ꝙ notant Mo-
derni. C. de pac. l. ſi quos. & Cy. ibi refert. Et ſi dicat̃, imo vr̃, ꝙ poſ-
ſit teſtari, & liberã factiõnẽ teſtĩ hr̃e, donõ ne ꝑdicta nõ obſtante,
cũ reſeruauerit vſumfructũ, & diſpõnẽ ſup eis in vita facere po-
tuit, ergo vr̃, ꝙ libera ſit teſtandi facultas in vſufructu hmõi, vigo
re dictæ reſeruationis. Ad hoc. n. rñdeo, & dico, ꝙ iſta ſane intelli
genti nõ obſtãt per infraſcripta. Me tñ rõ mouet ad hoc, q̃a quis
diſpõ teſtĩ fiat in vita, teſtõre viuẽte, teſtm̃ non dr̃, nec diſpõ, cum
hæreditas, & hæredis inſtõ, q̃ dr̃ eſſe fundamentũ ipſius teſtĩ, vt l.
px de de his, q̃ in teſt. delen. capiãt fundm̃ poſt mortẽ teſtõris, ſed
heredis inſtitutio, & hereditas nõ põt dici viuẽtis, vt l. 1. ff. de her.
vel act. ven. & l. 3. poſt prin. de vul. & pup. qd̃. n. dixit, ꝙ poſſet in vi
ta ſua diſponere, intellexit donãs de ꝯctu aliquo inter viuos, non
aũt vlt. volũtate teſtĩ. alias. n. ſi intelligeremus aũt. ſ. ꝙ teſtm̃ intel-
ligeret diſpõ in vita, iã de neceſſitate ſequeret̃, ꝙ illa tota diſtĩctio
magr̃alis gl. & Doc. ꝙ q̃dã eſt diſpõ inter viuos, ex quo in vita ſit,
• tolleret̃, qd̃ tñ apud intelligẽtes ridiculũ eſſet. fuit. n. donãtis intẽ
tio, ꝙ q̃uis large, & effuſe donaret, nollet tñ donãs in vita egere. &
iõ voluit ſibi reſeruare fructus, de qb. poſſet viuere, & facere qcqd
vellet, viuẽdo ita, ꝙ ipſe donãs nõ egeat, & poſt mortẽ apud dona
tariũ remaneret, & ip eſſe. Præterea, ꝙ diſpõ teſtĩ non dicat̃ fieri in
vita, cum effectũ non hẽat, pbat̃ in l. 1. cũ ſua gl. C. de teſta. tut. Ad
hoc ẽt facit, q̃a oĩs diſpõ iudicat̃ ſm̃ tp̃s, in qd̃ ꝯfert effectus, vt C.
de don. ante nup. l. qd ſpõſæ. & l. in fuga. C. ad l. Fla. de pla. cũ ſi. ſed
effectus teſtĩ licet fiat a viuẽte, teſtm̃ tñ ꝯfertur poſt mortẽ, vt d. l.
3. ergo tota diſpõ nõ dẽt dici inter viuos, ſed potius in vlt. volũta-
te, & poſt mortẽ. Nec obſtant verba illa reſeruationis, dũ dixit, ꝙ
poſſit diſponere in vita ſua, q̃a de neceſſitate ſunt intelligenda de
diſpõne, quæ inter viuos dr̃. nam verba debent aliquid operari, in
vita ſua, & ego ſic ꝓbaui, ꝙ nulla diſpõ fit a mortuo, ſed demum
viuente. vnde vt intelligantur illa verba, in vita ſua, vt recte, & ali-
quid operentur, oportet intelligi de neceſſitate de diſpõne, quæ
dr̃ inter viuos, aliàs illa verba nihil operarentur, ſed ſufficiebat ſo
lum dicere, ꝙ poſſit de fructib. diſponere. ideo vt rectus, & ſanus
ſit intellectus illorum verborum, concludo, quod de diſpoſitio-
ne, quæ dicitur inter viuos, fuit a donatore ſentitum. Ego Bart.

ADDITIO.

* Iac. Menoch. Dec. conſi. 251. col 8. & Pariſ. conſil. 33. nu 60. 61.

## CONSILIVM LXXVII.

1 *Notariatus non eſt dignitas.*
2 *Infamis poteſt eſſe procurator, tutor, vel curator.*
3 *Infamis non poteſt exercere officium tabellionatus habens in ſe dignitatem, puta principis, vel banchi.*
*Infamis poteſt conficere inſtrumentum a partibus rogatus.*
4 *Notarius exiſtens in poſſeſſione notariatus, & bona fama, poteſt infamia non obſtante gerere officium notariatus habens dignitatem.*

a Quæritur An Notarius dãnatus a ex aliqua cã extra mu
nus offici, quæ eum ſcit infamẽ, poſſit ꝯficere
inſtrumẽta. & vr̃ ꝙ non. nam Notarius vr̃ quodammodo teſtis.
vt l. Dominus. ff. de teſt. & teſtis infamis nõ p̃t teſtificari, ergo &c.
vt l. 3. §. 1. ff. de teſti. & ꝓ hoc. ff. de his q no. infa. l. 4. §. miles. ibi gl.
dicit, ꝙ infamis repellitur ab omni dignitate, & officio. Præterea
dicitur. C. de man. prin. ꝙ tabellionatus officium eſt dignitas, ut
eſt glo. ibi, ſed infamis repellitur ab omni dignitate, vt l. a. de di-
1 gnitatib. lib. 12. ergo &c. in ꝯtrium facit, ꝙ † tabellionatus non eſt
dignitas, ſed munus. C. de his qui mili. non poſ. l. 1. lib. 10. Præte-
2 rea video, ꝙ † infamis poteſt eſſe procurator, & arbiter, vt Inſt. de
exce. §. 1. & ff. de arb. l. Pedius. Item poteſt eſſe tutor, uel curator. ff.
de poſtu. l. 1. §. ſed eſt æquiſſimum. ubi poteſt eſſe ſm̃ Azo. in ſum
ma tituli. C. de infa. ergo eadem rõne poteſt eſſe tabellio. gloſſ. &
tex. in l. 3. §. queri poteſt. ff. de ſuſpe. tu. ibi gl. uidetur uelle, ꝙ q eſt
ſuſpectus pp delictum commiſſum, poſſit remoueri a tutela, ea-
dem rõne dẽt moueri ab officio, ſeu munere, proprie loquendo.
Ad ſolonem q̃õnis debes ſcire, ꝙ tabellionatus officium eſt mu-
nus, ut d. l. 1. de manda. prin. & ſi aſſumptus q̃s eſt ad negocia prin-
b cipis, & tunc eſt dignitas ꝙ aſſumatur ad officium principis. † Di
3 co ergo, ꝙ infamis † non põt exercere officium tabellionatus, ui
delicet notariatus, quod hẽt in ſe dignitatem, ut l. 2. de dignitatib.
uel ꝙ eſſet notarius ad banchum, ut d. l. 2. §. miles. Sed ſi ipſe a par
tib. aſſumatur, ut faciat publica inſtrumenta, non uideo qd repu-
5 gnet, quia munus publicum eſt, qd̃ infami nõ interdicitur, ſicut
poteſt aſſumi arbiter a partib. uolentibus, ſic poteſt aſſumi Nota-
6 rius, ſicut infamis aſſumptus iudex partibus non opponentibus,
ualet iudicium, ut dixi in l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. &
no. Specu. in titu. de iudice deleg. §. excipitur. uer. Item nunquid
4 periurus, & infamis. & uerſicu. ſequen. Hoc autem puto † uerum
eſſe, quando non obſtante infamia ipſe eſt in poſſeſſione notaria-
tus, & bonæ famæ, & tunc propter multitudinem geſtorum per
eum debet ualere, ut l. Barbarius. de officio præto. & l. 2. C. de ſen.
& interlo. om. iudic. Nec obſt. quod dicitur in teſtimonium non
poteſt recipi infamis: quia hoc nerum parte inuita in contractu
ſecus, quia partibus uolentibus. Bartol.

ADDITIONES

a Damnatus. Vide Pau. de Caſt conſi. 213. & quid ſi eſt excommunicatus, vide Fed. conſil. 149.
b Principis. Idem tenet Ang. Inſti. de iure perſo. §. ſin autem. & quod ſit vtile officiũ tenet Old. conſi. 71. & Io. And. de inſtru. edi. Ang. conſi. 273. licet do. Iaſ. in l. Barbarius. ſimpliciter dicat, quod eſt dignitas.

## CONSILIVM LXXVIII.

Super Puncto q̃õnis vertentis inter dñm Ray. & Leonẽ, & Falconem, quo quæritur. Iſtud conſi. vide ſ. conſ. 74.

## CONSILIVM LXXIX.

1 *Vendens porcum factori carnificis põt agere pro pretio contra carnificem.*
2 *Inſtitor dicitur nedũ qui inſtat ad negotia gerenda, vel taberna præpoſitus, ſed etiam præpoſitus in emendis agnis, piſcibus, & ſimilibus.*
3 *Dominus tenetur pro contractu inſtitoris etiam in fraudem contrahentis.*

1 Quidam † Vẽdidit vni inſtitori carnificis, ſeu factori vnũ
porcum, nec fuit ſibi de pretio ſatisfactum, qui
porcus fuit macellatus ad apothecam ipſius dñi ipſoe pñt, cũ ven
denti nõ ſit de ꝑtio ſatiſfactum. quærit̃, qualiter, & q̃o, & aduer-
ſus quem ſibi ꝯſulat̃. Dico, ꝙ ꝯſulitur dño p actionem inſtitoriã,
q̃ quidem eſt introducta in fauorem illorum, q ꝯhunt cũ inſtitore,
ſeu factorib. ne ꝯhentes decipiantur, vt l. 1. de inſti. Secundo dico,
ꝙ ſibi ꝯſuletur duplici via. ſ. aduerſus inſtitorẽ, & dñm vt ꝓbat̃ in
2 l. ſiqs mancipij §. ſeruus. ff. de inſtito. & ne † equiuocemus in inſti
tore, dico ꝙ inſtitor eſt ex eo, ꝙ ad negocia gerenda inſtat, vel ta-
a bernæ ſit præpoſitus, a vel alij negotiationi, vt l. inſtitor. e. ti. l. inſti
toria. e. ti. Præterea inſtitor eſt ille, q comparandi, vel emendi gra
tia merces eſt ꝑpoſitus. Exponit gl. 3. in l. qcunq;. §. ſed ſi taberna-
rius. in verbo, merces ꝯparandas. ff. de inſt. agnos, vel piſces, & olã
iſta talia. qui vero emit iſtum porcum hmõi eſt. ergo & recte ap-
3 pellatur inſtitor, † & dñs tenetur ẽt ſi inſtitor in fraudem faceret.
& ꝯheret: q̃a imputet ſibi, ſi talem ꝑpoſuit, vt de exer. l. 1. §. vt. n. ff.
de inſt. l. & ſi pupillus. §. ꝑſcribere. nec põt allegari p dñm, ego nõ
præpoſueram eum ad emendum, vel ꝯhendum: q̃a eo ipſo ꝙ q̃s
eſt ꝑpoſitus tabernæ, vel ſtationi, vr̃ velle ꝯñs, ꝙ cum eo ꝯhatur, &
tenetur. caſus eſt Inſti. ꝙ cum eo q in ali. po. §. exercitoria. & §. in-
ſtitoria. cum ſi. niſi expreſſe ꝓhibeat̃, vt ibi. Præterea multum fa-
cit pñtia dñi, qui vr̃ ratificare factum per inſtitorem, vt ſi ipſemet
feciſſet. ff. de inſti. l. 1. §. magiſtrum. & poterat ꝓhibere ſi volebat.
ſibi ergo imputet, arg. l. ſi eo. C. de remiſ. pig. & quod no. in l. ſi rẽ
alienam. de ꝯh. emp. & l. ſi autem. ff. ad Mace. Præterea illa rõne te
netur, quia ille publice tabernam adminiſtrabat ꝓ dño, & præpo-
ſitus publice credebatur, tunc dico, aut iſte eſt interrogatus a iudi
ce, qui debet interrogari, vt l. 1. de interro. act. & l. vbi. Aut præpo-
ſuiſti eum, aut non. ſi dicit ſic, habeo propoſitum, & quod tene-
bitur per iura præalleg. ſed ſi dicit non, & tunc præſumptio, & er-
ror communis facit contra, quia publice credebatur iſtum eſſe
talem præpoſitum ad quæſtum, ideſt lucrum faciendum, & iſte
communis error facit ius, vt l. 1. C. de teſt. & l. Barbarius Philip-
pus. de offic. præto. facit optime l. ſi quis. ad Maced. dicit enim ibi
tex. ſic agebat, ſic contrahebat, ſic publicis muneribus fungeba-
tur. & C. eod. tit. nec Zenodorus. Conſideratis rationibus crede-
rem, ſaluo ſemper conſilio ſaniori, quod ille dominus teneatur
inſolidum ad pretium, & ad intereſſe. poteſt ergo agere contra il-
b lum & formare petitionem, b &c. Bartol.

ADDITIONES.

a Præpoſitus. Vide late Alex. conſi. 42. 6 lib. Abb. conſi. 74. 2. lib.
b Formare petitionem. In ſuperiori ſpeculatione quid ſit probandum cõtra inſtitorem. Vide plene Alex de imo. conſil. 42. in nouiſſimo vol. incip. redemptoris, & conſi. 100. incip. viſo, diſcuſſo.

## CONSILIVM LXXX.

1 *Præceptum continens nunciationem noui operis eſſe debet alternatiuum, vt poſt nunciationem non ædificet, vel veniat reſponſurus.*
2 *In nunciatione noui operis datur libellus, lis conteſtatur, & de cauſa plene cognoſci debet.*
3 *Præceptum factum in nunciatione noui operis ẽt cum clauſula, & ſi ſenſeris te grauatum, & ſecundum formam petitionis, quod ſit nullum, & nõ iuſtificetur per illã clauſulam.*

Quæritur Quæ ſententia ſit ſeruanda per iudicem in
cauſa appellationis vertente inter Leonem,
& Falconem appellantes ex vtraque parte, & Falconem appel-
latum ex altera. viſis appellationibus, & productis in cauſa, ad
veritatem huius quæſtionis inueſtigandam videndum eſt de iu-
ribus præcepti facti per Poteſtatem, & iudicem de non proce-
1 dendo in opere, quo extitit appellatum, & tale † præceptum de
iure videtur fieri duabus de cauſis. primã vt contineat nunciatio-
nem noui operis, quæ ſit per Prætorem. & huius præcepti for-
mam ponit gloſſa noſtra ordinaria de oper. nou. nuncia. l. de pu-
pillo. §. meminiſſe. in Gloſſ. quæ dicit, vt dico, & cæt. & forma
ibi traditur alternatiue, vt poſt nunciationem præcipiat, vt non
ædificet, vel veniat reſponſurus. Item hæc nunciatio debet fieri
in ipſo opere, & hoc eſt de ſubſtantia, vt dicta l. de pupillo. §. nun-
ciare. nec ſufficit in foro, ſeu loco iudicij fieri, vt ea l. §. ſi in foro:
quod tenuit gloſſ. eodem titulo. lege prima. §. primo, & hoc
tenent omnes Doctores. Si ergo dicere vellet hoc præceptum
continere

Digitized by Google

ꝯtinere nunciationē noui operis, manifeſte apparet eſſe nullū, qa
non eſt factū in re p̄nti. Itē non eſt factū alternatiue, ſed copulati-
ue, & partē ꝑlus debito grauauit, qa ad vnū dēbat arctare, & arcta-
uit ad duo copulatiue, qđ eſt grauius, qa alternatiua leuior eſt vt l.
Græce. §. pe. de fideiuſ. Apparet ergo, ꝙ tale p̄ceptū caret oīb. ſub-
ſtantialib. noui operis. Præterea iſtud p̄ceptū nō pōt dici ī veritate
2 p̄ceptū noui operis, vt ſtatim dicā. Scđa cā, ꝑꝑ q̄ tale † p̄ceptum ꝯ
ſueuit fieri eſt ꝑꝑ iuſtitiā ex parte petētis, & iniuſtitiā ex parte ędi
ficantis, & ſic fit dato libello, & li. ꝯte. & plene de cā cognito ꝑ dif
finitiuam ſnīam, vt l. de pupillo. §. q opus. & ibi no. de ope. nou. nū.
vel agetur interdicto, ne qđ in locis publicis, vel quod vi, aut clam,
& ferrē diffinitiua ſnīa ſm ordinem illorum iudiciorum ꝑ iura
vulgaria, & iſta via vr̄ fuiſſe intentata hic in iſta petitione, ſi bn̄ ad
uertatur. Nam petitio fuit, ꝙ eleuarētur trabes poſitæ, & vlterius
non ꝓcederet, vt apparet in petitione ꝓducta, & iſtud potuit peti
ex verbis edicti, de ope. no. nun. ꝓut ꝯtinet cām ꝓhibitoriam, qa
ad id, qđ iam factum eſt, vt tollatur, nō ꝑtinet, vt l. j. §. j. de ope. no.
nun. Aliter ergo non fuit petitum, vt d. c. 1. ponit: in qb. iudicijs ve
nit non ſolum, ꝙ deſtruat quod factum eſt, ſed ne in futurum fiat
vt d. l. harum, & l. egi. ff. ſi ſer. ven. & de itin. actuq; pri. l. 3. §. in hoc
interdicto. & ibi no. & ff. vti poſſ. l. duo. in fi. & ibi ēt no. ſed in caſu
propoſito p̄ceptum fuit factum ſecundum formam petitionis ob
latæ, vt in ipſo p̄cepto ꝯtinetur, & expreſſe apparet, ergo illud, qđ
debuit fieri ꝑ diffinitiuam ſnīam, fuit actum ex abrupto, parte nō
monita, non ꝯuicta, nō ꝯfeſſa, nullo iure ordinis ſeruato. & ſic tale
p̄ceptū eſt ipſo iure nullum, vt l. ꝓlatam. C. de ſen. & inter. om. iu.
& cō. vel epi. l. fi. † Et illa cl̄a, q̄ p̄cepto inſerit̄, compareat coram
3 nobis, &c. nō iuſtificat p̄ceptum, cū hoc nullo iure remaneat. Prę
terea nō dicit ꝙ cōpareat ad allegandū de ſuo grauamine, & ad rn̄
dendum petitioni oblatæ. p̄ceptū ergo remanet factū ſimpl̄r, &
ſic nullum & ꝯ ius, vt ſ. ꝓbatum eſt, apparet ergo, ꝙ ſiue dicas p̄ce
ptum monitionem ꝯtinere, ſiue non, p̄ceptū dictum fuit iniquū,
& ſic concludit̄, ꝙ iudex dēt pronunciare male iudicatum, & bn̄
eſſe appellatum, & dictum p̄ceptum eſſe vel fuiſſe nullum, & ſic
ſuꝑuacuo appellatum, ſecūdum doctrinam cōem, quatenus hoc
p̄ceptum continet prohibitionem, ne procedatur in opere. Bar.

## CONSILIVM LXXXI.

1 *Stante ſtatuto, ꝙ poſſidens rem immobilem dēat intra certum tp̄s oīa eius iu-*
*ra denunciare cōi: alias omne ius, quod haberet in re ipſa, ſit commune,*
*ſi donatarius, nomine cuius donator poſſedit per duos annos, non denun-*
*tiauit rem donatam, incidit in pœnam.*
2 *Aſſerens quem non denuntiaſſe rem communi debet probare.*
3 *Quomodo probatur iſta negatiua.*
4 *Poſſidens ciuiliter agit interdicto vti poſſidetis, & accuſat de turbata poſ-*
*ſeſſione.*
5 *Agenti interdicto, vti poſſidetis, vel de turbata poſſeſſione, quod non obſtet*
*exceptio dominij tertiæ perſonæ.*
6 *Extraneus non pōt opponere de dominio tertij ēt ad ſe excuſandum, qn̄ domi*
*nium perditur ob aliquod non obſeruatum, & in alium transfertur.*
7 *Dominium, quod tranſit ipſo iure in fiſcum ob aliquod non obſeruatum, re-*
*quiritur tamen incorporatio, & poſſeſſio modici temporis ad hoc vt de*
*eo excipi poſſit.*
8 *Donatio non præſumitur ſimulata, licet donatarius remanſerit in poſſeſſio-*
*ne rei donatæ, & in inſtrumento ſit conſtitutum.*

MARTINUS Forniconis de Eugubio donauit Maſſerello
certas res īmobiles, quas ꝯſtituit eius nomine
poſſidere, deinde viuente donatore donatarius poſſeſſionem non
apprehendit, ſed poſt mortē eius ſtatim. Itē hr̄es dicti donatoris
dictarū rerum poſſeſſionem apprehēdit. Contigit etiam, ꝙ viuo
donatore, commune Eugubij, qa multa bona ciuium alienabant
īn nō ſubiectos, ſtatuit, ꝙ qcunq; hn̄t, uel poſſidēt aliq̄ rem immo
bilem, teneantur ipſam rem, & oīa iura, q̄ in ipſis hērēt, denūciare
ſyndico communis Eugubij intra certa tp̄a, aſs oē ius, quod hē-
rent in re, ſit ipſius cōis ipſo iure: nunc dictus donatarius agit īter
dicto, vti poſſidetis, ſeu accuſat de turbata poſſeſſione, vel dāno da
to in dictis reb. ꝑ hr̄dem dicti donatoris; opponit̄ ꝙ donatarius ꝑ-
dit ius ſuum, rō† qa communi nō denūtiauit intra tp̄a ſtatuta. Itē
opponitur, quod dicta donatio ꝑſumit̄ fictitia, qa dictus donator
bn̄ poſt duos annos poſt dictam donationem res tenuit, & ex eis
fructus p̄cepit, q̄rit̄ an ſi doceatur dictas res fuiſſe donatas, an dona
tarius ꝑ hoc a iure ſuo ceciderit. Scđo an hæc exceptio poſſit hūc
hr̄dem in hoc iudicio opponi ita, ꝙ obſtet. Tertio, an p̄ſumatur fi
cta dicta donatio ex cauſis ſupradictis. Reſcribatis. Famoſiſſime
Doctor, cariſſime dn̄e Pe. viſis veſtris allegationi. ſubtiliter factis,
& in oīb. ego tn̄ in qōne iſta, circa ꝑtātem ſtatuentium nil ſcribe-
re intendo, qa facti obſeruantia ſe hēt, vt quod ciuitates faciūt, ob-
ſeruetur. Poſito itaque ꝓ ꝯſtanti, ꝙ ſtatutum valeat, animaduertē-
2 dum puto, †. ꝙ licet obijcit̄ ꝙ donatarius non fecit denūciationē
communi, q̄ eſt negatiua, tn̄ qa ad faciēdum denuntiationem nō
tenebatur qs ipſi aduerſario opponenti, ſed communi Eugubij, il
le q opponit dēt hanc negatiuam ꝓbare, aſs in ſua exceptione ſuc
cumberet, hoc tenet Inn. extra, de acc. c. ſuꝑ his, & Cy. de iure em.
l. 2. in 5. q. Iſtam autem negatiuam ꝓbare pōt altero de duob. mo-
dis. Primo, ſi ſint certi libri, in quib. continentur oēs denunciatio
nes factę communi, in qb. talis denunciatio non reperit̄, & hoc ꝓ
a batum a eſt, ꝙ non reperit̄, vt l. fi. C. de iure emph. vel qa fecit dili-
gēter explorari ab oīb. q dēnt hoc ſcire, & ſcirent ſi talis denuncia
tio facta eſſet, vt exp̄ſſe dicit tex. de ver. ob. l. hoc iure. Sed poſito, ꝙ
3 † ꝓbatum ſit denūciationem nō eſſe factam, veniamus ad qōnē,
b an dicta exceptio obſtet. b & ſiqdem agat interdicto, vti poſſi. vel
accuſet de poſſeſſione turbata, nō eſt dubium, ꝙ talis exceptio nō
obſtabit. nam eſto, ꝙ dn̄ium eſſet translatum in commune Eugu
bij ipſo iure, poſſeſſio tn̄ ciuilis, q̄ erat apud donatorem, nō, vt no.
ff. ꝓ ſo. l. cū duob. §. idem rn̄dit, & C. de ſa. ec. l. fi. in antep. gl. & arg.
ff. de ac. poſſ. l. q̄uis. Apparet ergo, ꝙ dictus donatarius poſſidet, &
iuſte quo ad eum, qa p̄cario, & ſic dēt vincere, vt ff. vti poſſi. l. 1. in
4 fi. com. l. ſeq. & C. vti poſſ. l. 1. Præterea † exceptio dominij nō pōt
c opponi agenti, vti poſſi. ſeu de poſſeſſione turbata ſm veram opi.
vt eſt expreſſum C. ſi ꝑ vim, vel alio mod. l. j. ſecundum intellectū
gl. ſuper rubri. & no. ff. de ac. poſſ. l. ſi id. § fi. licet Dy. videat̄ tenere
ꝯtrium de re. iu. c. q ad agendum. li. 6. & ꝑ eūdem Dy. de interdi. l.
2. §. q̄dam. tn̄ nō bn̄ dicit, qa ꝯ dicta iura. ſed poſito, ꝙ verum dice-
ret, ipſe tn̄ loquit̄, qn̄ opponit̄ de dn̄io ipſius excipiētis, & hic oppo
nit̄ de dn̄io tertij, ſine dubio nō ob. in q. de turbata poſſeſſione, vt
5 l. 1. in fi. & l. ſi qs vti poſſ. Si vero † agat ſiue excuſet hr̄s p̄dictus de
terit in eum illud exercitium transferri. Cum ergo in caſu ꝓpoſi-
to iſta vendõ ſit facta in conſortẽ, & expreſſe actum, ꝙ in illo tran-
ſeat exercitium, trãſibit. Item credo, ꝙ illa l. hac edictali, §. ad hoc,
loquitur, qñ iuriſdõ erit conceſſa loco, tunc iuriſdõ non poſſet p
ſe vendi, niſi cum caſtro vendito cũ vniuerſitate, ſecus ſi vnus fun
dus vẽderetur in territorio, ar. ff. de ꝯtr. em. p. l. in modicis, & ꝙ no.
in iure patronatus eccleſiæ, ff. de no. ope. lib. l. ſi operarũ, in gl. ma.
9 † Quarto, an per ſubmiſſionem factam per hoĩes affrancatos a p̄-
deceſſorib dicti vendentis, & p exercitium iuriſdõnis habitę, mõ
p̄dicto p commune dictæ terræ ꝓpinquæ, ſit acquiſitum ius oĩſi,
& iuriſdõ dicto communi dictæ ciuitatis. Ad hoc ſciẽdum eſt, ꝙ
affrãcatio ſacta de dictis vaſallis operaẽ liberõnem, & remiſſionẽ
ſeruitiorum, & tributorum, & aliorum obſequiorum, ad q̄ dicti
vaſalli tenebãtur, ſicut p̄ronus remittit liberto ius p̄ronatus, vt C.
de bo. lib. l. fi. non aũt p hæc vr̃ dicti comites remittere imperiũ,
& iuriſdõnes, quinimo & ſi expſſe uoluiſſent nec potuiſſent: quia
ſolum in manib. ſuperioris poteſt huic iuri renunciari, vt l. 1. ff. de
offi. pf. & l. 2. §. cum placuiſſet. de ori. iur. cum ergo ẽt poſt dictam
affrancationem iuriſdictio remaneat apud dictos comites, vt patet
quia per ſubmiſſionem factam a dictis hominibus affrancatis, di-
cto communi non eſt acquiſita iuriſdõ, quia apud comites reſide
bat, vt ff. de acq. rer. do. l. tradõ. Ad aliud quo quæritur, an per exer
citium iuriſdõnis habitę modo prædicto, ciuitas ſibi quæſierit, p̄-
10 mittendum eſt, † ꝙ dicti comites non vtendo dicta iuriſdõne, cũ
caſus euenerit, tanto tpe, pdiderint p̄dictũ ius, ſiue dicamus iſtud
priuilegium iuriſdõnis reſpicere quandam facultatem, & ſic per-
ditur 10. annis, vt l. 1. ff. de nundi. ſiue dicamus reſpicere aliud ius
acquiſitionis, & tunc perditur 30. ann. & hoc tenet Gul. de Cu. in
l. imperium, ff. de iuriſ. om. iud. Nec poteſt dici, ꝙ per conſortem,
qui in vicino caſtro vſus eſt iuriſdõne, & imperio, retineatur ius
in alijs, quaſi facta diuiſione dicti exercitij quãtum ad ius pdendi,
pinde eſt ac ſi ab initio fuiſſent iuriſdõnes ꝯceſſæ ſeparatim, vt ff.
quem. ſer. amit. l. nam ſatis, §. 1. ſed an dicta ciuitas p dictum vſum
11 ſibi quæſierit, eſt ſic inſiſtendum, † nam ſi quidem dicta ciuitas
vult dicere ſe p̄ſcripſiſſe ꝯ dictos comites, hoc non põi; nam cũ di
cti comites non potuiſſent transferre dictam iuriſdõnem in dictã
ciuitatem tanq̃ in extraneam pſonam expſſe ꝯcedẽdo, vt d. l. hac
edictali, §. ad hoc. 10. col. de pace tenen. ergo nec potuerũt amitte
re patiẽdo ꝯſe p̄ſcribi, vt ff. de uer. ſig. l. alienationis, & no. ff. de uſu.
l. vbi. Oportet ergo, ꝙ dicat ſe p̄ſcripſiſſe ꝯ eum, q hẽt vlem iuriſ-
dõnem, ad q̄ reuertitur dictis comitib. perdentib. ſed conſtat ꝙ in
dicta ꝓuincia ducatus, eccleſia Romana hẽt omnem imperialem
iuriſdõnem ex donatione Conſtantini ab alijs Imperatorib. cõfir
c matam. ꝯ q̄ eccleſiam nõ p̄ſcribiẽ, niſi ſpatio cẽtum annorum, ᶜ vt
C. de ſacroſ. eccl. auth. quas actiones, in fi. & in cor. de eccl. Roma
na, &c. Quia p̄ſcriptio tanti tpis non currit, vt ex themate patet. er
12 go † dicta ciuitas non ſibi q̄ſiuit: verum quia dicta ciuitas, vt poniẽ,
eſt in quaſi poſſeſſione iuriſdõnis, non dẽt in ea moleſtari, donec
legitime conueniatur, vt ff. de aqua quot. & æſti. l. 1. & not. de itin.
13 actuque priua. l. 1. §. 1. in gloſ. ma. Quinto, an † emptor ille poſſit
vti iuriſdõne illa vẽdita extra dictum fundum in caſtro ſuo, vbi aſs
hẽt iuriſdõnem, & merum & mixtum imperium. Ad quod dico
quod iſta qõ procedit in caſu, in quo dictus vẽditor non perdidiſ-
ſet dictum ius per non uſum, quia non tranſiſſet in emptorem, vt
ſ. dictum eſt, quo caſu dico, ꝙ cum iſta non ſit noua, & ſeparata iu
riſdõ a iuriſdõne iſtius emptoris, ſed eſt vna & eadem, vt ſ. dixi, ꝙ
dictus emptor ſuum modum, & locum antiquum debet ſeruá-
re, vt de iuſt. & iu. l. pe. nec etiam iudicium debet agitari in fundo
ut C. vti poſ. l. 1. in gl. clam a me, &c. Et ita dico ego Bart.

ADDITIONES.

a Ber. Land. Præſcribi. Vide Pet. de Anch. conſi. 141.
b Ber. Land. Vendi. Vide Rom. conſi. 454. & 338.
c Ber. Land. Centum annorum, Vide Pet. de Anch. conſi. conſi. 251. ſup. alleg.

## CONSILIVM CXC.

1 *Nepotes inſtituti in certa re ab auo materno computant ſibi dotem matris in legitimam.*
2 *Filiusfamilias in bonis profectitijs, & aduentitijs nõ habet hæredem ab inteſtato.*
3 *Dos filię relictis liberis quod de iure reuertatur ad patrem, licet de conſuetudine ad filios.*

Gisbertus Dedit dotem pro filia, q̄ filia, mortua eſt vi-
uo p̄re, filijs ſupſtitib. ad quos dos mr̃is pti-
net ſm conſuetudinem no. in l. dos a parte C. ſol. ma. Nunc deceſ
ſit dictus Gisbertus inſtitutis nepotib. prædictis ex dicta filia in cer
ta quantitate, dicti nepotes agunt nunc ad ſupplementum. Quæri
1 tur, an dos † matris eorum quæ ad eos peruenit, computetur in le
a gitimam. a Et multi Doct. & aduocati dicunt, ꝙ non computetur
in legitimam. Nam legitima, ſeu ſupplementum dẽt fieri de ſub-
ſtãtia eius, de cuius ſubſtantia agitur, vt l. ſcimus, §. repletionem,
C. de inoffi. teſt. iſta dos non eſt de bonis aui, nam bona aui exiue-
runt, vt l. pater, in prin. ff. ad l. Fal. & ad Treb. l. mulier. §. cum ꝓpo-
neretur, & l. alia, & ff. de col. do. l. fi. ergo, &c. Præterea ad iſtos nepo
tes non peruenit iſta dos ex perſona aui, ſed ex perſona matris dos
eſt effecta eorum, ergo, &c. vt d. §. repletionem. Ex hoc apparet re
ſponſum ad l. quoniam in nouella, C. de inoffi. teſta. quia ꝯnum di
co, quod iſta dos computetur in legitimam, & ſic probatur. Dos
eo modo computatur in legitima quo venit in col. vt l. quoniã in
nouella, ibi, in duob. locis, C. de inoffi. teſt. ſed talis dos data a patre
dẽt a nepotib. iſtis conferri, vt C. de col. l. iſtam, ergo concluditur,
ꝙ eſt caſus d. l. illam, coniuncta l. qm̃. Secundo ꝓbatur ſic, certum
eſt, ꝙ aduentitia non veniunt in collatione, ſed ſolum profectitia
ex bonis aui profecta, alias non venirent in coll. Sed dos eſt ex bo-
nis patris profecta, ergo computatur in legitima, & ſic non ob. §.
repletionem, quia ibi loquitur in his qui capiunt quodam aduen
2 titio iure. Tertio probatur ſic, certum eſt † quod de iure antiquo
filiusfam. non habebat hæredem ab inteſtato, vt ff. de caſt. pec. l. 1.
& 2. cum ſi. Et ibi no. expreſſe per gl. in l. dote. C. ſol. mat. l. nup. §. 1.
& l.

ADDITIO.

a Legitimam. Vide Pet. de Anch. conſi. incip. viſis diligenter, & conſi. 303. incip. do. Bar. Pau. de Caſt. conſi. 62. & 105
Ber. Land. Et concluditur quod ſic. Bal. in l. illam. C. de col. & vbique videtur tenere contra ſuperiorem conſultationem, ſed non eſt cõtrarius, quia concludit, quod quando filius habet dotem, vel hæres matris, quod non tenetur conferre per rationes ibi poſitas, per eum, quod non eſt in ſuperiori conſultatione quia filij habent ex perſona ſui, & quod filij non teneantur conferre dotem maternam quando habent, vt hæredes matris, tenuit Pet. de Anch. conſi. 17. incip. viſis diligenter verbis teſtamenti, & conſ. 303. incip. do. Bar. Pau. de Caſt. conſi. 62. & 157. & ſeq. in quibus conſilijs plene hanc materiam diſcutit.

& l. filiæ meæ. C. eo. per Azo. in ſum. §. ſi. in auth. ſol. ma. circa fi. ſed
de iure hodierno eſt correctum in caſtrenſi, vel quaſi, & in aduen
titio peculio, in profectitio remanent iura antiqua incorrecta, vt
in Auth. de hære. quæ ab inteſt. §. ſi igitur defectus. & ibi. no. in gl.
3 mag. Illa vero filia. † quæ fuit dotata non tranſmittit illā dotem ꝓ
fectitiam ad ſuos filios iure hæreditario, cum hēdem hēre non poſ
ſit de iure cōi. Sed illa dos quę de iure ſm veram opi. debet reuer
ti ad patrem, vt no. in d. l. dos. a patre. per conſuetudinē auferi pa-
tri, & datur illis nepotib. non ergo ab eorum matre filij habēt ſed
ex vigore conſuetudinis. merito ergo tanquam de bonis patris ꝓ
fecta eis computantur in legitima. Quarto probatur in l. omnimo
do. §. fi. C. de inoff. teſta. vbi non requirur, quod ei, qui petijt ſupple
mentum a patre ſit datum, ſed ſufficit, quod eius occaſione ille q
petijt ſupplementum acquirat. Ex prædictis apparet reſpōſum ad
l. ſancimus. quia loquitur de alijs, quæ non proceſſerunt directo a
defuncto, vt ibi apparet. & ſic reſpondetur ad alia.

CONSILIVM CXCI.

a *Fama cum dicto ſyndici deputati ad denunciandum maleficia quod faciat*
*indicium ad torturam:*
*Fama per ſe ſola quando faciat indicium.*

a Domino Paci a de burgo Sancti Sepulchri legū Docto-
n defenſori ciuitatis Tuderti. Super eo, ꝙ quæ-
1 rit veſtra prudentia, † an fama cum dicto ſyndici poſiti ad malefi-
cia denunciandum & referendum, qui ſuo iuramento deponit,
b ita verum eſſe, &c. faciant ſufficientia indicia ad torturam. b Viſis
veſtris alleg. ſubtiliter factis, omiſſis gl. quæ dicunt. quod fama fa
cit ſemiplenam probationem, quæ forſan vſquequaque veræ nō
ſunt, & omiſſis quæ Doct. dicunt circa hoc, præcipue Cy. in l. fin.
C. de q͛ō. dico, quod fama per ſe ſola poteſt eſſe ita vehemens, ꝙ
faceret indicium ſufficiens, vt l. 2. §. Labeo. ff. de aq. pl. arc. Quan-
doque. n. fama per ſe ſola ſufficit ad plenam probationem vt de iu
re do. l. vbi. ff. ſol. ma. l. ſi conſtante, & ibi per Dynum. melius. ff. de
flumi. l. 1. §. 1. & C. ſol. ma. l. ſi quidem, & ib. no. poſſet eſſe fama ita
debilis quod non faceret indicium, ſed ſolum probaret ad coadiu
uandum alias probationes, vt l. 3. §. eiuſdem quoque principis, ff.
de teſt. & tunc non ſufficeret, & cum hac diſt. debet intelligi. l. de
minorib. §. tormenta. ff. de quæſtio. quæ dicit famam debere inſpi
ci. hoc autem, an fama ſit ita vehemens, vel nō facti eſt, & hoc eſt
quod dicunt Doc. eſſe in arbitrio iudicis, vt dicit Cy. in d. l. fi. in ca-
ſu tamē propoſito, vbi eſt fama cum dicto illius officialis, qui hoc
cum iuramento depoſuit, dico ex his duobus fieri ſufficiens indi-
cium, caſus eſt ſi bene inſpiciatur C. de diuor. auth. hodie, in cor.
vnde ſumitur. Bar.

ADDITIONES.

a Ber. Land. Domino Paci. Addite Bal. idem tenentē, quod fama vehemēs facit in
dicium ad torturam. in c. 1. de pa. iur. firm. Vide Alex. conſi. 5. & 14. 3. lib.
b Ad torturam. Vide late Ale. conſi. 5. & 13. & 26. 1. lib. & conſi. 14. 3. lib.

CONSILIVM CXCII.

1 *Si vnus eſt ſtipulatus nomine meo ſibi centum dari, antequam cedantur mi*
*hi actiones, poſſum debitorem liberare.*

1 Stipulatus Eſt aliquis noīe meo ſic, centū ſibi dari † ex
aliqua cauſa. ego illum debitorem liberaui
ab illo ſtipulatore. Quæro an potuerim, ita ꝙ ille ſit ſecurus, quid
vobis vr̄. Ioannes aduocatus de Caſtello. Videtur mihi ꝙ ſi quidē
ille eſt ſtipulatus nomine veſtro in illis caſib. in quibus alteri acq-
ritur actio ſine ceſſione, ꝙ tunc ſine dubio potuiſtis liberare. ille.
n. qui hēt vtiles liberat, vt l. ſi cum emptore, in prin. ff. de pa. & qa
non ꝑt agere ſine veſtri voluntate, vt ff. de procu. l. ſi procurator
meus. Si vero non fuerit de caſibus, in quibus vobis ſine ceſſione
non acquiritur, tunc idem puto, qa potueritis liberare ita, ꝙ debi-
tori nata eſt exceptio doli ſaltem, vt d. l. ſi cum emptore, ſm vnam
lec. & ff. de doli excep. l. apud Celſum. §. mandauit. in gl. ſup verbo
excipiendum, vbi dicit: vel dic, ꝙ aut ego feci pactū, &c. Pro hoc
eſt caſus expreſſus in l. mulier. bona. §. fi. ff. de iu. dot. ꝓ hoc, qa vos
poteſtis agere contra illum, vt debitorem liberet, vel aliud faciat,
prout vobis vr̄. vt l. Idemque. §. ſi cum mandauero. ff. mād. Et ita vi
detur mihi Bar. de Saxoferrato, ſaluo ſemper meliori iudicio.

CONSILIVM CXCIII.

1 *Libelli concluſio, quando petitur remiſſio mercedis,*
2 *Colonus quando teneatur purgare foſſatum fundi conducti, vel commune*
*cum fundo.*
3 *Culpa, vel negligentia, vt probetur, debet certa probari.*
4 *Conductor petens remiſſionem ex duabus cauſis, ſi vnam probet, obtinet.*

Commune Lucignani locauit quoddam pratum, qd̄
vulgariter dr̄, Padulæ, ex quo facto ex his
quæ poſtea ſecuta ſunt omiſſo ordine conſilij ibi dati, & ait breui
ter inferendo, quod ibi erat vtile. Ex hoc themate plura dubia o-
riuntur. Primo, qualiter debeat concludi in libello, dum petitur
remiſſio mercedis. Secundo, an conductor teneatur mandare &
purgare foſſata, quæ ſunt in fundo conducto, vel quæ ſunt cōia vi-
cino, vel alia quorum repletio fundo nocet. Tertio, ſi locator po-
nit fundum damnificatum eſſe culpa, vel negligentia conducto-
ris, & teſtes hoc dicunt, nulla facta expreſſione in quo fuit com-
miſſa culpa, vel negligentia, an culpa, vel negligentia ſit probata.
Quarto, ſi conductor petit remiſſionem ex duabus cauſis, quarū
quęlibet per ſe ſufficeret, & vnam tantum ꝓbat, an debeat obtine
1 re. Super primo † dubio, & in hoc cōſiſtit an debeat peti, ꝙ iudex
ipſe remittat vel vt condemnet partem ad remittendum, vt no. ff.
locati. l. ex cōducto. §. ſi vis. & l. ſi vno. §. fi. C. eo l. licet. & l. emptor.
& extra, eo. c. pe. vbi dr̄ remiſſionem faciendam non tamē a quo
vel qualiter, ibi dr̄. Puto autem altero de duobus modis poſſe cō
cludi, vel ꝙ petat locatorem ad remiſſionem faciendam. hoc ꝓ-
batur. ff. locati. l. ſi quis domum. §. fi. cum l. ſeq. & l. ſi in lege. §. fi. fa
cit. ff. de lib. leg. quod mihi. Secundus modus eſt, vt petat pronun
ciari ipſum non teneri ad mercedem præſtandam, ſeu vt locatori
ſilentium imponatur. hoc probat. ff. de vſuſru. lega. l. quoties. §. co
lono. & ibi conſequenter, vt mercedes præſtent, &c. Ex quo tex.
ſatis colligitur illa concluſio, me non teneri ad præſtandas merce
des de ſilentio imponendo. facit ff. de libe. lega. l. Aurelius. §. cen-
tum. cum ſua gl. & iſtos modos cōcludendi tangit gl. in l. licet. C.
a loca. in gl. parua. ſuper verſi. cui. ſi bene inſpiciaē. Super ſecdo † vr̄,
ꝙ colonus non tenetur mundare, niſi ſit actum, ſicut nec facere,
vt ff. loc. l. ſi in lege. §. ſi domus. & in gl. ſuper ver. efficeretur. econ-
tra vr̄, vt teneaē, vt l. prædia maritima. §. fi. de fundo inſtructo. vbi
dr̄, ꝙ talia legata alias foſſata cedunt venditioni. ergo eodē modo
locationi, quia eiſdem regulis fulciunē, vt l. 2. ff. loca. ſed cōcluden
do dico, ꝙ primo debet inſpici conſuetudo regionis, an cōducto-
res hoc conſueuerunt facere, vel non. ea. n. quæ ſunt in conſuetu-
dine vn̄t deducta in cōuētionem, vt C. loca. l. circa. de ædil. edic. l.
quod ſi nolit. §. quia aſſiduā, de aqua plu. arc. l. ſed ſi prius. §. 1 vñ ꝯ
ſulo, quod aduocatus actoris, vel rei, pro quo talis vſus facit & cō
ſuetudo, de hoc faciat ſuam poſitionem. Si vero hoc non apparet
dicerem animaduertendum tunc, an purgatio ipſius foſſæ perti
neat ad perpetuam vtilitatē rei, quia raro mundantur, & tunc non
ſpectat ad colonum, qa eſt impēſa neceſſaria, quā ēt vir repetit ab
vxore. ff. de impē. l. impenſæ. ibi, aggeres, &c. Quia aggeres in reb.
dotalibus ſunt idem eſt dicere quod foſſata, vt d. l. prædia. §. ſi ita le
gatū. Si vero illa purgatio fieret ad præſentis tpis vtilitatem, & oī
anno forte debeat fieri & pertinet ad colonum, quia talis impēſa
debet cum fructib. compenſari, vt l. 1. §. 1. ff. de impe. Præterea ad
colonos pertinet cultura prædij, vt ff. loca. l. ſi merces. §. ꝯductor.
ſed hoc pertinet ad fundi culturam. ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. de eo
opere. ergo, &c. Et ꝑdicta intelligo, ſiue foſſatum ſit fundi locati,
ſiue ſit ſibi cōe cum alio, vel ſit oīno alterius eo caſu quo hēt ius
purgādi, vt colligitur. ff. de aqua plu. arc. l. 2. §. 1. & 2. Sup tertio di
3 co, † ꝙ talis poſitio ſit incerta, & dicta teſtium ſiīr ſunt incerta, &
ſic tanquam incerta non concludunt, quia q̄ñ culpa obijcitur ali
cui, ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue denunciando, dēt obijci cer
ta, & limitata agēdo, vt patet ff. de iniur. l. ꝑtor, in princ. & ff. de ac-
cu. l. libellorum. in prin. cum ſimilibus. excipiendo expreſſum eſt
extra, de elect. c. vt circa. li. 6. de teſt. c. preſentium. eodem li. circa
denunciationem. ff. de adult. l. denunciatle. §. q. d tñ. & ꝙ vi aut clā.
l. aut qui aliter. §. 1. Item confeſſio, vel poſitio incerta nullius eſt ef
fectus, vt l. certum, in prin. ff. de confeſ. & de interro. actio. l. de æta
4 te. §. nihil. Super quarto † dico, quod dēt obtinere. pro hoc expreſ
ſe tex. cum gl. extra, de teſtib. c. 2. & hoc eſt propter quod vtilis cu
a mulatio a eſt, qa ſi ex vna cā ſuccumbat quis, poteſt obtinere ex
alia, vt no. in l. edita. C. de eden. & per Dyn. in c. nullus pluribus. ex
tra, de re. iur. lib. 6. nec ob. quod poſſet dici, quod videtur ſe aſtrin-
gere, vt extra, de ꝓb. c. licet cautam. quia illud valet, quando in vna
eademque ratione ponitur vnum qualificatum ipſius, vt in exē
plo ipſius c. ſecus ſi ponuntur plures orationes per ſe, vt in caſu no
ſtro. Et ita dico ego Bart.

ADDITIO

a Cumulatio. Vide Rom. conſi. 483.

CONSILIVM CXCIIII.

1 *Vxor quæ fuit hæres inſtituta & rogata a viro de reſtituēda pro anima cui*
*voluerit, ſi reſtituit ſpurio, an præſumatur ſic fuiſſe rogata, quod non.*
2 *An præſumatur rogata eo, quia omnia ſpurio reſtituit, quod non*
3 *Poſitioni, an fuerit hæres rogatus reſtituere hæreditatem ſpurio, quis tene*
*tur reſpondere.*
4 *Fiſcus propter incapacitatem ſpurii cui erat fideicommiſſum reſtituendum*
*detecto fideicommiſſo poſt mortem ſpurii quando habeat bona.*

Cechus De ſpoleto habens vnum filium ſpurium condi
dit teſtamētum, in quo vxorem ſuam inſtituit ſi
1 bi hæredem, eamque rogauit, † quod poſt mortem ſuam daret
pro anima ſua illis perſonis, quibus ſibi videbitur. Qui teſtator de
ceſſit nullis alijs relictis, niſi dicto filio ſpurio, & vxor eius hære-
ditatem adijt. deinde dicta uxor teſtatoris condidit teſtamentum
in quo quaſi omnia bona uiri ſui reliquit dicto ſpurio teſtatoris,
deinde dictus filius ſpurius mortuus eſt ante dictam uxorem. dr̄
modo dictam uxorem fuiſſe tacite rogatam de reſtituendo ſpu-
rio Ex iſto themate quæritur primo, an præſumatur tacite dictā
uxorem fuiſſe rogatam de reſtituendo illi ſpurio, ex quo ſic cōiū
cta erat defuncto, quia uxor. Secundo, an præſumatur tacite roga-
ta ex eo, quod quaſi omnia bona dicti uiri reliquit dicto ſpurio
Tertio ſi prædictæ præſumptiones non ſufficiunt, an dicta domi-
na poſſit cogi reſpondere poſitionib. factis ſuper hoc, ſcilicet, an
ſit

Digitized by Google

ſit rogata, vel non. Quarto poſito quod probetur ꝙ ſit rogata, an
ex eo, ꝙ dictus ſpurius deceſſit ante vxorem, prohibeatur bona in
fiſcum deferri. Iſta dubia colligo ex themate prædicto. Super pri-
mo puncto dico, ꝙ licet ꝑ coniunctionem perſonæ facilius fraus
a præſumatur, tñ hoc ſolum quo ad præſumptionem non ſufficit.a
2 ff. de his qui. vt indig. l. 1. in prin. Super ſecundo puncto plus † du-
* bij eſt, primo vr̃ hoc ſufficere ad fraudis præſumptionem, quia re-
liquit omnia bona, vt l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit. &
l. qui teſtm̃. cum ſua gl. ff. de probatio. Præterea ſpurio bõa patris
reperto poſſidere præſumitur fraus, ꝙ ei pater per interpoſitam ꝑ
ſonam reliquerit, vt. C. de natu. lib. l. 1. uidetur tex. & ibi de hoc po
nit Iac. de Belu. vnam ſuam diſputationem. probatur C. eo. ti. l. 3.
§. fi. Sed certe prædictæ præſumptiones multum vrgent. tamen ex
hoc nõ credo probari, ipſam tacite fuiſſe rogatam, quod maxime
ex eo percipitur. quod in teſtõ expreſſe fuit rogata poſt mortem
ſuam reſtituere illis perſonis, quibus ſibi videbitur. cum ergo ex-
preſſe rogetur, licet perſona cui debet fieri reſtõ, non noietur, tñ
nõ dr̃ tacite rogata, ut l. non intelligitur. in princi. & §. 1. de iure fiſ.
& ibi no. Præterea cum dicta dña teneatur ex cauſa fideicomiſſi
eligere perſonas, & eis reſtituere, nõ poterit eligere ſpurium, quia
illi, qui capiũt ex indicio iſtius uxoris rogatæ, vr̃ capere a defun
cto, vt l. vnum ex fa. §. 1. de leg. 2. ſed ille ſpurius non põt capere ex
voluntate patris, ut iura vulgaria dñt, ergo, &c. Ad quod facit C.
de do. cã me. l. ꝙ cõditio. & de vulg. & pup. l. ſi is qui. vnde teſtõr
nõ ũr eam rogaſſe de reſtituendo illi ſpurio. Præterea cum fuerit
ſibi cõmiſſum, ꝙ eligat, vt ſibi videbitur, intelr̃ ad arbitrium bo-
ni viri, vt l. fideicommiſſaria libertas. ff. de fideicõmi. lib. ſed bonus
vir nõ daret ſpurio. ergo, &c. Nec ob. de le. 1. l. Lucius, vt ibi. no. in
gl. Præterea ibi teſtator ſenſit de certo homine, hic nõ. & ideo nõ
fuit ſibi data fides de reſtituendo non capaci. ſed ſi hæres eligeret
indignum male faceret, vt l. cum quædam, ff. de leg. 2. Super ter-
3 tio, an † poſſit cogi rñdere, dubium facit, quia iura canonica dñt
ꝙ quis non deberet ſe prodere, vt ĩ. allega. bo. Item dicunt glo. no
ſtræ, l. ꝙ iſtis interrogationibus, per quas alicuius turpitudo dete-
b gitur,[b] non dẽr cogi rñdere, vt no. ff. de reg. iu. l. iuraſſe. §. ſi pater, đ
exce. rei iud. l. ſi ãt. in prin. Sed ꝯ dico, ꝙ rñdere tenetur. Hoc ꝓbaẽ
per iura ciuilia. Primo vbi quis cogitur per ſacramentum reſpõde
re an deliquerit, vel non, vt ff. rer. amota. l. Marcellus. §. 1. & de in-
iur. l. lex Corn. §. hac lege. & de reg iur. l. 3. §. 1. & quod ibi not. hoc
habemus expreſſum in caſu noſtrę q. ff. de iu fiſ. l. non intelligitur.
§. tacita. & in l. parua, quæ dicit. per confeſſionem, &c. Vnus ergo
modus probandi tacite fideicommiſſum eſt per cõfeſſionem. &
ſic ſatis innuit de hoc fieri debere interrogationem. Prętereа hoc
vr̃ expreſſum in l. vbi quis tenetur reſpondere per iurm̃ an poſſi
deat, vel dolo deſiit poſſiderẽ, vt ff. đ noxali. l. pror. §. quoties. de rei
vend. l. qui pretorio. in prin. facit ad hoc optime gl. ff. de of. aſſe. l. 1.
ſuper ver. poſtulatus. vbi aliquis interrogatur de ſua turpitudine
& cogitur reſpõdere. Nec ob. quod canoniſtę dñt. quia verum eſt
ẽt ſecundum eos, quia in his criminibus, quæ impediunt retentio
nem beneficij, tenetur quis reſpondere, ita tenet Spec. in tit. de po
ſiti. §. 18. ver. 59. & Inn. de elec. c. dudum. de acc. c. inquiſitionibus.
ſed in propoſito, tale crimen impedit retentionem beneficij, quia
iſta domina ſi hoc commiſit eſt indigna tenere hæreditatem, &
poſſideret mala fide, & teneretur de fructib. C. de his qd. vt indig.
l. fi. ff. eo. l. cum q tacitum. ergo manifeſte concluditur eam cogi
huic poſitioni reſpondere. Nec obſt. quod no. in l. qui iuraſſe. §. ſi
pater. & l. ſi a te. ff. de rei vendicatio. quia illud ideo, quia per illas
interrogationes examinaretur primo quod deciſum eſt ſententia
vel iuramento, quod iudex pati non debet, vt l. ſi duo patroni. §.
4 idem Iulia. ff. de iureiu. Super quarto † puncto dico, ꝙ eſt conſide
randum diligenter, an dicta domina aſſumpſerit in ſe tacitam fi-
dem de reſtituendo fideicommiſſum ſtatim, an de reſtituendo
poſt mortẽ ipſius dñæ. Primo caſu licet ille ſpurius ſit defunctus
antequam ipſa domina reſtitueret, nihilominus habet locum ius
deferendi in fiſcum, vt expreſſe colligir̃. ff. de iure fiſ. l. edicto. §. ie
ſtat. Si vero fuit rogata reſtituere poſt mortem ipſius dominæ, &
tunc quia dictus ſpurius deceſſit ante diem legati cedentem, non
poteſt deferri in fiſcum, vt l. fi. ff. de his. quib. vt indig. quia tempus
in quo cedit inſpicitur, vt l. non intelligatur, §. quado autem. ff. de
iure fiſ. Bar. de Saxofe.

ADDITIONES

a Bar Land. Non ſufficit. Vide Bal. conſi. 75. 1. lib. vbi alleg. hoc conſilium.
* Boer. q. 127. nu. 15. I. M.
b Detegitur. Vide Old. conſi. 329.

## CONSILIVM CXCV.

1 *Emens a duobus cum pacto reuendendi non tenetur vni ſoli reuendere*
2 *Obligatio rem tradi dicitur indiuidua.*

* Angelotus & Andreolus dederunt dñę Margaritæ in
ſolutũ medietatẽ vnius molendini pro cer
ta quantitate pecunię, hoc pacto, quod dicta dña teneatur eis reuẽ
dere intra duos annos ſi voluerint reemere. Nunc vnus vult ree-
mere partem ſuam, alter non, quęritur, an illa teneatur reuendere.
1 Super hoc puncto † videtur de iure dicẽdum, ꝙ dicta dña reuẽ
a dere a non teneatur, cum datio in ſolutum fuit facta pro vna quã-
titate, ſeu vno ꝑtio, vt l. quod ãt. §. fin. & l. ſeq. & l. quod vni. ff. de in
diem adiec. vbi eſt caſus noſtræ quam veriſimile eſt contrahẽtes
voluiſſe, vel totam reemere, vel totam retinere, non ꝙ pars rema-
neret apud eam, vt d. l. quod ſi vno. in prin. & de ſol. l. ſi qs aliã. Præ
terea qñ in perſona duorum ponitur ꝯditio, ſeu facultas aliqua. q̃
ꝯſiſtit in faciendo, vel mixtum dando, vel faciẽdo, tunc non pt̃ im
pleri per vnum pro parte, vt ff. de man. teſta. l. ſi fuerit. in princ. & §. ſi
qõ hæc. & quod no. C. de cond. inſer. l. ſi plures. ſed in iſta q. in ꝑ
ſona duorum eſt appoſita ꝯditio, ſeu facultas quædam, ſi voluerit
reemere. & maxime conſiſtens in dando, & faciendo, vt l. conſil.
de cur. fu. & ibi no. ff. ſi cer. pet. l. certi ꝯdictio. in 4. gl. ergo non põt
diuidi & per vnũ pro parte impleri. Non ob. l. ſi quis legata. §. fi. de
cond. & demon. & l. fi. eo. ti. qa ibi loquit̃ in ꝯditionibus, quæ con-
ſiſtunt in mere dãdo. hic ſecus, vt dictum eſt, & qa ibi loquitur in
legatis, vbi fauorabilis fit interpretatio pro legatario ꝯ hęredẽ ſecũ
ꝑtium qui certat de lucro, vt rſ ſit in teſtamentis, hic vero loqui-
tur in ꝯctib. in quib. intereſt ꝯhenus, ne pars tñr remaneat, hęres
vero, ſiue totum, ſiue pars apud eum remaneat, ſemper lucratur.
arg. pro illa ratione. ff. de ꝯhen. emp. l. fundus ille. & ꝙ ibi no. nec
ob. ff. de verb. ob. l. eãdem. §. Cato. vbi dr̃ quod factum diuiduum
ꝑt pro parte impleri, quia poſſumus dicere, ꝙ ſit factũ indiuiduũ.
2 Nam in ꝯctu vẽditionis † venit in obligatione rem tradi. l. ex em
pto. in prin. de act. emp. ſed rẽ tradi dicitur indiuiduum, vt l. ſtipu-
lationes non diuiduntur. ibi, fundum tradi, & c. ff. de verb. obl. Præ
terea ibi loquitur, qñ factum eſt in obligatione, hic vero nõ eſt in
obligatione, ſed in conditione, vel facultate quadam ex parte An
gelon, & Andreoli. ergo conditio non debet ſcindi, ſeu diuidi, vt
l. cui fundus. de cond. & demon. vt ſup. probatum eſt. Cõcluditur
ergo dictam dominam non poſſe cogi reuẽdere partem illius rei
ſibi datæ in ſolutum. Bar.

ADDITIO.

* Tiraq. de retract. conſi. §. 13. gl. 1. nu. 6. & 7. I. M.
a Bern. Land. Reuendere. Quid ſi vnus vendit rem duorum, & vnus ratificet, alter
non, quid fiendum? vide Bal. conſi. 6.

## CONSILIVM CXC VI.

1 *Rector prouinciæ quod non poſſit iuriſdictionem competentem uni ciuitati*
*alij concedere.*
2 *Papa poteſt confirmare geſta per ipſum ante papatum & facta per eum ut*
*gubernatorem, uel rectorem alicuius prouinciæ.*
3 *Clauſula, ex certa ſcientia, appoſita in confirmatione, quod confirmat quod*
*eſt inualidum, & remouet omne obſtaculum.*
4 *Rector prouinciæ poteſt dici legatus.*
5 *Confirmatio conceſſionis quod intelligatur facta de ea quę apparet.*
6 *Comitatenſes, quod ueniant appellatione ciuium, niſi ponerentur, ut ſpecies*
*ſeparata*
6 *Poſſeſſio quid releuet in conceſſione iuriſdictionis.*
6 *Ciuitas Camerini quod non ſit prouinciæ ducatus Spoleti.*
9 *Ciuitas poſſidens, & non ij qui poſſidentur debent conueniri.*

Ciuitati Camerin. Prouinciæ Marchiæ conceſſa fuit per
dominum Sinibaldum tituli ſancti Laurentij in
Lucina diaconum Cardinalẽ plenaria iuriſdictio in quibuſdam
caſtris & villis, inter quę ſunt quędam caſtra, q̃ dicũtur eſſe in du-
catu Spoleti, & hoc cõceſſit vt rector Marchię Anchonę, qui dñs
Sinibaldus poſtea factus Papa, & vocatus Innocentius tertius, di-
ctam donationem, & conceſſionem confirmauit per hęc verba.
Conceſſiones omnes & ſingulas quas fecimus ciuitati Cameri.
Prouincię Marchię Anchonę, dum in ea legationis officio funge
bamur, authoritate apoſtolica ꝯfirmamus. & dictum commune
fuit in poſſeſſione dictæ iuriſdictionis. 80. ann. & vltra. Nũc dictus
Dux Spoleti facit reqri aliquas ex dictis vniuerſitatibus, quas dicit
in ducatu eſſe, & ab eis petit, ꝙ in ſua curia rñdeant in ciuilibus, &
criminalibus, & ꝙ faciãt exercitũ, & alia quæ faciunt ſubditi, quæ
ritur quid iuris. Ex hoc puncto plura dubia oriuntur. Primo, an ꝯ
ceſſio facta per dictum dñm Sinibaldum Rectorem Marchię va
luerit. Secundo poſito, ꝙ non valuerit, an ꝯfirmatio poſtea facta ꝑ
eundem Papã poſtea factum roboretur. Tertio quia in ꝯceſſione
dicit, vt rector, i ꝯfirmatione, vt legatus dicit, dũ legationis officio
fungebamur. an hoc vitiet. Quarto, quia dicta ꝯfirmatio non re-
fert ſe ad certã ꝯceſſionem, ſed dicit ſimplr̃, ꝯceſſiones, quas feci-
mus &c. An hoc impediat. Quinto, quia in ꝯfirmatione dr̃ ciuitati ci
uiũ nr̃orũ, vtrum referat ad cĩs cõitatenſium. Sexto, an poſſeſſio,
q̃ hẽt commune Camerin. releuet dictas vniuerſitates poſſeſſas.
Septimo, an præfatus Dux debeat agere ꝯ dicta caſtra, vel ꝯ ciui-
1 tatem Camerini. Super primo, † an ꝯceſſio facta per dictũ dñm Si
nibaldũ rectorẽ Marchię valeat? dico ꝙ nõ, quia rectores prouin-
ciarum tales conceſſiones facere nõ poſſunt. Caſus eſt ff. quod vi,
aut clam. l. prohibere. §. plane. facit C. de tranſactio. l. pręſes. de pac.
l. pactum curatoris. cum ſi. in regib. tñ qui ſunt hodie per mundũ
per cõſuetudinem iuriſdictionis eorum aliud puto, vt vr̃ caſus ex
tra, de re iudic. c. Abbate ſane. uer. ſed ad hęc. non ergo idem in ꝑ
ſidib. prouinciarum, qui nõ habent tantã iuriſdictionem. Pro hoc
facit, qa præſes abdicare a ſe nõ pot iuriſdictionem, niſi in manib.
2 ſuperioris, vt l. pen. ſupra de offi. pra ſi. Super ſecundo, ſ. † an per cõ
firmatio tem poſtea factam roboretur dico quod ſic, ut d. l. pro
hibere.

Digitized by Google

habere.§.ſane. ver. ſed ſi a principe. & quia nō eſt dubium princi-
pem poſſe quib. vult ordinariam iuriſdictionē cōcedere, ſiue pri-
uatis hominibus, ſiue ciuitatib. vt ff. de iuriſ. om. iud. l. more. & l.
& qa & ꝙ ibi no. facit quod no. in cor. de defen. §. iuſiur. & quod
ibi no. in fi. magnæ gl. vbi no. de priui. conceſſis ab Imperatore Fe
derico Lombardis. ad idem. ff. de cenſi. l. j. & l. fin. vbi ponuntur. q̄-
dā ciuitates. quib. ſi ſia priuilegia ſunt cōceſſa. & de eius poteſtate
diſputare ſacrilegiū eſt. C. de ſacr. l. 2. nec ob. ſi dicaſ. ꝙ dicta con-
firmatio fuit facta in forma cōi, & ſic non valet, vt extra, de con-
firm. vti. vel inuti. c. examinata. quia non eſt verum, ꝙ fuit facta in
3 forma cōi. non. n. fuit dictum ſicut prouide ſcī. &c. Sed † ꝯfirma
a tio fuit facta ſimpliciter, & ex certa ſciētia, [a] & ſic quod eſt inuali
dum cōfirmat. extra, de cōfirma. vti. vel inun. c. 2. & no. de cōſtit.
c. cum acceſſiſſent, & per Abb. & Io. And. & Archi eo. tit. c. 1. li. 6.
Præterea cum dicta cōceſſio fuerit facta per ipſum Papā, tunc re-
ctorē Marchiæ, debet dici factā fuiſſe ex certa ſciā, cū de ſuo facto
faciat mētionem, in quo ignorātia nō præſumitur. ff. ad Velleia. l.
ſſq̄. & de acq. hær. l. cum falſum. facit ꝙ no. de noua. l. ſi quis dele-
gauerit. & de leg. 1. l. res obligata. cū ſi. & cū Papa aliquid ex certa
ſciētia diſponit, videſ obſtaculum tollere, vt ff. de excu. tut. l. idem
Vlpi. & de re iud. l. quidā cōſulebat. ad idem facit quod no., C. de
appellatio. l. eos. in glo. quæ incipit, nam ante, &c. C. qui admit. ad
bono. poſ. l. bonorū. ibi. ſciēs &c. facit quod no. per glo. & Doct. C.
ſi ꝯ ius, vel vtili. publi. l. fi. Super tertio, quia in cōceſſione dicit, vt
rector: in cōfirmatione dicitur, cum legationis officio fungere-
mur, an hoc vitiet? & videtur quod ſic, quia non videt loqui de ea
4 cōceſſione, quam fecit, vt rector. ſed dico † quod nō obſt. quia il-
le q eſt rector prouinciæ: pōt dici legatus, vt l. pe. ff. de offic. præſi.
& ſic fungitur legationis officio. caſus ergo videt in præalle. l. pe.
Præterea nomē rectoris, ſeu pręſidis, eſt generale, vt comprehēdat
omnes alios rectores legatos, quocunque nomine cenſeantur, vt
ff. de offic. præſi. l. 1. cum igitur de alia conceſſione nō appareat, ad
5 illam dēt referri, vt ſtatim dicam, cū verba confirmationis † hoc
patiantur, vt dictum eſt. Super quarto, quia dicta confirmatio nō
fuit facta per relationem ad certā conceſſionem nūquid hoc vi-
tiet, & forte poſſet dici ꝙ ſic, qa forte Papa ſenſit de alia confirma
tione, quam ſit iſta quę producitur. Contrarium dico, quod cum
nulla alia appareat, de iſta debet intelligi Papam eſſe locutum. ff.
de iure fiſ. l. nō intelligitur. in prin. & §. 1. Secundum veram opin.
ibi, teſtator dicit, rogo ꝙ detis ea, quæ penſ. intelligitur loqui cla-
re de his quæ apparēt in teſtamēto. nec intelligitur loqui de eo, ꝙ
non apparet. Ad hoc facit nota. ff. de exception. rei iudica. l. ſi quis
ad exhibendum. pro hoc facit, quia in confirmatione dixit, con-
ceſſiones & omnes & ſingulas. Vnde poſito, quod alia conceſſio
appareret, & illa intelligitur confirmata ex vigore illorum verbo
rum generalium, vt l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrbano. prædi. & C.
de præſcriptio. triginta annorum. l. omnes. de legat. 3. l. ſi chorus
6 cum ſimilibus. Super quinto, † quia in conceſſione dicitur, cau-
ſas ciuium, an trahatur ad cauſas comitatenſium. ad quod dico
quod ſic. Primo, quia ſi quis verba conceſſionis inſpexerit, ibi
hoc dicitur expreſſe, hæc enim ſunt verba conceſſionis circa fi-
nem. In quo diſtrictu & dictis villis & caſtris, & hominibus, &
etiam omnibus quæ ad communium cauſam pertinent, plenariā
iuriſdictionem concedimus, ſicut aliqua ciuitas plenius habet.
Apparet ergo, quod iuriſdictio, quam habet in ſuos ciues conceſ-
ſit in ſuos comitatenſes. Præterea poſito, quod hoc non dicitur,
tamē idem eſt, & probatur, ꝙ appellatione ciuium continētur co-
mitatenſes, vt ff. ad mun. l. qui ex vico. coniuncta. l. ciues. C. de in
col. lib. x. Præterea idem eſt dicere ciues Camerini, & Camerien-
ſes, & ꝓbatur. ff. ad municip. l. 1. ſed ille qui eſt de comitatu, dicit
Camerinēſis, vt d. l. qui ex vico. vbi glo. dicit de Virgilio, ergo co-
mitatenſes ſunt ciues. Præterea quādo aliquid relinquit ciuib. nō
debetur tm̄ illis, qui ſunt intra muros, ſed omnibus ideo admini-
ſtratores Reip. capiūt, vt ff. de reb. dub. l. ciuibus, & ff. de le. 2. l. Lu-
cius. §. ciuib. & ſic patet, ꝙ comitatēſes ꝯtinētur. Præterea ciuitas
ponitur aliqn̄ pro loco muris circūdato, & muro finitur, vt l. 2. de
ver. ſig. & l. Alphenus. eo. tit. extra, de ſen. exc. c. ſi ciuitas. lib. 6. Qn̄
que ciuitas ponitur pro coadunatione hominum, & tunc conti-
nētur etiam ruſtici. Caſus eſt in l. fi. ff. de nundi. Ita in propoſito.
nec ob. extra, de reſcri. c. Rodulphus. quia fateor, ꝙ appellatione
eorum qui ſunt in diœceſi non continentur ciues illi qui ſunt de
ciuitate, arg. C. ne ruſti. ad vllum obſe. deuo. l. 1. lib. 11. Sed appel-
latione ciuium bene continentur comitatenſes, niſi ciuis pone-
retur ad differentiam comitatenſis, quia tunc poneretur vt ſepa-
7 ratæ ſpecies. Super ſexto, † an poſſeſſio quam habet commune
Camerin. ipſum releuet in aliquo? dico quod ſic. Primo, quia ſi
conceſſio, ſeu priuilegium in aliquo deficeret, curſus tanti tem-
poris habet roborare, vt C. de fun. patri. l. fi. lib. 11. Itē in alio, quia
cum ciuitas Camerin. ſit de Prouincia Marchiæ, & a rectore
Marchiæ imponantur onera perſonalia, & etiam alia quæ impo-
nuntur perſonis pro rebus, illa onera poterūt imponi etiā pro reb.
quas habent extra Marchiam: quia ſicut Cameri. poteſt in Mar-
chia pro illis reb. conueniri, vt l. fi. de præſcr. lon. temp. & C. vbi in
rem act. l. fi. ita poterit etiam his onerib. quæ imponūtur perſonis
8 pro reb. grauari, cum † dicta ciuitas Camerin. in hoc a dicto Du-
ce ducatus grauari non poſſit, cum non ſit prouinciæ ſuæ, vt ff. de
mu. & hon. l. reſcripto. §. fi. & no. C. de mu. pat. ſuper rub. Nec ob.
ꝙ no. C. de muli. & in quo lo. l. 3. li. 10. immo facit pro, ſi bñ aduer-
tatur. nam pro poſſeſſionib. quas alibi poſſideo nō imponit mihi
onus. ratio, quia alibi teneor ſoluere contributiones, & tributa, vt
ibi no. ſed pro prædijs Italicis non ſoluuntur dicta tributa, cū ſint
libera, vt C. ſi ſine cen. vel reli. l. fi. & ibi no. ergo patet quod illa ra-
tio ceſſat, & ſic in loco domicilij imponereſ perſonæ, & reb. alibi
9 poſitis. Super ſeptimo † dico, cum dictæ vniuerſitates, quaſi poſſi-
deātur a communi Camerin. & illi cōi faciant omnem ſubiectio
nem, vt in themate proponitur, d. Dux ducatus nō poteſt conue-
nire illas vniuerſitates, vel moleſtare, ſed cōtra commune Came
rin. debet agere coram iudice competēti. non enim ille qui poſ-
ſidetur, ſed ille qui poſſidet, dēt conueniri, vt ff. de lib. exhi. l. 1. §. p
hanc. facit ff. ad muni. l. de iure. extra de maio. & obe. c. inter quo-
nior. facit de reſcript. c. auditis. & de prob. c. licet cām, & de reſti.
ſpol. c. Piſanis. cum ergo ciuitas Camer. ſit conueniēda, quæ non
eſt de prouincia ducatus. ergo pro dictis præſtationibus Dux duca
tus non eſt iudex competens. Bar. de Saxofer.

ADDITIO.

a Certa ſcientia. Vide Abb. conſ. 62. 2. lib. Rom. conſ. 89.

## CONSILIVM CXCVII.

1 *Inſtrumentū, in quo notarius nō poſuit diem, ꝙ non ſit nullum niſi ſit de his*
*quæ neceſſario fieri debent in ſcriptis.*
2 *Notarius, qui omiſit ponere diem, vel annum, an poſſit poſtea illud addere,*
*remittit.*

1 Reperitur inſtrm̄ publicū † manu notarij, in quo dies
nō fuit appoſita, an valebit? ꝙ nō, qa dies eſt
de ſubſtantia, ſiue de ſolēnitate inſtrumēti, vñ ſi deeſt, dicitur non
valere, arg. in Auth. vt ꝑpo. no. impe. coll. 5. & in Auth. qb. mo. na-
tu. eff. leg. col. vii. §. ad hoc. C. de apo. pu. l. 1. lib. 10. C. de diuer. reſcr. l.
3. & de contrah. & commit. ſti. l. optimam. E contra vr̄, ꝙ valeat
vt in 1. cōſti. C. §. quibus. ver. & ſi quia carū, & C. de Inſt. codice ꝯ-
firma. §. fi. verſi. nullaq; dubitatione, & ſi qd deficiat de ſolēnitati-
bus, nō tn̄ vitiaſ negociū, vt ff. de ventre inſpic. l. 1. in fi. C. de teſta-
mē. l. militēs. ff. de in integ. reſti. l. diuus. diſtingue, an ſit tale nego-
tiū ꝙ debeat fieri in ſcriptis omnino, aut nō. Primo eām ſi erat ta-
le, ꝙ oīno ſcripturæ ſolēnitatē exigebat, & dies deſit, dico res non
valere. C. de fide inſtr. l. ꝯtractus. ſin autē ſcripturæ ſolēnitates nō exi-
gebat, ſed ad hoc fuit facta, vt id ꝙ factum erat, probabilius proba-
retur, & tunc vr̄ dicendum, quod charta valeat. ff. de fide inſtr. l. 1.
2 & l. pen. ff. de pigno. l. contrahitur. Sed, quid † ſi tabellio fecit in-
a ſtrumētum, & omiſit aliquid de ſolēnitatibus errore lapſus, [a] &
poſtea per diem, vel per annum ille cui facta eſt charta, non ha-
bet illum diem, vel ſolutionē, dicit tabellio, ego recordor illa die
qua fuit factum inſtrumentum, paratus ſum ponere: nunquid po
teſt? videtur ꝙ ſic, quia veritas ſcripturæ poteſt probari per ipſum
authorem, qui fecit, vt C. ad l. Cor. de faſ. l. ſi quis decurio. Circa
hoc vide Ia. Bu. & Cy. in l. Imperator. de ſta. ho. & in Spe. in tit. de
inſtr. edit. §. inſtrumentum ergo publicum. ver. quid ergo. & ver.
ſeq. vbi plenius. Bar. de Saxofer.

ADDITIO.

* Ber. q. 36. nu. 3. I. M.
a Ber. Land. Lapus. Vide Ang. conſ. 291.

## CONSILIVM CXCVIII.

1 *Inſtitutio filij facta a patre ſub conditione poteſtatiua valet.*
*Conditio ſi filia naſcatur, & intrauerit monaſterium, aut ſe maritauerit,*
*quod reijcitur.*
2 *Ratio, quod magis attendi debeat quam dictum.*
2 *Intellectus l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta.*
3 *L. iam dubitari. ff. de hære. inſti. in quo dicatur correcta.*

In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, eiuſque
matris glorioſę Virginis Ma
1 riæ totiuſque curiæ cœleſtis amen. In q̄ſtione † prædicta omiſſa
narratione facti gratia breuitatis iuxta morē legiſtarū ſm ea, q̄ ꝓ-
ponerētur, vr̄ mō de iure dd̄m teſtm̄ dicti Hug. tenere debere. rō,
quia ipſe inſtituit ventrē vxoris ſuæ ſub cōditione duplici, ſ. ſi filia
fœmina naſcaſ, & ſi ingrediaſ monaſteriū, aut ſe maritaret. q̄ con
ditio eſt poteſtatiua, vt d. l. 1. C. de inſtit. vel ſubſti. l. in teſtō. la. 2. ff.
de cōd. & dem. & ſic in iſtis cōdō. a iure reiectis remanet ſubſtitu
tio, tāquā pura, vt l. qm̄ in prioribus. C. de inofficio. teſta. q̄ loqḡ in
poteſtatiua cōditione, nō in caſuali, vel mixta. probo ꝑ principiū
d. l. loqtur in teſtō valido olim per querelam rumpēdo, & hoc ꝓ-
2 bat ratio in prin. ibi poſita, † quæ magis dēr attēdi, quam dictum,
vt l. cum pater. §. dulciſſimis. de lega. 2. & de calu. l. hæc actio. de
1 acquir. poſ. l. is quod omnino. & de iure patro. l. adigere. § quam-
uis. cum igitur in princi. d. l. in tali teſtamento rumpendo olim
per querelam loquatur, ergo & ſequēs principium dictæ l. in eo ꝙ
dēt intelligi, qa a primordio tituli, &c. vt ff. de iur. & fac. ignoran.
l. 2. §. hoc. 1. C. de imponē. luc. deſcrip. l. 1. lib. 10. & hoc probaſ aper-
te totus tenor dictæ l. qm̄ in prioribus, ſi bene aduertatur eius ver.
hoc etiā prob. quia dicta l. refertur ad l. omnino. pręcedērem, quæ
in tali teſtamēto loquitur. igitur iſta ſic debet intelligi, ar. in Auth.
de

Digitized by Google

de filiis ante dota.inſtrumē.nat.§.fin.collatio. Item hoc probat dictū l.omnino. vnde ſi non præterit, quia iura nullitatis teſtamentorum in ſua firmitate conſeruat. nec Auth. corrigit iura vetera in conditione caſuali, vel mixta. vbi olim teſtamentum erat nullū. ergo & hodie, vt C.de inſti.& ſubſti.l.ſi pater.ff.de hære.inſti. l.ſeruus quoque.& cum hac diſtinctione poſt ſaluari quod no. in dicta l.licet. Cy.de hoc facit dubitādo magnam ſilateriam.in d.l.pater.

3 Nec obſtat † opin.meæ.l. iam dubitari. ff.de hære.inſtit. quia dico φ in conditione poteſtatiua, quæ pēdet ex ſola filiæ volūtate non corrigitur dicta l.in ea. quæ non reſpicit factum extrinſecum, vt hic. Item non obſtat. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſtamen. l.1.§.qui ſub cōditione.quia dico, quod talis inſtitutio dicitur pura quo ad hoc vt valeat, vere conditionalis eſt quo ad moram, & onus, & conditiones.quod apparet aperte, quia tollitur per dictam l. quoniam in priorib.& ſic remanet inſtitutio tanquam pura.hoc ſentit Gul. in d.l.quoniam in prioribus. Et ita cōſului in ciuitate Verone poſt quam Paduam acceſſi. & per hoc ceſſat. l. commodiſſime. & l. cum ſub conditione.& l.poſthuma.ff.de lib.& poſt. Raynutius de Forli.in eodem facto,& contra Bar.

## CONSILIVM CXCIX.

1 *Falſitas quid ſit, & quid requirat.*

2 *Si vnus fecit fieri falſam relationem notario, licet non dicatur feciſſe fieri falſum inſtrumentum, punitur tamen de falſo.*

3 *Statutum quod pro maleficio commiſſo in palatio pena duplicetur, intelligitur de maleficio, quod indifferēter cōmitti poteſt in palatio, & extra.*

a Tudertinus [a] Quidam veniens coram iudice dixit notario, ſcribe. talis nuncius retulit ſe citaſſe prout in hac ſchedula continetur præſente nuncio & confitente ſchedula non perlecta. & notarius nullius malignitatis cōſcius ita ſcripſit. nuncius etiam caruit dolo, & ob hoc ille Tudert. conſecutus eſt a iudice pronunciationem quam optabat. deinde repertum eſt, & confeſſatum per eum, φ vnus de cōtentis in dicta ſchedula non fuit citatus. Ex hoc inſurgunt duo dubia. Primo, an veniat puniēdus tanq̃ fieri faciens falſum inſtrumētum, vel tanq̃ fieri faciens falſam relationē, vel non. Secundo, ſi veniat puniendus, an veniat duplicanda pœna ſtatuti loquētis, & pro maleficiis

1 commiſſis in palatio pœna duplicetur. † Circa primum eſt ſciendū, quid ſit falſitas. & licet lex dicat, φ falſitas nihil aliud eſt quam immutatio veritatis.in Auth.de inſtr.fide & cau.in prin. & ēt dialectici dicunt, φ oē non verum, eſt falſum. tñ ſm legiſtas hoc non eſt verum, quia omne non verum, non eſt falſum. ſed requirit dolus in committente, vt C.de fal.l. nec exēplum. Item non omnis non dicens verum etiam doloſe dr̃ committere falſum, vt l.quid ſit falſum.ff.de fal.tex.in d. Auth.debet intelligi ſi fiat dolo, & adſint aliæ qualitates quæ requiruntur a lege, vt probatur in d. l.qd ſit falſum. Hoc præmiſſo dico, hunc non poſſe puniri tāquam fie-

2 ri facien.inſtrumentum falſum, quia falſum inſtrumentum † nō

b eſt factum, cum notarius caruerit dolo. [b] Item nec tanquam fieri faciens falſam relationem, cum nuncius non commiſit falſum, cum dolo caruerit. Cum igitur principalis non cōmiſerit falſum, nec iſte poteſt teneri tanquam fieri faciens, vt l.ſi is. §.ſi tu Titiū ff.de fur. Non ob. l.ſi quis id quod.§.dol.ff. de iuriſd. om.iu.quia ibi principalis album corrupit, licet dolo caruerit, hic vero principalis non commiſit falſum ex eo quod dolo caruerit, vt ibi no. Nec ob.ff.ad l.Cornel.de ſica.l.nihil.cum gl.in exemplo quod ponit de furioſo.quia tunc etiam homicidium eſt, hois examinatio vt l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil. Nec ob. C.plus va.quod agitur, q̃ quod ſi.conci.l. fin. vbi tex. ponit in terminis hanc falſitatem, & tamē uocat ibi illud inſtrm̄ falſum, quia dato, φ illa ſchedula, quā ipſe ſcripſerat, erat falſa, nec hoc inquiritur, nec de hoc quæritur ſed an fecit fieri falſum inſtrumētum ex eo φ fecit notarium ſcribere & ideo lex alibi iſtum actum deceptionis non uocat falſum inſtrm̄, ut C.de reb. alie. non alie.l. 2. Concluditur ergo tanquam fieri faciens falſum inſtrm̄, uel falſam relationem non uenit puniendus de falſo, uerum quia iudici obrepſerit non ueras citationes oſtendendo, & ſic per obreptionem ſententiam pro ſe conſecutus eſt, ideo tenetur pœna falſi, tn ff.de fal.l.ſi quis.ubi caſus ſingularis. & quia huius falſitatis pœna non eſt adiecta in ſtatuto, iō imponatur pœna, vt alio ſtatuto cauetur, procedēdo de ſimilib. ad ſimilia, vt ad ſimilitudinem facientis fieri falſam relationem

3 vel alio modo vt ſibi videbitur. Super ſecundo dico, † φ talis pœna non venit duplicanda. Ad quod oſtēdendum ſciēdum eſt, φ tale maleficium, per ſ. obreptionē aliquid obtinere contra aduerſarium, non poteſt cōmitti niſi in palatio, vbi ius redditur ſm morē maiorum, vt l.pe.de iuſtitia & iure. cū ſit contētioſa iuriſdictio, vt l.a procedēte. C.de dila. & l.2.§. dies. quis or.in bonorum poſſeſſio.ſer.de do.po.l.2. §.ſi cauſa cognita, ſed alibi qui p obreptionem aliquid obtineret, non valeret, vt dictis iuribus, & ſic nō eſſet falſum punibile, vt l.qs legatū.ff. de fal. Hoc p̄miſſo dicimus, φ ſtatutum quod loquitur de pœna duplicāda in maleficijs, q̃ committuntur in palatio, debet intelligi de maleficijs, quę indifferenter poſſunt committi in palatio, & extra. ſed ſi in palatio tantum vt in caſu propoſito, tunc non debet duplicari vigore illius ſtatuti, quod oſtēditur. Primo, quia ex natura generalitatis eſt, quod ad caſus, in quib.ſpecialiter prouiſum eſt non porrigitur, vt l.ſanctio legum, de pœ.& de verborum obliga.l. doli clauſula. cum ſi. Cū ergo huic maleficio, φ de neceſſitate fit in palatio ſit impoſita pœna ſpecialis ſtatuti loquētis de his generaliter quę in palatio committuntur, ad hoc ſe non extendit dicti ſtatuti diſpoſitio. Secūdo probatur ſic, aut dicis ex hoc ſtatuto de pœnis duplicandis induci nouam accuſationem prima remanente, vt l.quoties. de actio. & obli. & tunc inquiſitione, ſeu accuſatione ſimpliciter formata dr̃ electa illa via, ex qua minor pœna imponitur, vt l.ſi præſes. & l.interpretatione.ff.de pœnis. & ſic ſtatuto, quo imponit pęna ſimplex, punitur. Aut dicis introductam nouam accuſationem, ſeu nouum modum agendi, ſed pœnam, quæ puniebatur ex prima accuſatione ratione cuiuſdam qualitatis augeri, ſicut dicimus in l. in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxali. & hoc eſt verius, non tñ curo hoc examinare. & tunc in iſto maleficio iſta augmentatio non poteſt habere locum: quia ſic ceſſat ibi qualitas, quę poteſt adeſſe, & abeſſe, vt probatur.ff.de cōtrahen.emp.l.pacta conuer.ta.& quod ibi no.de verb.ſign.l.ſi quis aliud. Ad illum ergo caſum ſtatutum non porrigitur. Tertio probatur ſic.& de eodem crimine non debet quis ſępius puniri, vt l.ſenatus. de accu.l. pe. in fi.nau.cau.ſtab. cum ſimilibus. ſic eiuſdem qualitatis non debet ſæpius reſpectus haberi, vt l.habebat.in prin.de inſti.& de in rem ver.l. filius.in fin. Sed in propoſito, primum ſtatutum in quo ponit̃ pœna ſimplex habita conſideratione loci.ſ.palatij, quia impoſſibile eſt committi alibi. Sed ſi ex vigore ſecundi ſtatuti, & propter locum duplicaretur, iā in hoc haberetur reſpectu eius qualitatis, quod eſt abſurdum.d.l.ergo ſtatutum nō debet ſic intelligi, vt l.ſcire.§.aliud. de excu.tut. Quarto ſi agri limitati nō recipiunt augmētum alluuionis, vt l.in agris, de acq.rer. do. ſic delictum limitatum loco certo, ratione loci amplius non recipit augmentum. Bar.

### ADDITIONES.

a Ber. Land. Tudertinus. Adde huic conſultationi, quæ ſunt ad calcem ſuperioris conſilij.13.

b Dolo. Vide Alex.conſi.62.3.lib.& conſi.77.4.lib.& 73.in fing.1.lib.

1 *An legatum pro dote factum filia, vel alteri poteſt peti ſtatim, ideſt ante nuptias, vel poſt, & concluditur quod ſic.*

## CONSILIVM. CC.

Quæritur De legatis filiarum eis factis pro dotib. vtrum debeantur & peti poſſint incontinenti, an de-

1 beat expectari ætas † nubilis. Iſta quæſtio pendet multum ex forma ſtatuti ciuitatum, quæ conſueuerunt diſponere, φ filiæ ſint cōtentæ dotibus, & ideo niſi dicta ſtatuta videantur, rectum reſponſum dari non poteſt. De iure communi loquēdo conſtat, quod in quantum dicta dos relicta eſt vſque ad legitimam portionem debitam iure naturæ ipſis filiabus, dos peti non poteſt incontinenti abſque aliqua dilatione, vt l. quoniam in prioribus. de inoffic. teſtam.in eo vero quod eſſet vltra legitimam, eſt aduertēdum, quia aliud eſt ſecundum propriam ſignificationem vocabuli, de iure communi ſcripto, aliud ſm communem vſum loquendi, qui in ciuitate eſſe conſiſtit. nam de iure ſcripto, cum dos non poſſit eē ſine matrimonio, vt de dona.ante nup.l. fi.in princ. legatum pro dotib. habet cōditionem, ſeu diem nuptiarum, vt C.de nup.l.ſancimus.ff.de iure dot.l.ex ſtipulatione, & ſic debet intelligi.l. Titio genero. ff. de condict. & demonſtr. licet quidam illum tex. aliter intelligant, & hoc probatur expreſſe, C.ad Trebel.auth.niſi rogati, & in cor. vnde ſumitur. vbi expreſſe patet, quando relictum nomine dotis habet in ſe conditionem nuptiarum. veruntñ cōmunis vſus loquēdi aliter ſe habet in quibuſdam partibus. φ cum in facto cōſiſtat, in iudicio debet probari. in quibuſdam. n. partibus. dicitur dos patrimonium mulieris etiā nō nuptæ, vt cū dicimus, talis mulier habet dotem bonam, licet ſit puella virgo, vel vidua. & ēt cum dicimus de ingrediēte monaſterium, talis mulier dedit monaſterio bonam dotē & ſi. ſm quem cōem vſum loquēdi debemus verba teſtantium intelligere, vt l.liberorū. §.φ tñ Caſſius. & quod ibi no.ff.de leg.3.& l.cum dilationis §. aſinam. ff.de fundo inſtr.l. Labeo, de ſupel.leg. de verb.ſig.l.vt Alphenus.& l.in vulgari. cum igitur appareat talem modum loquendi eſſe in ciuitate Tuderti, dicimus legata pro dotibus non eſſe conditionalia, &

a poſſe peti incontinenti. Et ita dico [a] ego Bart.

### ADDITIO.

a Ber. Land. Et ita dico. Omiſſis. An exter ſtatutum diſponens circa dotes filiarum concluditur cum d.conſulente, vt Pau.de Caſt.conſi.232.& 237.& 38.

## CONSILIVM CCI.

interptationem vulgi,aut nãm verborum ꝓlatorum;tñ ſm nãm
verborum ꝓlatorum loqt̃ l.ſi Titio fundum,ff.de vſufr. leg.& de
leg.2.l.Titio.§.1.in 1.Si vero loqt̃ ſm qd interptat̃ cõſuetudo , &
tunc,aut filius extat in medio,& dẽt hẽre mr̃ alimẽta,vt no.in l.1.
C.ſi mulier ſecun.nupſe.& in Spe.q filii ſint leg.§.1.ver.ſi qs,nam
bonoris cã dñam teſtõr vr̃ vocaſſe,no eam cohæredem libere fe
ciſſe,vt hẽat totum,vt l.volunt.ff.de vulg.ſubſt.l.verbis ſic.ff.mã.d.
l.creditor,in fi.cum p ſimile verbum.vbi nũ extãt filij, ꝯſuetudo
4 ceſſat.† Quid ergo ſi filius extitit ab initio,ſed pr̃ mortuus eſt,&
factus eſt locus ſubſtituto,vtrum mulier ad ius commune reuer-
tat̃?& vr̃ ꝙ ſic,qa filiorum priuilegium ad hr̃des aliter non tranſit
tãquam pſonale.l.in oĩb.ff.de reg.iu.l.1.de priu.de ritu nupt.l.non
ſolum,§.ſi puellæ,cum ſi.In ꝯtrium facit, ꝙ verba teſtõris cęperũt
certo mõdo interpretari,ergo iſta interpretatio vitiari non dẽt,ſi-
cut in ſimili.no.in l.verbis ciuilib.& in l.pcib. qa ſubſtituti repſen
tãt inſtitutum,vt eſt ad hoc arg.l.ſi eum,§.q iniuriarum,ff.ſi quis
cau.& ꝙ teſtõr non ſenſerit de iure dñii , vel effectus , ſed de facto
potius.ff.de c.dim.l.legatum,facit ẽt in eo ꝙ dicit maſſariam, ꝙ ẽ
nomen facti adminiſtrationis,non dñij vel iuris. Non obſ.l.vxori.
de vſufru.qa ibi reliqt vſum fr.ſimplr̃,& pciſe,hic nõ.Præterea ſic
ꝯſuetudo ĩterptaſſe vr̃,& vſus loquẽdi plus attẽdit q̃ ꝓpetas mo-
di ſignificãdi,vt no.ff.de leg.3.l.librorum,§. quod tñ Caſſius. Nõ
ob. l. Titio fundum, qa ibi fuit legatum alternatiuũ certæ rei,hic
incertæ. Non ob.l.creditor, in fi.qa ibi legatum certam formam,
& dominium continebat,hic incertam,& implicitam,&c.

## CONSILIVM CCXLIII.

1 *Subſtitutio facta pluribus,ſi aliquis ipſorum decederet ſine liberis,ꝙ nõ ex
pirat vno decedente ſine liberis.*
*Dictio,quiſquis,ſi quis,& aliquis, licet in ſingulari numero prolata ſit,ad
omnes tamen refertur.*
2 *Ordo mentis ꝙ attenditur magis,q̃ ordo ſcripturæ in ultimis voluntatibus.*

Dominus Cato inſtituit Io. M.& N. filios ſuos hęredes
& eos ſubſtituit in hunc modum,ꝙ ſi cõtin-
geret aliquem dictorum filiorum mori ſine liberis, eo caſu ſubſti
tuit alios filios tunc viuentes, an mortuo vno filio ſine liberis,&
ſic exiſtẽte cauſa ſubſtitutionis in perſonis aliorum,directa ſubſti-
tutio expirauerit,quod vr̃,propterea quia vſus eſt teſtõr verbo ſin
1 gularis numeri.† In ꝯtrium,ꝙ in perſona aliorum ſubſtitutio non
expirauerit,immo in pſona oĩum locum habeat, quod ſic ꝓbat̃ ,
nam nã iſtorum diſtributiuorum,quiſquis,ſi quis,& ſi aliquis eſt
vt licet ſint ſingularis numeri,ad omnes referantur,in l.q liberis,
§.hæc

§.hæc verba.ff.de vulg.& pup.& expreſſum eſt de leg.1.l.qui filiabus.§.1.vnde licet ſubſtitutioni ſit locus in perſona primi, poteſt ẽt eſſe in perſona ſecundi,ſed in teſtamento dicti Catonis reperitĩ inſtrõ prædictorum I.& M.ſuorum filiorum,& ſubſtõne facta cõtigit, ꝙ primo extitit caſus mortis ſine liberis in pſona dicti M.& ſic pars bonorũ venit ad dictum I.& M.poſtea euenit caſus mortis in pſona d.Ioã.ſine liberis,qui deceſſit, ſupſtite dicto N.qui extraneũ inſtituit.Quætiĩ quid dictus N. habere debeat de bonis dicti Ioã.a p̃re,& a dicto M.ſuo fratre peruẽtis?ad quę reſpondetur, quod de bonis,q̃ dictus Ioã.habuit a patre,debet deduci ltĩma,& Trebellianica:reſiduum dẽtur dicto N.vt l.coheredi.§.cum filię. ff.de vulg.& pup.extra de teſtam.c.Rayn.de bonis vero, quæ d.I. habuit a dicto M.eius fratre primo defuncto,dico,ꝙ eſt aduertẽdum:nam in dictis bonis partem habuit iure ſucceſſionis ab inteſtato ſibi contingẽtem de legitima & Trebellianica dicti M.& de iſtis nil debet habere dictus N. niſi quatenus ſibi I. reliquiſſet, qa cũ habeat iure ſuo,nõ ex ſubſtõne venit in fideicommiſſo, vt l.qui fundum.§.qui filios, ad l. Falc.aliam partẽ habuit iure fideicommiſſi ſibi debiti ex ſubſtõne paterna,& de hac eſt videndum an veniat in fideicommiſſo? & dubium facit, quia gl.in l.cum virum.C.de fideicõmiſ.& ff.ad Trebell.l.Marcellus.§.quidã,diſtinguit,an primo grauet.ſecũdo roget,an eꝯ: ſed hic neutrum fecit primo, immo vno contextu verborũ grauat & prouidet.in eo.n. quod alteri ſuperuenienti ſubſtituit, prouidit ſuperuenientibus, &

2 grauat morientem.† Circa hoc tamẽ dico,ꝙ ordo mentis potius attenditur, quam ordo ſcripturæ, vt l.cũ p̃r.§.fideicommiſſum, ff.de leg.2.l.nec.n.& ibi per Dyn.de ſolu. Sed non eſt dubium, ꝙ in voluntate teſtantis hic ordo fuit, vt præmorientem grauaret, ſuperuiuentibus prouidit,& filium morientem grauauit de reſtituendo ſuperuiuenti, & ſic apparet, ꝙ in perſona huius ſecundi primo reliquit ſibi,ſecundo grauauit in ordine intellectus,& voluntatis teſtãtis,& ſic totum quod habuit ex fideicommiſſo a primo,venit in fidecommiſſum, quod debetur huic ſuperuiuẽti, & pro hoc vr̃ caſus.ff.ad Treb.l.hæredes mei.§.cum ita,& l.Lucius. §.tres hæredes,in fin.huic autẽ opi.ꝯ dr̃ de leg.3.l.pater.§.quindecim.ibi.n.in eo,quod habetur ab hærede, nõ vr̃ fideicommiſiſſe, ſecundo ibi teſtator de parte rogauit, hic vero ſimpliciter. Item obſtat de leg.3.l.ſi Titius ex parte.ſed ibi rogauit de parte hæreditatis,hic ſimpliciter, vt no.per glo.in l. Marcellus.§. quidam.ff.ad Trebellianum,& ibi etiam probat tex.&c.

*Finis libri primi Conſiliorum Bartoli à Saxoferrato, quorum numerus eſt 244.*

# SECVNDVM VOLVMEN

## Conſiliorum Domini Bartoli à Saxoferrato.

### CONSILIVM PRIMVM.

1 *An vigore diuiſionis videatur renunciatum iuri fideicommiſſi, quando fuit promiſſum non contrauenire.*
2 *Stante promiſſione de defendẽdo, an ius fideicõmiſſi uideatur eſſe ſublatũ.*
3 *Fraternitas ſubſtituta, an poſſit aliquid petere de bonis emphyteuticis uigore ſubſtitutionis.*
4 *Donatio facta rebelli, & per notarium rebellum rogata, an ualeat.*
5 *Pater an obligetur ad reſtitutionem bonorum filij, ſi per patrem, tanquam miniſtrum ſunt quęſita filio.*

PRoponitur, Quod Rigus Porcide Eugubio,hñt certas poſſeſſiones in emphyteuſim pro ſe ſuis filijs, & hr̃dibus, vſq; in tertiũ gradũ finitũ ab ecclesia maiori ciuitatis Eugubij,& quibuſdã alijs monaſterijs,ad habendũ,& poſſidẽdum,& non alienandũ, nec alicui concedendum ad damnũ dicti monaſterij. Rigus fecit teſtm̃, & Porcellũ, Rodulphũ,& Iouaninũ & Cionectũ eius filios hr̃des inſtituit, & ſubſtituit,ꝙ ſi quis eorũ deceſſerit ſine filijs,portio ipſius deueniat ad ſuperuiuẽtes. Contigit, ꝙ Iouaninus mortuus eſt, & bona ſua remãſerunt libera apud fratres. Deinde dicti Porcellus, & Cionectus diuiſerant bona ſua ꝓpria,& emphyteutica, & in parte dictorũ Rodulphi, & Cionecti venerunt multa bona emphyteutica, & in inſtrõ diuiſionis ꝓmiſit vna pars alteri ipſam partẽ defendere,& guarẽtare ꝯ oẽs perſonas, & ſibi inuicẽ finierunt,& æquauerunt partes, & montones prædictos, & ꝓmiſerunt ꝯ p̃dicta non venire ſub dicta pęna, & oblĩone bonorũ, vt in inſtrõ inde confecto latius ꝯtinet. Deinde dictus Cionectus decedẽs ſuũ hæredẽ inſtituit Rodulphũ,deinde dictus Rodulphus, decedẽs inſtituit Frãciſcum ſuum filium,& eidẽ,ſi decederet ſine filijs,ſubſtituit fraternitatem Sanctæ Mariæ de Mercato, qui Franciſcus immiſcuit ſe hæreditati paternæ, & exiſtens maior 14. ann. donauit cã mortis bona ſua Baldo do. Armani, vt patet ex inſtrõ inde confecto, & mortuus eſt. Hinc oritur quæſtio inter dictum Porcellũ ex vna parte, dicentem bona dicti Cionecti, q deceſſit ſine filijs, pro dimidia ptinere ad eum iure fideicõmiſſi ſibi debiti ex teſtrõ paterno. Item dicit bona emphyteutica debere eſſe ſua ex vigore pactorum appoſitorum in inſtrõ emphyteutico, & dictam fraternitatem ex alia parte, dicentem ſibi dicta bona deberi ex vigore inſtõnis factæ d. Franciſco per Rodulphum eius patrem,& per dictum Bald.dom. Armani, aſſerentem dicta bona ad ſe pertinere ex cauſa dictæ donationis cauſa mortis. Modo quæritur, quis
a iſtorum habeat iura ſua.† In qõne prædicta [a] primo vidẽdum eſt,
1 an ex vigore dictę diuiſionis videatur renunciatum iuri fideicõmiſſi debiti inter ipſum Porcellum, & fratres ex teſtamento p̃rno? Et vr̃,qđ ſic.propter verba appoſita in dicto inſtrõ, qa promiſit non contrauenire. Et ſic vr̃ caſus in l.qui Romæ.§.duo fratres. ff.de verb.obl.ſ m opin. Roger. ibi poſitam in gl.in ver.proponit, quam tenet ibi Dyn. In ꝯtrariũ vr̃ ẽm opinion. Hugo. ſecundum quam ibi fuit male iudicatum,quod videtur tenere gl. in ver.poſ in l.tres fratres.ff.de pact.quam opin.tenet Pet.& multi alij Mod. de quibus ego fui legẽdo,ſcribẽdo,& plures conſulẽdo, quod ꝓbo pluribus rationibus. Primo, per ſimplicem diuiſionem nõ vr̃ renunciatum iuri fideicommiſſi, ſecundum omnes, l.cum p̃r.§. hæreditatem. de leg.2. Sed ſtipulatio ſimplex limitatur ſ m naturam præcedẽtis contractus.l.ſi ſtipulanis.de vſu.& de leg.1.l.ſi legatum ſerui nomine.ff. vt leg. no.caue.l.1.§.ſi quis ſub conditione. Sed ſimplex diuiſio procedens ad extingẽdum fideicommiſſum non extinguit, ergo &c. Præterea, ꝙ hæc verba non importent,eſt caſus,in l.Stichus.§.item quæſitum.ff.de cond.inde. Prętetea,de hoc ẽt eſt caſus in l.ſi de certa. C. de tranſac. Præterea vr̃ expreſſius in l.ſi ex plurib.de ſol. Præterea dictum generale nõ refertur ad ea,quæ depẽdent ex teſtamẽto. Præterea,ſuper his quæ ex teſtõ depẽdent non poteſt paciſci,niſi inſpectis & cognitis verbis teſtamẽti, vt ff. de tranſact. l.de his.& quemadmodum teſta.aper. l.1.§.pen. ſed tempore dictæ diuiſionis verba dicti teſtamẽti non fuerunt inſpecta, nec cognita, nec de his fuit cogitatum. Et ſic concluditur,quod ex vigore d.diuiſionis,& dictorum verborum
2 quia promiſit non venire cõtra, nõ fuit ſublatum ius fideicõmiſſi.† Superest,vt videamus, an ex vigore ꝓmiſſionis factæ de defendẽdo,ius fideicõmiſſi videatur eſſe ſublatũ,quaſi quem de euictione tenet actio,eũdẽ agẽtẽ repellat exceptio. Ad ꝙ dicẽdũ eſt, ꝙ dicta ꝓmiſſio de defendẽdo in ꝯtractu diuiſionis, & in quocunq; alio dẽt intelligi,niſi euincat facto eius ad quem portio deuenit, vt ff. de euí.l.fundũ meũ,& de dote p̃leg.l.licet placeat, & ff.ad l.Fal.l. ſi a me. Sed in ꝓpoſito nr̃o,ſi Porcellus petit fideic.ſibi debitũ ex perſona Cionecti defuncti,ipſe euincit ex facto, & oblĩone ipſius Cionecti,ex quaſi ꝯtractu celebrato p eũ,ex quo immiſcuit ſe hr̃ditati p̃rnę ſuę.n. obligat dicto fideicõmiſſo. Itẽ euincit ex facto teſtõris,cuius hr̃s fuit dictus Cionectus,& ꝓ ea parte qua hr̃s fuit, & ſic vr̃ agi ex facto ipſius ꝓprio, vt no.in l.ſi ſeruus.ff.de ꝯdi. fur.& tenet d.Ia.de Are.in d.§.duo fratres,reꝓbãdo opinionẽ Azo.ibi poſitã. Et ſic ꝯcludit, ius fideicõmiſſi remanere ſaluũ, nõ obſtãte diuiſione, & ſic ad dictũ Porcellum ptinet medietas bonorũ dicti Cionecti, deducta ltĩa, & Treb. † Scđo vidẽdũ [b] eſt de bonis em-
b phyteuſis,quorũ eſt duplex inſpectio. Primo, an dicta fraternitas ex vigore dictæ ſubſtõnis poſſit aliqd dicere ĩ dictis bonis? Et certum eſt,ꝙ nõ. Nã cum d. Franciſcus deceſſit maior 14.ann. ꝯſtat dictam ſubſtõnem eſſe fideicõmiſſariã. Sed in fideicomiſſo p̃nt venire dicta bona emphyteutica, q̃ debẽtur d. Franciſco, vt filio ex vigore ꝯtractus celebrati p auũm,cum d. monaſterijs,qui recepit pro ſe,& ſuis filijs,& nepotibus, vſque in tertiam lineam, vt ff.ad Treb.

ADDITIONES.

a Th.D. In quæſtione prædicta. Adde quod idem tenet Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres,in 2.q.ff.de verb.ob.per eadem fundamenta,prout hic, in prin.in ver.iſta ſolu.& dicit ꝙ hmõi opin.eſt veriſſima, & Bald.in l.Paulo Callimacho.§.1.ff.de leg.3.vbi dicit,ꝙ iſtam opi.tenet pro vera,quod etiam ſemper tenuit, & item tenet Bar.conſulendo in conſi.58.in 1.vol.inci.ex themate prædicto. item late tenet Bal.in c.1.in tit. Imperator Loth. verſi. ſecundus caſus, & in l. cum pater.§. hæreditatem.2.ff.de leg.2.cum concord. de quib. per d. Ia.in d.l. qui Romæ.§. duo fratres.in ver.contrariam opi.cui adde Bar.in hoc conſilio.
b Secundo videndũ. Adde qđ tenet Bar.in l.ſi patroni.ff.ad Treb.& dicit,ꝙ hoc tota die de facto occurrit.Vide plures concord. ſic in apoſtilla mea in ver. habens

Digitized by Google

Treb.l.ſi patroni, & ibi no.γ et Dyn.in rebus feudalibus, in rebus
vero emphyteuſis Dy. in l.ſi patroni,innuit, ꝙ veniant in fideicō.
ꝑ l.agros.C.de omni agro deſer. & quia pōt particulr legari.l.apd
Iul.§.ſi hæres.& l.ſi domus.§.fi.de leg.1.Sed hic aduertēdum eſt,
ꝙ quædam ſunt bona emphyteutica, hoc eſt, bona vectigalia, ſi-
ue tributaria iſtius ciuitatis, quæ cum illa trāſeant ad omnes hæ-
redes,ita tranſit in fideicommiſſariūm vſem, ſed res emphyteu-
ticæ eccleſiæ aliud eſt. illæ.n.nullo titulo pſſt in alium trāſferri,ca
ſus eſt expreſſus. C.ne rei dñicæ,vel templorum,l.a. Præterea,hoc
expreſſum eſt ex ipſo inſtrō locationis, vbi dr̄, & non vēdēdum,
vel alienandum eſſe.& ſic non pōt ꝑ legatum,vel fideicom relin
qui extraneæ perſonæ, l.vnum ex familia, quaſi per totū.§.de leg.
2.maxime in caſu legis noſtræ,vbi reſtitueret̄ fraternitati,quæ eſt
perſona potentior, & dictis monaſterijs durior, ergo &c.no.in c.
potuit,extra de loca. Et ſic concludit,quod dicta fraternitas in di
4 ctis bonis non pōt aliquid dicere. † Tertio vidēdum eſt de dona-
tione facta dicto Baldo, circa quā in his quæ allegantur, ꝙ nō va-
let,quia facta a rebelli eccleſiæ, & in rebellem, & per notariū re-
bellem,& ſic eſt inualida. Rñdeo,ꝙ iſta in facto conſiſtūt,& ideo
circa hoc nihil dico.ſed poſito quod valeret, rñ bona emphyteu-
tica dictus Porcellus deberet habere ſaltē pro duab. partib. cū illi
haberent iure ſuo, dictus Porcellus non tenetur de euictione.l.ſi
familiæ.ff.fam.erciſc. Pro tertia vero parte,quam prædicti habue
runt de parte d. Porcelli, poſſet eſſe dubium. non.n.habet hic lo-
cum rō dicta in præcedentib. Nam Porcellus nō euincit ex vigo-
re alicuius obſonis,quia tenetur dictus Franciſcus,vel aliquis au-
ctor eius, ſed ex vigore conceſſionis factæ prī ſuo per dicta mo-
5 naſteria. † Et aduertendum eſt,quod pr̄ non obligat filijs ad reſti-
tuendum illa bona,ſed per ipſum patrem,tanquam per miniſtrū
quærit̄ ipſi filio, & ſic ēt habet locum rō prædicta, quia dictū eſt,
ꝙ non tenētur de euictione, qñ vēdicant iure fideicommiſſi. ve-
rum,quia ꝑ alienationem factam per dictum Franciſcum in di-
ctū Bal.reciderunt in dicta monaſteria, tam ex forma cōi,quā ex
forma prædictorum, ideo conſulte faciet dictus Porcellus, ſi fa-
ciet ſibi renouari,& reformari a dicto monaſterio. Et ita dico,&
conſulo ego Bart. a Saxoferraro legum Doctor, & ad fidem me
ſubſcripſi,& meum ſigillum apponi feci.

## CONSILIVM II.

1 *Argumentum an valeat ex ordine inquiſitionis.*
2 *Fama publica,cum alijs probationibus,& indicijs,facit plenam probatio-
nem,etiam in criminalibus.*
3 *Dubio ſtante quis primo de duobus percuſſit in benigniorem partem inter-
pretandum eſt,ut abſolutio ſequatur.*
4 *Abſolutio ſequi debet ſi per curiam non probatur, Meuinm ante percuſ-
ſiſſe,in dubio.*

Viſa Inquiſitione formata ꝯ Nicolaum Petri Vēturę de eo
quod dr̄ Nicolaū peuſſiſſe Brixium in manu ſiniſtra,
viſaq; excuſatione dicti Nicolai, & dictis teſtiū examinatorū ad
eius defenſionem,viſoq; ſtatuto cōis Eugubij, quo pmittit̄ pcuſ
ſori repercutere illum qui eum percuſſit, vr̄ de iure indubitanter
dicendum, dictum Nicolaum abſoluēdum eſſe a dicto capite in
quiſitionis. Nam vr̄ ſufficiēter conſtare dictum Nicolaum fuiſ-
ſe percuſſum ex pluribus indicijs,& veriſimilibus ex eo,quia in di
cta inquiſitione continetur dom. Brixium feciſſe inſultum ꝯ di-
ctum Nicolaum, ex quo debet præſumi dictum Brixium primo
1 percuſſiſſe.ar.l.1.§.cū arietes.ff. ſi qua.pau.fe.dica. † Præterea, ex
ordine dictæ inquiſitionis,in qua primo ponit̄, & narrat̄, dictum
Brixium primo percuſſiſſe,poſtea ſequitur dictum Nicolaum ꝑ-
cuſſiſſe dictum Brixium,& ſic ex ordine dicto,præſumitur dictū
a Brixium primo percuſſiſſe.l.quoties,in princ.ff.de vſuſ. & l.gene
2 raliter.§.quid ergo ſi plures.ff.de fideicom.lib.† Præterea,de hoc
eſt fama publica,vt apparet ex dictis teſtium ad defenſam Nico-
b lai,quæ fama cum prædic.alijs probationib. & indicijs[b] facit ple
nam probationem. ff. de teſtib.l.3. §. eiuſdem quoq; principis.&
quod ibi no.& ff.de excuſ.tut.l.2.in princip.& ibi per Dyn. & ex-
3 tra de app.c.1.& ibi per glo.† Præterea, cum ſit dubium quis pri
mo percuſſit,interpretandum eſt in benigniorem partem, vt ab-
ſolutio ſequi debeat,vt ff.de pen.l.interpretatione,& l.ſi pſes,no.
per Dy.extra de reg.iur.c.in obſcuris,in fi.lib.6.& no.gl.pe.in d.§.
4 cum ariete. Præterea, niſi † per curiam probetur dictū Nicolaū
c ante percuſſiſſe,[c] abſolutio ſequi debet in dubio, vt no.in fi.ff.de
neg.geſt.l.cum actum: circa fi. Et niſi per curiam probetur, locū,
in quo fuit facta repercuſſio diſtare per tot perticas, in dubio de-
bet ſequi abſolutio, l.non ſolum. §. ſed vt probari. ff.de ope.nou.
nun.& ibi no.&c. Ex eo quod dr̄ factū in continenti,præſumitur
factum ad ſui defenſionem, vt no.in l.ſi ex plagis. §.tabernarius.
ff.ad l.Aqui.& quod no.in l.1.C.vnde vi.vbi dr̄,in gl.in ver.mode
rationis,ꝙ ex qualitate facti,& perſonarum præſumitur qualitas
facti.hoc indicat cum inſidijs Brixij præceſſit, vt ſupra probatū
eſt,ergo,&c. Et ita vt ſupra ſcriptum eſt, dico & cōſulo ego Bart.
a Saxoferrato,legum Doc.ſaluo veriori iudicio,in cuius rei teſti
monium me hic ſubſcripſi, meumq; ſigillum apponi feci. idem
conſulo ego And.domini Rayne.de Mōte Vbiano legum Doc.
& ad fidem me ſubſcripſi, meoque ſigno ſignaui. Idem conſulo
ego Franc. Tigri.de Piſis legum Doct.& ad maiorem fidem me
ſubſcripſi,ac meum ſigillum apponi feci.

ADDITIONES.

a Tho.D.Primo percuſſiſſe.Adde Bal.in l.1.C.de ſica. vbi ex illo tex. no.ꝙ ille, qui
primo inſultatus eſt,hoc ipſo dr̄ feciſſe ad ſuam defenſionem,& ibidē Bal.in l.1.
§.cum arietes.ff.ſi qua.pau.fec.dica.& ſequitur ibi dom. Florianus, ꝙ inſultatus
ſemper præſumitur feciſſe ad defenſionem ſuam licitā.& idem Bart. in l.multis,
C.de lib.cau.dicit,quod ſufficit probare, quod aduerſarius irruebat in ipſum aio
occidendi,vel vulnerandi.Pimo fortius no.Bal.in l.ſi in lege.ꝑ illum text.in lec.an
tiqua.ff.loc.quod ex præparatione ad defendendum,vel aggrediendum, licitum
eſt mihi offendere,vel occidere,& dicit ita fuiſſe de facto iudicatum.
b Et indicijs.Adde & fortius,quia in criminalib.quod quis fecerit ad ſuam defen-
ſionem,probatur per ſolas coniecturas,quæ iudicis arbitrio relinquuntur,ſecun-
dū Inn.& Ioan.And.in c.1.de præſump.in nouel.ſequitur, & reputat no. dignū
Bal.in l.1.C.de confeſſ.& Iaſ.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iu.
c In dubio. Adde, quod in delictis in dubio præſumitur factum tempore licito, &
permiſſo,ſecundum Bart.& alios in l.non ſolum.§.ſed vt probari, verſic.vel po-
no.cum concor.ff.de ope.no.nun. & Abb.in c.auditis, de præſcr.& facit regula,
in l.merito.ff.pro ſocio.

## CONSILIVM III.

1 *Legatum factum pluribus perſonis intelligitur pro qualibet earum, & ſic
cuilibet in virilem partem.*

Factum Thomæ quondam Mercati, fecit ſuum teſtm̄ in
quo Catharinæ ſuæ nepti ex filio deſcendenti iu
re legati reliquit duos modiolos terræ, & ipſam in prædictis ſibi
hæredem inſtituit.Item iuſſit,& mandauit,& voluit,ꝙ Paſcutia,
Angelella, Paolella,& Cia eius filiæ,& Cathar. eius neptis eſſent
vſuſfructuariæ omnium ſuorum bonorum,donec nupſerint, hoc
tñ addito,& appoſito per dictum teſtatorem, ꝙ ſi aliqua dictarū
mulierum deceſſerit,ſine filijs,vel filiabus,vel ex ea.vel eis ltime
naſcitur. voluit, & iuſſit dictus teſtator partem illius mulieris de-
cedentis ſuccedere,ac deuenire alijs mulierib. ſuperuiuentibus
videlicet, Paſcutiæ, Angelellæ, Paolellæ, ſupradictis filiabus dicti
teſtatoris, & pro æquali parte. & nō dictæ Catharinæ, nec dictæ
Ciæ.Item inſtituit dictus teſtator dictas ſuas filias, & quamlibet
earum in quibuſdam rebus. Dicta vero Paolella filia dicti teſtato
ris deceſſit ſine filijs, & mr̄ tutrix dictæ Catharinę penjt ſibi dari
pro dicta Catharina partem eidem Catharinæ contingentem,
Quæritur, in qua parte fructuum dicta Catharina ſuccedat. In
nomine Domini Amen. In quęſtione prædicta videtur dicen-
dum, quod dicta Chaterina debeat habere fructus integros di-
ctorum modiolorum terræ eiſdem relictorum,& hoc eſt clarū.
Item debet habere quintam partem fructuum bonorum teſta-
1 toris † ex vigore legati vſusfructus, facti dictis dominabus, cum
fuerint quinque,& ſuit dictum pro qualibet earum, & ſic cuili-
a bet[a] in virilem.l.interdum. in prin. de hære.inſt.& portio illius q̄
deceſſit ex dictis filiabus acceſſit alijs ſororibus ex vigore ſubſti-
tutionis factæ, vt patet ex verbis teſtatoris. Et ita dico, & conſulo
ego Bar. à Saxofer.legum Doc.& ad fidem me ſubſcripſi,& meū
ſolitum ſigillum apponi feci, &c.

ADDITIO.

a Tho.D.Et ſic cuilibet.No.quod hic ad ea quæ ipſe Bartol. no. in. l. interdum, in
prin.ff.de hær.inſtit.

## CONSILIVM IIII.

1 *Legatum victus, veſtitus, & habitationis, qualiter intelligatur.*
2 *Alimenta in teſtamento relicta poſſunt peti, tam pro tempore præterito,
quam futuro.*

Factum Marini domini Franciſci Philippucij de Eugu-
bio,ſic ſe habet. Philippucius Iacomelij de Eugu
bio.in anno domini 1342. die 21. menſis Auguſti, ſuum condi-
dit teſtamētum manu Vrbinelli Vgocionis, publici notarij, &c.
In quo teſtamento inter cætera continetur, quod dictus Philip-
pucius reliquit Marino filio naturali quondam dom. Franciſci
filij dicti teſtatoris, victum, & veſtitum, & habitationem in do-
mo dicti teſtatoris, in parte contingente Bartholomæo hæredi
ſuo infraſcripto, qui Philippucius in dicto anno domini mille-
ſimo,& menſe Septembris,deceſſit, ſuperuiuente dicto Bartho-
lomæo hęrede ſuo,relicto Marino, & remanentibus inſimul per
tempus ſex anno.poſt mortem dicti Philippucij in domo ipſius
Philippucij. Qui Marinus per dictum tempus quo ſimul reman
ſit, habitauit cum dicto Bartholomæo in domo prædicta. Poſt
hæc iam ſunt ſex anni a dicto tempore citra, & per ipſum tem-
pus dom. Marinus ſtetit ſeorſum, & ſeparatim a dicto Bartholo
mæo,& per dictum tempus nō habuit nec petiji,vel proteſtatus
fuit dictus Marinus eidem Bartholomeo dictum victum, & ve-
ſtitum, & ſibi dari, & præſtari a dicto Bartholomeo per tēpus ꝑ-
dictorum ſex anno.&c. quæritur modo, nunquid Barthol. hęres
de iure teneatur dicto Marino ſatisfacere de dictis victu & veſti-
tu,pro tpe dictorum ſex præteritorum anno. vel non. Et ſi victus,
& veſtitus eidem Marino præſtari, & dari debēt per do. Bartho.
alibi quam in domo teſtatoris, aut in domo prędicta tātū, &c. Et
ſic noſ dicto Marini de ꝑdictis obeſt,quia ceſſauit manere,& ha
bitare in d.domo,cū dicto hærede, per dictū tp̄s ſex ann. & ceſſa-
uit petere,& proteſtari eidem hæredi per dictū tempus ſex anno.
proxime

Digitized by Google

proxime præteritorum dictum victum,& veſtitum ſibi Marino
dari. Et ſi do. Marinus poteſt habitare in dicta domo, inuito dicto
herede, vel non? Et quid ſit dicto Marino faciendum? Et quid ſit
ſuper prædictis de tempore præterito,& etiam futuro dicendum
per D. Marinum ꝯ dictum heredem? Et ſi cõtingat, dictum Mari
num in prædictis, vel aliquo pdictorum ꝯ dictum Bart. hæredem
ius habere, placeat uobis formare eidem Marino petitionem cõ-
tra dictum Bart. heredem, & ẽt facere ſibi intentionem ſuper di-
cta petitione,& ſibi facere allegationes ſuper prędictis,&c. Itẽ q̃ri
tur, quid cum in dicto teſtamento contineatur, ꝙ dictus Philip-
pucius reliquit dicto Marino victum,& veſtitum,& habitationẽ
in domo dicti teſtatoris, vt ſ. iam dictum eſt, & non declaret quo
iure reliquit,& etiam non declaret in vita dicti Marini, quid iuris
ſit ĩ prædictis & etiam ſuper hoc dictum Marinum cõſulere, &c.
1 Super declaratione prædictorum videndum eſt † primo de intel
lectu illorum verborum, reliquit victum, veſtitum, & habitatio-
a nem in domo [a],&c. Ob hoc dico, ꝙ illa verba, in domo, referũt
ſolum ad habitationem. q.d. relinquo habitationem in domo, nõ
aũt ad victum,& veſtitum, q̃a nõ eſt eadem rõ referenda ad vtrũ
que dicere,&c. ꝙ dictus Marinus ſit adſtrictus morari in domo,
vt habeat alimenta, eſt abſurdus intellectus, cum hoc contineat
ſpeciem ſeruitutis & per iſtum modum imponi non põt, vt ff. de
cond. & dem. l. Titio centum. §. Titio centum. Videntur ergo ali-
menta relicta ſimplr. vel intelligatur, ꝙ illud verbum, in domo. ſ.
præſtãda. q.d. ea, quæ debent præſtari pro alimentis præſtandis in
ipſa domo, nec habet hæres neceſſe portare ad domum Marini,
ſed ipſe Marinus portabit quo vult ſuis expenſis, vt ff. de rei vendi.
l. ſi res mobilis,& l. fi. & no. de ind. l. ꝙ legat. Quod autem ipſe Ma
rinus moretur ĩ domo,& ibi debeat comedere,& bibere, nec ver
ba dicunt, nec interpretatio iuris conſonat, vt dictum eſt. Nec ob.
pdictis, C. de leg. j. & ff. de alim. & cib. leg. l. libertis quos. §. j. cum ſi.
q̃a in illis per modum conditionis fuit iniunctum, ꝙ moraret
cum certa perſona, fauore illius perſonæ, quod debet adimplere,
vt cõſequatur legatum. ꝙ autem quis debeat morari in certo lo-
2 co, non poteſt ſimplr alicui iniungi, vt dictum eſt. † Ex prædictis
b apparet ꝙ pſſit peti alimenta præterita [b],& futura, & ꝙ non nocet
dicto Marino, ſi non ſtetit in domo, vel non fuit proteſtatus, caſus
eſt in l. libertis, quos. §. 1. de alim. & cib. leg. & ibi not. Et ita de iure
dico,& cõſulo ego Bar. a Saxoferrato, legum Doc. & ad fidẽ me
ſubſcripſi,& meo annulo ſignaui.

ADDITIONES.

a Th. D. Habitationem in domo. Vide Bar. l. libertis. §. 1. ff. de alim. & cib. leg. vbi di
cit, ſe conſuluiſſe,& ita conſuluit hic,& in conſi. 211. inci. quidam ſibi, in 1. vol. i
2. dub. vt ibi ſcripſi in addit. & in d. l. libertatis. §. 1. vide Io. Firm. in ſuo reperto-
rio, in ver. alimenta, in verſi. 31.
b Alimenta præterita. Vide Bar. in conſi. 211. quidam ſibi filios, in 1. vol. & Iaſ. in l.
de alimentis, in vlt. no. C. de tranſ. vbi plures etiam videas concord. cui adde Bar.
hic,& in d. conſi. 211.

## CONSILIVM V.

1 *Procurator, ſi nõ habet authoritatem renunciandi laudo, ſi renũciat renũ
ciatio ipſa nõ præiudicat domino, quin poſſit petere executionem laudi.*
2 *Verba appoſita in contractu debent intellig. ſecundum ſubiectam materiã.*
3 *Cap. qui ad agendum §. ſed ſi aliquis, de procu. lib. 6. quomodo intelligatur.*

Super Puncto q̃onis vertẽtis inter dñm Compitam hr̃dem
v. m ex teſtõ Saboli Scanturij de villis Carionis, &
eius procuratorem ex parte vna, & dñm Antoniam, & Baldum
eius filium de Eugubio,& eorum procuratorem ex altera coram
dño Conte iudice Cõmunis Eugubij. q talis eſt: nũqd renũciatio
facta per ſim nuncium pcuratorem dñæ Compitæ, laudo lato p
dicta dña Compita ꝯ prædic. dñm Antoniam,& Baldum, tenue-
rit,& pręiudicet d. dñę Compitæ in executionem ipſius, nec non
viſis compromiſſo, laudo,& renunciatione,& oĩb. actis,& ſcriptis
factis,& actitatis inter dictas partes,& iuribus vtriuſq; partis. bĩ vr̃
de iure dicendum, ꝙ renũciatio de qua ſ. fit mẽtio, nullo modo
tenuerit,& per ꝯñs non præiudicet d. dñæ Cõpitę in executione
dicti laudi,& pro fundamẽto huius adducit illud, quod vulgo pa
tet, quod fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi. ff. manda. l. di
ligenter. & C. eo. l. cum mandati. Sed cõſtat, ꝙ procurator prædi-
ctus non habuit mandatum de renunciando dicto laudo, vt ex ſe
1 rie ipſius procuratorij & mandati apparet, quare, &c. † Accedat
l. non dubium. C. de legib. cum materia ſua. Non ob. quod allega
ri poſſet in contrarium. ꝙ in mandato cõtinetur, ad accuſandum,
denunciãdum,& renunciandum, quia prędictum verbum debet
intelligi ad ea, quæ tñ dictus procurator habuit in mandato, &
2 non ad alia, † quia verba appoſita debent intelligi ſm ſubiectam
materiam, l. ſi vno. ff. loc. & condu. & eod. tit. l. ſi in l. Sed ita eſt, ꝙ
in dicto mandato nulla fit mẽtio de aliquo laudo, quare,&c. Præ-
terea, in prædicto verbo generali, ad renunciandum,&c. non vr̃ eſ
ſe incluſum, ꝙ perdat, vel donet. l. cõtra ius. §. ſi filius. ff. de pact. &
q̃a in generali promiſſione non includuntur ea, quæ quis nõ eſſet
ſpecialiter conceſſurus, l. obligatione. ff. de pig. & l. alumnos. C. q̃
res pig. obl. poſſunt. & l. qui peculij. ff. de pecul. Quod aũt quis nõ
præſumatur velle donare, vel renunciare, eſt tex. in l. cum de inde
bito. ff. de proba. & in l. quiſquis. C. de reſcin. vend. ergo, &c. Item
non obſt. ꝙ poſſet allegari, ꝙ dictus procurator potuerit renunci
re dicto laudo, ex eo ꝙ in mãdato ipſius ꝯtinentur duo caſus, in q̃b.
requirit ſpãle mãdatum,& poſtea ſequit clauſula gñalis, vt extra
3 de procu. cap. † quia ad agendum. §. ſed ſi aliqs. li. 6. q̃a ſalua reue-
rẽtia allegantis, pdic. cap. nõ facit ad mam q̃o. propoſitæ. Nã nõ eſt
verum, ꝙ in procuratorio ſit adiecta cl̃a gñalis, prout requirit pręd
dic. cap. qui ad agendum, Imo eſt cl̃a taxatiua,& reſtrictiua. Et ca
ſus expreſſus eſt in procuratorio, ex eo quia ibi dr̃, & gñaliter ad
omnia & ſingula facienda, quæ in prædictis,&c. Sed prædic. cap. q
ad agendum. requirit cl̃am abſolutiue gñalem, & non reſtrictiuã
vt in tex. patet, quare,& c. Item requitur, ꝙ ſint inſerta in pcuratorio
illa verba. prætere,& gñaliter, &c. & ſic mãdatum exigeret ſpãle,
quod non eſt in pcuratorio, de quo loquitur, & ſic ſi eſt receſſum
a forma & ſolẽnitatib. non ſeruatis, nõ includit diſpõ. l. cum hi. §. ſi
prætor. ff. de tranſact. & l. conſtõnib. in fi. ad munic. Præterea dictũ
verbum, in prędictis fuit adiectum ad diminutionẽ, & reſtrictio
nem illorum verborum,& gñaliter ad oĩa & ſingula faciendum,
& c. Verba. n. inducta ad diminutionem,& taxationem, non ope-
rant augmẽtum, nec ꝯ. l. ſi cui ſerui. ff. de leg. j. & l. cum certis. ff.
de tri. vin. & oleo leg. & ff. de ind. l. ſi fideicommiſſum. §. 1. ver. qd
ſi cum ſim. quare,& c. Præterea, prædictum c. habet hodie reſtri
ctas habenas p c. non poteſt. de procur. in Clement. per quod nõ
poteſt exequi maiora, vel etiam grauiora, niſi ĩ ipſo procuratorio
a ſint expreſſa, vt ibi p3. Sed remittere eſt maius a quatr. aliquod
prædictorum, quia eſt donare, l. ſi quis delegauerit. ff. de noua. per
formam enim dictæ procurationis dictus procurator non poteſt
donare, vt ex forma ipſius apparet: ergo,& c. Cætera ſuppleat pru-
dentia conſulitoris.

ADDITIO.

a Tho. D. Remittere eſt maius. Dicit do. Abb. in c. ſedes apoſtolica. de reſcri. ꝙ vbi
cunque caſus requirens ſpeciale mandatum, eſt arduus, vt veriſimiliter nõ fuerit
cogitatus ſub gñalitate, tũc nõ ſufficit, ꝙ in pcuratorio ſit expreſſus talis caſus re
quirens ſpeciale mandatum, ſubiecta clauſula generali, de qua in tex. in d. c. q ad
agendum. §. ſed ſi aliquis, cum gl. per quam ẽt tenet do. Ant. & Io. de Imo in c. nõ
nulli. §. fi. de reſcr. ſed in caſu nro veriſimiliter non fuit cogitatum de renunciãdo
laudo, ideo non venit in mandato prædicto.

## CONSILIVM VI.

1 *Generale mandatum ad paciſcendum, & renunciandũ debet intelligi. ꝙ do-
nationem non contineat. & ideo procurator nõ poteſt renunciare laudo.*
2 *Procuratori ad lites non poteſt fieri ſolutio.*

Domino Vgocioni de Eugubio iuriſperito amico chariſ
1 ſimo. † Domine mi, in q̃ſtio. per vos mihi trãſ-
miſſa int dominam Compitam,& do. Ant. Viſis omnib. actis &
alleg. vtriuſq; partis dico renunciationem factam p dictum pcura
torem nõ p̃iudicare dñæ Compitę, quia iſta renunciatio eſt dona
tio, quæ non venit in generali mandato cum libera. & illud ꝙ dr̃,
ad renunciandum,& paciſcẽdum, debet intelligi, ꝙ donationem
non contineat,& hoc dicunt iura vulgaria, & ita debet intelligi l.
2 nam & nocere. ff. de pac. quæ multum facit ꝯ iſtam partem. † Pre
terea iſte eſt conſtitutus pcurator ad lites, cui non poſſet ſolui, vt
vigore mandati, vt l. hoc iure. ff. de ſol. Vnde eius renunciatio non
nocet dño, vt l. ſed ſi tantum. ff. de pac. Pręterea, tempore laudi in-
terfuit dom. Compita, quod patet, q̃a in inſtrumento dr̃ præſẽtib.
dictis partib. ergo ſaltem quantum ad hoc procurator vr̃ reuoca
tus, vt in c. ſi quem. de procur. lib. 6. & ſic tantum, ꝙ factum a pro
curatore reuocato non valet. Veſter Bar. a Saxof. legum Doct. di-
cit,& conſulit, vt ſupradictum eſt, ſaluo veriori iudicio. Datum
Peruſij. 21. Nouemb.

## CONSILIVM VII.

1 *Locus debet poni in inſtrumento, alias eſt nullum, niſi locus ſit manifeſtus,
& notus.*
2 *Compenſationem poteſt opponere nedum ſecundus creditor, ſed & primus.*
3 *Hypothecam generalẽ habentium, qui prior eſt in tẽpore, potior eſt in iure.*

Domine Thoma Vidi acta clientuli veſtri ſuper
eo ꝙ in dubiũ reuocat de inſtrõ
an valeat propter defectum loci. Sine dubio ſi locus in ꝯctu non
a ponitur, nõ valet, & dẽt poni clare [a] ſm ꝙ p vos eſt ſolenniter al-
1 legatum, † poſſet tamẽ eſſe, ꝙ domus filiorum,&c. poſita in dicto
inſtrõ eſt ita nota,& manifeſta Eugubij, quod alia demonſtratio
non eſt neceſſaria, l. cum ſeruo. §. fin. de cõtrah. emp. quicquid. n.
demõſtratę rei additur, fruſtra eſt, l. 1. §. adeo autem. in fi. de dote
præle. & ideo de hoc non ſcripſi per modum conſilij. Circa ſecũ-
dum, ꝙ dr̃, quod ad illam dominam peruenerunt tot ex pretio re
rum venditarũ,&c. dico, ꝙ hoc placet, quia ſicut illã compẽſatio
nem poteſt opponere hic creditor ſecundus, ita etiam poſſet ipſe
debi-

ADDITIO.

a Th. D. Poni clare. Vt per gl. Bar. & Doc. in l. generali. C. de tab. lib. 10. & per Spe. in
titu. de inſtr. edi. §. inſtr. ergo publicum. ver. quid ſi locus,& ibi Bal. in addit. cum
concord. & Do. de Rota, in deciſ. no. quod tabel. ꝙ in inſtrumento debet etiam po
ni locus loci,& vide in deciſ. 769. in antiquis, vbi limitat. Aliam limitationem
ponit Bart. hic, niſi eſſet locus manifeſtus,& vide Bal. in l. comparationes. in ver.
venio ad tertiam q. C. de fi. inſtr. idem tenet, ſi eſt factum in loco vbi eſt fieri con-
ſuetum,& non alibi, puta in theſauraria, quod tunc locus nõ eſt de ſubſtantia, vt
ibi per ipſum.

Digitized by Google

2 debitor, vt C. de non nu. pec. l. pe. Circa tertiũ † dr̃, ꝙ dicta dña hẽt
domus, quæ fuerunt in bonis debitoris valure octo li. &c. dico, ꝙ
hoc non eſt clare confeſſatum. ꝙ illæ domus fuerint in bonis dicti debitoris. & poſito, ꝙ eſſet cõfeſſatum, iſta non eſſet ſufficiens
3 defenſio. Nam in omnib. bonis illa tanq̃ † prior eſt ponor, cum q
libet habet generale mãdatum. l. 2. in prin. ff. qui potio. in pig. hab.
Sed conſilium eſſet illud, ꝙ vos in hac eadem inſtãtia offerans &
dicatis vos velle ſolutum qeqd de iure apparet ex his quæ produ
cta ſunt, ꝙ dicta actrix reſtaret debere habere, ita tñ, ꝙ dicta dña
actrix cogatur vobis cedere omne ius obligationis pſonalis, & hy
pothecæ, quod habet ꝯ hr̃des prædictorum, & bona transferre in
vos, & dictas domos, quas poſſidet, quæ fuerunt in bonis p̃dictorum, hoc ipſa tenetur facere, & hoc eſt ꝯſilium legis, & ſic ſecundus creditor vult ſibi ꝯſeruare pignus, vt ff. qui potio. ĩ pigno. hab.
l. mulier. & l. cum dabitur. cum ſi. Adde idem. C. de pig. l. ſecũdus.
& l. ſi prior. §. ſciendum. qui potio. in pig. hab. Iſta pro modo vidi,
ſed multis aliis occupatus nõ potui videre profundius, ſi quæ poſſum, ſum ad veſtra ſeruitia paratus. Bar.

## CONSILIVM VIII.

Quidam Peruſinus deceſſit, cui ſucceſſit quidam pupillus infans extraneus habens, &c. Vide ſ. vol. 1. conſi. 178. quod hic duplicabatur.

## CONSILIVM IX.

1 *Inſultans, & vulnerans an ſit condemnandus de inſultu, & vulnere, ſtante ſtatuto diſponente diuerſas pœnas, arguitur ad partes, & concluditur quod non.*

2 *Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia, & in maleficijs volũtas ſpectatur, & non exitus.*

a Duo Sunt ª ſtatuta in ciuitate, quorum vnum punit inſultantẽ in lib. 150. aliud ꝙ punit vulnerantẽ in centũ. Modo contigit, ꝙ Titius ſimul in eadẽ meſchia inſultauit & vulnerauit Sempronium, & eſt in q. an Titius ſit ꝯdẽnadus de vtroq;, &
1 ſic in 150. lib. an de vulnere tm̃. & ſic in 100. lib. †. Et ꝙ ſit cõdemnandus de vtroque. probat̃, qa duo interuenerunt facta. ſ. inſultatio, & vulneris illatio. Et quodlibet factũ hẽt per ſe ſuũ proprium
nomen criminis. & ſuã variam, & diuerſam coerctionem pœnalẽ,
& quodlibet crimẽ parit ſuam ex maleficio pœnalem actionem, vt
ff. de fur. l. fullo. §. q ancillam. Cum ergo ex vna cã, ſiue ex vno facto rei non procedat, ſed ex diuerſis, & pluribus factis, diuerſis legib.
merito dicẽdum eſt neutrum per alterum tolli, arg. ff. de tu. & ra.
diſtra. l. 1. §. cõſiderandum. Et qa delictum ob aliud delictũ nõ minuit pœnam, ſed auget. l. nunq̃ plura. in prin. ff. de priua. deli. & ad
multiplicationem delictorum non ſequit̃ diminutio pœnarũ, ſed
cõ ad multiplicationem delictorum ſequit̃ multiplicatio pœnæ,
vt d. l. nunq̃ plura. & C. de ſer. fug. l. quicunq;. §. 1. & ff. de pœn. l. hac
lege. & l. aut damnũ: verſ. quiſq;. & melius accedit, quod leg. ff. de
re milit. l. nõ omnes, §. q diſcretioni. ſi aliud crimen adiungit, grauius puniẽdus eſt. & accedat ff. de tab. exhib. l. locum. §. ſi quis dolo. C ẽt intelligit magiſtralis, & ordinaria, no. ff. nau. ca. l. idem ait.
§. fi. vbi dr̃, ꝙ vbi eidem ꝯ eundem plures cõpetũt actiones pœnales ortæ ex diuerſis factis, neutra alterum impedit, maxime pœnalis, cum variæ accidunt ſpecies delinquendi, vt patet in quatuor
exemplis poſitis in l. nũq̃ plura. ff. de pri. delic. Nec dicat aliquis, ꝙ
rõne effectus vulneris ſubſecuti idem nõ puniat de inſultu, quaſi
ad inſultũ aĩum nõ habuiſſe videat, ſed totum ad illationem vulneris ſubſecuti: quia voluntas & propoſitum diſtinguũt maleficia
2 † & in maleficiis volũtas ſpectatur, nõ exitus, vt ff. de fur. l. qui iniuriæ. in prin. & ff. de ver. ſig. l. ſæpe. ff. ad l. Cor. de ſica. l. diuus Adrianus. Ideo dico hãc oppoſitionem nõ obſtare, quia realiter quodlibet maleficium ex animo p̃ſumit eſſe commiſſum, niſi ꝯ ium
ſit probatum, quia oẽ maleficium prouo animo p̃ſumitur eſſe factum. l. 1. C. de ſica. & ff. eo. l. 1. §. diuus. C. de inu. l. ſi nõ conuicii. &
ſic cum inſultus interuenit, ad inſultum inſultans præſumit animũ
habuiſſe. Præterea, cum inſultus interuenerit, nõ obſtante hoc erit
puniendus, quia ſimul cum eo, vel ſaltem vulneris illatio accidenit, nec de animo inſultãtis præſumeremus, ſicut dicimus in ſuripiente ſacculum pecuniæ, vt furti, & ẽt ſacci noĩe teneatur, ſ̃quis certum ſit furãdi ſaccum eum minime animum habuiſſe, ſed pecuniæ tm̃, vt ff. de fur. l. q ſaccum. Nec ob. qa ſimul in eadẽ meſchia
acciderũt in cõtinuatione, inſultus, & vulnus: nõ enim ꝓꝑ propoſitum pro vno hr̃, imo pro plurib. & tot cenſent crimina, & obligationes pœnales, quot interuenere diuerſæ ſpẽs delinquendi, & facta
diuerſa, vt ff. de euict. l. cum plures. ff. de verb. oblig. l. quod dr̃. & l.
Titia. §. fi. Et poteſt dici caſus legis. ff. ad Turp. l. in Senatuſcõ. ibi,
ita vt ex ſingulis cauſis ſingulæ pœnæ irrogẽtur. Na & ſi qs ſimul
vna cõtinuatione ſeruum alienũ rumpuerit, & occiderit, de vtroque tenetur, & furti, & l. Corneliæ, vel furti, & l. Aquiliæ, vt ff. ad l.
Aquil. ſi ſeruus ſeruum. in princ. & præall. l. nunquam plura, imo
ẽt plus dico, q idem eſt, & ſic non diuerſæ, ſed eædem ſpẽs delinquendi, vt ff. de termino moto. l. agraria. vbi legit, ꝙ ſi quis plures terminos euulſerit, pro quolibet termino euulſo in 50. lib. condemnabitur. Nec ob. prædic. l. illud. §. fin. ff. ad leg. Aquil. vbi niſi ſimul
eodem impetu vulnerans, & occidens, tantum de occiſo tenetur
quia ibi eſt ratio, ꝙ vulnerãdo occidiſſe videatur, vt ff. ad leg. Aquil.
l. huius ſcripturæ, ſed inſultãdo non vr̃ quis vulneraſſe, nam & ſine
inſultu poteſt quis occidi, & ſic in inſultu vulnerari, ſed non ſine
vulnere occidi ferro, & ſic ibi vulnus, & naturalis mors ſubſequẽs
pro vno facto cẽſetur. & vnicum factum vnam meret̃ coerctionẽ
pœnalem. l. licet. §. poſſumus. ff. nau. cau. ſtab. Item eſt rõ, qa mors
omnia ſoluit. Non ob. lex. q̃ multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. vel priu. quia quamuis author legis dicat, vltimo ſupplicio, nõ
tamen propterea prohibet, quin iniuriarũ, & l. Aquil. & alia actione poſſit accuſari, vel coerceri, arg. C. ſi aduer. rem iud. l. 1. Inſultus
cm̃ per ſe delictum eſt, ſicut & vulnerari per ſe. nec vnum delictũ
per ſe habet cum alio quicquam commune, non pluſquam ſi in
inſtanti emanauerunt cõtumelioſa verba dãdo, verberãdo, & carnalr̃ cognoſcendõ, de omnibus iſtis tribus delictis puniat̃, nec vnius
coerctio alterius impunitatem induceret, cum diuerſa ſint facta, &
diuerſæ, & variæ ſpecies delinquendi, & diuerſæ coerctiones pœnales maneant, quamuis ab eodem in eundem vna continuatione
commiſſa ſint, vt d. l. nunquam. ad fi. Sic in propoſito dicemus in
inſultu, & vulnere, cum diuerſitatis rõnem nõ videamus. Nec dicat aliquis aggreſſionem & inſultum, qa ſimul fiũt, pro vno delicto, ſiue facto cẽſeri. Nam falſum eſt, cum diuerſa, & varia ſint, ar
d. l. cum plures, ff. de euic. & quia diuerſorũ, & ſeparatorum diuerſa. & varia debet hr̃i rõ. & dẽt eſſe ꝯdõ, vt ff. de cal. l. fi. & C. de do.
inter vir. & vxo. l. ſi maritus. Eꝯ, vr̃ tm̃ de vulnere puniẽdus, quaſi
ad ſecutum vulnus aĩum tm̃ habuerit, qa fuit eũctus, & exitus totius meſchiæ, vt dicimus de illo, qui tm̃ iniuriæ cã in latronum ꝯ
ſpectu ianuam vicini effregit, & deinde fures ſubtraxerũt, tãtum
iniuriarum tenebit, dum iniurandi aĩo feciſſet, nõ autem, vt furto opem ferret, vt accidit, quod legitur. ff. de iniu. l. qui iniur. §. 1.
Hoc oſtendo ſecunda rõne, quia ſi ſimul occidunt vna temporis
cõtinuatione, inſultus, & vulneris illatio pro vno facto hr̃, & tm̃ ꝓ
vulnere coercetur, & ſic vna tantum pœna dignus: quia videmus
ꝙ vulnerare per ſe eſt vnum delictum, & diuerſimoda eſt coercitio vulneris, & mortis, cum ab eodem in eũdem ex interuallo accidunt, & de vulnerato & occiſo tenentur. ff. ad l. Aquil. l. illud. §.
ſi idem eũdem. Si autem ſimul accidãt, & illatio vulneris, & mortis, quamuis in rei veritate duo ſunt delicta, & varia, vt ſupra probatum eſt, tñ rone cõtinuationis pro vno facto hñr, & tm̃ de occiſo coercetur, & nõ de vulnerato, vt in fi. d. §. ſi idem. Hoc oſtendo
alia rõne, ꝙ vnum delictum cenſeatur, videlicet vulneris tantum.
Nam ſi mutuo pecuniam, & incõtinenti ſtipulor mihi reddi, oritur actio ex ſtipulatu, non ex numeratione, quæ tamẽ numeratio,
niſi ſtipulatio incontinenti interueniſſet, peperiſſet actionem ex
mutuo, vel certi condictionem de mutuo, vt ff. ſi cer. peta. l. certi
condictio. §. qm̃. & ſic vides, ꝙ finis incõtinẽti ſubſecutus ſpectat̃,
vt pariat actionem. ſ. ex ſtipulatu, non principium. ſ. numeratio, &
tñ duo ſunt contractus, & duo modi obligãdi, videlicet numeratio, quæ parit actionem ex mutuo, & ſtipulatio, quæ per ſe parit ex
ſtipulatu actionem. vt ff. de noua. l. ſi ita fuero. & l. cum ẽm. & d. §.
§. q̃tũ. de act. & obl. l. 1. §. ꝯſtitur, & ſic de duob. ꝯtractibus fit vnus
vt d. l. ſi ita fuero. Sic in ꝓpoſito, de duob. delictis fit vnum, ex quo
ſimul vno impetu accidũt. Hoc enim oſtenditur efficaci ratione.
Videmus enim plura delicta ſimul in eadem meſchia, ꝓ vno hñ,
& vnica legis authoritate vna pœna cõtenta, vt ſi inuaſi fundum
Titij damnum inferendo, verba contumelioſa dicendo, & cædes
committẽdo, vna tantum pœna imponitur ꝓ omnibus iſtis delictis, cum alias quodlibet illorum delictorum ſeparatim commiſſorum commiſſum exigeretur, & haberet ſuam ꝓpriam ſeparatam coercitionem pœnalem. vt C. ad l. Iul. de vi publ. l. quoniam
multa facinora. Et vt plurimum iſta veſtra q. vr̃ decidi per ordinariam notam. C. de accuſa. l. q de crimine. vbi ſi quis ſuit ſemel aliquem aggreſſus, & inter feceerit, licet in rei veritate diuerſa ſint facta, tñ pro vno facto hñr, & pro vno tantum delicto, videlicet occiſo pœna imponitur. Quid ergo dicemus? R̃ñdo. Fran. Accur. cũ
iſta quæſtio contingiſſet in ciuitate Engubij, & ſibi etiam conſulenda commiſſa, publice diſputauit in ſcholis, & diffiniuit, quod
tñ in centum deberet condemnari pro vulnere, & non pro inſultu, & dom. Guid. de Suxa fuit in eadem ſñia, & ita ſolutum inueni per vtrumque. Do. autem Dy. de muxello dixit oppoſitum, &
dixit quod Titius debebat de vtroque condemnari, arg. allegatorum pro parte. Ego autem de iuris ſubtilitate puto do. Dy. melius
dicere, de quadam vero groſſa, & burſali æquitate puto, do. Fran.
& Guid ſententiam præualere. Deo gratias. Et ita dico, & cõſulo
ego Bar.

Donationes quæ fiunt vxori, vel ſponſæ tempore nuptiarum, vel ſponſalitiorum, cuius ſint, & an poſſint repeti a ſponſis.

ADDITIO.

a Th. D. Duo ſunt. Adde ad dicta p Bar. hic, eundem Bar. in l. illud, ſi idem, ad l. Aq. l. & in l. ſi gemina. ff. de fur. ceſſa. in l. antiquam plura. ff. de priua. deli. & Alb. de Roſ. in 1. par. ſtatuto. in q. 29. 3. q. ex ſtatuto. vbi plene examinat dicta per. Bar. hic, & ibi vide plures Doct. potius tenentes opi. do. Dy. vbi videas.

## CONSILIVM X.

1 *Principe, vel Auguſta donante, indubitanter remanent penes vxorem.*
2 *Si donatio fit contemplatione alicuius penes illum remanet.*
3 *Quæ donantur a marito vxori, cuius ſint, vide plene.*

Quæſtio

Digitized by Google

a **Quæſtio** Talis eſt,[a] an quæ donantur ſpōſæ tempore ſpō-
ſaliorum per ɔſanguineos viri vel vxoris, ſiue
ſponſæ, ſol.mat. poſſent repeti ab hæredibus viri, & quid iuris de
ipſis? Et primo, ꝙ iſta ſint hr̄dis viri, nec poſſent repeti ab eis, ſatis
bene probatur per l.ſed ſi plures.§.in arrogato. ff.de vul. & pupil.
& quod no.in l.ſed & ſi quid.ff.de vſuf.& i l.miles, & in l.ſi forte,
de caſt.pec.& l.annua.§.Titia, de ann.leg.& ff.de acq.re.do.l.tra-
ditio. Ego dico, ꝙ ille §.in arrogato.facit ɔ. Nam ab amico patris
arrogatoris datum fuit filio arrogato, & præſumitur ꝙ filius arro
gatus acquiſierit, & non eſt ꝙ contemplatione alterius detur, &
tō remanet eius, cui datur.l.ſocium qui in eo.§.fi.ff.pro ſoc.Itē ab
hærede ſibimet legari non pōt.l.qui filiab.ff.de leg.1. Item honor
teſtatoris reputatur honor hr̄dis, vt in Auth. de iuren.a morien.
præſti.§.j.Sed ſi teſtator in honorē ſuum, & per ɔſis hæredis lega-
uit Titio, legatum remanet penes Titium.l.qui filiū.§.patet. ff.de
leg.3. ergo ſic vr̄ dicendum in præfata q. Præterea ab eo, quod eſt
ſolitum fieri, pōt argui.l.certi cōdictio.§.ſi nummos. ff.ſi cer.pet.
Sed hæc ſolent remanere penes vxorem, ergo, &c. Præterea, pſō-
na extrinſeca non eſt intelligēda.l.ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogon⁹.
1 ff.de verb.obl. † In hac qōne puto ſic dicendum.[b] ſi eſt Princeps,
b vel Auguſta, vel qui repræſentant eos, vt ſunt aſi mei, qui dona-
rēt, hoc indubitanter tenerem, ꝙ remanet penes vxorem. caſus ē
in l.cum multa.C.de bo.quæ li. Nam contemplatione alterius ip
ſi non donant. Si aūt eſt alius inferior, & tunc aut eſt certum, cui⁹
contemplatione fiat, aut dubium. Si certū eſt, tūc in caſu certi, cō
templatione vnius pōt donari, vt penes illum remaneat, & ſi ſic
2 ſtat, remanebit penes ipſum. † Interdum in caſu certi pōt donare
ꝙ nō remaneat penes eum, & nō remanebit.l.pe.in princ.de acq.
re.do. Interdum de mente donantis eſt dubium, quo animo do-
net, vtrum velit remanere, vel non, & tūc vr̄ acquiri illi, cuius cō-
templatione datum eſt, no.in l.filiof.legatū.de cōd.& dem.& l.ſi
filiofa.2.ff.de dona.cau.mor.& d.§.ſi Titia, & l.cuibus, de re.dub.
hæc procedunt in caſu, in quo certum eſt, ſed in caſu in quo ē du-
bium, colligo triplicis generis materiam. Quædā ſunt cōgruētia
tm̄ ſexui mulierum. Quædam ſunt munera, quæ tm̄ congruūt ge
neri maſculino, vt ſunt calcaria, & his ſimilia. Quædam congruē-
3 tia vtrique ſexui, vt ſcyphi argentei, & coclearia, & ſimilia. † Inter
dum denarij, tūc ex genere rerum donatarum traherem cōiectu
ram, vt ſi tantum congruerent mulieri, ſint mulierum; ſi virilia,
tunc viri.l.vtrum, & l.ſi filius.ff.fam.erciſ.& l.id veſtimentum.ff.
de pec.& l.veſtis. §.fi.ff.de au.& arg.leg. Et ſic habes, quid iuris ſit
congruens tantum ſexui maſcul,no, & fœminino. ſi vero vtrique
poſſet conuenire, tunc aliquis diceret, aut hoc fit ab agnatis viri,
& tunc viro, vel hæredibus viri remanebunt; aut vxoris, & tunc
vxori. Sed aliter dico, ꝙ licet detur ab agnatis viri, ſeu amicis, hoc
fit rōne matrimonij nouiter initi, & nuptiarum, vt in ſimili no.
gloſ.1.in l.cum veterum ſniam.C.de don.ante nup. Et hoc vide-
mus, quia nuptijs, & mr̄imonio non ſecutis, non mouerentur ad
donandum viro, ſed matrimonium eſt quædam coniunctio ma
ris, & fœminæ, & hoc habet in ſe quandam ſocietatem, l.1.de ri-
tu nupt.& l.aduerſus. C.de crimine expil.hæred. ergo videtur eſ-
ſe donatum contemplatione iſtius ſocietatis, ergo ſunt commu-
nia ſociorum.d.l.ſocium.in fi.& l.cerum.§.ſi ſeruo.in fi.ff.pro ſoc.
Et hoc teneo ego Bar.

ADDITIONES.

a Tho.D.Quæſtio talis eſt. Adde quod hoc conſilium eſt inſertum, ſecundum ordi
nem Peruſinum, in j.parte iudiciorum, in conſ.5.& alias incipit, an quæ donan-
tur ſponſæ, & ita allegat Ale.in l.ſi vero.§.ſi filium.in fi.ff.ſol.mat.vbi allegat pro
conſilio Bar.& Ioan.Fir.in ſuo reper.in ver.donatio inter coniuges.in verſi.dona
tio ſponſæ a conſanguineis, facit mentionem de iſto conſilio, & dicit quod inci-
pit, an quæ dantur ſponſæ.

b In hac qōne puto ſic dicendum. Adde Bar.in l.ſi vt certo.§.interdum.ff.commo.
vbi ponit de his, quæ maritus dat vxori tempore nuptiarum. & in l.in his, §.1.ff.
ſolut.matri.vbi dicit ſe pluries conſuluiſſe. & ita conſuluit hic, & in conſi.incip.
Gilius Petri.in 3.vol.in ver.adhuc quæritur, & ibi ſcripſi in addit.& Ale.in l.ſi ve
ro.§.ſeruus, in fi.ff.ſol.mat.& in l.ſi is, qui quadringenta. §.dot legata. ff.ad l.fale.
& in l.ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulga.& pup. vbi allegat aliud conſilium Bar.
quod incipit, Ioan.ſer Matthæi.

CONSILIVM X.

1 *Menſura, & pondera quibus vtimur, quædam ſunt magnæ, & groſſa, & quędam minutæ, & paruæ.*

2 *Venditio f[a]cta ad rationem barilis, vel ſalma vini, dicitur vna venditio, licet cum flaſchis fuerit portatum.*

a **Statutum** Eſt in ciuitate,[a] ꝙ nullus vendat vinum ad mi
nutum ſub certa pęna, modo quidā vendidit
cuidam vnam ſalmam vini, alij duas, alij vnum barile, & ſic fecit
pluribus. Iſti emptores acceperunt vinum cū diuerſis flaſchis, &
1 vaſis diuerſarū menſurarū. † Quæritur, an vēditor in pœnam inci-
derit. Circa ꝙ ſciendum eſt, ꝙ quędam menſuræ & pōdera quib.
vtuntur, ſunt groſſæ, & magnæ, quædam minutæ, et paruæ.l.mo-
dios æneos, C.de ſuſcepto.et arca.lib.11. ſic et monetæ, l.nūmis.
de leg.3. et iſtæ ſm̄ conſuetudinem ciuitatis debent inſpici.l.Im-
b perator.ff.de contrah.empt. Nunc ad propoſitū, menſura[b] groſſa
2 eſt barile, minutæ ſunt pichietæ, et foglietæ, et ſimilia. † Qui ergo
vendidit barile, non vendidit ad minutum. et ſi dicatur, quod eſt
menſuratum ad minutum, non obſt. quia ſtatutum loquitur de
venditione. Et ita dico, & conſulo ego Bart.

ADDITIONES.

a Tho.D.Statutum eſt in ciuitate. Iſtud conſi.ſm̄ ordinem Peruſi. eſt in j. parte iu-
diciorum, nu.18.etiam eſt in 10.vol.conſi.

b Menſura. Adde tex.& quod ibi no.per Bar.l.ſi ſolus.ff.de acq.hær.vbi diuiſione
facta a teſtōre nō diuidit vnitatē hr̄ditatis, vt exemplificat ibi Bar. ſicut fund⁹,
de ꝯdi.& demonſt.licet quidam iſtũ tex.aliter intelligant, & hoc
probatur expreſſe.C.ad Treb.auth.niſi rogati,& in corpore,vnde
ſumit,vbi expreſſe patet,ꝙ relictũ noĩe dotis habet in ſe ꝯdõnem
nuptiarũ. Veruntñ cõis vſus loquẽdi aliter ſe hẽt in quibuſdam
partib.quod cũ in facto cõſiſtat, in iudicio dẽt ꝓbari. In quibuſdã
enim ciuitatibus dr̃ dos patrimoniũ mulieris ẽt non nuptæ, vt cũ
dicimus,talis mulier habet bonã dotem,licet ſit puella,virgo,vel
vidua,& ẽt cum dicimus de ingrediente monaſterium, talis ẽm
dedit monaſterio bonam dotem,& ſimil.ſm quem cõem vſum
loquendi,debemus verba teſtantium intelligere,vt l.librorum.§.
quod tamen Caſſius,& quod ibi no.ff.de leg.3.& l.cum de lanio
nis.§.aſinam.ff.de fun.inſt.& l. Labeo.de ſupel.l.g.de verbo. ſign.
l.vt Alphenus,& l.in vulgari. Cum igitur apparet talem modum
eſſe in ciuitate Tuderti, dicimus legata pro dotibus non eſſe con
ditionalia,& poſſe peti incontinenti. Bal.de Saxoferr.

ADDITIONES.

a T.D.Super quæſtione.Adde ꝙ iſtud conſi.Bar.ſecundum ordinem Peruſ.eſt in 2.
parte contractuum , in conſi.12.& adde,ꝙ idem conſuluit Bar. in conſi. · cuis 1.
vol.incip.viſo teſtamento,in 2.dubio,vbi conſuluit pro vt hic.
b Conuentiones. An autem maritus lucretur tertiam partem dotis , etiam ſi eam
ad domum non duxerit,vide Bar.in lege nihil.ff.de ter.anno. & tot plene dixi in
apoſt.mea ſuper ver. ad quæſt.
c Contentæ dotibus.Vide Pau.de Caſt.in l.quoniam in priori. C.de inoffi.teſt.vbi
dicit,ſe pluries conſuluiſſe in auth.nouiſſima.C.eo.tit.cum concor. de quibus ꝑ
Iaſ.in d.l.quoniam in priorib.in 3.no.cui adde Alex. in conſ.36. in 7.volu.incip.
conſideratis verbis,& Ra.Com.in cõſ.116.incip.Dominus Ant.de Verona.verſ.
ſi ergo excluderetur ab inteſtato,vbi pater,&c.& Bar.hic.

CONSILIVM XLV.

1 *Statutũ prohibẽs opponi exceptiones cõtra inſtrumẽtũ nõ tollit nullitates.*
2 *Statutum prohibens opponi exceptionem contra inſtrumentũ guarentigiatum,an tollat exceptionem Velleiani.*

a
Statuto ª cauetur, ꝙ inſtrũm guarẽtigiatũ mãdetur executioni intra decẽ dies abſque ſolennitate,nec poſſit
opponi exceptio niſi ſolutionis. Quæritur ſi fiat ꝯtractus nullus,an
1 poſſit opponi exceptio nullitatis? † Rñ quod ſic, ᵇquia inſtrũm non
b eſt.l.non dubium. C.de legi.& l.iubemus nulli.§. ſane. de ſacroſ.
eccle. Nec vr̃ per tale ſtatutum tollit exceptio nullitatis. Inſtit.de
mil.teſta.§.1.& l.1.§.ff.de mili.teſt.& l.nemo poteſt.de leg.1.exce
2 ptio Velleiani an poterit opponi.† Vr̃ quod ſic, quia etiam poſt ſẽ
tentiam opponi poteſt.ff.ad Mace.l.tam.& ſi,& C. de iur.& fac.
ignor.l.1.Sed ꝯ eſt,arg.l.omnes populi.de iuſti.& iu.Bar.

ADDITIONES

a T.D.Statuto.Iſtud conſ.Bar.ſm or. Peru.eſt in 2.parte contractuum,in conſ.17.
b Reſpon.ꝙ ſic. Et ratio eſt,quia exceptio nullitatis non eſt perſonæ exceptio, quo
niam non præſupponit ius ſecundum glo.i l.1.C.de ia.& fac.ign. & ibi vide Bal.
& pro hoc eſt bonus tex.in l.ſcire oportet.§.ſi.& ibi Bal.no.ff.de excu.tut.cũ con
cor.de quib.per do.meum Iaſ.in d.l.1.in ver.circa primum.

CONSILIVM XLVI.

1 *Dictio,niſi,ponit & affirmat,quando præcedit oratio negatiua.*
2 *Donatio facta ſecundum formam ſtatuti non indiget alia inſinuatione.*
3 *Inofficioſa donatio qualiter reuocatur,quando eſt facta,filio,& quando eſt facta extraneo.*
4 *Inofficioſa donatio re,& conſilio,quomodo intelligitur.*

a
Puccinus ª de Sartiano habens quandam ſuam filiam, & quendã ſuũ fratrẽ carnalẽ nomine ſer Pe-
trum

ADDITIO.

a Puccinus.Hmõi conſi.Bar.ſm ord. Peruſ.eſt in 2.par. contractuum, in conſil. 22.

trum dicto ſer Petro eius fratri oĩa ſua bona mobilia donauit in-
ter viuos, nulla de filia habita mentione, q̃ donatio facta fuit co-
rã notario maleſi. cõis Sartiani, & ſcri. per ſe Giliũ notariũ de Sar-
tiano, quę quidẽ donatio excedebat ſum mã. 500. florenorũ ĩ bo-
nis immobilib. dicti donatoris, & nulla corporalis traditio in-
teruenit de poſſeſſionibus ipſius Puccini, ex quibus quærit, quid
iuris, & nunquid donatio valeat, necne. & nunquid dicta filia ali-
quẽ poſſit habere regreſſum in bonis ſui patris in totũ, vel in par
tem. Itẽ dr̃ q̃ dictus Puccinus tenuit & poſſedit quandã petiã ter-
ræ, & quandã vineæ dñæ Roſæ ſuæ vxoris, quæ bona non erãt do
talia, & p tp̃s quinq; annorũ ex dictis poſſeſſionib. fructus recol-
legit. Modo quærit, ſi dicta eius vxor poſſit petere ↄ̃ donatarium
bona ſui mariti, & fructus dictarum poſſeſſionum? Et vt valeatis
melius ↄſulere, capitulũ ſtatuti cõis Sartiani ſic dicit. Nulla dona-
tio, niſi fiat ad pias cãs, valeat, niſi fiat in præſentia notarii maleſi-
ciorũ, vel niſi interueniat authoritas alicuius iudicis ordinarii, &
notarii Sartiani, & deinde fiat publicũ inſtr̃m, & ſi alio modo fie-
ret, nõ valeat ipſo iure, ſed irrita habeat̃, & locũ habet a xx. annis,
circa præſentia & futura. Ad veritatis inueſtigationẽ primo vidẽ-
dum eſt de virib. ſtatuti, & de iure, hoc eſt q̃ ſi precedat orõ nega-
a tiua, [a] † hæc dictio, niſi, poſtea ſequens ponit, vt ff. de vẽtre in poſ-
ſeſ. mit. l. extraneo. & C. de tranſa. l. actione. & de reg. iu. c. peccatũ.
lib. 6. & ibi per Dy. & per Cy. in l. actione. Cũ igitur in ſtatutis pre-
cedat oratio negatiua. ſ. nulla donatio valeat, poſtea ſequitur, niſi
fiat coram notario maleficiorũ, &c. manifeſte ponit, q̃ donatio
facta corã notario maleficiorũ valeat, & preſentia dicti notarii vr̃
eſſe pro inſinuatione. Cũ. n. ſtatutũ ſimplr̃ loquatur, alia ſolenni-
2 tas † nõ requiritur, vt ff. de publicia. in rẽ ac. l. de pretio. & hoc vr̃,
q̃ non obſtãte defectu inſinuationis donatio prædicta valeat. Se-
cundo videndũ eſt, an & inquantũ dicta donatio veniat reuocã-
da per dictã filiã, per querelã inofficioſę donationis, & q̃ reuocet̃
in quantũ inofficioſe proceſſit, hoc eſt vſq; ad legitimã, quę in ca
ſu nr̃o eſt, non eſt dubiũ, & hoc nemo negat, vt C. de inoffi. dona.
l. 1. & ibi no. & eo. ti. l. ſi totã. & l. ſi liqueat, & C. de inoſ. teſta. auth.
3 vnde ſi parens. † Sed an hoc caſu iſta donatio in totũ veniat reuo
canda, põt eſſe dubiũ pp opin. Doc. Nã tenet Hug. q̃ qñ donatio
eſt collata in extraneũ, nõ in vnũ ex filiis, & eſt inofficioſa re & ↄ-
ſilio, reuocatur in totũ, vt no. in d. l. 1. q̃ tenet Dy. ff. de leg. 2. l. Ti-
tia Seio, §. Imperator, & Pet. vt refert Cyn. in d. l. 1. & hoc ẽt tenet
Iaco. de Bel. de quo per eũ in Auth. de immenſis donatio. & hoc
b puto verũ. [b] Certũ eſt, q̃ plus iuris hẽt filius in hæreditate pr̃is, q̃
patronus in hæreditate liberti. Sed ſi liberti alienatio fuerit inoffi
cioſa re, & conſilio, tunc reuocatur in totũ, vt ff. de iure patro. l. ſi
libertus minorẽ. §. pen. Ergo multo magis per filiũ reuocabit̃ in
totũ, vt ff. de iure patr. d. l. ſi libertus minorẽ. §. pen. ſed in caſu nr̃o
4 iſta donatio fuit inofficioſa re & conſilio, † vt ꝓbabo, ergo venit
reuocanda in totum. Quod ſit inofficioſa re, patet, q̃a filius priua-
tur ſua legitima. q̃ ſit inofficioſa conſilio, quia filiã hr̃e ſciebat, &
oĩa mobilia, & ẽt immobilia donauit, per q̃ conſiliũ fraudis ha-
buiſſe vr̃, caſus eſt ff. quæ in fraudẽ credit. l. oẽs. §. Lucius. no. ff. de
proba. l. qui teſtũ. Concludo ergo, q̃ donatio prædicta veniat re-
uocanda. Sup ſcđo pũcto de fructibus dictarũ poſſeſſionũ nõ do-
taliũ, q̃ mulier poſſit dictos fructus repetere, vr̃ caſus. ff. ad l. Fal. in
l. pe. in prin. q̃ gl. tenet, & Cy. in l. fi. C. de pact. ↄuen. licet q̃dã Mo.
diſtinguant, an fructus ſint magni, vel modici. Ego Bar. a Saxofe.

ADDITIONES.

a T. D. Oratio negatiua. Vide plene per Iaſ. in l. actione. C. de tranſac. cum concor-
tradictis per me in apoſt.
b Puto verum. Adde Bar. in l. 1. C. de inoffi. don. & ibi apoſt. Alex. & meam.

## CONSILIVM XLVII.

1 *Societas expirat morte vnius ſocij decedentis.*
2 *Emolumentum poſt mortem ſocij acquiſitum per alterum ex mera induſtria, an debeat communicari.*
3 *An ex communicatione præſumatur ſocietas.*

a Ex præcedenti [a] ↄ̃ctu elicit̃ thema, ex quo themate emergunt
i. ſcripta dubia. ↄ̃cta ſocietate p̃dicta oĩum bonorum inter
ĩ. dictos, qui erant fratres ex vtroq; parente, vnus ex dictis fratri-
bus, & ſociis ante finitũ tp̃s in dicta ſocietate adiectum deceſſit ↄ-
dito teſtõ, in quo certos eius filios fecit in certa ſumma hæredes,
& dictũ ſociũ, eundẽq; fratrẽ ſuperſtitẽ ſibi hęredẽ vlem inſtituit,
cuius quidẽ defuncti filii ſemper remanſerũt, q̃ habitauerunt, &
ſimul vixerunt cũ dicto eorũ patruo, & ſocio, ac fratre defuncti.
Et ex hoc inſurgũt hæc dubia. Primũ eſt, vtrũ dicta ſocietas diſſo-
luta fuerit, & expirauerit morte prædicti ſocii decedentis. Scđm,
vtrũ emolumentũ poſt mortẽ eiuſdẽ ſocii acquiſitũ p alterũ ſup-
uiuentẽ nõ ex bonis cõib. ſed ex ꝓpria, & mera eius induſtria de-
beat cõicari filiis dicti defuncti. Tertiũ eſt, poſito q̃ virtute dicti
ↄ̃ctus nõ deberet eis cõicari dictũ lucrũ, vtrũ cõicari debeat ex p̃-
ſumpta cõione, vt q̃a ſemper manſerunt ſit, nulla inter eos, & di-
ctũ patruũ facta diuiſione. Et vr̃ veritatis inueſtigãdæ gr̃a tangen-
dũ vnũquodq; dubiũ. Ad primũ vr̃ indubitãter dici poſſe, q̃ dicta
1 ſocietas expirauerit, † & diſſoluta fuerit p mortẽ alteri' ſociorũ, [b]
b & fratrũ, & q̃ nõ extẽdatur ad hr̃des, vt hr̃. ff. ꝓ ſocio. l. actione. §.
2 §. morte, & l. adeo, in prin. & e. ti. l. nemo põt. Circa ſm dubiũ † p̃t
allegari pro filiis d. defuncti. ff. eo. l. verbum. §. in hr̃dem. in glo. vr̃
hæres ſocii, &c. vbi vr̃ expreſſe determinari, q̃ lucrum & emolu-
mentum ẽt poſt mortẽ quæſitum debeat cõicari. Vr̃ tñ dr̃e dici
c ↄ̃rium [c] per l. actio. §. ſi in rem. eo. ti. cum ibi no. & per d. §. in hr̃dẽ.
ibi, quod non ſit &c. & maxime cum nõ ex reb. dudum cõib. ſed
ex mera, & propria eius induſtria patruus quęſierit, vt ſ. dictũ eſt.
Præterea, poſito q̃ ↄ̃rium eſſet verum, & quod ẽt lucrũ acquiſitũ
poſt mortem ſocii deberet cõicari hr̃dib. ipſius ſocii defuncti, ad-
huc non deberetur aliquid d. filiis, ſed totũ deberet̃ ſocio, eidẽq;
fratri, qui eſt vlis hæres d. defuncti, ſed confuſa eſt ſocietas, & con
fuſa cõio d. lucri, non obſtante q̃ d. filii defuncti fuerunt in teſtõ
ſcripti hr̃des eorum patris in certa quantitate, ſiue ſumma, cum
non hæredes, ſed legatarii cenſeantur. C. de hær. inſt. l. quoties. C.
de rei ven. l. cum a matre. ff. ad Treb. l. ſi quis priore. in gl. quod va-
let, &c. Sed poſito, q̃ cenſerentur, & eſſent veri hæredes, non poſ-
ſent agere pro hereditariis viribus, ſed ſolum vlis hæres agit ad to
3 tum, vt d. l. quoties. cum ſi. Ad tertium dubium vr̃ dicẽdum, † q̃
licet filii prædicti defuncti remanſerint, & ſemper ſteterint ſimul
cum patruo nulla inter eos facta diuiſione, nõ propterea eſt cõi-
candum eis, qđ eſt per patruum ex propria, & mera induſtria q̃-
ſitum, & hæc per l. ſi patruus. C. cõia vtr. iud. & per l. cum duob. §.
ſi inter fratres. ff. pro ſocio. & l. Titium, & Meuium. §. altero. ff. de
admin. tut. cum eorum materia. Fran. Tigr. & Bar. de Saxoferra.

ADDITIONES.

a T. D. Ex præcedenti. Hoc conſilium ſecundum ordinem Peru. eſt in 2. parte con-
tractuum in conſi. 26. & adde quod illud conſ. fecerunt do. Franc. Tigr. & Bar.
b Sociorum. Vide plene per Alex. conſ. 60. in 7. vol. inci. in cauſa & lite vertente.
c Dicit contrarium. Vide plene per Bal. in l. ſi patruus. C. com. vtri. iud. & Alex. in
conſi. 132. perlectis, & conſideratis. vol. 5. & plene per Iaſ. in l. 1. C. qui teſt. fac.
poſ. licet non alle prædicta. & ibi vide ad Iaſ. longam, & pulchram apoſt.

## CONSILIVM XLVIII.

1 *Conditionum appoſitarum in primo legato repetitio, an in ſecundo inducatur.*
2 *Dictio, item, an inducat repetitionem conditionum, vt indicetur. item quid de copula, &c.*
3 *Legatum habitationis habet cauſam ſucceſſiuam.*

a Teſtator [a] Reliquit vxori habitationẽ domus, ſi caſte &
honeſte vixerit, & vitam vidualẽ ſeruauerit. Itẽ
reliquit eidem oẽs pannos lineos, & lanæ. Mõ quęritur vtrum in
ſecundo legato repetita videatur illa conditio, ſi caſte, & honeſte
1 vixerit, &c. † Super primo quidẽ puncto facit dubium l. in repetẽ-
a dis, de leg. 3. quæ vr̃ velle, q̃ per hãc † dict. item, inducat̃ repetitio [b]
b conditionũ, qñ legata fiunt eidem perſonæ: ſed in propoſito vr̃
hmõi, ergo, &c. Sed poſito, q̃ ille intellr̃s illius legis eſſet verus, tñ
c in caſu propoſito [c] non congruit. nã tunc repetitio dẽt intelligi, ſi
legato ſequenti cõgruat, ſicut primo: ſecus ſi ſequenti legato nõ
congruat, vt l. cum pater. §. cum imperfecta ſcriptura. de leg. 2. &
de verb. obl. l. Titia. §. item ĩndit. Sed in propoſito, non ita ↄgruit
ſequenti legato, ſicut primo, vt oſtendemus, ergo &c. Qđ ſic oſtẽ-
3 ditur, primum legatum fuit legatum habitationis, † q̃ legatũ hẽt
cãm ſucceſſiuam, & hæres nunquam liberatur durãte legato, q̃a
ſp obligatur ad patientiam, vt no. C. de vſufru. l. corruptionem, &
de verb. obl. l. plurib. §. & ſi placet. vnde dicta cõdõ, & ſi tranſiſſet
ad ſecundas nuptias, &c. hoc importat q̃ ſi tranſiret ad ſecundas
nuptias, &c. hæres liberetur, & amplius ad patientiã non teneat̃.
Secundum vero legatum eſt legatum momentaneũ, quia ſtatim
ſolõne facta trãslato dñio liberatur, vñ iſta ſuſpenſio, ſi caſte, &c.
& illa ↄdõ induceret liberationẽ. ſ. ſi tranſiret &c. huic legato nõ
ↄgruit, q̃a ſolõne iam erat liberatus. Præterea hoc vr̃ expreſſum
ff. de leg. 2. l. fi. §. Seio. ſic inducendo. l. in repetendis, q̃ tenent p̃di-
ctam opinionẽ, q̃ plura legata relinquuntur, vel qñ eſt identitas
rerũ, vt q̃a vna res plurib. relinquit̃, ſed in d. §. Seio. eadẽ res duob.
relinquitur, & in eadẽ orõne. & tñ cõdõ appoſita in pſona vnius
non intellr̃ repetita in pſona alterius. Rõ eſt, q̃a non ęquar̃ vtriq;
ↄuenit. Nã in caſu dicti §. Seio, illa ↄdõ, ſi hæres oõ erit, cadit pro-
prie, & erit poteſtatiua in perſona Seii, q̃a erat hæres inſtitutus. In
pſona vero vxoris non inſtitutæ non põt accedere vniformiter,
vt ſit ↄdõ ptãtiua & ſic non intelligatur repetita. Itaq; non obſt. l.
Seię. §. Caio. ff. de ſun. inſtr. ſi dicat̃, q̃ ĩ d. §. Seio, legatũ eſt in dictio
ne, &, qđ nr̃a eſt in dictione, item, l. Seiæ. §. Caio. de ſun. inſtr. ↄclu-
dit̃ ergo d. condõnem non eſſe repetitam in ſequenti legato, &c.
Et ita dicimus nos Bar. de Saxoferra. & Fran. Tigr. de Piſis.

ADDITIONES.

a T. D. Teſtator. Huiuſmodi conſ. ſecun. ordinem Peru. eſt in 3. par. vlt. vol. in conſ.
3. & adde quod alias inci. factum ſic ſe habet, teſtator. & pro conſil. Bar. alleg.
Alex. in l. Seiæ. §. Caio in addi. Bart. ff. de ſun. inſtruc. & in l. in repetendis. ff. de
leg. 3. & ibi Ang. Bar. in addi. & Ale. in conſi. 158. incip. abunde quidem.
b Repetitio. Vide Ale. in conſil. 157. in 6. vol. abunde. vbi alleg. Barto. quod dictio,
item, indicatur idem, quod copula, &c.
c In caſu propoſito. Adde Bald. in l. in repetendis, & ibi apoſt. Alex. & meam ff. de
le. 3. & Bar & Bal. in l. Seiæ. §. Caio. ff de ſun. inſtru. & plene per Alex. in conſil.
157. in 6. vol.

## CONSILIVM XLIX.

1 *Relicta ab inſtitutis, an videantur repetita ſubſtitutis, quando ab eis alia legata ſunt relicta.*
2 *Si mater nõ declarat ſe velle habitare cũ filiis, nõ cõſequitur legatũ a ſubſtituto.*

Præ-

1 *Præſumptio vna quando eliditur per aliam præſumptionem.*
2 *Dictio, alia, de ſui natura ſecundum propriam ſignificationem habet implicare etiam alia.*
3 *Sumptus facti ſuper refectione domus, an pertineant ad proprietarium, vel vſufructuarium.*

a Viſo teſtõ[a] Colæ Gualteroti, in quo inter cætera reliquit vxo
ri ſuæ quædã, ſi vellet cũ filijs ſuis habitare, demum ſuos
filios hæredes inſtituit, & dictis ſuis filijs, ſi decederent in pupilla-
ri ætate, quoſdã vr̃ ſubſtituit, & dictæ ſuæ vxori quædam alia reli-
quit. Cũ igitur dicti filij in pupillari ætate deceſſerint, q̃rit̃ an dicta
mater debeat habere dicta legata relicta in vita filiorũ, & alia reli-
1 cta poſt mortẽ filiorũ. Ad quæ declaranda vr̃, ꝙ mr̃ hr̃e dẽat ſolũ
relicta poſt mortẽ filiorum, tanq̃ relicta a ſubſtituto, nec relicta
ab inſtituto repetita vñr a ſubſtitutis, cũ eis alia legata reliquerit. l.
b licet Imperator, de leg. 1. Tñ veritas eſt[b] hæc, quia d. l. licet, loquit̃
in vulgari ſubſtõne, ſed in ſubſtõne pupillari eſt aliter dicendum.
Aut n. relicta ab inſtituto cœperũt deberi ab eo, vt quia illi inſtitu
ti impuberes agnouerunt hr̃ditatẽ, & mr̃ voluit habitare cũ eis,
& ſic ꝯdõ dictorũ legatorũ extitit, & tunc d. l. licet, nõ habebit lo-
cũ. Nã cũ legata debeant̃ ab inſtituto, non eſt tractandũ de repeti
tione a ſubſtituto tacite, vel expreſſe, vt de leg. 1. l. fundũ ſub ꝯdõ-
ne. §. ſi pr̃. Debentur n. legata a ſubſtituto tanquã ab eo, nec debẽ-
tur ex vi repetitionis, & relicta a ſubſtituto ſitr debent̃, vt ab ipſo
ſubſtituto relicta, & hoc eſt ꝙ dr̃, relicta pupillo, & ſibi ſubſtituto
pupillariter eſſe ꝯtribuenda. l. in rõnc. §. quod vulgo. ff. ad l. Falc.
2 † Si vero legata relicta filijs inſtitutis non cœperunt deberi ab eis,
vt puta, qa eis viuis mr̃ nõ declarauit ſe velle habitare cum eis, &
ſic eis viuis non extitit ꝯdõ, tunc vr̃, ꝙ diſtinctio d. l. licet, vẽdicat
ſibi locum, & ita vr̃ ſentire gl. in l. ſi cui ſerui. §. ſi a filio. de lega. 1.
vbi expreſſe loquitur in ſubſtituto pupillari. Tamen aduertẽdum
3 eſt, ꝙ illa † præſumptio, quæ ibi inducitur, videlicet, ꝙ teſtõr vo-
luit repetita a ſubſtituto locum hr̃e, eſt vera, niſi per præſumptio-
nem aliam elidatur. arg. in l. in teſtõ. C. de teſta. ſed in caſu nr̃o per
aliã præſumptionẽ elidit̃. Quod apparet, † primo ꝑ dictionẽ. alia,
poſitã in legato relicto a ſubſtituto, quę de ſui natura ſm propriã
ſignificationẽ habet implicare ẽt alia fore relicta, vt ff. de procu. l.
non ſolũ. §. quærit̃, & ſic innuit ẽt dictas domos fore relictas. Sę-
cũdo hoc apparet ex his verbis, & in habitatione dictarũ domo-
rum, &c. quæ cum ſint pluralis numeri, de neceſſitate important
pluriũ domorũ habitationẽ ſibi fore relictam, cũ alr̃ pluralis nu-
merus verificari nõ poſſit. l. ſi. ff. ad Treb. de teſtib. l. vbi numerus.
Cõcludit̃ ergo, dictã dñam debere hẽre legata, tam ab inſtituto,
5 quã a ſubſtituto in oẽm caſum. † Scd̃o quæritur, cũ proponat̃ q̃-
dã domus, quæ eſt in fundo, cuius fructus eſt relictus vxori dicti
ſtõris, ſit refecta poſt mortẽ dicti teſtõnis, ad quẽ pertinent ſum-
ptus facti in refectione domus ꝓdictæ. ad quod dico ꝙ pertinent
ad hæredẽ tanq̃ ad eũ, ad quẽ pertinet proprietas, quod ꝓbatur.
qa cum dicta impenſa ſit ad perpetuã rei vtilitatẽ, quæ non perti-
net ad vſufructuarium. ff. de impenſ. in reb. dotalib. fact. l. 3. §. 1. Itẽ
impenſa, quæ fit in ædificando de nouo, non pertinet ad vſufru-
ctuarium, vt ff. de vſufruc. l. vſufructuarius nouum territoriũ, &
l. vſufructuarius nouũ riuũ, vbi hoc eſt expreſſum. Bar. de Saxoſe.

ADDITIONES.

a Tho. D. Viſo teſtamento. Iſtud conſi. ſecundum ordinem Peru. eſt in 3. par. vlt. volum. in conſi. 40. & in 2. vol. conſi.
b Veritas eſt. Nota verba Bar. ad intellectũ d. l. licet Imperator. vbi Ale. ff. de leg. 1.

## CONSILIVM L.

1 *Legato vniuerſali an veniant omnes res repertæ tempore mortis teſtatoris.*
2 *Dictio, cum, reſoluitur in coniunctiuam.*
3 *Dictio, omnis, eſt collectiua, & omnia comprehendit.*
4 *Legatarij fauore interpretandum.*

a Sãctutia fecit teſtm̃[a] inter cętera reliquit ſic. Item reliquit
talem ſuam domum iure legati, &c. Itẽ vnam do
mum poſitã, &c. cũ oĩb. & ſingulis reb. & maſſaritijs exiſtentib. in
ipſis, aut altera earum, exceptis maiore cã & meliore exiſtẽtib. in
ipſius domib. &c. in oĩb. aũt, &c. Deinde dicta teſtatrix vixit ꝑ plu
res annos, tpe teſtamenti erat granũ in domibus legatis, tpe mor
tis reperitur aliud granũ in ipſis domibus, an veniat in legato di-
1 ctarũ domorũ, & rerũ oĩum eidem relicto in teſtõ. † Et de iure vr̃
hoc dicendũ, primo, præmiſſo, ꝙ licet dictũ legatũ diuidere. ſ. in
2 duo legata. ſ. in legato domorũ, & in legato oĩum rerum, † & di-
ctio, cũ, reſoluit̃ in coniunctiuã. ſ. quod legauit domus & oẽs res,
vt l. Titiæ textores. §. nihil, & l. ſi ancilla, de leg. 1. ergo legauit oẽs
b res exiſtentes in ipſis domibus,[b] vel altera ipſarũ. Et vr̃ primo, ꝙ
non veniat in legato, ꝙ tpe mortis reperitur, per l. ſi ita. ff. de auro,
& arg. lega. & l. medico, in prin. eo. tit. & l. his verbis, de le. 3. & l. no
men. §. filio. eo. tit. In ꝯrium vr̃ l. pen. de fun. inſtr. & ff. q̃n dies leg.
ced. l. ſi fundus inſtructus, & l. quoties, in fi. de vſufru. & oẽs leges
3 quæ dñt, ꝙ in vli legato veniũt oĩa, quæ ſunt tpe mortis. † Et hoc
vr̃ verius de iure dicendũ in caſu prædicto, cum dictum legatum
ſit vniuerſale. Et ꝙ dictũ legatũ ſit vniuerſale. probatur ꝑ dictio-
nẽ, oẽs, quæ eſt collectiua, oĩa comprehẽdens. l. a procuratore. C.
manda. & l. textoribus. de leg. 3. Et ꝙ nõ refert, an ſit vl'e legatum
per nomen iuris vl'e, vel per nomẽ collectiuum appoſitum, pro-
batur per gl. l. fundum inſtructũ, de fun. inſtru. & quod Ru. volue
rit ſentire in ſua opin. de legato vli per nomen collectiuum ꝑ ver
bum oẽ, ponit glo. in l. qui habebat, in prin. de leg. 3. Pet. in l. fi. §. q
indiuiſam, de leg. 2. prout intelligitur ibi, ꝙ fuit legatum gñale, ſe-
cus ſi fuiſſet per nomen collectiuũ, quia tunc innuit, ꝙ dẽt inſpici
tp̃s mortis. Cõcludo ergo, ꝙ oĩa veniunt, q̃ reperiunt̃ tpe mortis,
ad hoc facit l. ſi ſeruus legatus viuo teſtatore. §. qui quinq;. de leg.
1. l. filiæ ſuæ, §. Titia, de condi. & demon. vbi legatum alicuius rei,
ꝙ conſiſtit in ſpecie, licet ſit legatũ quantitatis, tñ tãquam ſpecies
ſpectatur legatum tpe mortis, vt d. §. qui quinq;, ſed dictũ legatũ
fuit rerum in ſpecie relictarũ, ſ. exiſtentiũ in iſta domo, quod hẽt
facere eſſe legatum tanq̃ ſpecies, ꝙ ſecus foret, ſi dixiſſet, oẽs res
meas, vt ĩ. dicet̃. Et pro hoc facit qõ Ia. de Are. quam ponit in d. §.
c qui quinq;,[c] videlicet, de viro, qui vxori legauit granũ ꝙ hẽt in ar
ca, &c. Reſtat reſpondere aliquib. legibus, quæ videntur multum
obſtare. ſ. ad l. ſi ſtipulatus. §. 1. & l. ſi a colono, de ver. obli. & l. Au-
relius. §. Titius. ff. de lib. lega. & l. fin. §. 1. vbi eſt ſignũ vl'e, & l. mul-
tũ. §. fi. de leg. 3. & tñ non veniũt niſi ea q̃ ſunt tpe teſtamenti, quã-
tuncũq; ſit appoſitũ ſignũ vl'e, quicquid rñdendo dixerit primo,
ꝙ fuit legatũ vl'e in eis, per verbũ p̃ntis tpis, vt d. §. qui quinque, li-
cet non teneã, ꝙ in caſu nr̃o ſit verbum præſentis tpis, eſt verũ, ꝙ
futurũ non poſſet comprehendere. Et per hoc do aliam rñſione,
quia in legatis legum allegatarũ in cõtrarium vbi eſt dictio, quic-
quid, & inſpicitur tpis teſtamenti iõ eſt, quia in eis eſt verbũ p̃ntis
tpis, quod futurũ comprehẽdere non põt, vt ibi patet: ſed in caſu
noſtro eſt participiũ, exiſtentibus, quod eſt merũ, cum p̃nte futu-
rũ, non ſolũ præſentis tpis, vt no. Dy. in ſimili participio. l. ſi mihi
4 & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. in qõne incip. Imperator, &c. † Cũ
ergo ſit dubiũ, pro legatario interpretabitur, ꝙ futuras res volue-
rit relinquere, ergo veniẽt in legato. Simile participiũ eſt adſtans,
& exiſtens, ex eodẽ tpe formatur, & ꝙ pro legatario interpretet̃,
ea. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. Itẽ poſſet obſtare l. quæſitum. §. fi.
de leg. 3. vbi non vñr venire, niſi ea quæ ſunt in domo. Rñdeo ibi
nõ fuit dictio, oĩs. Itẽ eſt verbum præſentis tpis, &c. Item vñr ob-
ſtare aliqua quæ ſunt dicta, ꝙ in legato vli vbi eſt verbũ præſens,
& veniunt futura, vt l. ſi mancipia, de fun. inſtru. vbi eſt legatũ vl'e
iuris in ſeipſo, vt aliqua differentia ſit inter legatum vniuerſale in
ſe, & vniuerſale, per nomen collectiuum, vel ibi nõ fuit ipſum le-
gatum, vt ſ. dictum eſt, vt ibi ſentit gl. vbi inſpicitur tempus teſta-
menti, vt l. fin. §. qui indiuiſam, de leg. 2. ſecũdum gl. & Petrũ. Bar.

ADDITIONES.

a Th. D. Sanctutia. Iſtud conſilium ſecundum ordinem Peruſ. in 3. par. vltimo volu. in conſi. 50.
b Omnes res. Vide Bar. in l. Titiæ textores. §. nihil. ff. de le. 1. & l. vxor. ff. de do. prę l. & Pet. de Ancha. in conſi. 366. inci. in themate propoſito.
c §. qui quinque. Vide ibi per Bar. & Ang. & Bal. in l. ſi ita. ff. de au. & arg. lega.

## CONSILIVM LI.

1 *Legato vniuerſali, an veniant omnes res, quæ reperiuntur in domo tempore mortis teſtatoris.*
2 *Exemplum habet declarare, quod præcedens ſit illius naturę, cuius eſt exemplum.*

a Non Videtur[a] dubitandum, ꝙ legatum factũ vniuerſaliter,
de oĩb. &c. ꝯprehendat res & maſſaritias, q̃ erant tpe te-
1 ſtamenti, non aũt granũ, † & alia q̃ poſtea illata reperta ſunt tpe
mortis, in ipſis domib. vt ff. de au. & arg. le. l. ſi ita, & l. medico. Nõ
obſt. l. fundũ inſtructũ. & l. pen. ff. quan. di. le. ced. & l. ſi fundus, &
ea q̃ alle. ad hoc in ꝯrũ, quia loquunt̃ in legato vniuerſitatis, ſiue
in generalib. de ſui ſignificatione, vt ſũt grex, peculiũ, inſtr̃m fun-
di & ſimil. & in iſtis inſpicitur tp̃s mortis, non ſolũ teſti. rõ eſt, qa
illa licet recipiant augm̃, vel diminutionẽ, non propterea dr̃ alia
res, ſed ead. l. grege. cu fi. de le. 1. ſed in caſu nr̃o eſt legatum ſingu-
larium rerũ, non vniuerſalitatis, & hoc patet ex verbis teſti, dum
dicit, cũ omnib. & ſingulis reb. exiſtentib. &c. Præterea, ꝙ bladũ
quod erat in domib. tpe mortis, non aũt tpe teſti, non cedat lega-
to, patet ex verbis, exceptis dũtaxat maiore & meliore cauſa, &c.
2 quæ verba referuntur ad præſens tp̃s, † & ſic eodẽ modo intelli-
gendum eſt de præcedentib. exemplũ. n. habet declarare, ꝙ ſum-
ma ſit illius naturæ cuius eſt exẽplum. l. nã quod. §. fi. de penu. le.
Et iſta rõne forte dici poſſet, ꝙ nullum bladũ cedat legato prædi-
cto ẽt illud ꝙ erat ĩ domib. tpe teſtamẽti. Na bladũ, & alia quę ibi
poſita, & deſtinata ſunt continentur ſub legato penus. l. qui penũ
legat. ff. de pe. lega. & hoc ẽt patet in verbo, maſſaritijs, & faciẽdo
ſic exceptionẽ, de vaſis, & vegetib. vr̃ legatũ generale in quo con
tinentur res, & maſſaritiæ, ad maſſaritias tm̃ reſtringi. d. l. nam ꝙ §.
fi. Hoc. n. notum eſt, ꝙ præcedentia ſm ſequentia intelligãtur, vt
ibi, vt ff. de vi. tri. leg. l. ti. §. cui dulcia. & copula, &, q̃n reperit̃ intra
genus ponit̃ expoſitiue, ꝓ illud, vt l. ſi fraude. C. de p̃ſcrip. lon. tẽp.
Cum ergo teſtator legauerit domos cum reb. & maſſaritijs, intel-
ligit̃ perinde ac ſi dixiſſet, cũ reb. id eſt maſſaritijs. Præterea illud
parti-

ADDITIO.

a Th. D. Non videtur. Huiuſmodi conſilium ſm ordinem Peruſ. eſt in 3. parte vltima. volunt. in conſ. 6. & adde, ꝙ hoc conſilium eſt d. And. de monte Vbiano, q̃ cõſuluit ſuper eodem caſu, in quo eſt conſilium præcedens, & ideo vide ſupra.

Digitized by Google

participiū, exiſtentib. eſt præſentis & præteriti imperfecti tpis ſm Grammaticos. nō ergo denotat futurū tps iō nō eſt recedēdum a ſignificatione. l. nō aliter, de leg. 3. §. quis n. pſens vel præteritū ponat ꝓ futuro. l. quod in rerū, in princ. & l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. illud nō eſt ſm ſignificationē vocabuli, ſed improprie poſitū, ſed toleratur, ꝓ mētem & voluntatē teſtoris, vt l. verbū oportebit. de ver. ſig. improprietates nō ſunt trahendæ ad ꝯſuam, ſed excuſandę ſunt c. propterea, de ver. ſig. & ibi no. And. de Monte Vbiano do.

CONSILIVM LII.

a **Factum tale eſt,**[a] Pater dedit dotē pro filia, q̄ mortua eſt viuo patre ſuo, ſupſtitibus filijs ex ipſa filia pmortua, poſtea deceſſit pr illius filię, auus quo ad nepotes, iſtis filijs filiæ in certa quantitate inſtitutis. Modo qritur, vtrū dos data filiæ prædictæ per dictū patrē & teſtatorē coputetur filijs ipſius filiæ in legitimæ portionē, vel nō. Et hanc qonē vr tangere Cy. in l. filiū emancipatū. ff. de coll. bono. Licet aliqui, & plus ponant in facto, multi doctores & aduocati dnt, ꝙ non coputatur in legitimā. Nam legitima, ſeu eius ſupplementū dēt fieri de ſubſtantia eius, de cuius ſucceſſione agitur. l. ſcimus. §. repletionē. C. de inoffi. teſta. ſed iſta dos nō eſt de bonis aui. Nam cum bona aui exuerit. l. pater. in prin. ff. ad leg. Fal. ad Trebel. l. mulier. §. cū pponeret, & l. ſi filia. ff. de coll. do. ergo, &c. Præterea ad iſtos nepotes non peruenit dos iſta ex perſona matris. ergo, &c. vt d. §. repletionē. Ex hoc apparet reſūm ad l. qm̄ nouella. C. de inoffi. teſta: quia ibi loquitur in dote ipſi filiæ, vel nepti datæ. Cōtrarium dico, ꝙ iſta dos ꝯputetur in legitimā, quod ſic probo, dos eodem modo computatur in legitimā quæ venit in collationem, vt d. l. qm̄ nouella. vbi in duob. locis dedit eo. mo. ſed talis dos mris dēt ab iſtis nepotib. conferri, vt C. de colla. l. illam, concludit ꝙ eſt caſus d. l. illā, coniuncta l. qm̄. Secundo probatur ſic. Certū eſt, ꝙ aduentitia non veniūt in collationē, ſed ſolū profectitia, vt C. de colla. l. fi. ſed talis dos venit in collationē, d. l. illa, quę eſt profectitia, & ex bonis aui pfecta, alias non veniret in collationē ſi ex bonis aui nō fuiſſet pfecta, ergo venit ꝯputāda in legitimā. Et ſic non obſt. d. §. repletionē, quia ibi loquit in his quæ coputantur quodā iure antiquo. Tertio pbat ſic. Certū eſt, ꝙ de iure antiquo filiusfamilias nō habebat hrdē ab inteſtato, vt §. de caſtr. pec. l. 1. cū ſi ibi no. & eſt expreſſum in dote p gl. ff. ſolu. mat. l. nupta. §. 1. & l. filiæ meç eo. ti. & per Azo. in ſumma ſol. matr. in fi. ſed de iure hodierno eſt correcta in caſtrēſi, vel quaſi, & in aduētitio peculio, in pfectitio aūt remanēt iura antiqua incorrecta, vt in Auth. de hrd. quæ ab inteſt. §. ſi igit defunctus, & ibi no. in gl. magna. Illa ergo filia, quæ fuit dotata, nō tranſmittit illā dotē profectitiam ad ſuos filios iure hæreditario, cum hærēdē habere nō poſſit de iure, ſed illa dos de iure ſm verā opi. reuerti debet ad patrem, vt no. in l. dos a patre profecta. ff. ſolu. mat. per cōſuetudinē auferturę patri & datur illis nepotibus, nō ergo ab eorum matre filij hñt, ſed ab auo vigore ꝯſuetudinis. merito tanq̄ de bonis aui pfecta ꝯputat in legitimā. Quarto pbat ex l. oī modo. §. fi. de inof teſt. vbi nō reqrit ꝙ ei, q petit ſupplementū acquirat. Ex his ergo apparet reſponſum ad d. l. ſcimus. §. repletionē, quia ibi loquitur in alijs, quæ nō proceſſerunt directe a defuncto, vt ibi patet, & ſic reſpondetur ad alia. Et ita reperio ꝯſuluiſſe Iac. But. & ita ꝯſulo ego Bar. de Saxoferrato.

ADDITIO.

a T. D. Factum tale eſt. Hoc conſilium ſecundū ord. Peruſi. eſt in 3. par. vlt. volun. in conſi. 7. & adde ꝙ alias incip. Girarſredus dedit dotem, & ita alleg. Io. Alex. in l. illam. C. de co'. & in conſi. 4. in 3. vol. viſis dubijs. & ibi Alex. plene examinat deciſionem Bar. hic, adde, quod idem conſuluit Bar. in conſi. 190. in 3. volu. Gilbertus. & ibi videas.

CONSILIVM LIII.

1 *Pupillaris expreſſa excludit matrem.*
2 *Subſtituta filiæ, quæ fuit ſubſtituta filio, an excludat matrem.*

a **Punctus** qōnis[a] talis eſt Meneſtus Ioannis fecit teſtū, filiæ ſuæ Vannæ reliqt iure inſtitonis 40. & Vānē eius filiū ſ ſcin hrdē inſtituit, & ſi dictus Vānes eius filius deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea qñcūq; ſine filijs, vel cū filijs in pupillari ætate decedētibus, voluit vt quinta pars deueniat in Maſſum, & alia &c. & ſubſtituit pnominato dicto Vāni vulgariter, & pupillariter, & p fideicōmiſſum in d. teſtō. Morit Vāna, & deinde Vānis in pupillari ætate ſuperſtite mrē, q̄ tutelā aſſumpſit, & inuētariū fecit &c. Modo quærit, an mr ſuccedat dicto Vanni, an ſubſtitutis Vānæ quæ prius deceſſit q̄ Vānes. Xpi noīe inuocato, i qōne iſta nō eſt dubium, ꝙ dicta filia fuit ſubſtituta filio pupillariter per illa verba, intra pupillarem ætatē, &c. Itē nō eſt dubium, ꝙ illi filiæ iſti, qui petunt in ſo hæreditatē, fuerūt vulgari. & pupillariter ſubſtituti, & per illa verba appoſita in fi. ſubſtitutionis, prædictus 1 vulgariter & pupillariter, &c. †nō eſt dubium, ꝙ pupillaris expreſſa prout ſuit iſta, excludit matrē totalr, vt l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſt. & l. pcibus. C. de impu. & alijs ſubſtitutionib. ext. de teſta. c. ſi pater. li. 6. Dubiū tñ facit qō pdicta, quia pdicti, qui nunc petunt hrditatē pdictam, fuerūt ſubſtituti dictæ filiæ. ſ. Vānæ, & ipſa Vana fuit ſubſtituta filio, vñ cum pponat, quod dicta Vāna deceſſerit ante dictū filiū maſculū, vr ꝙ dicti ſubſtituti nō ſuccedāt dicto filio, qa ei nō fuerunt ſubſtituti. Itē dictæ Vānæ nō ſuccedūt, qa deceſſit anteq̄ dictus filius. Pro hoc vr caſus 2 in l. pen. ff. de vulg. & pup. † Econtra vr,[b] & iſta eſt veritas, ꝙ dicti b ſubſtituti ſuccedūt mre excluſa. Nā primus gradus eſt filij inſtituti. Secūdus gradus eſt filiæ ſubſtitutæ. Tertius eſt pdictorū, ꝙ ſunt ſubſtituti ipſi filiæ, licet filia primo deceſſerit, tñ illi ſubſtituti in tertio gradu ſuccedūt filio. caſus eſt expreſſus in l. quādiu inſtitutus. verſi. is aūt. ff. de acq. hære. vbi ēt filio pupillariter ſubſtituit extraneū, extraneo ſubſtituit aliū, moritur ſubſtitutus viuo filio, deinde moritur pupillus, nunquid ſecūdus ſubſtitutus admittetur? B. dicit, ꝙ ſic, p iſtum text. qa tertius hr̄s ſubrogatur loco ſecundi. Hoc apparet ex mente teſtatoris, vbi voluit eos ſuccedere filię, in cuius hæreditate reperiſſent ēt hæreditatem filij primo decedentis, multo magis voluit ꝙ ſuccederēt ipſi filio. Ad hoc facit ꝙ no. in l. qui duos. cum glo. ſua. ff. de reb. dub. Ad hoc. C. de cad. tol. l. 1. §. qc aūt. vbi deficiēte ꝯdōne primi, venit ad eius ſubſtitutionem. Non ob. l. pe. quia filia deceſſit impubes. Vnde oīs ſpes illius ſubſtitutionis iā defecerat, ſecus ſi deceſſit impubes, vt innuit gl. Cōcludo ergo dictos ſubſtitutos admittēdos, & mrem excludi. Bart.

ADDITIONES.

a T. D. Punctus quæſt. Adde, ꝙ huiuſmodi conſi. ſecundum ord. Peruſi. eſt in 3. par. vlt. volun. in conſi. 8. & alias incip. quidam nomine Titius, habens filiam. & ita alle. Alex. in l. quandiu. in fi. ff. de acq. hære. in addi. Bar.

b Econtra videtur. Vide Bar. in l. quandiu ff. de acq. hær. in vlt. col. & ibi Doct.

CONSILIVM LIIII.

1 *Dos data filiæ a patre, an compu ētur in legato dotis ſibi facto ab auo.*
2 *Dos & legata, an in lgīma cōputētur, & quæta pars intelligatur legitima.*

a **In**[a] qōne pdicta, primo arguitur, ꝙ dicta dña Milucia petat dotē licite ſibi ab auo relictā, qa hoc vr ſibi relictū ꝯtemplatione 1 ſui, non patris, vt ff. de iure dot. l. auus. Si igitur † pater dotauit filiā vr dotaſſe de ſuo, & filiæ remanet actio ad petēdum relictū ſibi factū ab auo. l. fin. C. de do. promiſ. In ꝯñū vr, qa relictū, quod fecit auus dictæ nepti, fecit & feciſſe præſumitur in dubio contēplatione filij, & pp ipſum fil. ñ, non pp. neptem. l. dedet dotē. ff. de colla. bon. & ibi eſt caſus, & hoc ēt tenet Iac. de Are. & hoc ēt eſt veriſſimum, maxime in caſu propoſito, vbi ponitur, ꝙ neptis non erat nata tpe mortis aui, & ſic non poteſt dici, ꝙ pp affectionem, quam auus haberet ad dictā neptē, ſibi reliquiſſe videatur: ſed ſolum contemplatione filij fecit illam diſpoſitionem, vt ſic fideicōmiſſum, quo dictus filius erat grauatus, minuerunt in illa quantitate, quæ dictæ eius filię erat relicta poſt mortem ipſius ſibi. Eſt ergo perinde, ac ſi filius grauatus de dādo dotem poſt mortem ſuā, ipſam dediſſet in vita, ꝙ ſufficit ad liberandū ipſum & ſucceſſores ſuos. l. Lucius, la piccola. ff. de leg. 2. & ad l. Falc. l. cū quo. §. fi. ff. de bo. lib. l. ēt. §. ſi debita. ibi, ſed & ſi nō mortis, & C. de fideic. l. poſt mortem. & hoc ideo, quia ipſe filius erat grauatus de dando ipſam dotem, tanq̄ ad ſe profectam, & ſui cauſa, qa erat obligatus ad ipſam dandam, vt ſ. probatum eſt. Ex quib. concluditur, ꝙ dicta dña Milucia nō pōt petere relictū p dote ſibi factum ab auo. Conſulo tñ, ꝙ fiat articulus in proceſſu, ꝙ dicta d. Milucia fuit cō-2 cepta, & nata poſt mortē aui. † Super eo vero, ꝙ p dictā d. Miluciā petit ſupplementū legitimæ, ſciendū eſt ꝙ in legitima dēt ꝯputari dos & legata. l. qm̄ nouella. C. de inof. teſt. Itē, ꝙ legitima intelligitur tertia eius, ꝙ habitura erat ab inteſtato, & deducto ære alieno, & funeris impēſa. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inof. teſt. in Auth. de triē. & ſem. in prin. C. de inoffi. teſta. auth. nouiſſima. & iō in quæſtione fiant poſitiones ad probandum, & probentur res alienatę per dictum Conatium, & debita ꝯcta per eum & inter alia aſſignentur pro debito fideic. quo dictus Conatius tenebatur dicto Marchioni, ꝙ venit detrahendū antequā fiat cōputatio dictæ legitimæ. l. in imponenda. & l. itidem. C. ad l. Fal. quo facto clare apparebit, ꝙ nihil ſibi debetur pro ſupplemento legitimę. Barto.

ADDITIO.

a T. D. In quæſtione prædicta. Adde, ꝙ huiuſmodi conſilium ſecundum ordinem Peruſi. eſt in 3. par. vlt. volun. in conſi. 14. & alleg. ab Alex. in l. dedit dotem. in add. Bar. ff. de colla. bo. & de materia de qua per Bar. hic, vide Bar. in l. fin. C. de do. promiſ. & ibi ſcripſi in addi. meis.

CONSILIVM LV.

1 *Statutū loquēs ad deſcēdētib. ab auo. an cōprehēdat aſcēdētes ſupra patrē.*
2 *Verba illa in ſtatuto, vel aui paterni deſcendentes, quid importent.*
3 *Aui in appellatione cōtinetur pauus. niſi repugnet cōmunis vſus loquēdi.*

a **Quia** factū[a] tale proponitur, videlicet, ꝙ quidā noīe Gualteri Petri de S. Seuerino habuit duos filios legitimos & naturales noīe Gualterucium, & Gualteronium. Ex quo Gualterono natus fuit quidam filius legitimus & naturalis, nomine Gualterius, & ex dicto Gualterio nati fuerūt & ſunt duo filij legitimi & naturales, nomine Angelus, & Menalcha. & ex d. Gualterio filio dicti Gualterij Petri, natus fuit vnicus filius legitimus & naturalis, nomine Cola, & ex d. Cola natus fuit vnicus filius legitimus, & naturalis nomine Paſcutius, qui Paſcutius in pupillari ætate conſtitutus, habens in eius bonis quędam bona materna,

ADDITIO.

a T. D. Quia factum. Adde, ꝙ illud conſi. Bar. eſt in 3. par. vlt. volun. in conſi. 17. ſecundum ordinem Peru. & alias inci. Gual. & alias inci. q. prædicta.

Digitized by Google

ns,& q̄ ſibi a m̄re, & materna linea obuenerūt, & q̄dā alia bona ſibi Paſcutio obuenta a dicto Cola eius patre. & q̄ lucrata & em-pta, & acquiſita fuerūt p ipſum Colā patrē ipſius Paſcutij, & q̄dā alia bona d. Paſcutio obuēta a d. Cola eius patre, & d. Gualterue-cio eius auo, & Gualterio eius proauo p̄rno, deceſſit ſuperſtitibus d. Ang. & Menalcha propinquiorib. cōſanguineis ipſius Paſcutij in ſexto gradu, vt ſ. narratū eſt de parētela, & ſuperſtite, & ſuperui uēte quodā nolato Acto Frāciſci proauo materno ipſius Paſcu-tij. Et venit q̄ſ. Iter dictū Actū ex vna parte, & dictos Ang. & Me-nal. ex altera. Nā dicit dictus Actus, bona oīa & hæreditatē ipſius Paſcutij ad ſe pertinere & ſpectare de iure, & ſe Actū d. Paſcutio velle & debere ſuccedere ab inteſtato, tanq̄ ſuū auū m̄rnum. Ex aduerſo dīt dicti Ang. & Menal. oīa dicta bona iure hæditario ip-ſius Paſcutij ad eos pertinere & ſpectare de iure, & in eos deuolu ta eſſe, tanq̄ ad propinquiores conſanguineos ipſius Paſcutij de-ſcendentes ex paterna, vel aui paterni linea ipſius Paſcutij. & ſe ip ſi Paſcutio velle, & debere ſuccedere ab inteſtato, excluſo oīno a dicta hæditate, & ſucceſſione ipſius Paſcutij dicto Acto dicti Pa-ſcutij proauo materno, vigore cuiuſdam ſtatuti terræ S. Seuerini poſiti ſub rub. de decedētib. ab inteſt. ſine filiis legitimis, cuius ſta tuti tenor talis eſt. hīc ſtatuimus, q̄ ſi aliquis, vel aliqua de terra S. Seuerini, & eius diſtrictu, decedat inteſtatus, vel teſtata, ſine filiis legitimis, bona oīa & iura ſic ab inteſtato moriētis deuenient, & deuoluantur a ſic decedentib. ab inteſtato in proximiores cōſan-guineos ex paterna, vel aui paterni linea deſcendentes, cū ſatis ſit ɔueniens rōni, q̄ alia bona reuertant ad primū ſtatū, vnde prin-cipiū habuiſſe noſcuntur, & p̄dicta locū habeant in p̄ntib. pendē-tib. & futuris. In dubiū reuocat, ad quem pertineāt dicta bona & hæditas dicti Paſcutij, & quis ſibi ſuccedat & ſuccedere debeat, q̄ ritur mō quid iuris. Viſa p̄dicta facti narratione & viſo dicto ſta-tuto Cōis & viſis allegationib. vtriuſq; partis. In noīe dñi amen. In q̄ōne p̄dicta licet alias ɔſuluerim, tñ oportet, vt apertius decla-rentur, vtrū p̄dicti Ang. & Menalcha, qui ſunt fratres cugini d. Pa-ſcutio, & ſic ſunt in ſexto gradu, ſm ius ciuile dicant deſcendētes

1 ex linea p̄rna, vel aui, vt ſic ſm formā ſtatuti † p̄ferant auo m̄rno, vel nō. Ad q̄ declarandū ſciendū eſt, q̄ dicta verba, ex linea p̄rna, licet alias comprehēderent alios aſcendētes ſ. patrē, tñ hoc caſu nō comprehēdunt, qa ſtatutū exprimit ab auo, dū ſubdit, vel aui paterni, & ſic certū eſt, q̄ expreſſum nō cōtinet ſub illo, ſicut di-cimus de pupillari, q̄ nō cōtinet in vulgari, q̄n exprimit. l. cū ex fi-lio. ff. de vulg. & pup. facit. ff. de verb. oblig. l. doli clauſula, & l. ſtipu

a lationes cōmodiſſimū, & ff. de pęnis. l. ſanctio legū. † Vidēdū eſt ergo, qd importent illa verba adiecta, vel aui p̄rni deſcendentes, Ad q̄ dicēdum eſt q̄ dicta verba hoc important ſm cōem vſum loquēdi, q̄ linea aui paterni dicat illa cuius auus p̄rnus eſt caput, & ab ipſo tanq̄ a fonte procedit, vt ff. de verb. ſign. l. pronunciatio. circa fi. ibi, ſicut dicimus, familiam Iuliā, quaſi a fonte quodā me moriæ, &c. Sed in propoſito dicti Age. & Menalcha, non deſcen-dunt ab auo paterno, ſed a proauo: ergo non p̄ōt dici de linea aui p̄rni deſcendete, cū auus non fuerit caput, & fons dictæ lineæ. Se-cundo probat, q̄ mens & verba ſtatuti hæc fuerint, ſic oſtenden-do, ponamus, q̄ viueret proauus paternus, & proauus maternus, certe proauus p̄rnus nō excludit ,pauū m̄rnū. Nam licet proauus p̄rnus ſit ex linea aui, nō tñ eſt deſcēdens, & ſtatutū nō loquit niſi de deſcendētibus ex linea aui p̄rni. Si igitur ipſe proauus paternus nō excluderet proauum m̄rnum, ergo nec iſti deſcēdentes ex eo proauo p̄rno. Itē q̄ verba ſtatuti hoc importēt, probat ſic, poſito q̄ oēs aſcēdētes ſuperiores dicant de linea p̄rna, vel aui paterni, & ſic ēt proauus, & tritauus, & abauus, & ſic linea aui paterni, nō tñ ſequitur q̄ qui deſcēdit a proauo, deſcendent a linea patris, vel aui paterni. Nam proauus in propoſito, eſt caput duarum linearum. Ex qua cunq; igitur deſcendat, deſcendit a proauo: ſed non a linea de qua quæritur, &c. Exempli gratia formemus figuram.

ADDITIO.

• Iacob. Menoch. Corn. conſi. 9. col. vlt. conſ. 198. col. vlt. lib. 3. & conſ. 115. col. 1. lib. 4. Cra. conſi. 330. nu. 5. dixi in conſ. reddito pro Veggio Abbatis Pollicinij, ſeu illorum de Falcinis, Mantuanis.

Gualterius

Gualteruccius Gualterius.

Cola Gualterius

Paſcutius Angelus, & Menalcha.

¶ Hic Gualterius eſt proauus caput duarum linearū. ſ. Gualterio nis, & Gualteruccij aui paterni d. Paſcutij, de cuius ſucceſſione agi tur licet igit Ang. & Menalcha, q̄ ſunt in fine alterius lineę, deſcē-dant a d. Gualterio proauo, tñ deſcendūt per aliā lineā, nō p eam, quæ eſt vel patris vel aui d. Paſcutij, vt aſpectus figuræ oſtendit ad oculum, oēs igitur p̄dicti ſunt de linea proaui, qa oēs deſcendunt ab eo, ſed nō ſunt de linea patris, vel aui Paſcutij, Præterea, hęc de iure probantur ſic. Nō eſt dubiū q̄ Ange. & Menal. cōiunguntur d. Paſcutio in ſexto gradu ex latere, ſunt. n. ɔnepotes patrui magni, vt ff. de grad. l. Iuriſconſultus. § ſexto gradu, Item ſunt Gualteruc-cio auo Paſcutij eorum patruo magno in iiii. gradu, vt in dicto iu re, & in §. 4. ſed illi, qui ſunt nobis cōiuncti ex latere, non ſunt ex linea noſtra, q̄ patet, quia non reperitur primus gradus inter eos qui ſunt ex latere. ff. de gradi. l. 1. & Inſti. eo. in prin. iō aūt nō repe-ritur gradus, qa nō cōtinuant nobiſcū, vt ibi no. & ſic apparet, q̄ d. Ang. & Menalch. nō ſunt de linea patris vel aui d. Paſcutij, cum oēs ſtuum ad illos ſint ex latere. Præterea hoc patet, qa linea ꝓprie dr̄ linea recta ſurſum, & deorſum, non aūt ex latere, vt ff. de gradi. l. Iuriſcōſultus. §. ſunt & ex lateribus. Ex hoc patet, q̄ l. fi. C. de bo mater. q̄ dicit, q̄ auus, & proauus ſunt ex linea materna, non facit ɔ iſtā partē, qa licet ſint ex linea materna auus, & proauus, non tñ

1 alij deſcēdentes ab auo, vel proauo, vt eſt probatū. † Sed prædictis obſtat, q̄ appellatione aui continet proauus. ff. de verb. ſig. l. ſocē-ri, & l. generi. & ff. de poſtu. l. cui eorū. §. 1. ſicut ēt patris noīe cōti-neſ auus. l. iuſta interpretatione, de verb. ſig. Ad q̄ dico, q̄ huic ſi-gnificationi repugnat cōis vſus loquendi, q̄ attēditur in ſtatutis. l. librorū. §. q̄ tñ Caſſius ff. de leg. 3. Præterea, vbi hoc reperiſ. eſt ex interpretatione, vt d. l. iuſta ĩterpretatione, q̄ interpretatio non hēt locū in ſtatutis, nec in legibus, vbi ꝓferſ. nō in fauorem ipſius, ſed incidēter pp aliud, vt ff. de ritu. nup. l. palā q̄ſtū. §. hoc capite, alias eſt in l. lege Iulia. Ex qbus ɔcludit d. Actū auū m̄rnūm ſuccedere in oībus bonis paternis, & m̄rnis, alijs oībus prorſus excluſis. Bar.

## CONSILIVM LVI.

1 *Teſtamentum, in quo præteritus eſt filius, qui non ſperabatur, nec erat tem pore teſtamenti, quia poſt teſtamentum capit vxorem, ex qua habuit fi-lium, vtrum ſit nullum, & rumpatur per ortum filij.*

a QUIDAM [a] Cōdidit teſtm̄, & ſibi hēdē inſtituit eccleſiā, ſeu locū religioſum, nulla filij poſthumi habi-ta mētione, q̄ tpe cōditi teſti, nullos habebat filios, nec vxorē, & in fine dicti teſti dixit. Et hęc eſt mea vltima voluntas, & teſtm̄, q̄ & q̄ valere volo iure, & vi teſti, vel codicillorū. & cuiuslibet alte-rius vltimæ voluntatis, tā canonū, q̄ legum, caſſando, & irritando oē aliud teſtm̄, & diſpoſitionem a me hactenus factam, & poſtea

1 vxorē duxit, & filios procreauit. † Quærit, nūquid legata, & fidei-cōmiſſa in dicto teſtō relicta, & maxime dicta hæditas, vt ex fidei-cōmiſſo peti poſſit. In Chriſti noīe amē. Viſis p̄ſcto, & allegatio-

b nibus ſubtiliter factis in q̄ōne propoſita, dico ego Bar. [b] de Saxo-ferrato ſuper primo puncto, q̄ rupto teſtō ex cā p̄teritionis poſt-humi, de quo teſtator nō cogitauit, qa vxorē non habebat, legata nō debenſ, p auth. ex cā. C. de lib. pre. & in corpore vnde ſumiſ. Et ſi hoc caſu iura antiqua remanent incorrecta, probaſ primo per l. ſi vnq̄. C. de reuo. don. vbi donationes inter viuos, q̄ ſunt validæ, & nituntur volūtate duorū, reuocātur pp ſuperuiuētes liberos, de q̄b. nō cogitauit, vt ibi: multo magis legata q̄ ſimiliter ſunt do nationes, vt l. legatū eſt donatio. ff. de leg. 2. & nituntur voluntate vnius, hoc ēt corroborato per Cano. ēt in relictis, & donationi-bus ad pias cās, vt 17. q. 4. can. fin. Pręterea, hoc ſic probatur. De iu re antiquo teſtm̄ militis non rumpebatur ex cā p̄teritionis, ſicut hodie p Auth. ex cā, nō rumpiſ legatiſ, tñ illud ſic interpretatum eſt, q̄ intelligat de illo milite qui prætérijt filiū, ſciens ſe illum ha bere, vel ſciens vxorē prægnantem, ſecus ſi ignoraſſet. C. de milit. teſt. l. ſicut certi, & l. cū in vtero, ita in propoſito d. auth. ex cā. quæ dicit, teſtō rupto ex cā præteritionis, remanent legata, intelligi de bet de præteritione facta a ſciente, ſecus, ſi ignorauerit. Præterea hoc probatur ex corpore vnde ſumiſ d. auth. vt cum de appel. co gno. §. ſin aūt hæc obſeruata non fuerint, per quē tex. apparet, præ-dicta eſſe vera, aſſignaſ ibi cauſa. ſ. ne liberi falſis accuſationibus ɔdemnentur, vel circumſcriptionē aliq̄ in parentū ſubſtantijs pa-tiantur, &c. hoc q̄ dicit, ne liberi falſis &c. refertur ad filiū exhæ-redatum, vel pręteritū, inſerta tñ falſa cā, & non vera. & q̄ ſequiſ, vel circūſcriptionē aliquā in p̄arentū ſubſtantijs patiātur, dēt intel ligi de eo, q̄ præterijt filiū, vel poſthumū ſcienter. ſ. ſciens vxorem eſſe prægnantē, & hoc indicat verbū, circūſcriptionē. Nā circum-ſcribere, eſt aliquem ſcienter fraudare. ff. de in integ. reſtitu. l. 1. & ibi no. in gl. ſuper verbo, circūſcriptus, & ſic non habet locum in eo, qui ignorabat vtrum vxorem habiturus eſſet, vel non. Appa-ret igiſ manifeſte, q̄ iura antiqua, q̄ dicebāt, rupto teſtō legata nō deberi, remanent incorrecta, ſi filius pręteritus eſt a patre ignorā-te ipſum viuere, & ita poſſunt intelligi opiniones eorum, q̄ hoc tenent, & hoc verum eſt, vt ſcripſi. Concludo igiſ in p̄nti q̄ōne, legata non deberi. Super ſcd̄o puncto de illa clauſula, volo vale-re iure teſti, vel codicillorū ſaltē, dico idem, qd̄ ſ. videlicet, q̄ eius vigore non debentur legata, nec ad hunc caſum hæc verba porri-guntur, p ea quæ ſ. dicta ſunt, & alle. &c. Ego Bar. a Saxoferrato,

Ego

ADDITIONES.

a T. D. Quidam. Adde, q̄ hoc conſilium Bar. ſm ar. Peru. eſt in 3. par. vlt. voluntatū, in conſ. 19. & eſt in 1. vol. conſ. vbi eſt infraſcripta ſubſcriptio Io. Cal.

b Dico ego Bar. Adde q̄ hanc opi tenet Bar. in aut. ex cauſa. C. de lib. præt. & in l. 1. 6. q. ff. de iure codicil. & in conſ. 331. incip. Lapus fecit teſta. vol. 1. & ibi ſcripſi. & ita conſulendo conſuluit Alex. conſ. 41. 1. vol. incip. viſo tenore. & Franc. de Are. in conſ. 34. incip. quatuor dubia. & conſ. 49. in conſ. 66. & in conſ. 93. in-cip. viſo legato. & in conſ. 168. eleganter & ſubtiliter. & Bal. in conſ. 30. in 1. vol. c. clauſula co. & in conſ. 240. in 1. vol. qui vltimus paſſus. & in l. fi. C. de cod. & Anton. de Canario in conſ. 394. in cauſa ſer. Maximi de Racaneto. & iſta eſt ve-ra opinio, & ita conſului in cauſa Antonij Lucæ de ſancto Conſtan. vbi pleniſſi-me ſcripſi contra Bar. & poſtea conſului p opinione Bar. & vide Iaſ. in auth. ex cauſa. & in l. tale pactum. § fi. de pac. & Ale. in d. aut. ex cā. & ibi ſcripſi, in addi.

Digitized by Google

Ego Io. Cal. decretorū Doct. quia ponitur in themate, ꝙ teſtator tpe teſtī non habebat vxorem, nec filiū, non eſt veriſiſe, ꝙ ſperaret hēre filios, & ſic non pōt dici exhæredatio, vel ꝑteritio eius, de quo nō erat ſpes, vt ff. de iniu. rup. & irri. teſt. l. nā & ſi ſub ꝯdōne. & extra de deſpon. impu. c. ad diſſoluendū. cum ſi. Si moreret igit̄ proles, & nō expectaret, & rumpit̄ in totū, & ſic non obſtantibus his verbis, ꝙ voluerit valere &c. non pōt peti hæreditas a ſubō, ſic nec pſit peti legata a fideicommiſſario in dicto teſtō relicta ad inſtar eius ꝙ no. C. de reuo. don. l. ſi vnq̃. Pro hoc facit rō l. cū quis. ff. de cond. cā data, & cā non ſequuta, & l. ſenatus. vet. nec dubitauerunt Caſſiani. ff. de do. cau. mor. cum concor. & quaſi videtur expreſſum in Longobarda de ſucceſſionibus. l. ſi quis ſe deſperauit. Et prædicta teneo, & ſigillum appono.

## CONSILIVM LVII.

1 *Hæres vtrum teneatur ad reſtitutionem fructuum perceptorum ex re legata monaſterio conſtruendo antequam conſtruatur.*

a **Pater.** [a] in ſuo teſtõ legauit, & iure inſtõnis inſtituit vẽtrem vxoris, & ſi fœminã pareret, & monaſteriũ intraret ĩ centum, & ſi nuptui ſe tradiderit in 300. lib. In qõne ꝑdicta videndũ prius, an teſtm̃ ſit ruptum ꝑteritione dictæ poſthumæ: ad ꝙ dico, b ꝙ ipſa vr̃ ꝑterita, nã teſtõr reliqt in ſuo teſtõ illã poſthumam hæredẽ, vt ſ. q̃ ingrederẽ monaſteriũ, vel ſe tradiderit nuptui. illa ergo q̃ monaſterium nõ ingrediẽ, vel nuptui ſe nõ tradit, reperiẽ ꝑtenta oĩno, nec inſtituta pure, nec ſub cõdõne. caſus eſt in l. cõmodiſſime. ff. de lib. & poſthu. Ex hoc ſeqtur, ꝙ teſtm̃ eſt nullũ quoad hr̃dis inſtõnẽ ſed legata, & fideicõmiſſa remanent firma. Nec obſt. l. ſuus quoq;, & ꝙ ibi no. in gl. in ver. q̃ ſuã. de hær. inſtit. vbi 1 dr̃, † ꝙ filio inſtituto ſub condõne caſuali, vel mixta, teſtm̃ hodie nõ rũpitur, cũ grauamen inſtõnis hic de medio ſubducaẽ, ꝑ l. qm̃ in priorib. C. de inof. teſt. qa illa gl. & ſimiles probantur. Sed poſito, ꝙ illæ gl. ſint veræ, loquũtur in filio nato inſtituto ſub cõdõne mixta ſed hic poſthuma in caſu omiſſo nõ eſt inſtituta pure, nec ſub cõdõne, vt dicit tex. expreſſe in d. l. ꝯmodiſſime. illa. n. vr̃ ſolũ inſtituta, in qua al. qua dictarũ ꝯdõnũ extitit. ergo nõ eſt ĩſtituta. Nec ob. ſtatutũ Cõis Aſſiſij, quo cauet, &c. qa vt dictũ eſt, dicta filia in cuꝰ ꝑſona neuter dictorũ ꝯpheſorũ ĩ teſtõ venit, nõ eſt dotata, nec iſtituta, imo de ea nulla mẽtio ẽ fcã. Ex hoc ſeqt, ꝙ dicta filia ſuccedat ab inteſtato, i 5. par. bonorũ pr̃s ſui, cũ q̃nq; remanſẽrũt filij inter maſculos, & feminas. Et ita cõſulẽdo vr̃ mihi Bar.

ADDITIONES.

a Th. D. Pater. Adde quod iſtud conſ. ſecundum ordinem Peruſ. eſt in 3. par. ult. uolun. in conſ. 73.

b Ad quod dico. Adde Bar. in l. ſi pr̄. C. de inſti. et ſubſti. et in l. commodiſſime, uer. et per hoc dicebam. ff. de lib. et poſthu. ubi dicit ſe conſuluiſſe, et qđ Ray. cõſuluit contrarium, et conſ. Ray. eſt in conſ. ſeq. et poſt in conſ. 117. et uide Alex. in d. l. commodiſſime. et Iaſ. in d. l. ſi pater. ubi plene.

## CONSILIVM LXXI.

a **Super** ipſ[o] a facto, omiſſa facti narratione cã breuitatis ſm morẽ ſubtiliſſimi Scæuolæ, ſm ea q̃ proponerentur, mihi videtur de iure dicẽdũ teſtm̃ prædictum tenere debere, & valere. De hoc conſ. vide ſup. in 1. vol. conſi. 198.

ADDITIO.

a Th. D. Super ipſo. Adde ꝙ huiuſmodi conſi. ſecundum ordinem Peru. eſt in 3. p. vlt. vol. in conſ. 74. & eſt conſ. Ray. qui conſuluit de directo contra Bar. ut ſupra & vide Bar. in conſ. 198. in 1. uol. in noie, & idcirco hoc conſ. eſt duplicatum. & vide ibi, & Iaſ. in l. ſi pater. C. de inſti. & ſubſt.

## CONSILIVM LXXII.

1 *Rupto teſtamento ex cauſa preteritionis, an valeant legata.*

2 *Hereditas aui materni non adita non tranſmittitur.*

3 *Infans utrum tranſmittat hæreditatem non aditam.*

a **Factum.** [a] Tale eſt, Cecolus Faccoli de Gualdo ſitum cõdidit teſtm̃, in quo iure legati reliquit Nicolutio filio Iacobellæ filiæ ipſius Cecoli teſtatoris quædã legata. & adiecit, ꝙ ſi dictus Nicolutius moreretur ſine hæredibus ex ſuo corpore natis, voluit dictus teſtator, ꝙ omnia dicta bona legata vendantur, & erogentur pijs locis, vbicunque videbitur ſuis cõmiſſarijs. In oĩbus alijs ſuis bonis Lellum eius fratrem hæredẽ inſtituit: filia autem dicti teſtatoris erat præmortua tpe dicti teſtamẽti, & in fine dicti teſtamenti erat clauſula codicillaris. Mortuo teſtatore deceſſit dictus Nicolutius eius nepos in infantili ętate, poſtea deceſſit dictus Lellus hæres inſtitutus, adita hæreditate dicti teſtatoris, ſuperuiuentibus ſibi duobus filijs, dicitur dictum teſtamentum nullum, quia in eum non fuit inſtitutus dictus Nicolutius eius nepos, quæritur quid iuris, & quid de legatis, ſuper quib. dicendum eſt, ꝙ ſi dictus Nicolutius, &c. Et ita ego Hugolinus de monte Catino, legũ Doctor, mitto vobis Do. Bart. a Saxofer. pr̄i meo, ut ſuper hoc placeat ꝯſulere. Viſo puncto ꝑdicto, dico ego Bart. a Saxoferro. ꝙ licet dictus Nicolutius deceſſerit, & dictum teſtm̃

ADDITIO.

a Th. D. Factum. Adde ꝙ hmõi conſ. ſcd̃m ordinẽ Peru. eſt in conſ. 66. in 3. part. de vlti. volunt. & ad no. per Bar. hic, adde Alb. de Roſ. in l. ſi infanti, C. de iu. delib. & ibi vide plene Iaſ. in 1. col. in uer. nunquid autem iſta lex.

teſtm̃ nullum nõ dixerit,teſtm̃ nõ eſt ↄfirm ẽtũ,q᷑ deceſſit in pu-
pillari ętate,vt C.de poſth. here. inſti.l.vxoris.verſi.poſthumo ve-
ro.vbi eſt caſus,& ibi no.per Doc.& nõ eſt dubiũ,q᷑ pteritione
aui m̃ni facta ſine cã,teſtm̃ eſt nullum,vt in Auth.ex ca.& Fal.
§.exhr̃datos.& ibi n.gl.in ver. nolun. Poſito ergo q᷑ ſit nullum,
dubitatur,an legata facta ipſi nepoti valeant,& de hoc eſt op.in
1 l.maximũ vitiũ.C.de lib.prçte. Nam quidam dñt,† q᷑ rupto teſtõ
ex cã pręteritionis,valent legata facta alteri. ſed qa ipſi nepoti pte
rito,ex cuius pſona rũpit teſtm̃ legata facta ſunt,dubium eſt.& de
hoc per Cy.in Auth.ex cã.in ſ.q. C.de lib.prçte. ſed quicquid ſit,
ſaltẽ dicta legata valent p̃ clam cſam poſitã in teſtõ, ſi non valet
iure teſti,valeat iure codicillorum,videlicet,iſtud grauamẽ iniũ-
ctum dicto Nicolutio ſi deceſſerit ſine liberis,dicta legata erogẽ-
tur in pijs locis,ſm̃ veram opi.Dy.& aliorum,& Cyn.referr in d.
auth.ex cã.in 6.q. Hoc pmiſſo in qõne ꝓpoſita dico,ſi quidẽ non
apparet,q᷑ p dictum Nicolutiũ fuiſſet adita hr̃ditas aui m̃ni ab
inteſtato,tunc dictus eius auũculus,q modo dicit dictũ teſtũ nul
lum,nil p̃t petere de bonis d.teſtatoris aui m̃ni.d. Nicolutij,quia
2 hr̃ditas aui m̃ni nõ adita nõ tranſmittit,† vt C.de iure delibe.l.ſi
infanti.§.ſin vero.Vnde hr̃ pro tanto,ac ſi d. Nicolutius non fuiſ-
ſet in medio,& ſic dictus auũculus nihil põt petere. Si vero fuiſ-
3 ſet adita hęreditas,tunc ſuccederet dictus auũculus † in medieta-
te legitimę,in qua nõ conſiſtit grauamẽ. Alia medietas eſſet pa-
trui,qui eſt inſtitutus a teſtatore.In hoc iura ſunt clara,& ita con-
ſulendo videtur mihi Bar.a Saxoferrato.

CONSILIVM LXXIII.

1 *Vulgarem ob uſum loquendi a propria ſignificatione recedimus, & accipi-*
*tur ſingularis numerus pro plurali.*
2 *Subſtitut o compendioſa inſtituto, uel aliquo eorum ante aditam hæredita-*
*tem decedente,continet vulgarem.*
3 *Compendioſa alio de inſtitutis decedente poſt aditam hæreditatem conti-*
*net ſubſtitutionem fideicommiſſariam.*
4 *Dictiones,aliquis,ſi quis & quiſquis,ſunt diſtributiua.*

a In nomine Domini amen. [a] Minutellus,
quõdam Ce-
chi de Caſtro Plebis S.Vitiani,filiã ſuã,& Cechum quõdã ſer Pu
tij Aldouannutium Angeli ſibi hæredes inſtituit,& eis ſubſtituit
per hæc verba,& ſi nullus dictorũ hæredũ deceſſerit ſine liberis
ex ſe deſcendentibus ex legitimo matrimonio,ſuccedat ei hoſpi-
tale communis,& monaſterium ſanctę Mariæ Floris Maię quis
portionibus. Contingit,q᷑ dictus Cechus vnus ex dictis inſtitutis
deceſſit viuẽte teſtatore ſine filijs.deinde deceſſit teſtator ſuperui
uente dicta ſua filia.& d. Aldouannutio inſtituto,poſtea deceſſit
dicta filia ſine filijs ſuperſtite do.Aldouannutio. Modo quæritur,
vtrum monaſterium admittatur vigore ſubſtõnis prædictę. Ad
quam qõnem examinãdam primo oportet videre,qualiter dẽnt
intelligi hęc verba,ſi nullus deceſſerit ſine filijs. Nã ſm̃ verborũ
ↄceptionem vr̃,q᷑ aliquo ex inſtitutis decedente ſine liberis,ſub-
ſtitutio euaneſcat. Tñ ad huius declarationem eſt ſciendum,q᷑ in
vulgari vſu loquendi ſæpe a propria ſignificatione recedimus,&
b q,ſiq; plurale [b] pro ſingulari accipimus,& ſingulare pro plurali.l.
non eſt ſine liberis.& l.in vſu iuris.ff.de verb.ſig.hẽ interdum vſo
accipimus pro particulari,& diſtributiuo,vt ff.de in.ſti.l.Moſchis.
in ſi in prin.ibi,oẽm,inquit ibi gl.quẽlibet.& de ſtatu homi.l.3.
& ibi in gl.ab. exponit,oẽs,i.oĩs,vt ſic verificeẽ in quolibet parti-
1 culari.† Hoc pręmiſſo,ſciendum eſt,q᷑ in vulgari vſu loquendi,ſi
quis vulgariter dixerit,*ſe nuno morirà ſenza filigli.*&c.intelligitur
*ſe alcuno.*Vñ notarius qui prædicta verba ſcripſit,& trãſtulit in La-
tinum,rudiier & materialiter,ſm̃ quod fuerunt a teſtatore prola
c ta,debent intelligi,ſi nullus,[c] hoc eſt,ſi aliquis,ſm̃ communem
vſum loquendi qui prævalet oĩ propriæ ſignificationi,vt d.ll.& l.
librorũ.§ quod ſi Caſſius.de le.1.& l.cum de lanionis.§.aſinã.de
2 fun.inſt.me.& l.Labeo.de ſupel.lega.cum ſi.† Hoc præmiſſo,po
ſito q᷑ verba ſubſtõnis diceret,& ſi aliquis dictorum hæredũ,&c.
videndum eſt de viribus dictæ ſubſtõnis. Circa q᷑ dicendum,eſt
q᷑ dicta ſubſtõ compendioſa,inſtituto,vel aliquo eorũ ante adi-
tam hæreditatem decedente,continet vulgarem directam.caſus
eſt in l.Gallus.§.1.de lib.& poſth.ſm̃ vnam lect.q̃ oẽs tenent hoc
tenet Iac.de Are.& Cy.refert in l.precibus.C.de impube.&.aliis
ſubſti.quod apparet eſſe vtrum in caſu propoſito.quia verba iſta,
ſi quis deceſſerit,&c.intelliguntur,ſiue deceſſerit poſt mortẽ ip-
ſius,ſiue viuo teſtatore,vt l.1.in prin.de adim.leg.prout ergo dicta
verba ſe referunt ad eum,qui viuo teſtatore deceſſerit,itaque du
bio ↄtinet vulgarem,ſic apparet q᷑ monaſterium ſubſtitutum p
parte ſua ſuccedit illi in portione illius,qui viuo teſtatore deceſ-
3 ſit.† Item ſciendum eſt,q᷑ dicta ſubſtitutio compendioſa aliquo
de inſtitutis decedente poſt aditam hr̃ditatem,in pſona cuius cõti-
net ſubſtõnem fideicommiſſariã.in caſu propoſito,cum ſubſtitu
tio ſint facta filiæ ſimul cũ duob.extraneis,non põt ↄtinere pupil-
larẽ.ſed dẽt intelligi in caſu,in quo põt,ſ.bus vniformiter ſubſtituere
vt in fideicommiſſ mag.ſ.a.ſed hoc iure.cu l.i.de vulga.& pup.Vnde
puto,q᷑ p parte ſua debet portio,in qua fuit inſtituta filia dicti te-
ſtatoris.& debeẽ ei iure fideicõmiſſi dedicta legitima,quæ non
cadit in fideicommiſſum. Trebellianica vero deduci non dẽt,qa
4 eſt fideicõ.ad pias cãs.Item ſciendũ eſt,† q᷑ aliqs.ſi qs,& qlqs,&
ſimilia,ſunt diſtributiua,licet ſint pluriũ,tñ effectum diſpõnis at-
tribuunt in quolibet particulari.Vnde ſi dico,ſi quis mihi hæres
erit,vel quiſquis,vel aliquis,iſta uerba verificantur,ſi vnus tñ hr̃s
extiterit,ſiue oẽs.hoc ẽt probatur pluribus legibus,vt l.qui liberis.
§.hæc verba.de vulg.& pup.& l.ſi neceſſarias.§.ſi annua bima,de
pign.act.de leg.1.l.ſi qs in fundi vocabulo.§.1.& l.q filiab.§.i.e.tit.
Cõcludit ergo,q᷑ licet d.Aldouãnutius ſuperuixerit,tñ ĩ pſona alio
rum habet locũ ſubſtõ. Et ita conſulẽdo vr̃ mihi Bar. a Saxofer.

ADDITIONES.

a Th.D.In nomine domini,Amen. Adde q᷑ illud conſil. ſecundum ordinem Peru.
eſt in 3.par.v ſt.vol.in conſi.70.
b Plurale.Facit q᷑ in duab.no.qõ.decidit Bal.in l.1.per illum tex.C.de cõd.inſer.
q᷑ ſi ſtatuto cauet,q᷑ decedente pře cũ liberis maſculis,fœminæ non ſuccedant,
hẽt locũ ẽt ſi decedat cũ uno filio,& ẽt ſi ſtatutũ dicit,q᷑ decedente vxore ſine
liberis,maritus ſuccedat,q̃uis loquaẽ in plurali,verificaẽ nihilominus ẽt in ſingu
lari,ſi aẽt unum filiũ.Vide plene Iaſ.in auth.ſi qua mulier. C.de ſacroſan.eccle.
c Si nullus.No.de veritate ſubſtõnis,& ſi nullus deceſſerit,quod verificatur ſi vnus
deceſſit,ut ſit locus ſubſtitutioni,vide Alex.in l.Centurio.ff.de vulg.& pupil.&
pondera,ſi hoc conſi. Bar.alleg.

CONSILIVM LXXIIII.

1 *Oblatus q poſtea acquiſiuit alia bona,an acqrat monaſterio vel hoſpitali.*
2 *Donans vel vẽdẽs bona ſua,intelligatur de preſentibus,& nõ de futuris,*
a Quidam a Obtulit ſe,& oĩa bona ſua hoſpitali,& cõnẽ
tui.Poſtea de volũtate dicti capituli,& ↄuẽtus,
eſt adeptus quandam capellã ſecularẽ,& q̃plura alia alia bona po
1 ſtea quæſita.Modo q̃ritur,† an poſſit de bonis poſtea q̃ſitis diſpo-
nere pro libito & voluntate? Et vr̃ dicendũm,q᷑ bona poſtea q̃ſi-
ta quærit ſibi,& nõ hoſpitali,& de eis p̃t diſponere,& facere put
placet.Rõ eſt,qa illud,q᷑ dr̃ in auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccl.intel
ligitur,ſi qs ſe dedicat alicui monaſterio ſeculari,nõ aũt cũ dedi
b cat ſe vni capellę vel alij loco [b] non r̃ari,niſi expreſſe renunciet
ſeculo vel tacite,vt in Auth.de ſanc.Epiſc.§.presbyteros.& C.de
epi.& cler.l.ſacroſanctæ.& notat auth.ingreſſi.Sed certum eſt,q᷑
illi ↄtinẽtes non ſunt r̃ates,licet ſit quã modus viuendi,vt no.ex-
tra,de r̃a.c.1.in cle.ergo dedicatio pſonæ nihil operatur,vt bona
poſtea quæſita q̃rat hoſpitali.Et ſi rõ huius dicti,quia eum ſe de-
dicat alicui loco,vel vouet,ſi nõ exprimat,intelligit illo mõ ſe de
dicare,& illã vouiſſe r̃am,de qua ſunt illi fratres,vel viri,in quo
rum manus ſe dedicat vel uouet,vt no.p Innoc.ca.q᷑ Dei timorẽ.
de ſtatu mo.& ibi per Io.And.circa prin.Sed certum eſt,q᷑ illi ↄ-
tinentes,vt dixi,emũt,& vendunt,& q̃runt eis,ergo ita faciet ille
qui eis ſe dedicat niſi ſeculo renunciet,vt dixi. Præterea non ſolũ
iſte,q adeptus eſt capellã de volũtate dicti capituli,& Epi,eſt ab-
ſolutus ab Abbate.ſed ẽt monachus,q adeptus eſt capellã ſecula-
rẽ de volũtate d.cap.& Epi,eſt abſolutus ab Abbate,& capitulo,
& eſt ſolũ cum Epo,vt d.c.quod Dei timorẽ.& ibi no.p Io.And.
ſup gl.1 iτum,in verbo,eccleſiarũ parochialiũ diſcrimẽ.quę inci.
& c.& ſm̃ Hoſt.Hug.Ber.& Goſ.Cõclude ergo ex p̃dictis,q᷑ dedi
catio pſonę nil nocet,qn poſtea bona q̃ſita q̃rat ſibi.Rõ eſt,qa cũ
quis dedicat bona ſua vel donat,vendit,vel alienat,intelligunt ſo-
2 lũ bona pſētia,†& nõ veniũt futura,niſi expreſſe dicaẽ.ff.de au.&
c arg.leg.l.ſi ita.& l.Plautius.ff.mãd.l.ſi mãdauero.§.is cuius.de ne.
geſt.l.nã & Seruius.§.ſi viuo.Nec obſt.l.fi.C.quæ res oblig.poſ.qa
agiẽ de modico p̃iudicio debitoris,quia ſi veniunt bona futura,
non eſt ppea vniuerſorum.ff.pro ſoc.l.3.& l.ſi ſeruis.ff.de ſer.vrb.
p̃d.qa in ſocietate eſt modicũ præiudicium ſi venirent futura,&
ideo non veniunt futura,vt dixi.Reſtat igit videre de bonis dictæ
capellæ,an q̃rat ſibi vel dicto hoſpitali.Et certũ eſt,q᷑ ſibi.vt no.
extra,de offi.ord.c.p ſtu lib.6.ex quo.n.hẽt capellã,hẽt adminiſtra
tionẽ bonorum ipſius,vt no.in d.c.extra,de iudic.c.cum dilecta.
& ibi de hoc p Inn.& Hoſt.maxime,vt dixi ex eo,qa capellã
eſt adeptus de voluntate capituli,quia non ſolũ q̃rit ſibi dicta
bona,ſed etiam abſoluitur a d.capit.& eſt effectus ſub Epo,vt alij
clerici,de quibus bonis quæſitis eſt dicta capella.vtrum poſſit te-
ſtari,vel diſponere,dicendum eſt prout expreſſum eſt de l.pte.&
cle.auth.licentia.& auth.presbyteros.& in c.quia nos.extra,de te
ſta.& eo.tit.c.relatum.cũ ſi.& ita conſulo ego Bar.a Saxoferr.

ADDITIONES.

a Th.D.Quidam.Adde quod illud conſilium ſm̃ ordinem Peru.eſt in 3.par.vl.vol.
in conſi.73.& pro conſ.Bar.alleg.Iaſ.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccl.
b Alij loco.No.mirabile lita.ad auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccl.q̃ adde ad Doc.ibi.
c Futura.Adde Sal.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccl.Luc.Ro.in l.ſi marito,in prin.
ff ſol.ma.& in conſi.292.com concor.de quibus per Iaſ.in d.auth.ingreſſi.

CONSILIVM LXXV.

1 *Ius deliberandi & adeundi hæreditatem maternam.an tranſmittatur ad*
*hæredes infantis.*
2 *Sufficit ſcientia tutoris pupillo,ad hoc,ut hæreditas tranſmittatur.*
a In quæſtione a Vertẽte inter Paganuciũ ſer Belli do-
mus miſericordiæ de monte Pulciano,
primo ... eſt,an ſubſtõ facta ... et magiſtrũ Io.filio ſuo R.
fuerit

ADDITIO.

a Th.D.In quæſtione.Adde quod huiuſmodi conſ.Bar.eſt in 3.par.vlt.vol.ſecun
dum ordinem Peruſ.in conſi.78.

Digitized by Google

fuerit directa pupillaris, vel fideicommiſſaria, qa dixit ſine filijs, vt no. in l. precibus. in gl. C. de impub. & alijs ſubſt. ſed hęc alleg. non eſt vera. quia ꝯ caſum l. Cẽturio. de vul. & pu. ſm opi. oĩum Mod. Secundo põt allegari ꝓ parte Pagani, ꝙ ſit fideicõmiſſaria, qa eſt facta ſine tpis diſtributione, ſeu diffinitione, vt no. gl. in d. l. precib. & l. Cẽturio. & Azo. in ſum. C. de impub. & alijs ſubſt. §. compendioſe. ver. ſi nãſit teſtator. Sed licet de hoc ſint multæ & variæ opi. tñ in caſu propoſito dictam ſubſtõnẽ dicendum eſt fore directã pupillarẽ ex pſumpta voluntate defuncti, & ex cõiectura dictorũ verborũ, qa dixit, in oĩbus aũt alijs ſuis bonis, & rebus mobilib. & immobilibus, iurib. & actionib. ſubſtituit d. R. &c. nõ pñt oĩa trãſire in ſubſtitutum, niſi ex vigore directæ pupillaris, arg. ad hoc in l. non aliter. de le. 3. vnde ex pſumpta voluntate defuncti, & ex cõiectura dictorum verborũ dicenda eſt pupillaris directa, vt l. in teſtõ. in fi. de teſta. mil. Secundo eſt vidẽdum, an hr̃ditate matris d. Ranaldi nõ adita ꝑ d. Ran. ptineat ad dictam domũ miſericordiæ ex vigore aditionis factæ ꝑ eã, ſeu ꝑ eius adminiſtratorẽ. Et certũ eſt, ꝙ hr̃ditas mr̃is non adita non tranſmittiẽ. Videndum eſt ergo, an tranſmittat ad dictam domum mĩæ ius deliberandi, & adeundi d. hr̃ditatẽ mr̃nã, ita ꝙ eam potuerit adire. & allegatur pro pte Pagani. ꝙ non, qa hæred. mr̃is nõ adiuit. Sed ꝯtrarium hmõi apparet ex inſtro aditionis mihi tranſmiſſo, ſcripto manu ſer Blaſij notarij, vbi adiuit hæred. d. Ia. & d. Ran. & pr̃is eius. Secundo alle. ꝙ d. aditio nõ fuit facta intra annum, ſed ꝯtrarium apparet mihi ex inſtr̃is mihi tranſmiſſis: nam teſtm̃ magiſtri Io. fuit factũ 1459. indictione 2. &c. eod. anno fuit facta aditio hæredi. ergo intra annũ.

1 Tertio all. pro parte dicti Pagani, ꝙ ius deliberandi non tranſmittat ad hr̃des infantis, quia dictus infans nõ potuit adire hæredi. ſibi delatam, quod requiritur ad tranſmiſſionẽ dicti iuris, vt l. cum antiquioribus. C. de iure delib. circa ꝙ eſt aduertendum, licet infans ignoret, tñ ſcientia [a] tutoris ſufficeret. l. ſequitẽ. §. ſi pupilli. ff. de vſucap. & dico ſi eſt tutor, cui nõ eſt decreta adminiſtratio, & qui inuentarium non fecit, & non ſatiſdedit, eius ſcĩa ſufficit, quia in his qui hñt commodum, & nullum incommodum, ſufficit tutor cum ſatiſd. & inuentarij confectione. l. vlt. C. de tut. & cur. qui ſatis non de. ſed ꝙ infans ius deliberandi habeat, & illud tranſmittat, hoc hẽt cõmodũ, & nullũ incõmodũ. pt. n. adire, & repudiare qñ vult. ergo, &c. in his quæ fiunt pro dicto tpe, vt anno vel c. diebus, ut bon. poſſ. ſufficit tutor ẽt añ inuentarij ꝯfectionẽ, vt l. tutor qui repertorium. in prin. de adm. tuto. Ex hoc ergo dico, ꝙ ſi qdẽ d. R. hẽbat tutorẽ teſtamentarium, vel lr̃imũ, quẽ lr̃imum vr̃ hẽre d. Paganum, qui ſe dicit proximiorẽ cõſang. ſi tñ d. Pag. eſt maior niſi impeditus aliquo impedimẽto, ꝙ eum a tutela remoueat ipſo iure, tunc dicta hr̃ditas matris d. Ra. ptinet ad dictã domũ miæ ex vigore iuris deliberandi ad eam tranſmiſſi, & aditionis ſecutæ. Si vero nullum tutorẽ habuit teſtamentarium lr̃imum, uel datiuum, tunc qa hr̃ditas mr̃is non adita non tranſmittitẽ, ptinet d. hæreditas ad d. Pag. proximiorem conſang. Sed pdictis vr̃ obſ. l. ſi infanti. §. ſi vero. C. de iure delib. vbi dr̃ ꝙ hr̃ditas non adita perinde eſt, ac ſi non eſſet delata, ſed ſi non eſſet delata, nõ haberet ius deliberandi locum, de quo loquiẽ d. l. cum antiquiorib. Ad qđ rñ. ꝙ d. l. ſi infanti. loquiẽ ſm tpa antiqua, ſm q̃ non erat introductũ ius deliber. & illius iuris tranſmiſſio, quod apparet, qa d. l. ſi infanti. ñ fuit facta per Iuſtinianum, ideo de l. cum antiquioribus, nõ cogitauit, hodie autem eſt ius, quod ſ. dixi, & ita cõſultum eſt plures in hac ciuitate Peruſij. Et ita conſulo ego Barto. a Saxof.

ADDITIO.

a Scientia. Adde Bart. in conſil. 9. ſupra eo. vol. quidam Peruſinus, & in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. & ibi vide plane per Do. Iaſ.

## CONSILIVM LXXVI.

1 *Teſtamentum ſecundum nõ tollit primum, niſi de clauſula inſerta in primo teſtamento fiat mentio ſpecialis.*

2 *Extranei, quãdo in primo teſtõ ſunt inſtituti, in ſecũdo qui venturi ab inteſtato, vltimũ tollit primũ, non obſtante clauſula derogatoria in primo.*

3 *Actus duo cum curſu biennij habẽt vim expreſſæ renunciationis.*

a **Factum** [a] Super quo pro parte Guidonis iſcripti, quæritur qđ iuris. Quidã Mar. Pici de Burgo S. ſepulchri, anno 1360. ſuũ ꝯdidit teſtm̃, in quo fraternitatem S. Bar. vſem hęredem inſtituit ſibi, adijciens in ipſo teſtõ verba derogatoria, vt i tranſmiſſa copia continetẽ. ſubſequenter anno 1361. die pen. Maij aliud ꝯdidit teſtm̃. in quo pſatũ Nerium hr̃dem inſtituit, & adiecit clãm gñalem, & hanc ſuã voluntatẽ vltimã eſſe voluit, &c. vt de more cõtraus eſt. Itẽ poſt annũ aliud fecit teſtm̃, i quo pdictũ Nerũ hr̃dem inſtituit, & adiecit clãm pdictam, vt in copia continetẽ, deinde mortuꝰ eſt d. Mart. q̃ri &c. Placeat bonitati veſtrę & ſapientiæ clarũ exhibere cõſiliũ. Re. dñe, ſup themate propoſito ſunt opi. Doc. ꝯtriæ, & vos bñ noſtis, nã gl. Io. And, & Dy. extra de 2 re. iur. c. qđ ſemel. li 6. tenet, ꝙ primum derogatorium ꝯteſtm̃ teneat, niſi in renouatione de eo fiat mẽtio ſpãlis. hoc ẽt diſputando tenuit Odof. & multi Mod. & ego idẽ legendo ꝯſueui tenere, ſed d. lac. tenet ꝯtrũ per l. diui. §. licet in ꝯfirmatione, de iure cod. hoc ẽt probat ꝑ rõnem, qa teſtandi ſolẽnitas eſt iuris publici, vt l. 3. de teſta. quæ non pt mutari pactis priuatorũ. Præterea certi ſunt modi, quibus quis efficitur inteſtabilis, vt no. de teſta. l. 1. in glo. in ver. factionẽ. inter quos hic modus nõ reperitur, ergo &c. Præterea ñ pt quis ſibi auferre liberã teſtãdi facultatẽ. vt l. ſtipſo hoc mõ. ff. de ver. obl. C. de tranſact. l. cum donationis. in fi. & hãc opi. tãgit Cy. licet non firmet. C. de teſt. l. ſancimus. hoc firmiter tenet And. de Pi. in l. ſi qs in prin. ff. de leg. 3. qa ibi loquitur i legato, ꝙ totum dependet ex volũtate defuncti, ſecus in ſolẽnitate teſtãdi, q̃ eſt iuris publici. Ita dñi ipſi, qcqđ ſit in veritate. In qõne pdicta ꝯſiderato facto ſm qđ narraẽ putarẽ de iure d. Nerũ vltimo inſtitutũ debere ſuccedere, & primum teſtm̃ eſſe ruptum, hoc ẽt fundo ex duobus, quæ in facti narrõne ponuntẽ. Primo, qa d. Nerius erat frater patruelis teſtõris, & ſic erat de venturis ab inteſ. ex quo ſic arguo. 2 Qñ in primo teſtõ inſtituti ſunt extranei. in ſecundo ſunt ꝯ inſtituti illi, qui ſunt de venientib. ab inteſtato, [b] primũ tolliẽ ꝑ ſm, licet ſm ſit minus ſolenniter factum, vt C. de teſt. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis aũt, & ff. de iniu. teſt. l. 3. Licet ergo hic in ſecundo teſtõ ñ fuerit ſeruata ſolennitas debita, qa non fuerũt verba derogatoria & alr non ſufficeret, tñ iſto caſu dẽt ſufficere, cum iſte Nerꝰ ſit de 3 venientib. ab inteſtato. ꝯ Scđo hoc probo alia rõne. Duo actus cũ concurſu biennij hñt vim expreſſæ renunciationis. l. ſi mulier pfectæ. C. ad Velle. vbi ſi mulier bis promiſerit. & poſt bienniũ, perinde eſt, ac ſi eſſet certificata, & renunciaſſet Velleiano. Modo in ꝓpoſito rumpitur primũ teſtm̃, quia poſt primum facta ſunt duo teſtamẽta poſt magnum tempus, & perinde eſt, ac ſi expreſſe primum teſtm̃ reuocaſſet, & de eo pœnituiſſet. Ad hoc facit C. de teſtam. l. ſancimus. & hoc puto verum, & ita conſulerem, tamẽ propter varias opiniones conſulo, ſi poteſt haberi bona concordia, quod aſſumere videatur. Bar. a Saxofer.

ADDITIONES.

a Tho. D. Factum. Adde quod iſtud conſ. ſecundum ordinem Peruſ. eſt in 3. parte vlt. vol. in conſ. 75. & vlt.

b De venientibus ab inteſtato. No. hoc conſ. Bar. quod adde ad no. per Lud. Ro. in conſ. 540. incip. ampliſſime Doct. & per Iaſ. in l. non dubium, in fi. & in l. ſancimus, in 6. limit. C. de teſt.

## CONSILIVM LXXVII.

1 *Emphyteuſis eccleſiæ quando intelligatur durare.*

2 *Dictio, vſque, quando ponatur excluſiue.*

3 *Appellatione nepotis, venit pronepos.*

a **Proponitur,** [a] Quod deceſſit M. & filij, & nepotes, ſuperſunt pnepotes duo, q̃riẽ an emphyteu- 1 ſis ſit finita. In qõne pdicta dubium facit tex. in Auth. de nõ alien. §. emphyteuſim. vbi dr̃ ꝯemphyteuſim eccleſiæ durare in pſonã recipientis, & duos alios. & ſic in pſonã filiorũ, & nepotũ dr̃ finita: ſed illud uerũ, niſi alr actũ ſit, nã emphyteuſis eccleſiæ põt concedi in ppetuũ, vt in Auth. de alie. & emph. §. licentia. C. de ſacroſ. eccl. auth. perpetua. & no. in auth. ſi quas ruinas. C. eo. tit. & i Spe. de emph. §. nunc aliqua. verſ. 7. quæriẽ. ſed in propoſito locauit d. M. & ſuis filijs, & nepotib. vſq; in tertiam hr̃ditatem, finitam. Iſta verba non ꝑ ñt intelligi, niſi porriganẽ ad pronepotes primo, quia dicendo vſq; in ſecundam, intelliguntẽ nepotes, vt extra de hæret. lib. 6. c. ſtatutum. & ibi hoc declarauit Papa, dicẽdo, declaramꝰ. & licet in caſu ſpãli ibi dicat, aliud in mr̃e, tñ illud eſt expreſſo ſtatuto Papæ, dum dicit, volumus ppea. hic ſunt uerba clara. ſi. n. diceret, vſq; in tertiã hr̃dit. ſimplr, & non adijceret finitam, poſſet eſſe 2 dubiũ. ꝯ vtrum dictio, vſq; poneretẽ excluſiue, & ſic non comprehẽdat nepotes, & tũc intellr, vſq; in tertiã hr̃dit. ſincipientem, ſed cum dicit, tertiã hr̃ditatẽ finitã, de neceſſitate ꝯphendit pronepotes, q ſunt tertij hr̃des adhuc durãtes. Nec obſ. ꝙ in plurib. partib. 3 inſtr̃i dixit, vſq; in tertiã hr̃ditatẽ. ꝯ Nã appõne nepotis pronepos cõtinetẽ. Nã pronepos nepos eſt, ſolum readicitur præpoſitio, ꝓ, vt ff. de poſtulan. l. cui eorũ. §. ſic Pompo. concludit ergo emphyteuſim durare in pronepotib. Et ita dico, & conſulo ego Bar. a Saxof. & ad fidem me ſubſcripſi, & meum ſigillum apponi feci.

ADDITIO.

a Th. D. Proponitur De materia huius conſ. vide Doct. & maxime Philip. Fran. in c. ſtatutum, de hæretic. lib. 6. & Bar. l. liberorum. ff. de verb. ſig.

1 *Mater an ex ſacita pupillari comprehenſa in compendioſa excludatur per coniecturas.*

a **Viſo** Teſtõ [a] Baldi Rauualdi pponiẽ, ꝙ ex vẽtre vxoris ſuę nemo natus eſt, & V. filia dicti teſtõris deceſſit in pupillari ætate, quæriẽ an mr̃ d. Vãnæ ei ſuccedat in legitima, & Trebellianica, an vero ſubſtituti ſuccedant in totũ ex pupillari directa? Et dubiũ facit, an ſi ſit talis ſubſtõ cõpẽdioſa ꝑ verbum cõe facta oĩ tpe ſit fideicõ. ꝙ vr̃ tenere gl. iuris ciuilis, & aliqui Moderni, an nõ ſit directa intra tpa pubertatis, ꝙ tenent multi Moderni iuris ciuil. maxime Ia. de Are. & Cy. & hodię Io. An. in c. 1. de teſt. li. 6. in nouella. tñ pdictæ opi. locũ hñt, niſi aliquib. cõiecturis de mente teſtõris appareat, tunc. n. dicimus ſm mentem eius. C. de teſta. mil. l. in teſtõ. in fi. & no. in l. pcibus. i gl. ſup verbo, oĩmodo. C. de impub. Sed in propoſito de mente teſtatoris apparet, quod voluit

ADDITIO.

a Th. D. Viſo teſtamento. Adde qđ iſtud conſ. inueni in 10. vol. conſ. & vide And. Barb. in l. 1. in 5. q. an 3. col. ff. de vul. & pup. in addi. Bar. & vide de alijs coniecturis, ex quibus mater excluditur per Iaſ. in l. precib. C. de impub.



Digitized by Google

huit dictam ſubſtõnem eſſe directã intra tpa pubertatis. ergo ſine dubio mr̃ excluderet. Iſta aũt coniectura ex duobus comprehen
1 dere dr̃, quia dictæ filiæ primo gradu †ſubſtituit filium; & ſi filius non eſſet, ſubſtituit fratres ſuos. Sed in priori gradu nõ eſt dubiũ, ꝙ dicta compendioſa comprehendat pupillarem dictam, q ueriſimile eſt ſuos filios prætuliſſe matri, vt no. in l. precib. in vlt. glo. ergo & in ſecundo gradu, quem loco primi poſuit. Secunda coniectura eſt ex eo, quod in prædicta ſubſtõne dicitur, bona eorũ deueniant, &c. No. ꝙ dicit, bona eorum, ſed in bonis ipſarum filiarum ſic gñ. &c. & indefinite non põt ſubſtituere, niſi per pupillarem directam, in qua iſta bona veniunt, vt l. ſi plures. §. ad ſubſtitutos, de vul. & pup. quæ bona non veniunt in ſubſtõne fideicommiſſaria; niſi quatenus habuiſſet a defuncto. ergo pſumitur de directa ſenſiſſe. l. quoties, de reb. dub. Ex quib. coniecturis concludo, dictã ſubſtitutionem eſſe pupillarem directam, & matrem excludi. Ita dico, & conſulo ego Bar. a Saxofer. legum Doctor, & ad fidem me ſubſcripſi, & meum ſigillum apponi feci.

## CONSILIVM LXXIX.

1 *Verbum, ſubſtituit, eſt verbum commune, & adaptari poteſt ad obliquũ.*
2 *Per ſcientiam tutoris, vel patris bona tranſeunt ad ſubſtitutum, vel ſaltem ius deliberandi, vel facultas adeundi.*

a In Negotio[a] teſtĩ Salonis quamuis ſup illo pũcto diuerſi diuerſa ſcripſerunt, tñ cũ debeamus ſubſtõnem interpretari directam potius quam obliquam, vt conueniat perſonis, quib. ſubſtituit, & verba directæ ſubſtõnis poſſunt adaptari inſpectis verbis dictæ ſubſtõnis, quę pñt adaptari ad directam ſubſtõnem pupillarẽ,
1 quia teſtator vſus eſt hoc verbo, ſubſtitui, †quamuis ipſum verbũ ſit commune, & adaptari poſſit ẽt ad obliquam, & cõſiderato ꝙ filius Salonis, prout aſſerit, deceſſerit in pupillari ætate, dicendum eſt dictam ſubſtõnem eſſe directam pupillarem. & ſic bona pñna deuenire debent ad filium iure ſubſtõnis. Prædicta probanĩ, extra de teſt. c. ſi pr̃. li. 7. & ibi no. maxime in nouella. De bonis aũt mr̃nis, videlicet quæ fuerunt dñæ Donatiæ mr̃is olim Baldi filij dicti Salonis, dicendum eſt, ꝙ ſi quidem fuit adita hr̃ditas dictę dñę p d. Bal. vel per Salonem prem eius, vel ſciuerint ipſi, vel alter eorum dictã dñam mortuam & eius hr̃ditatem ſibi delatam, tunc
2 tranſeunt eius dicta bona mr̃na ad† ſubſtitutũ, vel ſaltẽ ius deliberandi, & facultas adeundi, & acquirẽdi hr̃ditatem mr̃nã, vt C. de iu. delib. l. cum antiquiorib. vñ in ſubſtõne pupillari ueniũt ẽt bona pupilli, quæ non fuerunt bona pñna, vt ff. de vul. & pup. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. cum ſi. Et tñ prædicta nihil pertinet de dictis dñæ amitæ. & auiæ maternæ dñi Baldi. Et ita videtur mihi Franciſco Maffei Engubino, ſaluo ſemper iudicio veriori.

ADDITIO.

a Th. D. In negotio. Adde, quod iſtud conſi. inueni in 10. lib. conſi. & iſtud conſ. nõ eſt Bar. ſed d. Fran. Maffei. & vide Bart. in hoc 2. vol. de materia iſtius conſi. in cõſil. 8. quidam Peruſi. & in conſi. 77. in q. & Iaſ. in d. l. cum antiquioribus, circa fin. C. de iure delib.

## CONSILIVM LXXX.

1 *Filia vnius ex fratribus, an debeat maritari de cõi patrimonio, & cõi impenſa, & an tẽpore diuiſionis teneatur de parte ſua reſtaurari alteri fratri.*

a Quæſtio Eſt[a] hmõi. Duo fratres de bonis eorum cõibus dederunt dotem pro filia vnius ex fratribus, & a marito ſtipulantes dotẽ ſibi reddi p ſe, ſuiſq; hr̃dib. ſi mr̃imoniũ ſolueretur morte, vel diuortio ſine filiis. Nunc quærit, nunquid ĩ diuiſione bonorũ dẽat cuius filia dotata fuit de bonis cõibus, reſtaurare de parte ſua alteri fratri, ac ſibi reſtituere dimidiam dotis pdictæ, vel aliquo iure ſibi ſubueniat? Vr̃ primo, ꝙ non, qa donaſſe vr̃, de rei vxo. act. l. j. §. accedit. de pact. conuen. l. ex morte. vel ſi dicamus, in caſu nõ exiſtẽtiũ liberorũ non cẽſeatur donaſſe, cũ ſibi p ſti-
2 pulatione pũideat, p l. ſi cũ dotẽ. in prin. ff. ſol. mat. † adhuc vr̃ neceſſe dicere, ꝙ licet eo caſu adueniente poſſet dimidia dotis a marito repetere a fratre, tñ nõ repetit, vel ſibi imputet, cũ ſuum pprĩũ in hoc, nõ fratris negotiũ geſſerit. ff. de ne. geſt. l. ſi pupilli. §. ſed ſi qs ita ſimplr. Præterea iniquiſſimum eſſet dicere, ꝙ ab vtroq; repeteret, ſc. a fratre p actionẽ neg. geſt. & a marito pp interpoſitam ſtiplõnem, qa bona fides, &c. vt in regu. iur. bona fides. In oppoſitũ, vr̃ ꝙ ſic. Nã certũ eſt, ꝙ onus dotãdi ptineat ad fratrem, vt ff. de coll. bo. l. dotẽ dedit. C. de dot. pmiſſ. l. fi. ibi, neq; n. etc. Si ergo ambo fratres de cõibus bonis eãdẽ dotauerũt, is ad quem tale onus non ptinebat, alterius fratris negotium geſſit, vt ff. de ne. ge. l. quæ vtilr, i pri. & §. fi. & p ↄñs repetere, vel ĩputare fratri poterit tpe diuiſionis. facit ẽt ad hoc e. ti. l. ex duob. fratrib. a pr̃io ſetu. Præterea huius q. vr̃ caſus ff. de leg. 3. l. vxorẽ. §. pr̃ nãlis. vbi pr̃ dãdo dotem pro filia, & ſtipulando ſibi in caſu non exiſtentium liberorũ reſtitui, ſi cenſet donaſſe filiæ, & ſic fit debitor ex aliqua cã. Bart. a Sax.

ADDITIO.

a Th. D. Qõ eſt. Iſtud conſi. eſt in 10. vol. conſi. & no. hoc conſi. Bar. ad not. per Iaſ. in auth. quod locum. C. de coll. vbi examinat qõ. iſtam, fratribus in cõi exiſtetib. an filia vnius fratris debeat maritari de communi pt̃monio, & cõi expenſa, taliter ꝙ ſi poſtea ad diuiſionem veniant, nihil imputetur in partem patris filiæ maritatæ, & ibi ponit l. ſi licet non alleg. bart. hic, de qua quæſt. vide ẽt per do. Petr. de Vbal. in ſuo tract. de ſocietate, in 3. par. in q. 9. & 10. in 3. p. in 2. q. & vt ſe per Bal. in conſi. 413. in 2. vol. ver. iſte quæſt. l et. Cor. in conſi. 12. in 3. vol. & Gem. in conſi. 30. materia de qua quæritur. in fine.

## CONSILIVM LXXXI.

1 *Inſtitutus in re certa, & quòd plus petere non poſſit, nõ habetur loco hæredis vniuerſalis.*
2 *Teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi.*
3 *Repugnantia, vel pplexitas ſi colligitur ĩ teſtamẽtis, teſtamẽtũ eſt nullũ.*
4 *Teſtator an poſſit diſponere aliud, quam leges diſponunt.*

a Iacobutius[a] Marheti de Pulchano frater Arnulfloriũ condidit teſtm̃, in quo inter cætera reliquit Cincio nepoti ſuo vnã petiã terræ, & in ipſa ipſum ſibi hr̃dem fecit, & voluit, & iuſſit, ꝙ de bonis ſuis plus petere, vel habere ñ poſſet, & ſi plꝰ peteret cadat a dicto legato ſiue relicto. Et iudicauit, & reliquit, ꝙ ſi Meliorutiam vxorem ſuam contingeret eſſe pgnãtem. & pareret filium, uel filiã, eos ſibi hæredes inſtituit, & fecit ĩ omnibus aliis ſuis bonis, ſi peruenirent ad lucem, & hæc eſt vltima ſua uoluntas, q̃ ualere uoluit iure teſtĩ, & ſi iure teſtĩ non ualeret, ualeat ſaltẽ iure codicillorum, &c. Contigit, ꝙ mortuus eſt dictus teſtator, & ex uentre uxoris ſuæ nemo natus eſt, nunc dictꝰ Cincius inſtitutus ex re certa dicit totam hr̃ditatẽ ad ſe pertinere ex teſtõ pdicto. Meliorucia ſoror d. Cincij, et neptis ex fratre, dicit teſtm̃ nõ ualere, & ſe hr̃dem vna cũ d. Cincio ſuo fratre, quæritur qd iuris. Et vr̃ pro parte d. Cincij, quod ipſe ſit hæres vl̃is, quia hr̃s
1 inſtitutus ex re certa hr̃ loco † vl̃is hæredis, ſi non reperitur alius inſtitutus. l. j. §. ſi fundo. ff. de hær. inſti. l. ex facto. eo ti. l. quoties. in ↄ̃rarium vr̃, & iſta eſt veritas, ꝙ inſtõ illa nõ valeat per illa uerba, &
b plus[b] de bonis ſuis petere nõ poſſit, & ſi plus peteret, &c. Nã id, ꝙ dr̃, ꝙ inſtitutꝰ ex re certa hr̃ loco hr̃dis vl̃is, ẽ niſi uolũtas teſtatoris
c manifeſte reſiſtat. l. quoties. §. ſi duo.[c] ff. de hære. inſti. ſed h. d. expreſſe, quod plus de ſuis bonis petere non poſſit. Apparet ergo, ꝙ non eſt loco vl̃is hr̃dis, ſed legatarij, & ſic eſt teſtm̃, ꝙ non hẽt hæredem, & ſic nullum. l. proxime. ff. de his quæ in teſta. delẽ. & Inſt. de leg. §. an ſi hæredis. Poſtea, ꝙ teſtator poſſet prohibere ius accre-
2 ſcendi, & poſtea †prohibere,[d] ne portio vacans accreſcat inſtituto in certa re, ſeu portione, eſt tex. ſm unam opinionẽ. ff. de uſufr.
d l. dñs. §. r. & ibi no. De j. q. eſt caſus expſſus recte intelligẽdo. ff. de iniuſto, rupto, & irrito teſtõ. l. pen. de lib. & poſth. l. ſi poſthumus. vernam & cum duob. ꝙ ſic declaro. Si duo alij ſunt inſtituti, a quibus poſthumus eſt exhæredatus, & duo alij ſunt inſtituti, a quib. poſthumus eſt præteritus, certum eſt, ꝙ teſtator dando ſubſtitutũ prohibet ius accreſcendi, quia ſubſtitutus præfertur coniuncto, ut C. de fideic. auth. hoc amplius, & ibi not. ff. de acq. hær. l. qui patri. Si ergo portio vnius ex inſtitutis deficit, non poteſt deuenire ad alium ↄiunctũ, qa teſtator dãdo ſubſtitutum prohibuit, & ſic ad ſubſtitutum non potuit deuenire, qa gradus ille non ualuit, & ſic ne decederet p parte teſtatus, & p parte inteſtatus totum teſtm̃ reducitur ad cãm inteſtati, & ſic expſſe dẽt intelligi glo. in d. uer. nã & cum duob. & ſic eſt intelſs l. pe. de iniuſto teſta. Ita ergo in pꝓpoſito, cũ teſtator phibuit, ne in totũ accederet inſtituto in re certa, totũ teſtm̃ eſt irritũ. Secundus caſus q ponit in d. l. pen. ideo non obſtat, qa ibi fuerunt inſtituti, & inuicẽ ſubſtituti, vñ eos inuicem ſubſtituendo noluit teſtator inter eos ius accreſcendi minuere, ſed augere, & ſic poſſet uenire, uel iure inſtitutionis, uel iure accreſcendi, caſus eſt C. de impub. & aliis ſubſt l. ceſto. & ff. de acq. hær. l. ſi quis hęres. & no. per Spec. & Dyn. eo. tit. l. nec eis. §. hęres. Præ-
3 terea, qñ ex uerbis teſtatoris †colligitur perplexitas, & repugnãtia, tũc teſtm̃ eſt ipſo iure nullum. l. ſi Titius. ff. de condi. inſti. ſed hoc eſt hmõi, ergo &c. Dixit. n. & plus petere non poſſit, & ſi plus peteret, cadat a dicto legato. Aut ergo illud tm̃ petit, & teſtm̃ eſt nullũ qa decederet p parte teſtatus, & pro pte inteſtatus. Si vero totũ peteret, a toto caderet. Cõcludit ergo, ꝙ inſtõ nulla eſt, non obſtãtibus pdictis. ff. de hęred. inſtit. l. ſi ita qs hr̃s inſtitutus fuerit excepto fundo. & ẽt qa uerba, excepto fundo, hoc importãt, i. ĩ fundo te nõ inſtituo. nõ. n. phibet eius prãtem, ſiue ĩ re tacite accedere. Sed ſi expreſſe diceret, ꝙ fundum tacite expreſſe petere, uel habere non poſſet, & ſic uolũtas teſtatoris manifeſte ↄdiceret, tũc nõ valeret, ut d. l. quoties. §. ſi duo, & dictis iuribus. Nõ ob. ſi dicatĩ, ne
4 mo põt facere, ꝙ leges non habeant locum in ſuo teſtõ, †qa q̃dã ſunt leges q̃ aliqd de neceſſitate diſponũt, ut quod teſtm̃ habeat ſeptem teſtes, & ſimilia, tunc teſtator ↄ̃rarium ñ poſſet, imo teſtm̃ eſſet ipſo iure nullũ. l. nemo põt. ff. de leg. 1. Quædam ſunt leges, q̃ diſponunt circa defectum voluntatis defuncti, vt in caſu propoſito, ſi teſtator ſuum fecit hæredem vlem, lex pſumit, ꝙ uoluerit eum,

ADDITIONES.

a Th. D. Iacobutius. Iſtud conſil. inueni in 10. vol. conſi. & adde, ꝙ idem conſuluit Bar. in conſi. 155. Titius, vbi ipſe conſuluit prout hic, ſed illud conſilium non eſt completum, nec perfectum, ideo inſerui hic, cum ſit etiam ſubſcriptum per do. Fran. Tigr. & maxime quia in d. li. 10. conſi. poſt præſens conſilium ſequitur cõſ. collegij Piſani ſuper iſta materia, & de illo conſi. meminit Andr. Barb. in 6. q. ff. de iure codi. in additio.
b Th. D. Et plus. Vide Bar. i l. quoties. §. duo. ff. de hær. inſt. & conſ. 38. inci. Gallꝰ Faloptin 2. vol. & ibi ſcripſi, & in conſ. 177. in. i. Matthiolus. vbi etiam ſcripſi.
c §. ſi duo. Vide Pet. de Anc. in c. 1. de teſt. & ꝗ bene ſcripſi in apoſtilla, in d. §. ſi.
d Th. D. Prohibere. No. quod dicit Bar. hic, ꝙ teſtor pt prohibere ius accreſcendi, ad eundem Bar. in Lunici. in 10. q. C. qñ non pet. partes, cum concord. quas dixit in l. ſi ego. ff. de iniu. rup. & irrito teſt. in add. Bar. poſt And. Bar.

eum, quem ex parte inſtituit totum hẽre, non totum ſibi dat. ſed ſi apparet teſtõrem voluiſſe ꝯtrium manifeſte, tũc ceſſat legis pſũ prio, imo totum teſtm̃ irritat, qa non põt ꝑ parte teſtatus, & ꝑ parte inteſtatus decedere, vt ſ. dictum eſt. Simile lex introducit, qđ in condõnib. quæ conſiſtunt in non faciẽdo, cautio Mutiana hr̃ pro implemẽto condõnis, vt l. Mutianæ. ff. de cond. & demõ. Sed ſi apпareat teſtõrem aliud ſenſiſſe, tunc ceſſat cautio Mutiana, poſito, ꝙ hic irritetur diſpõ libertatis, q̃ eſt ita fauorabilis, vt ff. de manumiſ. teſt. l. fi. Simile lex diſponit, ꝙ condõ, quę tacite ineſt nõ ſuſpẽdit, hoc verum niſi appareat teſtõrem voluiſſe aliud, vt in l. condõnib. §. j. ff. de cõd. & dem. Concluditur ergo dictum teſtamẽtum non valere iure teſti, & ſic ab inteſtato d. Ciucius, & D. Meliorutia æqualiter ſuccedunt. Dico tamẽ, ꝙ pp clãm adiectam in fine teſtamenti, dicta vltima volũtas valet iure codicillorum, & ſic legata relicta valent: caueat tamen d. Ciucius, ꝙ ſi legatum ſibi relictum peteret, caderet forte a ſucceſſione, ſiue a petitione hr̃ditatis pp illa verba, & plus nõ poſſit, & ſi plus peteret, &c. Et ita dico & conſulo ergo Bar. a Saxofer. ll. Doct. & ad fidem me ſubſcripſi, meoq; anulo ſigillari feci. Ego Franc. Tigrini de Piſis, vt ſ. conſultum eſt, conſulo. In cuius rei teſtimonium me ſubſcripſi, & meũ conſuetum ſigillum apponi feci.

## CONSILIVM LXXXII.

a Quæſtio [a] Commiſſa collegio iudicum ciuitatis Piſarũ ꝑ ſapiẽtem & diſcretum virum D. Petrum de Gallis Vicarium gñalem Amulſlonum, q̃ vertit̃ coram eo inter Meliorutiam ex vna parte, & Ciucium ex altera, die 18. Auguſti fuit commiſſa in collegium Piſarum ꝑ ꝓuidos, & ſapientes viros D. Franciſcum, D. Iacobum de Familia, Petrum D. Albiſij, & Ioannem Gaietanum legum Doct. q ſup iſta qõne dẽrẽt videre, & ꝓut eis videret̃ ꝯſulere, die 24. menſis Auguſti, quorum iudicum allegationes, & ꝯſilia tranſmittunt̃ ꝑ S. interclusæ. Datum Piſis in collegio ſ. dicto, die 13. menſis Septembris. 8. Indictione, &c. Factum proponitur tale. Iacobutius Manicti de Pulchrano condidit teſtm̃, in quo religt Ciucio certam petiam terræ, & in ipſa eũ hæredem ſibi fecit, & voluit, & iuſſit, ꝙ plus de bonis eius habere vel petere nõ poſſit, & ſi plus peteret, cadat a dicto legato, vel relicto. præterea infra, in eodem teſtamento ſic dr̃. Item iudicauit, & religt, ꝙ ſi Meliorutiam eius vxorem contigerit eſſe ꝑgnantem, & pareret filium, vel filiam, ſibi hr̃dem iſtituit, & fecit, in oĩb. ſuis alijs bonis, ſi peruenerit ad lucem, & hæc eſt vltima ſua volũtas, q̃ voluit iure teſti, ſi iure teſti non valeat, valeat ſaltem iure codicillorum, &c. Mortuo d. teſtatore, & ex ventre vxoris ſuæ nemine nato, Meliorutia neptis d. teſtõris ex fratre, dicit ſe hr̃dem eius ꝑ dimidia ab inteſtato, & iudicẽ petijt, qđ mitteretur in poſſeſſionem medietatis bonorum ſ. d. Iacobutij. & a iudice miſſa eſt: cõparet d. Ciucius, & petit d. miſſionem reuocari, & ſe dicit hæredem in ſolidum ex teſtamento d. teſtõris, quæritur qđ iuris, &c. In hac qõne prædicta duo ſunt principalr̃ videnda. Primum eſt, ſi dicta pronũciatio, & commiſſio facta ꝑ d. Meliorutia proceſſit de iure, & vr̃ ꝙ nõ. Aut dicimus, ꝙ petierit ex vigore l. fi. C. de edi. diui Adri. tol. & hęc non petijt, qa illud ẽt auxilium non competit venientib. ab inteſtato, ſed ſolum inſtitutis in teſtõ non abolito. &c. vt in d. l. fi. patet. & ibi Cyn. in ver. 3. iuxta præmiſſa quæritur. Pro quo facit glo. ibi poſita, ſuper verbo, depoſitionib. expreſſe tenet Spec. in ti. de teſta. §. ſequitur, ver. quid de ſuccedente ab inteſtato. & eſt verum, quicquid no. in ti. de edic. diui Adr. tol. & ſic in caſu noſtro, ſuppoſito ꝙ Meliorutia ſuccederet ab inteſtato, per auxilium d. l. fi. non poteſt venire. Aut dicimus, qđ petierit ꝑ interdictum quorum bonorum, & non vr̃ ꝙ illud potuerit dari: qa licet illud interdictum vtile competeret ſuccedenti ab inteſtato de iure ciuili, tñ dat̃ ꝯ poſſeſſorem pro hr̃de, vel pro poſſeſſore poſſidẽte. l. j. ff. quorum bono. quod hic ceſſauit. Præterea poſſeſſio, quę datur ex illo interdicto tribuit ius, quia facit poſſeſſorem; eſt. n. adipiſcẽdæ poſſeſſionis, vt d. l. j. in fi. & no. in d. l. fi. in glo. magna. in fi. & ſic debuit dari cã cognita, & libello porrecto, & lite conteſtata, vt l. 2. §. dies, cum ibi no. ff. quis or. in bon. poſſ. ſer. quæ defuerũt in caſu noſtro: ergo &c. Actio. n. in factum, quæ loco illius interdicti datur, dẽt more iudiciario intentari. Præterea, illa qualiſqualis petitio, q̃ fuit porrecta per d. M. non concordat pronũciationi iudicis ꝯ. l. vt fundus. ff. commu. diuid. & ibi no. petijt. n. quod daretur ſibi baiulus, q mitteret eam in poſſeſſionem, vel licentiam intrandi daret, non ergo potuit ſuper alio pronunciari, nec talis petitio de iure proccdit, vt ſunt iura vulgaria. Aut dicimus, ꝙ cum in caſu noſtro non appareat, quod aliquis poſſideret bona hęreditatis prædictæ, vt ſic ſuppoſito, ꝙ M. eſſet hæres ab inteſtato pro dimidia potuiſſet ſine iudice apprehendere poſſeſſionem, vt l. cum hæredes, in princ. ff. de acq. poſſ. & ſic potuit ex ſeipſa adire iudicem, & cum eius authoritate apprehendere, vt l. creditores. C. de pig. & ſic fecerunt in caſu noſtro, & tunc vr̃ ꝙ non requiratur alicuius citatio. ar. Inſt. de liber. §. multis. cum gl. tamen iſta debuerunt iudici conſtare, quæ ex actis conſtitiſſe non apparet. Quare põt concludi, ꝙ pronunciatio facta ꝑ M. & ꝓmiſſio ſecuta de iure non proceſſerunt. Reſtat ergo examinare ſm̃, ſ. ꝙ ſi d. hr̃ditas Ciucio inſolidũ ex teſtõ deferatur, vt ſit legitimus ꝯdictor, & ſibi dici non poſſet, quantũ ad liberas ędes habeo, &c. & in hoc ſunt inducta duo. Primo. quod ſi Ciucius inſtitutus ex re certa excludere poſſet a ſucceſſione eo ſolo, qa teſtator inſtituit poſthumum ſi peruenerit ad lucem, dato, ꝙ nullus natus fuerit. Et breuiter vr̃ dicendum de iure, ꝙ non, qa inſtõ facta de poſthumo non nato, poſtea hr̃ pro non ſcripta. Hinc eſt, ꝙ ſi alius cohæres eſſet ei datus haberet totum iure ſuo, nec ſibi feciſſet partem talis poſthumus nunq̃ natus. l. vtrum. §. j. de reb. dub. & l. quiquartam, in fi. de leg. 1. plene per gl. in ver. pars, in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. eo. tit. In caſu ergo noſtro ꝑinde habebitur, ac ſi nunquam fuiſſet poſthumus inſtitutus. & ſic inſolidum erit hr̃des. Fuit ẽt inſtõ in caſu noſtro facta ſub cõdõne, ſi peruenerit ad lucem, &c. quæ deficit, & ideo nulla talis inſtõ. l. neceſſario. in prin. & §. j. cum ſi. ff. de pic. & commo. rei vẽ. ergo &c. Scđo eſt vidẽdum, ſi d. Ciucius excluditur a ſucceſſione ex teſtõ inſolidum per verba appoſita a teſtatore, qui voluit, & iuſſit, ꝙ plus de bonis ſuis hr̃e, vel petere non poſſet, &c. vr̃ de iure dicẽdum, ꝙ excludat. pro hoc vr̃ caſus in l. quoties. §. ſi duo. ff. de hær. inſt. in fi. vbi hr̃, ꝙ ſi teſtator noluit hęredem inſtitutum ex re certa habere inſolidum non trahit inſtõ rei certæ ad ſe totum, ſi voluntas teſtatoris nõ refragetur, & hoc ſiue in eo quod noluit in caſu illius §. hæredes inſtitutos in re certa, quo caſu in æqualib. portionib. nõ hẽt locum, quod dr̃ in prin. illius. §. ſ. ꝙ inſtõ rei certę retrahat ad ſe totum, ſed lex diſponit inſtitutum in re certa, alio non inſtituto, hr̃e totum, qa ꝓſumitur teſtatorem ꝑ hoc voluiſſe, ſi eſt miles, ex eo, ꝙ ex quo de alio non fecit mẽtionem inſtituẽdo, videtur eum totum hẽre uelle. Pro hoc l. cogi. §. ſed & ſi miles, cum gl. ſua, in ver. inſtituere poteſt. ff. ad Tre. & l. ſi miles vnum ex fundo, cum ibi no. ff. de teſ. mil. ſi eſt Paganus, idem ꝓſumit lex eadem rõne. Item alia, qa ꝓſumit teſtõrem voluiſſe, ꝙ eius voluntas valeat, & ſic lex præſumit, ꝙ voluerit, ꝙ inſtitutus ex re certa habeat totum; alias. n. non valet eius voluntas, ne decedat pro parte teſtatus, nam illud nõ ꝓſumitur voluiſſe. Et ita intelligi dẽt Inſt. de hære. inſt. §. non autem, vbi cõſtaret voluntas eius, ꝙ voluerit inſtitutum in re certa alia bona non hr̃e, & ſic in illis decederet teſtatus, nunc inſtitutus in re certa non hẽt totum, imo eius inſtõ non valet in re repugnante voluntati teſtõris, vt ff. de re. iur. l. ius noſtrum, qđ teſtõr non põt tollere. l. nemo põt. ff. de le. 1. Voluntas. n. teſtõris quæ ꝯtinet ꝑplexitatem non valet, vt l. ſi Titius, de ꝯd. inſt. & vbi ꝯtinet poſſe, qđ de iure ad impoſ. reduci non poſſet, niſi oſtendatur teſtantis voluntas ꝑplexa, & ſm̃ volũtatem teſtõris incompaſſibilia de iure continẽs, & ſic in caſu nr̃o, in quo teſtator decedere voluit ꝑ parte teſtatus, & ꝑ parte inteſtatus. in totum nil valebit voluntas, nec cã teſtati cãm inteſtati ad ſe traheret, ſed econuerſo. Sic de iniuſto teſtõ. l. pe. & l. ſi poſthumus. ver. nam cum duob. cũ gl. de li. & poſth. Nec ob. ſi dicat, ꝙ valet inſtõ de Ciucio facta, vt totum accipiat. verum ſi reſiduum a re in qua fuit inſtitutus, reſtituat per fideicommiſſum venientib. ab inteſtato, & ſic M. pro ea parte, pro qua ab inteſtato ſuccedit, vt l. peto. ver. idem dicemus, de le. 2. & ibi no. per Doct. vbi ſi teſtõr ab inteſtato hęredes inſtitutos contentos voluit eſſe certa re, reliqua veniẽtib. ab inteſtato tenẽtur ꝑ fideicommiſſum reſtituere. Ita dicit Cy. dñt Doct. hoc in dubio pręſumi, per legem Titia. §. j. in fi. eo. ti. quicquid no. gl. in l. peto. Nec ob. ad hoc l. cum pr̃ filios, in prin. eo. ti. qa ibi inſtituti iuſſi eſſe contenti in re certa erãt ipſi iidem venientes ab inteſtato, quia ſideo duobus modis, uno in caſu d. l. peto. teſtator primo inſtituit, ſubſequenter uiuit eſſe ꝯtẽtos re certa, quib. uerbis uĩ per fideicommiſſum grauare hr̃des iam inſtitutos. At in caſu nr̃o ipſa inſtõ eſt inuõia pp perplexitatẽ, & repugnantiam, q̃ uoluntas teſtõris continet, & ideo non eſt locus fideicommiſſo. Præterea in caſu noſtro fuerunt appoſita alia uerba q̃ ibi, ꝑ uerba appoſita in caſu noſtro teſtõrem uĩ uoluiſſe, ꝙ Ciucius non ſit hęres aliquo mõ, & eo mõ, quo habuit, alij reſtituere pp uerbum hr̃e, qđ comprehendit ẽt id, qđ hẽt alij reſtituere, ut l. ſtipſo, & ibi no. in gl. ff. de uer. ob. a ſimili de eo quod lex dicit de uerbo, accipere, quodlibet in facto, & reſtõne alteri, ubi in codicillis facta ſit. l. cum qs decedẽs. §. Seium, & Mæuium, de leg. 3. aliud aũt dici nõ põt, ꝙ gratia poſthumi hæredis iſtituti dicta uerba a teſtõre dicta fuerunt, quia in caſu ſucceſſionis poſthumi hæredis inſtituti Ciucius loco legitimi hr̃etur, & ſic ſine appõne illorum uerborum ultra rem, in qua fuit inſtitutus legitimus cenſeretur, non hẽret in bonis teſtatoris, cum nec eo caſu ab inteſtato ſuccederet, & ſic quo ad caſum ſucceſſionis illa uerba inutilia sũt, ei non ergo eius gratia uĩr appoſita, & ſic poteſt tolli oppoſitio de l. peto. 2. m̃. præall. ſi in ꝯtrium fuerit allegata. Item non obſtat lex, ſi quis ita hæres inſtitutus, excepto fundo, quia ibi teſtõr nil ultra fecit, niſi ꝙ in fundo non inſtituit, & iõ ſuccedit diſpõ dictæ legis, q̃ uult inſtitutum in partem hẽre totum, alio non inſtituto, quem teſtõr inſtituere noluit, ſed ſic in caſu noſtro. Aliud eſt. n. dicere, nõ inſtituo, & aliud ẽ dicere, nolo ꝙ aliquo mõ hẽat, ſicut alias aliud eſt dicere, non adeo hęreditatem, & aliud, repudio hęreditatem, ut no. in l. 1. C. de iu. & fac. ign. Ex omnib. uidetur de iure ꝯcludendum,

ADDITIO.

a Th. D. Quæſtio. Adde ꝙ collegium doctorum Piſanorum conſuluit, prout ſupra conſuluerunt Bar. & Fran. Tigri. in conſi. præcedenti, & ibi videas.

Digitized by Google

dum, quod d. Ciucius non ex teſtamento hæres, ſed ab inteſtato cum Meliorutia germana ſua ſuccedere poſſet in bonis dicti Iacobutij, &c.

CONSILIVM LXXXIII.

1 *Verba derogatoria in teſtamento oppoſita, cuius generis poßunt eſſe.*
2 *Verba derogatoria in teſtamento appoſita quomodo hēant impedire diſpoſitionem poſtea factam.*
3 *Verba in ſecundo teſtamento appoſita, an, & quæ habeant tollere verba derogatoria.*

facit pietas. C. de ſac. eccl. 1. Et ſic dici põt, ꝙ pietas addita pietati
nõ impedit quominus voluntas teſtantis impleatur: & facit optime
pro hac parte in Auth. de hær. & Fal. §. ſi vero expreſſim. Bart.

CONSILIVM CIII.

**Punctus** Q̃õnis talis eſt. Quidã accuſauit aliquẽ, qđ fecit
ſibi inſultũ cũ armis, vel pcuſſit cũ ſanguine, ꝓbatur
de percuſſione ſine ſanguine, vel de inſultu ſine armis, nunquid
poſſit ſequi ꝯdẽnatio? Iac. de Bel. tenet, ꝙ ſic, per l. Celſus. §.
idem ait. ff. de arb. Dyn. ſic dixit conſulendo. Viſis iurib vtriuſque
partis vr̃ mihi Dy. ꝙ poſſit ſequi condemnatio in eo iudicio ſine
inchoatione nouæ accuſationis, poſſunt detrahi illa verba, cũ armis,
vel cum ſanguine, ita ꝙ in iudicio ꝯtr in condemnatione remanebit
inſultus, & percuſſio tñ, argu. l. in delictis. §. ſi detracta.
ff. de nox. Et ita vr̃ conſuetudo. Quidam voluerunt dicere ꝯtrã,
vt Tho. de Forli. ꝙ abſolutio ſequi debeat, & condemnatio, per l.
denunciaſſe. §. quid tñ. ff. de adul. & arg. de iureiu. l. ſi duo. §. ſi quis
iurauerit. cauſa, ſeu forma iuris adiecta nõ debet deformiter, vel
ſeparatim in iure intelligi: nec. n. in crimine, ĩ quo dolus eſt, oportet
vagari, vt ff. de dolo. l. ſi ex dolo. §. in hac. & l. ſeq. & pro hoc nõ
obſt. §. ſi detracta. quia tutior, & melior ſequatur condemnatio.
& ita ſeruatur, & vide Dy. & no. per eum, Inſtitut. de act. §. ſi quis
agens. circa fin. & vr̃ facere tex. qui habetur Inſt. & ibi not. iſta quęſtio
per do. Ray. Bar. a Saxofer.

CONSILIVM CIIII.

1 *Intrans in monaſterium, vtrum dicatur decedere ſine hærede ex ſe legitimè nato, vt ſit locus ſubſtitutioni.*
2 *Conditio, quæ impedit vitam contemplatiuam, habetur pro non adiecta.*

a **Punctus**[a] Q̃õnis talis eſt. Quidã noĩe Titius habens vnicũ
1 filium, in teſtõ eũ inſtituit ſub hac † ꝯdõne, ꝙ ſi
decederet ſine hęrede ex ſe legitime nato, vel nata, loco ſui ſubſtituit
certos ſuos ꝯſanguineos in medietate totius hęred. poſt mortẽ
eius teſtatoris dictus filius, & hæres vendidit oĩa ſua bona cuidam,
& demum ingreſſus eſt locum fratrum Eremitarum Sãcti
Ang. de Guado, & ibi fecit profeſſionẽ, poſt quam orta eſt aliqua
diſcordia inter dictos fratres, & dictũ emptorem, ex eo, ꝙ fratres
dr̃t hæreditatis medietatem prædictæ pertinere ad eos pp ingreſſum,
&c. ad quæ reſpondeo, ꝙ loco ſancti Auguſtini, ſiue eccleſię
b debentur[b] indubitanter viuo illo fratre, vt ff. de iu. fi. l. Statius &
hoc ponit ibi Dy. ad literam. probatur. ff. de leg. 2. l. cũ pf. §. hæreditatem.
& ad Treb. l. ex facto. Sed fratre mortuo cui debeatur, iunt
opi. per illa verba, ex ſe legitime nato. Dy. in l. ſi ita quis. §. 1. de leg.
2. determinat, ꝙ ſuccedat monaſterium, quia ſemper intelligit, ꝙ
c ſuccedat in illa conditione,[c] & ſi deceſſerit ſine filijs ex ſe natis,
ergo eius expreſſio nihil operaẽ, & monaſterium habeẽ loco filij
ex ſe

ADDITIONES.

a Th. D. Punctus. Iſtud conſi. inueni 2. vol. conſi. diuerſo. Doc. & alias inci. quidam nomine Titius. & pro conſi. Bartol. alleg. do. meus. & mag. do. Pet. Phil. Corn. in conſi. 213. in 4. vol. ardua eſt profecto. & in conſi. 18. in eo. vol. & in auth. niſi rogati. C. ad Treb.

b Debentur. Adde Bar. in l. Statius. §. 1. ff. de iure fiſ. & Bar. in conſi. 1. ſup. in 1. vol. incip. Parmenſi. & ibi vide meam apoſtil. & in conſil. quod incip. quæritur an monaſt.

c In illa conditione. Adde Bart. in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. cum concorda . . . quibus per Alexan. in addi. Bart. & vide Bart. in d. conſi. 1. in 1. vol. & ibi ſe ipſi.

Digitized by Google

ex ſe natis, vt in §. ſed & hoc pñti. in auth. de ſan. epiſ. & Hoſt. in c.
Ray. de teſt. tenet ꝯ, & Io. And. in hoc reſidet. idem Ia. de Bel. ſed
4 Ric. Mal. tenet primã, qa talis ꝯdõ reijcitur. † qa impedit vitã con-
tẽplatiuã. d. § ſed & hoc pñti. Idẽ Cy. in auth. niſi rogati. C. ad Tre
bel. qđ puto verũ, qa ſi relinquitur pro dote, intelligitur de matri-
monio carnali, nã in ſpũali nõ interuenit dos, qa eſſet ſimonia, vt
ext. de ſimo. c. non ſatis. & tñ ſi ingreditur monaſterium, dẽt hẽre,
d. §. ſed & hoc pñti. pro hoc facit. ff. de ꝯd. & demõ. l. quoties. Bart.

CONSILIVM CV.

1 *Legitimatio, & reſtitutio natalium ſunt ſimiles.*
2 *Ciuitas non poteſt ſtatutum condere ſuper eo quod Imperator prohibet.*
3 *Statutum non poteſt diſponere, nec legitimare ſpurios.*

a FActum Proponitur,[a] ꝙ quidã Baronus de Aret. retinuit
conſtante matrimonio quandam eius concubi-
nã, non hñtem virũ, & ex ea plures filios habuit, quos ẽt conſtãte
matrimonio, inter eũ, & vxorem ſuam legitimari fecit a Poteſta-
te Aretij ex forma cuiuſdam ſtatuti, cuius copia talis eſt, videlicet
ſtatutũ eſt, ꝙ pr̃ nõ hñs filios maſculos legitimos & naturales, vel
ex maſculis deſcẽdentib. poſſit relinquere filijs ex quocunq; coi-
tu natis, id qđ vult quocunq; modo, & qualitercũque voluerit, &
ſub quacunq; ꝯdõne, nullo iure, vel ſtatuto obſtante. Item teneẽ
Poteſtas authoritate legis legitimare quẽlibet filiũ, qui non eſſet
legitimus, vel naturalis ad petitionẽ patris, q peteret lĩmationem
fieri, nõ obſtãtib. filijs, vel nepotib. maſculis legitimis & nãlibus
d. patris, vel aui, & anthoritas interpoſita ꝑ talẽ Poteſtatẽ talis legi
timati valeat & teneat, ac ſi ab apoſtolica ſede, & ſacro Romano
Principe interponereẽ, nulla lege vel ſtatuto prohibẽte, ſaluo ꝙ ta
lis legitimatio non præiudicet dñis in eorum iurib. libellarijs. Itẽ
ꝙ pr̃ hñs filios non legitimos ex quocunq; coitu natos poſſit relin
quere tali, vel talib. non legitimis vſq; ad duas vncias incluſiue ſuę
ſubſtantiæ. Deinde decedit ab inteſtato, ſuꝑſtite d. ſua vxore. & d.
filijs naturalib. natis, & ( vt præmittiẽ ) taliẽ legitimatis, & relictis
ſuperſtitib. alijs cõſanguineis. Mõ q̃ritur, ad quẽ de iure pertineat
talis hẽditas Baroni mortui, dicente matre d. filiorũ ad eos ꝑtine-
re, & tutelas eorũ ſibi deferri, perinde ac ſi forent legitimati a ſa-
cro Romano Principe vigore d. ſtatuti, cũ ꝑ legẽ ordinatum ſit,
cum ſit propriũ ius cuiuſlibet ciuitatis, & ius ciuile illius ciuitatis
vocatur, qđ illa ciuitas ſibi ꝯſtituit, vt l. oẽs populi. cũ ſua materia.
ff. de iuſt. & iu. & allegante, ꝙ ſtatutũ, prout iacet, dẽt obſeruari ſi-
ne vlla interpretatione, prout verba iacẽt, q̃uis dura. l. proſpexit. ff.
qui. & a quib. ꝯiuncto ſtatuto cõis Aretij loquẽte, ꝙ nõ liceat in-
terpretari, niſi cũ conſilio populi. Ex aduerſo dicentib. dictis con-
ſanguineis d. ſtatutum non loqui de ſano intellectu in d. caſu, qñ
maritus vxorẽ adhuc hñs poſſit legitimare ſpurios filios, ne ſibi
detur mã delinquendi, & retinẽdi ꝯcubinas ꝯſtante matrimonio,
& cum talib. ſpurijs dehoneſtare vxores, & qñ loqueretur in d. ca
ſu quoquo mõ diceẽ, nõ valere tale ſtatutum tanquã ꝯ bonos mo
res inductum, ꝯ interdicta legũ, & ꝯ honeſtatẽ publicam, & maxi
me ꝯ honeſtatẽ canonicã, quo caſu pro non ſtatuto dẽt hẽri tam
de iure cõi, vt l. ꝯdõnes, & l. filius. ff. de cõd. inſti. q̃ etiam ex forma
cuiuſdam ſtatuti poſita in fine voluminis, quod dicit in effectu,
ꝙ ſtatutũ ꝯ libertatẽ eccleſiæ non valeat. In Chr̃i noĩe amen. Sup
ꝑdicto puncto vr̃ mihi, ꝙ de iure hẽditas d. Baroni ſit deuoluta ad
1 conſanguineos eius, & nõ ad d. filios. Rõnes † aũt me mouentes
ſunt infraſcriptæ, potiſſime legitimatio, & reſtitutio natalium ſi-
miles ſunt in Auth. qb. mo. na. effi. ſui. §. ſi quis. ſed reſtõ natalium
eſt denegata decurionib. vt C. de iure aur. annul. l. t. ergo & legiti
matio denegata cenſeri dẽt, per arg. a ſimili. Itẽ non ſolũ eſt non
permiſſum legitimare tales natos ex dãnato coitu, ſed eſt prohi-
bitũ, vt in Auth. quib. mo. na. effi. ſui. §. fi. vbi prædictis ſic natis de-
negatur participiũ legitimationis, vt in Auth. quib. mod. nat. effi.
2 legi. §. ſed ſi ſuppliciũ. † Sed ciuitas nõ põt ſtatutũ ꝯdere ſuper eo,
ꝙ Imperator prohibet, ẽt ſibi ipſi, vt in auth. oẽs peregrini. C. cõ-
mu. de ſucceſ. ergo d. ſtatutũ nõ valet. Pro hoc facit, qđ no. in d. §.
fi. quib mo. na. effi. ſui. Cũ ẽt ꝑ oblationẽ curiæ nõ poſſit taliũ legi-
timatio fieri, vt ibi no. Ex quibus ſequitur, ꝙ ſi d. ſtatutũ expreſſe
dixiſſet de ſic natis legitimandis nõ valeret. Itẽ minor in maiorẽ,
vel ẽt in nõ ſubditũ nõ hẽt imperiũ, nec legẽ in eos facere poteſt,
vt ff. de iuriſ. omn. iud. l. extra territoriũ. & l. ille a quo. §. tẽpeſtiuũ.
ff. ad Sanatuſc. Treb. Sed ſi hæc lex municipalis valeret, eſſet ꝯ fi-
ſcũ. Fiſcus. n. in relictis talib. perſonis ſuccedit, & ad eũ veniunt, vt
ab indignis ablata. l. hẽditas, C. de his quib. vt indi. & ibi no. Et ad
hẽditatem defuncti poſt vxorem ſuccedit fiſcus. l. 1. C. vnde vir, &
vxor. Sed ſi hoc ſtatutũ valeret, ꝑdictæ perſonę a iure prohibitæ fi
ſcum excluderent, & ſic damnoſum foret fiſco. at Imperator, &
fiſcus ſunt extra territorium ciuitatis Aretij, & maiores, ergo &c.
3 † Præterea ſi d. ſtatutum valeret, tunc idem videremur dicendũ de
prima, & vlt. parte d. ſtatuti, q̃ loquũtur in relictis a patre, ſed hic
nulla proponunt relicta, vnde non facit ad caſum. Scđa aũt pars q̃
loquitur de poteſtate, & actu legitimationis etiã non vr̃ facere ad
propoſitum. Nam d. ſtatutum requirit, ꝙ legitimandus ſit filius,
ſed ſic natus non eſt cenſendus filius, in Auth. qb. mo. nat. effi. ſui.
§ fi. ergo d. ſtatutũ in materia legitimationis diſponens de eo non
ſentit, ſed de alijs, pro quib. eſt inuentus modus legitimationis, vt
in caſib. pro qb. legitimatio ordinatẽ ſm̃ rõas legitimationis. Et ꝑ
hoc facit. C. de iu. delib. l. ſcimus. §. in cõputatione. & qđ ibi no. in
gl. in ver. ꝯfundantur. q̃ inci. quantum ad effectum. ibi, ſed quid ſi
ſtatutũ erat in ciuitate, & ſm̃ hoc vr̃ caſus in l. vt gradatim. §. & ſi
lege. ff. de mune. & hon. & ibi dr̃, & ſi lege municipali cauetur, vt
certæ progeniei homines ad honores admitti debeant, qui alias
nõ ſint prohibiti ſm̃ rõas d. honorum. Et ſic in noſtro caſu in iſta
parte ſtatuti. q̃ loquitur de legitimatione, intelligi dẽt de his, q nõ
ſunt prohibiti legitimari, ſed ad beneficiũ legitimationis admit-
ti ꝑ fit: ſed ſic nati, vt proponitur, ſunt prohibiti, & pro filijs nõ ha-
bẽtur, vt d. §. fin. ergo de eis d. ſtatutũ nõ loquitur. Prædictę rõnes
& leges mouent me ſic ſcribere de iure. Bar. a Saxofer.

ADDITIO.

a Th. D. Factum proponitur. Adde ꝙ illud conſilium inueni in 1. vol. cõſi. diuerſo. Doc. & eſt Bar. tn in 18. vol. conſi. attribuitur d. Nic. Lap. & Bal. conſ. ſeq. qđ incip. viſo puncto. vbi idem conſuluit. An aũt ciuitates, quæ non ſunt liberæ, poſſint etiam per ſtatutum diſponere, & legitimare filios ſpurios, vide plene ꝑ Car. Alex. in ca. per venerabilem. in ver. 3. principaliter quæro. ext. qui filij ſint legitimi, & d. An. de Roſellis, in ſuo ſolenni trac. de legitimatione. & Alexã. Imo. in l. more. in fi. ff. de acqui. hæred.

CONSILIVM CVI.

VIſo Puncto ꝑdicto, & oĩb. ſup. ſcriptis, ante oĩa eſt videndũ
vtrũ ꝑ ſtatutũ ciuitatis, poſſit legitimari ſpurius? Et iſtã
q. diſputauit D. Pet. de Ceructis, de Bono. & determinauit, ꝙ nõ:
quia ſoli principi cõpetit reſtituere natalib. nõ aũt ordini ciuitatũ.
C. de nata. reſti. l. j. Idẽ conſuluit D. Cy. per caſum, ĩ Auth. qb. mo.
na. effi. ſui. §. i. quem ſic inducebat, in d. conſtit. in plurib. locis fa-
cta erat mẽtio de legitimatione, q̃ fit per oblationem curiæ, po-
ſtea in d. §. fi. quib, mo. na. effi. ſui. dr̃, qđ tales nati ex dãnato coitu
nullum hñt ad ꝑdictam legẽ participium, ergo vult, ꝙ ꝑ ciuitates
non poſſint legitimari, ẽt ſi offerantur ipſi ordini ciuitatis. Hoc ẽt
Diſputauit D. Recuper. de S. Min. Decretorum Doc. & determi
nauit, ꝙ per ſtatutum nõ poſſit diſponi, ꝙ ſpurius ſit legitimatus,
nec ꝙ ſuccedat, quia hoc eſſet ꝯ ius naturale, & diuinum, 32. q. 4.
c. dicat aliquis, & eadem cã. q. 3. c. nõ oĩs. & 35. q. 7. c. quid eſt, q ciũ-
que. in quib. cano. dicitur, non erit hæres filius ancillę cũ filio libe
ræ. Pro quo facit ẽt optime, quia ſuper pena irrogata a iure cõi ſta
tutum non põt diſpenſare. l. 1. §. de qua. ff. de poſtulan. & hoc pu-
to verum. Sed poſito, ꝙ per ſtatutum poſſit fieri legitimatio, de
qua ſ. habetur, eſt nulla ꝑꝑ defectũ ſolennitatis omiſſæ. Nã ꝑ ſta-
tutum permittitur Poteſtati authoritatem interponere legitima
tioni, & legitimare non legitimatos, non exiſtentib. filijs, vel nepo
tib. legitimis. De hoc ergo, an filij, vel nepotes legitimi extarent,
debuit cognoſci, quia vbicunq; lex iubet aliquid fieri cũ authori-
tate iudicis, dẽt intelligi, ꝙ iudex de cã cognoſcat. l. cum hi. ĩ prin.
ff. de tranſac. coniungendo dicta principia ad ea, q̃ ſequũtur in ip-
ſa, ſed hoc fuit omiſſum, ergo &c. vt eo. §. ſi prętor. Præterea non
ſufficit eſſe verum illud q. l. eſt cã decreti, ſed hoc verũ dẽt eſſe no
tũ iudici, & certũ. vt l. hoc aũt. in prin. ff. ex quib. ca. in poſ. ea. Sed
in propoſito nõ fuit liquidatũ Poteſtati, qđ filios, vel nepotes legi
timos nõ haberet, immo de nepotib. nihil fuit dictũ. Ex quib. cõ
cluditur matrẽ d. filiorum non ſuccedere. Hoc etiam tenuit Iac.
But. q ꝯſuluit ſuper iſto puncto per rõnẽ: quia in caſu a iure com-
muni prohibito ſtatutum non valet, vt in auth. caſſa. C. de ſacr. ec
cl. & ĩ auth nauigia. C. de fur. & in auth. oẽs peregrini. C. commu.
de ſucceſ. & l. deprecatio. ff. ad le. Rhod. de iac. ſed legitimare ſpu-
rium eſt prohibitũ, vt in §. fi. in Auth. qb. mo. na. effi. ſui. ergo &c.
Facit §. ex trib. in Auth. prædicta. Præterea populus non condit le
gem, niſi authoritate principis, ergo non condit in caſu prohibi-
to a principe. l. oẽs populi. de iuſt. & iu. & Inſt. in proœmio. § oẽs.
hoc tenet Hoſt. in Summa, qui filij ſint legit. in §. ſu. ver. quid ſi
Impeřator. vbi tenet, ꝙ quatenus Imperator põt legitimos admit
tere ad hẽditatẽ ſuã tanq̃ legitimos, nõ tñ põt legem gñalem con
dere, quia quis nõ curaret vnde filios haberet, & ſic talis lex eſſet
cã multorũ talium peccatorum, ergo abolenda eſt, ext. de pręſcri.
c. fi. Et quia talis lex inuitauit ad delinquendum, ergo &c. vt not.
per ipſum in ſumma de dona. inter vir. & vxo. ſub tit. de dona. §.
fi. ver. ſi autem peccator, & ff. de pac. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pac. do
ta. l. conuenire. Et ita conſulo ego Bald.

CONSILIVM CVII.

1 *Statutum diſponens de maleficio commiſſo ad domum, an habeat locum in ſtatione, ſeu balneo.*

a Statuto[a] Cauetur, ꝙ pro maleficio † cõmiſſo ad domũ ſit
1 pena dupli. Quidã verberauit aliũ ad ſtationẽ eius:
q̃ritẽ, an ſit pena dupli: vr̃ ꝙ ſic, ꝑ l. item apud Labeonem. §. conui
b tium. ff. de iniur. & l. itẽ lex Cor. cũ ſi. Sed in ꝯtrarium[b] arguitur, ꝙ do-
mus eſt tutiſſimũ refugiũ, & ſic qui vocat aliũ in ius, facere põt. l.
pleri-

ADDITIONES.

a Th. D. Statuto. Adde, ꝙ conſ. inueni in 1. vol. conſ. diuerſorum Doc. & pro conſ. Bar. allego. l. ſ. in l. plerique. ff. de in ius voc.
b Sed in cõtrariũ. Adde Bar. in l. 4. in prin. ff. de lib. agnoſcẽ. & in l. 4. §. ꝑtor ait. ff. de da. infe. cũ cõcor. de q̃b. ꝑ Iaſ. ĩ l. plerique. in prima limitatione. ff. de in ius voc. vbi ẽt all. Bar. cõſuluiſſe ſic. Adde Sal. vbi plene cõſuluit in cõſ. ſuo, qđ incip. cũ q̃rit. an ꝓhibes, &c. & illud cõſ. e ĩ 1 4. vol. cõſ. vbi cõſuluit, ꝙ ſtãte d. ſtatuto poſſit i ſtat.

Digitized by Google

pleriq ff.de in ius voc.qđ locũ nõ hẽt in taberna. vel ſtatione,cũ non ſit tutiſſimũ refugiũ,vt ex ea vocari non poſſit,ſicut nec in vinea,nec in theatro,ſeu balneo,vt l.& ẽt.ff.de in ius voc.& ſi nõ eſt idem ius,maxime ſi dicit ſtatutũ ad domum,in qua habitat:quia multũ intereſt habitare cauſa negociationis, & habitate cã habitationis,nã habitare habitationis cã,eſt habitare iure domicilij,& negociationis cã nõ,vt l.hæres abſens.§.at ſi quis.ff.de iud.Sed taberna,vt ibi dr̃,non habitatur iure domicilij,ſed negociationis cã. Et ſic non eadẽ rõne hr̃ taberna.& habitatio, vt patet ad ſenſum, quia in habitaculo recipimus nos,cum familia die, noctuque ad refugium.In taberna aũt recipimus nos,non aũt familiam,die tñ non ad tutelam refugitur,ſed ad commodum negociationis,nec etiam dieb.feriatis,quib.negociatio a iure iterdicitur, vt cũ ſit diuerſa ratio,diuerſum ius debet eſſe,& dixi. Bar.

## CONSILIVM CVIII.

Vtrum donatio aliquorum bonorum ſpecialiter,& poſtea generaliter omnium bonorum præſentium , & futurorum valeat, & in totum,vel in partem.

1 *Donatio omnium bonorum.an de iure valeat.*
2 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum,non valet.*
3 *Donatio iurata non obſtante ſtatuto, valet.*

a **Domina** Matthiola Ciculi donauit oĩa ſua bona,certa ſingulariter exprimẽdo, demũ ſubdit, & oĩa bona ſua,itẽ actiones,& iura pñtia,& futura,cuidã ſuo nepoti.Ipſa mortua p alios æquales in gradu reuocatur in dubiũ, & dr̃ nõ valere, qa vr̃ ꝓhibita tanq̃ improbata,& ꝯ bonos mores, tanq̃ impediẽs liberã teſtandi facultatẽ.Quærit̃ qd iuris; Viſo ſtatuto,& attẽto,ꝙ donatarius poſſedit vltra 10.ann.vt in articulis patet, dico in prædictis colligẽdo effectũ ex his,q̃ aſs meis auditorib.dixi.diſtinguẽdo,q. aut q̃rimus,an d.donatio valuerit,& valida cẽſeri dẽat quo ad ſpẽs in donatione expreſſas,& quas tpe dictæ donationis habebat donatrix:aut q̃rimus quo ad alia de futuro iura,de quib.eſt facta mentio,valeat. Et iſto ſecundo caſu indiſtincte nõ valet , quia impedit liberã factionẽ teſti,vt plene p Cy.in l.fin.C.de pac. & ibi ſcripſi.& l.ſtipſo hoc mõ.ff.de verb.obl. Et ita ꝯſuluit Dy.& Cyn. Itẽ qa eſſet ponere hoĩem inactu, in quo in perpetuũ non poẽit aliquid hr̃e,qđ ſpectare nõ debemus,vt l.inter ſtipulantẽ.§.ſacrã, de verb.ob. Et hoc membrũ ſatis late examinaui d.locis,iõ nõ in-
1 ſiſto.† In primo caſu in quo ꝯſiſtit qõ noſtra, dico dictã donationẽ indiſtincte valere,p arg.a cã,& rõne ceſſante. l.adigere.§.quãuis.ff.de iure patro.l.ſi duas.de excu.tut.de epiſc.& cler.l.gñaliter
2 † Motiũ.n.ad dicendũ,ꝙ donatio oĩum bonorum pñtium,& futurorum non valet,eſt iõ,qa nulla ſupereſt ſpes teſtandi, qa nulla ſpes eſſet poſſe aliquid hr̃e ẽt in futurũ,qđ in d.donationem ẽt in obligationẽ eius nõ ſit tranſlatum,& iſta eſt occaſio, & cã prohibitionis. Vbi ergo ceſſat hoc,remanet diſpõ iuris firma, videlicet, ꝙ donatio,ſicut alij ꝯctus valeat.l.ſi quis.& l.1.de actio.& obli.qa ex conuentione legẽ accipiunt. Et idẽ q̃ñ ex vna parte pficit nõ valet ex munificentia vnius,prout donantis.l.1.de dona. ꝙ hæc ſint vera,patet p rõnem traditã in prædictis, & ſic ſi dono bona mea, ẽt adijciendo,oĩa,certe indiſtincte valet,vt in d.l.fi.& in d.locis patet determinatio ſub vera opi.q̃ ſeruat,hoc iõ, qa nõ trahit̃ ad futura,vt l.ſi ita.de au.& arg.leg.l.fin.§.1.de leg.2.quo caſu,qa remanet de pñti hæc ſpes,valet,qa poſſibile eſt in futurũ lucrari poſſe.l.ſi defunctus.C.arbi.tute.& l.creditores.in fi.& ibi bonus tex.ff.de ſepar.iõ hæc ſpes ſolũ validat d.donationem in bonis pñtib. Sed ſi adijceretur hoc verbũ.& futura, tunc deficit dicta ſpes. Cũ ergo iſta donatio ꝯtineat vtrãq;donationẽ oĩum bonorum,& ẽt futurorũ,quo ad bona,q̃ nunc hẽbat,& donatione numerata,& ſpecificata,valet,quo ad futura nõ, niſi appareat aliqd habuiſſe poſtea. Iſta.n.ſeparatio admittitur,qa actus ſunt adinuicẽ ſeparabiles,& q diſcerni,& ſeparari p̃ñt quo ad id, in quo diſpõ ſuiſſet valida ſi ſeparatim facta fuiſſet,& dẽt non valere,& ſeparari,& vtilis, & valida cenſeri,nec dẽt vitiari per adiectionẽ alicuius caſus, ſeu diſpoſitionis inualidæ,a die videlicet quo ad futura ſolũ ipſa vitiatur,& reijcitur,& nõ vitiat alia.ff.q̃ñ appellan.ſit.in l.1.§. biduũ.& C.de inof.teſt.l.qm̃. Et maxime in caſu noſtro verũ eſt, & obtinet quo ad bona,& ſpecies ſingl'r enumeratas,vbi minus dubiũ pp ſingularẽ enumeratiõnẽ q̃ ad minus trahitur ad futura,& minus detrahit de ſpe.q̃ gñalis,qđ plus eſt largũ.& includit,cum enumeratio ſpecierũ facit enumeratã diſpõnẽ,ſtricte eã ſumendo abſq; adiectione gñalitatis,vt l.ſed & ſi quis.§.q̃ſitũ.ff.ſi quis cau. Solũ ergo dicta bona in iſtrõ nominata pcipere debet d.nepos donatarius: de pſcriptione aũt non expedit vltra q̃rere,qa ſi donatio valet, valuit ſtatim facta donatione,ergo ſtatim fuit dñs donatarius: ideo fruſtra tractamus de præſcriptione,vtrũ cœperit a prædeceſſore ꝯ prædeceſſorem,videlicet Matthiolã prædictã,vel nõ. Nec ob.ſta-
3 tutũ caſtri plebis, qm̃ in d. donatione eſt iurãn,† ideo licet ſimpliciter facta nõ valuiſſet,dicto ſtatuto prohibente , iurãn interuedente iurõ validatur:ſicut in fundo dotali alter dicitur,vt in c.cũ contingat.ext.de iureiu. Et ita conſulo ego Bar.a Saxof. legum Doc.

ADDITIO.

a Th.D.Domina Matthiola. Adde,quod illud conſi. Bar.inueni in 9.vol.cõſi.diuerſo.Doc.& vide Bar.in conſi.8.in 1.vol.factum tale proponitur, in 2. dub. & late in l.ſi.vbi etiam Doc.C.de pac.cum concor.

## CONSILIVM CIX.

Vtrum res legata ad vnum vſum,ſi commode non poteſt conuerti ad illum,legatum tamen valeat.

1 *Conditio , ſi habitare voluerit,intelligitur, ſi commode potuerit habitare.*
2 *Aditus eſt pars habitationis.*
3 *Legata res ad pium vſum,poteſt conuerti in alium vſum, ſi commode explicari non poteſt.*

a **In nomine Domini amen.** Factũ [a] tale eſt,Cola quõdam Ciculi fecit teſtm̃,ĩ quo inter cætera ſic diſpoſuit. Itẽ reliquit poſt mortẽ ſuę vxoris fraternitati S. Leonardi de Aſſiſio domũ ſuã poſit.in.& c.ſi voluerit viuere, & morari pro aĩa ipſius ĩ dicta domo,& in ea ꝯgregari.& ſi hoc nõ faceret, dicta domus vendat̃ p ſuũ fideicom.ſtat.ũ.& dentur denarij pro aĩa ipſius. Itẽ reliquit dictę fraternitati octo libras,&c. ꝓ aĩa ipſius fraternitati poſt mortẽ dictę ſuæ vxoris. Et ad pdicta legata, & iudicia ſatisfacienda fecit ſuos fideicõmiſſarios,ĩ oĩb. alijs ſuis bonis fecit hr̃dẽ Priorem dictæ fraternitatis. Contingit,ꝙ d.teſtator deceſſit,& extitit ꝯditio legati dictæ domus facti fraternitati :attamen domus eſt ita parua,ꝙ fraternitas ibi cõgregari nõ põt cõmode:nunc vult d. fraternitas emere aliquas domos iuxta prædictã domũ legatã,& facere tranſitũ p dictã domũ legatam in dictas domos emptas , & ĩ ipſis domib.emptis ꝯgregari,& in hoc ꝯſentit Prior dictę fraternitatis qui eſt hr̃s. Quæritur an hoc fieri poſſit de iure, ita quod mẽs te-
1 ſtatoris ſeruetur? Ad qđ reſpondendũ,ꝙ licite põt,nã d.ꝯdõ, ſi habitare voluerit,& c.itelligitur ſi ꝯmode potuerit ibi habitare,arg. ff.de alimẽ.& cib.leg.l.Caio.§ fi.& de ann.leg. l. Mæuia.§.fi.cum ergo proponat̃,ꝙ ſm quantitatẽ hoĩum d.fraternitatis, dicta ꝯdõ remittatur,& ſic dictã domũ dicta fraternitas poterit licite retine-
2 re.† Præterea,aditus dr̃ pars domus,vel habitationis,quia ſine eo habitari nõ põt,vt ff.ſi vſusfruct.pet.l.1.§.1.de ſerui.vrb.prædi.l.binas.vnde vtendo dicta domo ad aditũ habitationis,ſatis vſr̃ eã in-
3 habitare. † Præterea q̃ñ aliquid relinquitur [b] ad piũ vſum , & ille
b pius vſus cõmode explicari nõ põt, põt cõuerti in aliũ piũ vſum de voluntate hæredis,& eius,cui relictũ eſt,vt ff.de vſufr.leg.l. legatũ.& ff.de admi.rerum ad ciui.pert.l.legatũ.2.reſp õ. Cum ergo hic proponitur,ꝙ Prior fraternitatis,idem q; hæres conſentiat, & executor poteſt licite dictam domum retinere dicta fraternitas ad dictum vſum,etiam ſi vſus alius diceretur. Bar.a Saxofer.

ADDITIONES.

a Th.D.Factum. Adde,quod illud conſi.inueni in 11.vol.cõſi.diuerſo.Doc.de materia illius conſi.vide Bar.in l.Caio.§.fin.ff.de ali.& cib.de.in l.Mæuia. §. fi. ff.de annu.leg.

b Quando aliquid relinquitur.Vide Bar.in l.legatum.ff.de admini.rer.ad ciuit.per. & ibi apoſt.plenam Alex.de Imo.

## CONSILIVM CX.

a **Dominus** Iac.a habẽs in ptãte filiũ noĩe Vanducium,& filiã dotatã ab ipſo dño Iacobo noĩe Antoniã ſuam condidit vltimam voluntatem,cuius tenor talis eſt:In noĩe dñi. Vide ſup.in conſi.60.quod eſt duplicatum,& idem eſt caſus.

ADDITIO.

a Th.D.Dñs Iac. Adde,quod iſtud conſi.inueni in 5.vol.conſi. diuerſorum Doct. in quo poſt conſi.prædictum ſequitur aliud conſi.Bar.quod incip.proponitur,qđ pater.quod eſt inſertum in 1.vol.conſi.in conſi.11. & ita etiam reperitur ſecundum ord.Peru in 3.parte vlt.volun.num.21. & pro conſi.Bar.quod dominus Iacob.alleg. Alex.in l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium.& in l.Gallus.§.& quid ſi tñ.ff. de lib.& poſthu.vbi ponit etiam plures concor.& in cõſ.263.in 5.volu.& And. Barb.in l.2.ff.de iu.codicil.& vide Iaſ.in l.fratres.in 5.limita.C.de inoff. teſtam. & Ang.in conſi.59.punctus quæſtionis ſuper quo.& Pau.de Caſt.in conſi. 13.q filia dotata per ſtatutum.& alias inci.factum ſic ſe hẽt.quidam d.Iac.& eſt idem quod illud,alias inci.quidam nomine do.Iac.& adde ad iſtud conſil. quod ſcripſi ſup.in 1.vol.in conſi.11.& in conſ.10.& vltra quæ ſcripta ſunt ibi,adde quod illud conſi.Bar.in conſi.10.ſup.alleg.non eſt Bar.ſed conſ.Bar.quod eſt ſup.in cõſi.11.eſt Bar.vt ſup.dixi,& ita conſuluit do.Franc.de Spoleto in conſi. quod incip.factum tale proponitur.& vide mira.conſi.Bald.in conſil. 58. in 3.vol. cauetur ſtatuto ciuitatis.cui conſilio ſe ſubſcripſerunt do. Pet. de Vbal.eius frater,& do.Iul.Bini.d.Franc.Ang.& do.Nic.& Lell.prout eſt in dicto 11.vol. cõſi.209.& vide Bal.in conſi.9.do.Manguida.in 2.vol.& in conſi.277.in eod.volum.ad conſeruationem.

## CONSILIVM CXI.

1 *Mandans aliquibus quem reduci ad locum,ſi mandatarij eum occidunt, an teneatur de morte.*
2 *Delictum quando perpetratur vltra propoſitum non punitur.*

a **Factum** Tale eſt.a fuerũt tres,vnus † de Baconeto,& duo habitantes Racaneti, qui erant in q̃uadã barcha cum quodam tertio,& veniebant per litus maris per partes Apuliæ,iſte tertius ſe proiecit de barcha,& aufugere cœpit. Alter Racaneten.præcepit illis duobus ſuis focijs,vt perſequerentur illum,& reducerent ad barcham.iſti cœperunt currere ꝯ illum,& incępit ſe defendere,vnde iſti duo iſtum ꝯpuſſerũt,vnde mortuus eſt. Quærunt modo, vtrum debeant puniri per officiales Racaneti, an per officiales eccleſiæ,an per iudicem loci vbi fuit commiſſũ delictum. Et vr̃ ꝙ per officiales Racaneti. rõne originis q̃uaũ ad Racane-

ADDITIO.

a Th.D.Factum tale eſt.Illud conſi.inueni in 3.vol.conſi.diuerſo.Doc.& de materia vide Bar.in l.non ſolum.§.ſi mandauero.ff.de iniur.

Racanatē. p l. 1. C. vbi de crim. agi opor. nā oēs iſti deliquerūt Racanat. rōne originis, non rōne maleficiorū, vt C. de acc. l. non iō. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. deieciſſe. de iniu. l. non ſolū, in prin. cum ſi. & alij qui paruerunt. Nec ob. ꝙ Raca. non mādauit occidi, ſed reduci ad barchā, qa illa reductio ad barchā in ſe violētiā ꝯtinet, & iō ſuit ſatis ordinatum ad mortē, vt l. qm̄ multa facinora. C. ad leg.

1 Iul. de vi priua. † Contrariū, ꝙ non pōt puniri, nā Racan. nō, quia qm̄ delictū perpetrante vltra propoſitū. nō punitur, vt ff. de iniu. l. qui iniuriarū. eē l. n. faciendi, non factū, conſiderarne, patet in l. verū. ff. de fur. nam iſte Racanaten. mādauit reduci ad barcham, ꝙ poteſt intelligi blandis verbis, quæ interpretatio facieda eſt, quia vbi poteſt capi coniectura, non delicti cauſa, c. ipiēda eſt. l. merito, pro ſocio. Alij vero duo debent puniri, ſed in loco delicti, quia dr̄ ꝙ forenſes, non ſola habitatio in Racaneto non conſtituit domicilium. l. libertus. §. ſola. & l. domicilium, & l. fi. ff. ad municip. nam non ſtabant Racaneti animo ibi perpetuo habitandi, nec per decē annos ſteterunt. C. de incol. l. 3. in princ. lib. 10. Bar.

## CONSILIVM CXII.

1 *Subſtitutio quæ nondum euenit, vtrum tranſmittatur mortuo ſubſtituto ante euentum conditionis.*

2 *Executores ſi non diſtribuunt, an poſt annū ſit deuoluta ptās ad epiſcopos.*

3 *Bona, q̄ debent diſtribui ad pios vſus, ſi ſunt vendita, an poſſint præſcribi.*

a **Factum** tale eſt, a Quidā magiſter Ioā. magiſtri Simonis ſuū vltimū ꝯdidit teſtm̄. in quo multa fecit legata, demū Franciſcū ſuū filiū hr̄dē vſem inſtituit ſub iſta ꝯdōne, & ſi d. Frāc. decederet añ tp̄s 35. an. ſine filiis ex legitimo mr̄imonio de ſuo corpore deſcēdētib. ꝙ in medietate oīum ſuorū bonorum ſuccedat magr̄ Nicola, frater Stephanus, & frater Petr⁹ ſui fr̄es ꝓ æquali portione. alia vero medietas deſtribuaẽ ꝓ aīa ipſius teſtōris ad ſenſum fratris Stephani ſui fratris. Mō mortuus ē mag. Nicola, deinde mortuus eſt Fran. filius dicti teſtōris, ſupſtitib. fratre Petro, & fratre Stephano ſubſtitutis ī medietate dictorū bonorū

1 ſimul cū magro Nicola p̄mortuo ante mortē d. Franciſci. † Mō frater Stephanus eſt frater minor, ita ꝙ nō ſucceſſit in ſubſtōne, & de illa medietate, q̄ debeat diſtribuere ꝓ aīa dicti teſtōris, nihil diſtribuit, ita ꝙ ſolus frater Pet. remāſit in ſubſtitutio. Mō q. dam Victorinus filius magr̄i Nic. p̄fati oīa iſta bona, tam ea q̄ debebāt diſtribui pro aīa dicti teſtōris, q̄ ea quæ iure ſubſtōnis debebāt deuenire ad dictū frēm Petrū, occupauit ſine aliquo titulo, & ſine aliquo iure tenuit ea forte ꝑ decenniū. Deinde mortuus eſt d. Victori. & ſui creditores ceperūt oīa iſta bona ꝓ debitis ſuis, & antequā d. Victorin. moreret deceſſerat frater Petrus, ad quē erat deuoluta medietas illorū bonorū iure ſubſtōnis, & oīa bona ſua reliquit ad pias cās. Mō primo quærit, vtrū magiſter Nicola, q deceſſit ante diē ſubſtōnis, poſſit eā ſubſtitutionē ad hærede tranſmittere. Scdo quærit, nūquid dicti creditores dicti Victorini, filij præfati magiſtri Nicolę, q dicta bona occupauerunt de facto, potuerūt oīa bona ſibi accipere ꝓ debito d. Victorini. Tertio quærit. nunqd medietas iſtorum bonorum magiſtri Ioannis, q̄ debebāt diſtribui pro aīa dicti teſtōris, cum nō fuerint diſtributa intra annum nec poſt, deuenerint in ep̄m. Et ſic mō quęrit de bonis fratris Petri, q reliquit oīa ſua bona ad pias cās, cū non fuerint executioni mandata, & ſic deuenerunt in ep̄m, quæro vtrū ille, q emit dicta bona poſſeſſa a dño ep̄o poſſit ea vendicare a dictis creditorib. & alijs qbuſcunq; & quo iure? Vltimo q̄ro, nunqd d. Victorinus potuerit p̄ſcribere dicta bona ꝑ decenniū, quorū medietas erat dicti fratris Petri ſubſtituti, alia debebāt diſtribui ꝓ aīa dicti teſtōris, & ea diſtributa non fuerunt. Super eo, ꝙ primo quærit, an magr̄ Ni-

2 co. tranſmittat † ſubſtōnem ad ſuos hr̄des, eſt dicēdū ꝙ nō. cum in eius ꝑſona non ceſſerit dies fideicōmiſſi, qa deceſſit anteq̄ d. Franciſcus, vt l. in ꝑſona, a ꝑrio ſenſu. C. de fideic. & l. hr̄des mei. §. cum ita. ad Treb. facit ꝙ no. in l. 1. ff. de his q ante aper. ta. Mō pōt dici, ꝙ portio ſua & ēt fratris Stephani, q vt proponit, erat frater minor, & ꝑ ꝯñs non capax huius ſubſtōnis, vt in cle. exiui. de verb. ſig. accreuerit p̄fato fratri Petro, cū inter eos, vt ꝑ fideicōmiſſum ſubſtitutionis pōt eſſe locus iuri accreſcēdi, vt l. filiuſfa. §. diui. e. l. 1. de le. 1. probatr̄ ēt in l. 1. §. his ita. C. de cad. toll. vbi fit mentio de inſtitutis & ſubſtitutis, poſtea in §. & ante oīa, dr̄ ꝙ hæc oīa hn̄t locū tā in teſtis, q̄ in codicillis. Sed in codicillis non pōt fieri ſubſtō directe, vt l. hr̄des. C. de codic. & l. Scęuola. ff. ad Treb. ergo patet, ꝙ d. §. his ita. q dicit, ꝙ inter inſtitutos & ſubſtitutos ꝯiunctos eſt locus iuri accreſcēdi, intelligiẽ ēt de ſubſtōne ꝑ fideicōmiſſū, & ſic vna medietas bonorū magr̄i Ioan. apparet, ꝙ deuoluta fuit ad dictū fratrē Petrū: quantū attinet ad aliā medietatē, fuit iuſſum ꝑ teſtōrē vt proponitur, vt tota diſtribuantur ad pias cās. Modo ꝓponit, ꝙ neq; teſtm̄ magiſtri Ioan. neque teſtm̄ dicti fratris Petri, qui, vt in puncto cōtinet, diſtribuit oīa ſua bona ad pias cās fuit executioni mandatū intra annū per hæredes, vel eorum executores. Et quærit, nunqd dicta bona rōne executionis nō factæ intra annū deuoluta ſint ad ep̄m Aſiſiatē, tanq̄ executorē legitimum, adeo, ꝙ dicta bona alienare potuerit, ꝓ executione fienda. Et eſt dicendū, ꝙ

3 ad eum ſint deuoluta, & dicta bona † & res accipere pōt pro executione fiēda, vt in Auth. de eccl. ti. § ſi quis ꝓ redemptione. & §. ſeq. & l. nulli. C. de epiſ. & cle. & de teſ. c. nos qdē, & c. ſi hr̄des, & c. tua. cū ſi. Et ꝑ ꝯñs vendere, & alienare pōt, & pretiū ad pias cās diſtribuere, vt patet ex p̄dictis iurib. & ēt ex rōne, qa cū executores dati in teſtō dictorū magiſtri Ioan. & magiſtri Petri potuiſſent dicta de cā dicta bona ex voluntate dictorū teſtantiū vendere, vt ex forma teſti apparet, & no. in l. alio. de ali. & cib. le. nō minū, ſi ep̄s q loco eorū ſuccedit in executionib. p̄dictis, poſſit ea vendere. Ex p̄dictis patet rñſio ad aliud qd̄ quærit, vtrū creditores dicti Victorini filij dicti magiſtri Nicolæ potuerūt licite ingredi poſſeſſionē, & tenutā capere in dictis bonis magiſtri Ioan. repertis tunc penes d. Victorinū filiū & hr̄dē dicti magiſtri Nicolæ. Et eſt dicendū, ꝙ non potuerunt tenutā capere cū effectu. cū in dictis bonis d. Victorinus, vt hæres magiſtri Nicolæ. nullū ius prætēdere poſſit, vt §. probatū eſt. Imo ꝑ dictū ep̄m, & ſuū officium poſſit peti dictā tenutā reuocari, tanq̄ datā in bonis executioni ſubiectis rōne iuris. qd̄ ep̄s hēt ꝓ his exequēdis, vt legitimus executor, quo ꝓbato tenutā dēre reuocari, vt l. 3. & ibi no. ff. de priuil. fiſ. l. ob maritorum culpā. C. ne vxor ꝓ mari. & l. a diuo Pio. §. ſi ſup reb. gl. & do. ff. de re iud. Ad aliud, quo quærit, nunqd illi qui emerūt dicta bona a dicto ep̄o, potuerint ea vēdicare a creditorib. & alijs qbuſcūq;, ē dicēdū ꝙ ſic, ſi dictus teſtator, cuius fuerūt, fuit dñs, vt l. in rē. ff. de rei vend. l. doce ancillā. C. eo. ti. cū ſi. Poſſet ēt intentari vtilis pet.

3 hr̄de. fideic. vt l. 1. & l. ſeq. ff. de fideic. hære. pet. Ad vltimū. † quo quærit, vtrū d. Victorinus potuerit dicta bona præſcribere decē annis? vr̄ dicēdū ꝙ nō. Nā huic ptāti, ſeu iuri ꝯceſſo ep̄o a lege nō vr̄ poſſe p̄ſcribi iſto tpe, immo eſt ꝑpetuū. ſicut alia iura ꝑſonalia. l. 2. de de conſti. pec. cū ſi. Facit ad p̄dicta l. fi. §. ſimiliter. C. comm. de leg. & ēt cū proponatr̄ d. Victorinū ſciuiſſe formam dicti teſtamenti, & qualr̄ dicta bona erāt reſtōni ſubiecta. Bar. a Saxoferr. legum Doc.

### ADDITIO.

a T. D. Factum tale. Iſtud conſilium inueni in 3. vol. conſi. diuerſo. Doct. de materia vide doc. in l. 3. C. de fideicom. & in l. nulli. vbi per Bal. C. de epiſ. & cleri.

## CONSILIVM CXIII.

1 *Accuſatio de damno dato debet continere æſtimationem damni dati.*

2 *Probatio damni dati, quæ ſit per iuramentum, ex forma ſtatuti debet fieri parte citata, & iuramentum dari a iudice.*

1 **Factum** Tale eſt Producta ē accuſatio de dāno dato. † Et ſtatutū qd̄ credatr̄ iuro accuſatoris vſq; in 20. ſolidos, & ꝙ damnū emēdetr̄ ſm̄ æſtimationē iacti dāni paſſi vſq; ad quantitatē 20 ſolidorū. Forma accuſationis eſt, in qua ponitr̄ factū. i. itare, dānificare, & incidere, & aſportare ligna, quercus. ſtipites, nec addit in quantū ſit dānificatus. Oīb. iſtis dico, qd̄ ſnīa abſolutoria fuit recte lata, & nō ſufficit in accuſatione de dāno dato deducere factū, ſ. qd̄ ſit facta inciſio vel exportatio niſi probetur, & allegetr̄ æſtimatio dāni, vt quaten⁹ ex illo facto pars læſa eſt, hoc requirit ſtatutū, qđ dicit, ſtari iuro accuſatoris. Hoc diſponit ius cōe. vt C. vñ vi. l. ſi qñ, & c. fin. ext. qd̄ met. cau. Sed quia accuſator nō deduxit in accuſatione quantū fuerit damnū, & ſic non poſſet dari ſnīa, qa incerta. vt l. 1. C. de ſen. q̄ ſine certa quāti. Et ſi dicet, ꝙ ſolū de iure cōi debuit puniri, qa punit factū, ex quo reſultat pūnino, ſaltem ꝑ titulū ad l. Aquil. in ſi. Certe iſte accuſat ſm̄ formā ſtatuti, qd̄ pt, qa dicit, ꝙ vidit & inuenit damnū dati, qd̄ a iure cōi non requirit. Itē qa ſuo iuro accuſat. & ſic patet, ꝙ q fundat ſe ex vna l. nō pōt ex alia obtinere. ff. de inſtit. l. habebat. facit l. vlt. C. de

3 cond. Item dicit, ꝙ probatio fit † ꝑ iurm̄, certe iſtud iurm̄ debuit

2 peti a per accuſatorē ſibi deferri a iudice, & parte citata. alias non valet, quia ex eo pars læditur, per regulam. l. de vnoquoq;. ff. de re iud. & l. nā ita diuus. ff. de adop. & probatio non pōt fieri aduerſario ignorante de teſti. c. 1. cām. & C. de iud. l. probandum. Barto.

### ADDITIO.

a T. D. Debuit peti. No. cōſiliū in materia dāni dati. cui adde quod no. Ant. de Ale. Doc. Neap. in l. qui accuſare. C. de eden. quod ſtatuti diſponentib. quod de dāno dato ſtet iuro damnū paſſi, cū iſta probatio ſit irregularis, requiritur, quod ille damnum paſſus, qui vult iurare ſit omni exceptione maior, & ſequitur Iaſ. in rep. l. admonendi. ff. de iureiu. vbi vide Bar. in conſil. 93. ſup. eod. vol. inci. Pe. vbi voluit, quod ille, qui debuit iurare, debet iurare, & deponere, vt teſtis.

## CONSILIVM CXIIII.

1 *Confeſſio parte abſente facta ad deliberationem probandam an valeat.*

2 *Confeſſio facta præſente fideiuſſore, non dicitur facta abſente parte.*

3 *Notarius poteſt conficere inſtrumentum, quando eſt rogatus ab vna parte, ſi inſtrumentum eſt gratia vnius confectum.*

4 *Notarij duo poſſunt rogari de uno inſtrumento de conſenſu partium.*

**In primis** eſt vidēdum, an confeſſio facta, abſente parte ad probādū liberationē, valeat. Secundo, an dicatur facta abſente parte, ſi ſit p̄ñte fideiuſſore? Venio ad primū. Dñt quidam, quod non valet parte abſente. Nam cōfeſſio requi-

a rit p̄ñtiam partis a aduerſæ, & ſic pactum, vt ff. de confeſ. l. certum §. ſi quis abſente. no. C. de cōfeſſis. l. vnica. ff. de pac. l. idē in duob. facit. ff. de lib. leg. l. Aurel. in ſi. niſi talis confeſſio ſit tranſmiſſa per nuncium, ſiue epiſtolam. ff. de poſ. l. Publia. §. fin. ff. de do. l. nuda.

1 † Contrarium vr̄ verū, ꝙ talis confeſſio valeat ad meram probationem,

### ADDITIO.

a Th. D. præſentia partis. Adde Bar. 10 l. tale pactum, in prin. ff. de pac. & ibi plene per Iaſ. & ibi vide regulam cum pluribus limitationibus.

tionem, licet ſit facta abſente aduerſario, vt in Auth. de teſtib. §. &
licet, & hæc parit exceptionẽ, vt no. per gl. & Doc. l. nõ ſolum. §. li
berationis verba. ff. de lib. leg. licet pactũ non valeat abſente alia
parte, niſi interueniat nũcius vel epiſtola, quia pactum eſt ꝯtus,
ſed confeſſio non. ff. de act. & obl. l. ꝯtraxiſſe & no. C. de ſacr. eccleſ. l.
illud. ff. de acceptila. l. ſi acceptolata. §. fi. Facit quod no. ff. de neg.
geſt. l. Pomp. ſcribit. & de Catb. edic. l. quæriẽ. & extra, de ſucce ab
inteſt. c. fi. Sed o dicẽdum eſt, ꝙ quantũ ad effectũ aliquid inducẽ-
di, vel diſponendi non valet inter abſentes, niſi diſpõ pendeat ex
voluntate vnius tm̃, vt ratificatio vel improbatio, vt d. l. Pompo-
nius. Sed quantum ad finem probandi factam ſolutionem & re-
pellẽdi ꝯtiam fictionẽ, valet vt d. §. licet. quicquid dicat Petr. C. de
non nu. pec. l. gñaliter. Super ſecundo puncto dico, ꝙ non dr̃ facta
2 abſente parte, ſi eſt facta † præſente fideiuſſore, [a] cum per fideiuſ-
a ſorem proſit reo exceptio doli, caſus eſt i d. l. idẽ in duob. §. fi. Sed
an iſtrũ confectum de dicta confeſſione valeat? Et vr̃, ꝙ nõ, quia
tabellio debet eſſe rogatus ab vtraque parte, vt in Auth. de tabel.
§. nos autem, ſed hic non fuit rogatus, niſi a fideiuſſore, ergo non
3 tenet inſtrm̃. † Solutio, qñ actus celebratur gratia vtriuſque, tunc
oportet, ꝙ ſit rogatus tabellio ab vtroque, ſed qñ fit gratia vnius
tm̃, & in fauorẽ vnius tm̃, tunc ſufficit, ꝙ ſit rogatus ab illo, vt ibi
no. Vnde quia dicta confeſſio fuit in fauorẽ vnius partis tm̃, ſuffi-
cit ab illa rogatũ tabellionem, & teſtem: nam idem in teſtib. dico
4 † Vlterius, qñ duo notarij fuerint rogati inſimul de eodem ꝯtu,
b iſti conficiunt diuerſa inſtrã, [b] an talibus inſtrĩs credatur? Rñ. ſi ex
tali variatione vterq; notarius eſt in ſua ſcriptura ſingularis, neu-
tri creditur. Nam licet, vt notario credatur, verum eſt niſi partes
adhibuerint plures notarios ad actum, in Auth. de hær. & Fal. §. ſi
vero abſunt. & argu. ff. de offi. procon. l. 2. Item ſcripturæ variæ in
ſubſtantia, vel effectu, de quo quæſtio vertitur ſuper eadem re, ſi-
bi inuicem derogant, vnde facit. C. de fi. inſtrum. l. ſcripturæ, &
quod no. in c. cum Ioan. eremi. de fi. inſtr. Bar. a Saxoferrato.

ADDITIONES.

a Præſente fideiuſſore. No. quod dicit Bar. hic, adde, quòd in cauſis, in quibus procedit ur ſummarie ſola facti veritate inſpecta, non curatur præſentia partis, vt plene per Alex. de Imo. in conſi. 114. in 6. volum.

b Tho. Inſtrumenta. Vide no. per Io. And. in repet. c. quoniam contra falſam. in ver. conſcribunt, de probat. & vide Bald. conſi. inci. notarius ſecundum rogitum. vbi vult, quòd ſi duo notarij eſſent inſimul rogati, tunc vnius ſubſcriptio faceret inſtrumentum valere, quia quilibet inſolidum videtur rogatus, per l. ſi quis ex arg. §. 2. ff. de eden. ſecus ſecundum ipſum, quando forma rogitus hoc non patitur, quia actum eſt, quod vna, & ſemel ſubſcribere debeant, vnde vnius ſubſcriptio non valet. arg. l. 1. §. ſi plures. ff. de exercit. dum forma non ſit ſeruata.

## CONSILIVM CXV.

1 *Iudex dando terminũ pro prima dilatione, an importet, ꝙ dabit ſecundã.*
2 *Iuramẽtum ratione impedimenti non præſtatur procuratori, ſed domino.*
3 *Iuramentum debet a parte, uel a iudice deferri, alias eſt ipſo iure nullũ.*

a 1 Quæſtio talis [a] ponitur, † occurrit, ꝙ tẽpore dilationis
dãdæ in iudicio parti iudex dixit, do ter-
minum quinque dierũ pro prima dilatione: ex eo enim, quod di-
xit, pro prima, vr̃ innuere ſe daturum, ſecundam, cum primum
dicatur, & denotet ordinẽ, & gradum ad ſm̃. ff. de iud. l. ſi quis in-
ſtituatur ex parte. ꝯtrium puto verũ, nam hæc verba hoc impor-
tãt, ꝙ iudex dabit ſecũdã, ſi in prima fuerit legitime impeditus,
vt ſic verba intelligantur ſm̃ naturã negotij ſuper quo proferun-
tur. l. damni infecti quidam. ff. de dam. infec. & de vſur. l. ſi ſtipula-
tus. cum ſi. Pro quo facit, quia iudex non poſſet facere ſi vellet, ꝯ
formam. l. fi. ff. de fer. vt ſtatim dicã, ſed ex eo, ꝙ iudex non debue
rit dare ſecũdam dilationem, dubitari põt, ſi eam dat, an datio eſt
nulla ipſo iure, an veniat reſcindenda per ipſum, vel per ſuperio-
rem? Et dico conceſſionem ipſo iure nullam, qñ fit ſine cauſæ co
gnitione, p tex. d. l. fi. ibi dum dicit, in pecuniarijs cauſis omnibus
dilatio plus q̃ ſemel tribui non poteſt, nam verbum. poteſt, poſitũ
cum negatione, neceſſitatem importat, vt ff. de fur. l. non poteſt.
ext. de reg. iur. c. 1. lib. 6. & ibi per Ioan. And. vr̃ enim factum. l. p-
hibente. & ſic eſt ipſo iure nullum, vt l. non dubium. C. de legib.
Sed huic vr̃ obſtare quod no. Inn. extra, de teſti. c. in cauſis. ſed ibi
non loquitur de ſecunda dilatione, ſed de tertia, & quarta produ-
ctione, quæ poteſt fieri in eadem dilatione, vt dicit gl. in d. l. in pe-
cuniarijs. Concludo ergo, ꝙ datio ſecundæ dilationis, ſine cauſæ
cognitione non valet. Sed quid, ſi data eſt dilatio prima, & datum
eſt iurm̃ procuratori iuranti ſe impeditum iuſta cauſa, &c. an di-
ctum iuramentum potuerit dari dicto procuratori? Ad hoc eſſet
videndum cui eſſet data prima dilatio, quod in puncto non expri-
mitur. Si n. fuiſſet data principali, vel alteri vt procuratori, † ſic ſi-
2 ne dubio dicta præſtatio iurĩ non eſſet ſufficiens probatio impe-
dimenti. Nam cum credatur dño, debet probare dñs & iurare, cu
ius nomine agit, & dr̃ fuiſſe impedimentum dñi, non procurato-
ris, vt l. qui bona. §. qui alieno. ff. de dam. infec. quia dñs potuit im-
pediri per cauſam obuenientem ſibi, vel in perſona procuratoris,
vt l. cum a matrib. C. qui pe. tu. Sed pone, quòd terminus eſſet da
tus ipſi procuratori, tunc etiam dicti iuramenti præſtatio nõ eſſet
ſufficiens probatio, pp plura. Primo, quia dictus procurator aſſe-
ruit ſe eſſe impeditum, nec dixit quo impedimẽto, vt in caſu for-
tuito, vel facto tertij hominis, vel qño: potuit enim impediri fa-
cto tertij hominis, ſic non daremus ſibi, nec dari debet etiam ſe-
cũda dilatio, ſed ꝯ illum qui impediuit debet habere regreſſum,
vt ff. de eo per quem factum eſt, per totum, & maxime per legẽ
finalem. Item cum petitio dictæ dilationis ex cauſa impedimen-
ti contineat quandam teſtimonẽ, ſed ille, qui colorare ſine cau-
ſæ expreſſione hoc petit, non debet audiri, vt ff. de minorib. l. mi-
nor autem magiſtratus. §. 1. Præterea, licet caſus fortuitus quan-
doque probari poteſt per iuramentum, vt l. fi. C. de fi. inſtru. quan
doq; debet probari plenius, vt l. commeatus. in princ. ff. de re mili.
Debuit enim in dicto iuramento exprimi, quis fuit caſus fortui-
tus, & per quem fuit impeditus, quod ſi non fecerit, apparet non
eſſe probatum. Præterea iuramentum iſtud, licet a procuratore
3 fuerit præſtitum, non fuit a iudice, † vel a parte delatum, & ſic nõ
releuat eum qui iurauit. ff. de in litem iur. l. videmus. §. deferre. &
hoc vr̃ velle Ioan. And. in d. c. vltra tertium, ext. de teſti. ſuper ver-
bo, præſtito. Apparet ergo dictam dationem ſecundæ dilationis
ipſo iure nullam. Ex quo ſequitur, ꝙ pars aduerſa quæ cõtradixit,
& clamauit, fuit grauata: grauatur enim per interlocutoriã, quæ
eſt ipſo iure nulla ſaltem de facto, ita ꝙ appellatio ab hoc graua-
mine cauſam ad ſuperiorem deuoluit, vt extra, de app. c. dilectus.
& c. vt debitus. & ibi per Ioan. And. Barto.

ADDITIO.

a T. D. Quæſtio talis. Iſtud conſilium inueni in 13. volum. diuer. Doct. Et adde, quod Bar. idem conſuluit in conſil. 107. in 1. vol. incip. in quæſtione prædicta, vbi quaſi ſunt eadem verba, & ibi plene ſcripſi in addi.

## CONSILIVM CXVI.

1 *Captus uigore ſtatuti, ꝙ nõ põt relaxari niſi ſoluat, an poſſit cedere bonis.*
2 *Beneficio ceſſionis bonorum poteſt renunciari.*

a 1 Captus [a] pro debito, iudicis mandato † vigore pacti in ꝯ-
ctu appoſiti, necnon ſm̃ formã ſtatuti dicentis, ꝙ
ad petitionem creditoris iudex debitorẽ faciat capi, & ĩ carcerib.
detineri, vſq; ad integralẽ ſatisfactionẽ, ceſſit bonis debitor credi-
tore inuito. Quæritur vtrũ dẽat a carcerib. relaxari? & vr̃ ꝙ non,
quia prouiſio creditoris auferri ſibi nõ debet, licet prouiſio legis
poſſit tolli. l. aſſiduis. C. qui potio. in pign. habean. & melius in l. ſi
quis in bello. ff. de cap. l. vtrũ. in fi. cũ l. ſeq. de pen. hære. Sed in pro-
poſito eſt hmõi, quia ſibi per pactum prouidit, vt dr̃ in themate,
ergo ſibi per l. nõ debet auferri bñficiũ a lege non datũ. Secundo,
debitor apponendo pactũ beneficio legis ꝯtrarium, præiudicat ſibi
in bñficio legis. C. de abol. l. ꝑ igit, vt pactũ aliqd operetĩ, ſibi p̃iudi
cat. Tertio, ius tollens, & ſublatum eſt proprium ciuitatis, vt pa-
tet de ſe ex themate, ergo ius cõe nõ tollet principale, niſi expreſ-
ſe aliter diſponatur. Quarto, quia d. ſtatutum eſſet deluſorium, nã
idẽ eſt diſpoſitum per legem, ſ. ꝙ debitor poſsit capi, ſed diſcuſsio-
ne bonorũ facta. l. a diuo Pio. §. 1. ff. de re iud. In ꝯtrium eſt veritas,
2 rum † quia beneficio ceſsionis bonorum renunciari non põt, vt
tenet Cy. qui bo. ced. poſ. l. 1. & ibi vide. tum quia ius municipale
reſtringitur ad ius commune. l. 2. C. de nox. a. tum quia pactũ fuit
appoſitum ſm̃ formã legis, vt l. quæro. §. inter locatorem. ff. loc. &
l. non recte. C. de fidei. Item, quia condemnatus poteſt carcerari,
& tamen habet beneficium ceſsionis, propter quod a carceribus
relaxatur, ergo idem ſi teneatur ex pacto. Item ſtatutum, & pactũ
cum loquitur de debitore, intelligitur de efficace, ſed ſi ceſsit bo
nis, non eſt efficax debitor. igitur, &c. Bar. a Saxofer.

ADDITIO.

a T. D. Captus. Iſtud conſilium inueni in 13. volum. conſil. 114. diuer. Doc. Et adde, quòd contrarium in terminis ſtatuti tenet Ang. in l. alta. §. elegantei. ff. ſol. mat. & in l. nemo carcerem. ad fi. C. de exac. trib. lib. 10. & in l. is qui. C. qui bon. ced. poſ. tamen Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. poſ. tenet opin. quam tenet Bar. hic: & ſequitur Pet. de Anch. in c. canonum ſtatuta. in ver. quæritur, aliquæ quæſtiones. de conſt. facit quod in fi. no. Bal. in l. terminato. C. de fruc. & lit. exp. vide tamen Alexand. in d. l. alia. §. elegantur. qui aliter tenet. tamen Bar. hic mouetur alijs rationibus, quibus non reſpondet D. Alex.

## CONSILIVM CXVII.

a Continetur [a] in ſtatuto, ꝙ ſi damnum datũ fuerit in aliq̃
qua parochia ſeu villa, & non reperiatr̃ ma
leſactor, ꝙ vicini proximiores in nu. 20. teneant emendare dam-
num illi, cuius poſſeſſio eſt dãnificata ad æſtimationem damni dati.
Quærit, nunqd ipſe, cuius eſt poſſeſſio, teneat pro ſe ꝯtribuere? Et
vr̃ ꝙ ſic, vt l. ab oib. §. ſi Titio. ff. de leg. 1. & facit etiam l. qui here
di. §. Plau. ff. de cond. & dem. & l. 1. & l. 2. ff. ad l. Rho. de iactu. ſm̃
Dy. Idem tenet Iac. de Are. in l. amiciſsimos. §. Luc. ff. de excu. tu.
& Spec. in tit. de cenſi. §. nunc dicendum. Bart. a Saxofer.

ADDITIO.

a Th. Continetur. Iſtud conſilium inueni in 13. vol. conſi. diuer. Doc. & adde ad dicta per Bar. hic ea quæ ponit D. Nic. de Nea. in l. amiciſſimos. §. Lu. ff. de excu. tut. & per Bald. in l. ſi laborante. in princ. ff. ad l. Rho. de iactu. vbi tenet id, quod dicit Bar. hic, tamen dicit, quod pro expenſis factis cum villa non tenetur contribuere, vide Doct. in l. ab omnibus. §. ſi Titio. ff. de leg. 1.

*Conſiliorum ſecundi uoluminis Bart. à Saxofer. Finis.*

# INCIPIVNT QVAESTIONES AVREAE DISPVTATAE

## per Bartolum à Saxoferrato.

### QVAESTIO PRIMA.

1 *Non bannitus faciens pacem cū bannito, & promittens non offendere, ſi poſtea ipſum bannitū occidat an incidat in pœnam ſtatuti, & ſtipulatio pœnalis committatur: an vero iuuetur beneficio ſtatuti permittentis bannitū poſſe impune occidi, & n. 13. & 22.*

2 *Bannitus noſtri temporis æquiparatur deportatis, & n. 15. vbi quod nō & ita communiter tenetur.*

3 *Obligationes, quæ principaliter reſpiciūt vitam, cadunt in perſonam deportati, & in perſonam damnati in metallum.*

4 *Renunciatio iuris reſpicientis publicam, & priuatam vtilitatem mixtim, valet reſpectu priuatæ.*

5 *Facultas conceſſa pluribus de iure publico licet pacto non tollatur: tollitur tamen quantum ad promittentem.*

6 *Bannitus an æquiparetur excommunicato, & n. 17. vbi quod non per omnia, quod de vno ad alium argui non poteſt.*

*Bannitus quod poſſit contrahere ſicut excommunicatus.*

7 *Duo ſpecialia non poſſunt circa idem concurrere principaliter, ſed vnū in conſequentiam alterius ſic. num. 35.*

8 *Inductum principaliter in odium alterius: Item ius principaliter inductū ob publicam vtilitatem pacto priuatorum non tollitur.*

*Statutum quod liceat bannitum offendere, dicitur inductum principaliter in odium bannitorum. Item fauore reipublicæ.*

9 *Bannitus poſt pacem factam licite poteſt offendi, non obſtante pace, vigore ſtatuti.*

10 *Homicidiariis, & delinquentibus in grauioribus non eſt dãda fiducia, & ſi datur, non eſt ſeruanda.*

11 *Damnatus ad mortem ſtatim eſt effectus ſeruus pœnæ, ſi eſt damnatus in præſentia, ſecus in abſentia num. 14.*

12 *Iudex non poteſt facere per ſententiam, quod bannitus qui ex forma ſtatuti offendi poterat, non offendatur.*

16 *Bannitus non æquiparatur relegato.*

*Bannitus per contumaciam non eſt infamis, & nu. 15.*

18 *Bannitus qui ex forma ſtatuti licite poteſt occidi, quod poſſit dici trãsfuga, & hoſtis ciuitatis.*

19 *Quælibet ciuitas poteſt habere hoſtes.*

3 ceſtu. & ſm † formã accuſationis danda eſt ſnĩa, pro hoc l. habebat. ff. de inſt. ſm vnum modum. Item facit tpis appoſitio. nã tp̃s noctis facit aliud delictũ videri vt l. aut facta. §. tp̃s. ff. de pœn. ff. de iniu. l. p̃tor edixit, in fi. & C. de crimi. ſacr. l. ſacrilegij, & aliud intẽ-

4 tatur. nam aliud † eſt delictũ diei, & aliud noctis, l. Gracchus. C. de adult. & ff. de pę. l. aut facta. §. 1. ergo non eſt accuſatus, vñ non dẽt puniri. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorẽ. ff. de mu. & ho. C. q acc. non poſſ. l. 3. & ſnĩa iudicis debet cõgruere petitioni. l. vt fundus. ff. cõi diui. & benigna fit in delictis interp̃tatio. nam † qñ nõ conſtat delictum commiſſum, vel conſtat, ſed ignoratur quale, abſoluendus potius quam condemnandus eſt, vt l. abſentem, & l. ſi p̃ſes. & l. interp̃tatione. ff. de pęn. & l. hoc. n. ff. de ſuſpe. tut. ad l. Aql. l. ſciam.

6 § cũ ilramẽta. Præterea ſeparatione ĩprobata iudex † hẽt ſuper toto ꝓnunciare, non ſup pte. ff. de arbitr. l. dicere §. 1. C. de app. l. eos. ibi, ſi cœperit, & c. ff. famil. ercil. l. in hoc iudicio, & not. in l. Pompo. §. ſed & his. ff. de proc. Item facit temeritas accuſantis, ille accuſauit de delicto commiſſo de nocte aſtrixit ſe ad duo, vnde nil vr̃ ſeciſſe, niſi totum probauerit. C. de fal. l. fi. & l. cum hi. §. ſi prætor ff. de tranſa. ff. de edẽ. l. 1. §. diem. Sibi ergo imputet accuſator, vt l. fideiuſſor. §. neceſſaria. & l. de die. ff. qui ſatiſd. cog. nam tota accuſatio in nocte vr̃ eſſe collata, ſicut alias ſtipulatio in diem, vt ff. ſi quis cau. l. ſi cum. §. homo ſiſti. ff. de verb. obl. l. in hac. Item facit certitudo maxima in delictis. ſi. n. in ciuili, vbi eſſet dubiũ non fit cõdemnatio, vt ff. de rei ven. l. Pompo. §. ſi. fortius in criminalib. non. n. debet in tãto crimine vagari, vt ff. de dolo. l. item exigit. ff. de iniu. l. p̃tor. in prin. & l. libellorũ. ff. de acc. Quid plura? præcauendo ſibi in vno caſu non vr̃ ſibi p̃cauere in alio, vt ff. ſol. ma. l. ſi cum dotem. & de li. & poſth. l. cõmodiſſime. Preterea vbi eſt q̃ de re, & tpe, nõ ſufficit alterum ꝓbare, vt ff. de teſt. l. ob carmen. §. fi. ꝓ hac parte ſunt ll. quæ optime faciũt, vt ff. de adul. l. denũtiaſſe. §. qd tñ. & ff. vi bo. rap. l. p̃tor. §. hoc aũt, ver. docere, & na. cau. ſta. l. dẽt, in prin. & de incẽ. rui. nau. l. 1. §. ſi ſuſpicio. Ex iſtis ergo, & alijs quæ poſſent allegari, dicendum eſt, ipſum notabilr̃ abſoluẽdum.

Econtra, Quod debent puniri, ac ſi non eſſet inſerta noctis adiectio: nã adiectio noctis nõ uitiat p̃cedẽs arg. ff. de uerb. obl. l. 1. §. ſi decẽ. & §. ſi mihi. & l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtip. ſs. & l. q extrinſecus. & ff. de ꝯfeſ. l. ſed & ſi decẽ. de dolo. l. ſancimus. Itẽ ꝓbat verborũ ſeparata ꝓlatio. nam ex fictione iuris ur̃ duo dixiſſe. ſ. cõmiſſum delictũ, & de nocte. duo ſunt p̃cepta arbitri, licet ergo nõ ꝓcedat ꝯdẽnatio, ex eo, φ de nocte, tñ ꝓcedere dẽt de vulnere. ff. de arb. l. Celſus. ff. de leg. 1. l. ſi vnus. §. ſi ſeruus. & de ꝯd. inſti. l. ſi qs ita. & de duor. l. p̃rono, Itẽ hoc ꝓbat delicti idẽ

7 titas. nã idẽ vr̃ eſſe delictum. vr̃. n. adijci † de nocte potius cã aggrauandi delictum, q̃ aliud faciendi. l. 1. in fi. ff. de abigeis. & de ſepul. vio. l. 3. §. aduerſus. nõ dr̃ ergo deſinere q̃ agũnt. ff. de le. 1. l. ſi cum

8 ſm oẽs. Itẽ hoc ꝓbat acceſſorij patna ptãs. nã licet deficiat † acceſſoriũ, nihilominus remanet pricipale, vt ff. de ꝯh. emp. l. ſi emptione. & l. quamuis, de leg. j. & l. ſi ancillas, & de pec. leg. l. 3. & de ma. teſt. l. ſi ita fuerit, in fi. & de ven. in poſſ. mitt. l. vbicun. ꝗ. §. fi. acceſſorium. n. non amouet principale, vt l. præalle. ſed principali amoto remouetur acceſſoriũ, vt C. ſi reus, vel acc. mor. fue. l. fi. & C. ſi pẽ. ap. mors inter. l. 3. Nõ. n. reſpicimus acceſſoriũ, ſed principale, vt ff. de in diẽ addict. l. 3. §. 1. in iudicijs. n. ꝓ actore interpretamur, vt ff. de iud. l. ſi. qs intẽtione, & de verb. obl. l. inter ſtip. §. 1. & ff. q ſat. cog. l. de die, in prin. nã ẽt in delictis in dubio fit condẽnatio. l. itẽ Mela. §. ſed & ſi plures ff. ad l. Aqui. & tãgitur. ff. fur. adue. nau. l. fi. Item actus ſeparati quorũ vnus non vitiat alium, ff. de aqua quo. & æſti. l. 1. §. Trebatius. ff. q̃d fal. nit. aut. l. 1. §. Põpo. de ſtip. ſer. l. ſed & ſi eꝯ. imo quodãmodo cõnunctim vnus vitiat aliũ, vt ff. de teſt. tut. l. q̃ro. Itẽ optime facit. ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi detracta. nã ſicut ibi ſcientia, uel ignorantia non eſt de ſubſtantia delicti, ſic nec hic nox. Item, quod nox non ſit de ſubſtantia, patet, quia nox nõ eſt apponẽda ĩ libello, ſicut nec dies, ut ff. de acc. l. libellorum.

Præte-

Digitized by Google

Preterea in dubio magis eſt dicendũ, vt res potius valeat quam pereat, vt ff. de rebus dub. l. quoties. Ita ſufficiant in prima q̃one. Aliã ad præſens ſoluere non intendo & propterea allegare non curo.

9 **Solutio.** Chriſti nomine inuocato. † Salua ſemper meliori ſnĩa dico q̃ non debeat in aliquo cõdemnari, et hoc per ll. allegatas. Primo non obſt. ll. alleg. ſecundo. ſ. l. 1. §. ſi mihi, de verb. obl. & §. ſi decem. & aliæ ſimiles alle. quæ loquuntur quando extrinſecus adijcitur, ſeu non attinens pręcedentib. ſecus vbi adijciatur neceſſarium, vel cohærens. ar. ff. de admi. tut. l. cum quæritur, de dam. inf. l. prætor. in fi. & de proc. l. in cauſæ, pro iſta reſponſione optime facit, de verb. obl. l. 1. §. ſi quis ſim. di. Preterea in ll. iſtis eſt incert. tudo reſpectu ſtipulantis, hic vero reſpectu accuſantis, quia non de nocte. Ad aliam. ſ. ad l. Celſus. de auu. reſp̃ õde, vt ibi no. arg. ff. de condi. & demonſt. l. ſcriptur. 2. Ad 2. non videtur idem delictum, quia delictum, conſiderantur reſpectu pœnæ, vt l. quod ad ſtatum. ff. de pœn. & de pub. iud. l. 2. Ad illud acceſſorii parua poteſtas, q̃ vbi acceſſorium eſt ſeparatum a principali habent locum primo allegata. Ad illud in iudicijs pro actore, &c. Locum habet in his quæ pertinent ad deciſionem, vt primo allegaui. Ad aliud, actus ſeparati, &c. Satis eſt reſponſum, quia non dicuntur ſeparati, imo coniuncti. arg. de verb. obl. l. 1. §. cum adiicit. Ad aliud vt potius res valeat, &c. Dico q̃ ſi ignoratur qualitas in quæſtione propoſita non valet, quod agitur vt in allegatio. l. ſecus vbi certum delictum, vel delicti qualitas. l. item Mela. §. ſed & ſi plures, ad leg. Aqu. licet ignoretur de perſona. Ad §. ſi detracta dico q̃ ſcientia, vel ignorantia non facit aliud delictum conſiderata ſerui perſona. Item nec domini, quia ſemper eſt in oblĩone dãnum, licet quandoq; ex ignorantia dñi in ſol. ſit damnum noxæ i: obligatione, vt ff. de reg. iu. l. miles. §. decem. Sed in q. nr̃a aliud poteſt dici conſiderata perſona delinquẽtis, delicti, diei, & noctis, & eſt aliud, vt in prima alle. ſatis euidenter oſtenſum. & vide hãc materiam in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adu. & in compendioſa, de quæſtionib. circa materiam probationum, in 3. q.

## QVAESTIO XVIII.

1 *Hæreditas pupilli decedentis poſt annum a morte patris, & cui erat extraneus pupillariter ſubſtitutus, & tutor nõ petitus, cui deferatur. n. 6.*

2 *Tutor ob tutelam non adminiſtratam non repellitur ab hæreditate ſibi ex ſubſtitutione delata.*

3 *Facere quis non tenetur, quod factum non releuat.*

4 *Matri imputatur ſi non petiit tutorem filio pupillo quando ipſa habet ius ſuccedendi, & in illo eſt prima. Item*

*Si filius decedit inteſtatus.*

*Pupillus qui habet ſubſtitutum pupillariter dicitur teſtatus decedere.*

5 *Si pluribus incumbit onus petendi tutorem pupillo, & vterque negligit, vnus non excuſatur propter alium*

7 *Subſtitutus pupillo ob non petitum tutorem. quòd non priuetur a ſubſtitutione fideicommiſſaria.*

*A pupillari excluditur ſi non petiit intra annum, niſi excuſetur ex aliqua iuſta cauſa.*

8 *Iudex an debeat dare pupillo tutorem petitum per matrem & nu. 3.*

9 *Mater ſi non petijt tutorem pupillo habenti ſubſtitutum an excuſetur, ac priuetur hæreditate filij.*

10 *L. ſciãt. C. de leg. heredib. q̃ corrigat iura antiqua, et quando intelligatur.*

*Matri an incũbat neceſſitas petẽdi tutorẽ filijs cõfeſtim, vel habeat annũ.*

11 *Mater propter ſubſtitutionem pupillarem excluditur a ſucceſſione filij, & etiam a legitima.*

12 *Si ſubſtitutus & mater concurrunt in petendo tutorem pupillo, iudex dat nominatum a ſubſtituto potius quam a matre.*

13 *Matre excluſa a ſucceſſione filii propter non petitum tutorem, alij non intelliguntur excluſi.*

1 **Pupillus** Cui erat † extraneus pupillariter ſubſtitutus, deceſſit poſt annum a morte patris, nullo ei exiſtẽte petito tutore a ſubſtituto, vel a matre. Quæritur, an ipſius hæreditas deferatur ſubſtituto, vel matri, vel neutri. Et primo videamus de pſona ſubſtituti, & q̃ ipſe non admittatur, videtur caſus ĩ l. ſciant. C. de leg. hære. & pro iſta parte non eſt aliquid aliud contra eum allegandum. Econtra, q̃ iſte ſubſtitutus admittatur. Primo, quia videtur caſus ff. de excu. tuto. l. amiciſſimos, in princ. vbi 2 † pp tutelam non adminiſtratam non repellitur ab hæreditate ſibi delata ex ſubſtitutione. facit eo. tit. l. tutor petitus. §. 1. caſus etiã vr̃ in l. credendum. §. ſi vero maritus ĩ, eo. vbi pp non petitum tutorem non pduntur ea quæ debentur alicui iudicio defuncti. Secundo ſic, ille, cui incumbit onus petendi tutorem, tunc tenetur qñ nullus eſt, cui legitima tutela deferatur, vt ff. qui pe. tuto. l. 2. & no. in l. mr̃. C. ad Tert. Sed hæc mr̃ eſt, quę oẽm legitimum pręcedit, vt in auth. matri & auiæ. C. qñ mu. tu. off. fun. poteſt. & in cor. ergo ſubſtitutus excuſatur, ſi tutorem non petierit. Tertio ſic arguitur, qñ ſunt duæ cauſæ, quarũ vna eſt naturalis, & alia accidentalis, nãlis pfert, vt ff. de tut. l. q hẽt, in prin. Sed hic eſt mr̃ cui incũbit onus petẽdi tutorẽ, ex cã nãli, q̃a mr̃na pietas facit eã teneri ad hoc. C. q pe. tu. l. mr̃is pietas, & l. ſeq. Itẽ eſt ſubſtitutus, cui incũbebat on' petẽdi tutorẽ p acciñs, q̃a ſubſtitutus, vt d. l. ſciãt, ergo mri anteponi nõ potuit, ergo ſubſtituto negligẽtia non iputat, donec pcedat mr̃. arg. l. ſi. C. q admit. ad bo. po. pñt, de ſuccei. edi. l. j. ĩ prin.

3 cũ ſi. Quarto ſic, pbat. nõ † tenetr q̃s facere, qđ factũ nõ releuat. vt ſ. ſi q̃s i ius voc. nõ ier. l. 2. in fi. de arb. l. arbiter. q calendis, & l. hac ſtip. ſo. §. diuus, vt leg. no. caueat. Sed ſi ſubſtitutus petiiſſet tutorẽ, nõ releuaret aliqd, q̃a mr̃ in petendo pfertur. adeo q̃ iudex debet dare illum, quẽ ipſa petit, vt in Auth. de nup. §. ſi quis aũt tutelam. gl. tenet in l. ſi quis ſub con. li. ĩ. de teſt. tute. Sedo videamus de matre, q̃ mater repellat a ſucceſſione ſi non petijt tutorem, ſunt caſus multarum legum. ĩ. ad Ter. l. 2. §. ſi mater, qui pe. tut. l. a. C. ad Ter. l. matres. qui petant tu. vel cur. l. ſi. & Inſti. ad Ter. §. pen.

**Econtra.** Quòd mater admittatur ad hæreditatem, probatur. Primo ſic. tutor teſtamentarius pfert matri, vt C. qñ mu. tu. of. fun. poteſt. auth. matri, & auiæ. & in cor. vñ ſumitur. ergo & eodem modo ſubſtitutus cui incumbit onus petendi tutorem, in petẽdo pfertur matri, cum a teſtatore ſit ſubſtitutus. non eſt ergo quid imputetur matri, ſi non petit, cum ad pe4 titionem non fuit admiſſa. † Sedo ſic, matri imputatur ſi non petijt tutorem filijs, qñ ipſa habet ius ſuccedendi, & in illo iure eſt prima, vt ff. ad Ter. l. 2. §. mater. cũ ſi. & ideo dicit l. quod eis quorum cã in ſucceſſione non eſt prima, & potior, non imputatur, ſi tutorẽ non petierint, vt l. 2. §. fi. ĩ. ad Ter. & C. qui pet. tut. l. ſi vero. C. de legi. hær. l. ſciant. ſed in propoſito in ſuccedendo cauſa ſubſtituti pupillo eſt prima, & potior. ergo matri non imputatur, ſi tutorem non petit. Tertio ſic, tunc matri imputatur ſi tutorem non petijt filijs, qñ filius decedit inteſtatus, vt ĩ. ad Trebel. l. 2. §. ſi mater. ibi, in teſtõ filiorũ. ſed qñ filius habet ſubſtitutum pupillariter, non poteſt dici inteſtatus, ergo &c. Vr̃ ergo in dictis ll. caſus p mr̃e, cum nullo alio mõ poſſit pupillus eſſe teſtatus, niſi qñ hẽt ſubſtitutũ, & ſic in caſu legis non grauat mr̃ in petendo tutorem. Quarto ſic, qñ filius deceſſit pubes, matri non imputatur ſi tutorẽ non petiit. rõ. quia tunc iſte filius potuit ſibi prouidere teſtando, & petendo curatorẽ. C. ad Tertul. l. ma. qui pe. tu. l. matres. in fi. Sed iſta eadem rõ eſt in caſu pppoſito, quia puidit pater filio, p eo teſtando, & dando ſibi pſonam q̃ poterat tutorẽ petere. ergo nõ eſt, qđ matri imputet, &c. Quod neutri debeãt, pbatur. Primo, 5 † qñ plurib. incumbit onus petendi tutorẽ pupillo, ſi uterq; negligit, vnus non excuſatur pp alium, ſed ambo puniuntur, vt patet in matre. & liberto, vt ff. qui pet. tut. l. 2. & C. q pe. tu. l. 2. ita in propoſito ſubſtitutus pp mr̃em non excuſatur, & ſic tanquã negligens nõ pot ſuccedere p l. ſciant. C. de leg. hæ. Itẽ mater pp ſubſtitutũ ñ excuſatur, & ſic ipſa ab hrẽditate excluditur p dicta iura, ergo & alij venientes ab inteſt. ſuccedent. Sedo ſic. Gnalr̃, qñ plures tenentur ad aliquid dandum, vel faciendum, vnus p aliũ nõ excuſatur. imo nihil, phibet oẽs in mora conſtitui, & oẽs incidere in pœnam, vt de ver. ob. l. 2. §. 1. & §. fi. l. ea. §. Caio. C. de duo. re. l. fi. ita in ppoſito mr̃ pp ſubſtitutũ, nec ſubſtitutus pp matrem excuſatur. ſed vterque incidit in penã legis, & ſic ſucceſſione priuatr̃. & alij ſuccedũt. Tertio ſic, qñ plurib. incumbit onus aliqd faciẽdi, licet ſit talis con iõ, qđ vnus alteri pferatur, donec vnus occupatet, interĩ ambo dñr in mora, vt ĩ. de adul. l. ſi maritus pueniat in princ. vbi vr̃ caſus q̃õnis nr̃ę. licet ergo in petẽdo tutorẽ mr̃ pferat ſubſtituto, vel ſubſtitutus mr̃i, tñ quilibet eſt in mora, donec ad indicũ prouocet. & ſic uterque excludr̃, & alij ſuccedũt. Quarto ſic, matri incũbit onus petendi tutorẽ filijs iure quaſi nãli pp pietatẽ mr̃nã, vt C. q pe. tut. l. maritus, & e. ti. l. ſi. & ibi not. Sed hæc pietas mr̃na non tollitur, licet filius hẽat ſubſtitutũ. durat ergo rõ legis, & ſic iſti ſubſtituto incũbit on' petẽdi tutorẽ pp ſpẽ ſucceſſionis, quia ſpes durat ẽt ſi ſit mater. apparet ergo, cũ ratio legis duret in vtroque, quod vterque excluditur, & alij ſuccedunt.

6 **Solutio.** In q̃õne pdicta. † Primo aduertendum eſt de pſona ſubſtituti, circa quã dico, q̃ ſi ex aliũ quis vellet eũ repellere, q̃a cũ tutor eſſet teſtamẽtarius, vel legitimus ſe excuſat & ñ põt, vt ff. de exc. tut. l. amiciſſimos. in prin. & l. tutor peti7 tus. §. 1. e. ti. & iſte caſus non ptinet ad q̃õ. nr̃am. Si q̃s † vero vult ſubſtitutũ a ſubſtõne repellere, q̃a pupillo nõ ſũt tutorẽ non petijt tutorẽ. tunc aut p hoc quis vult ſubſtitutũ repellere a ſubſtõ. non fideicõmiſſaria, & nõ põt, q̃a illud pſequitur ex bonis teſtatoris, non pupilli, vt ff. q pe. tu. l. creden. §. ſi vero maritus, & intelligũt doc. in l. ſciant. C. de leg. hær. aut q̃s vult ſubſtitutum excludere ex ſubſtõne directa pupillari, & tunc excluditur, ſi ĩ. annũ ceſſauerit, vt d. l. ſciãt, & no. ff. q pe. tut. l. 3. qđ intelligo niſi excuſetur aliqua iuſta cã, vt q̃a ſubſtitutus eſt minor, vel alia cã, vt diximus in matre, vt ff. ad Ter. l. 2. §. ſi mater. & §. ſeq. & qđ no. C. ad Ter. l. mr̃es, intelligo iuſtã cãm eſſe, ſi ſubſtitutus ignoret ſe ſubſtitutũ. C. q pe. tu. l. 2. §. ſi mr̃. ver. ſed ſi forte abſñs. q̃a pp abſẽtiã mr̃ excuſatur, eodẽ mõ pp ignorãtiã, facit l. j. C. de iur. & fac. ign. & q̃s or. in bo. poſſ. ſer. l. a. in prin. nec excuſat ſubſtitutus rõ, quia pupillus matrẽ hẽt, vt oñdã rñdendo rõnib. factis pro hac parte, ſ. ad excuſandũ ſubſtitutũ. non. n. ob. l. amiciſſimos, nec l. tutor petitus. ff. de exc. tu. nec l. credẽdũ, vt ſ. patet. Nõ ob. ſcda rõ, quæ dicit, ſubſtitutũ excuſari, q̃a mr̃ eſt, cui legitima tutela defert, q̃ illa nõ eſt, nec cogit. ſed et pmitt: ſi vult, vt p eã nõ excuſetur ſubſtitut', qn petere dẽat. Ita determinat Dy. in l. 2. ff. q pe. tut. qđ verum eſt. nõ. n. ſpes eius q põt eſſe, excuſat aliquẽ a petẽdo tutorẽ in interim, ſed ſufficit, q̃ nõ habebat defenſores, ut d. l. 2. q pe. tu. in prin. Nõ ob.



Digitized by Google

tertia rō.ſ.ꝙ cū naturalis p̄fert accidentali,quia illud verū eſt,quā
do effectus illarū cauſarū ſe nō cōpatiunt̄ adinuicem : ſed q̄n ſe ꝯ-
patiunt̄ vna concurrit cū alia,qđ patet per oīa iura in quibus con-
currit ubſu ciuilis, & naturalis. In propoſito nil impedit, qn ma-
ter teneat̄ petere,& ēt ſubſtitutus,ſicut tenet̄ mr̄,& libertus, vt d.
8 l.2.qui pe.tut. Non obſt.† quarta rō,ſ.ꝙ ſi ſubſtitutus peteret,non
releuaret eum, cū iudex dare dēat petitū a matre, quia illud nō ē
verū,vt dixi,licet ſit opi.multorū.vt l.ſi quis ſub cond.ff.de reſt.tu
to.Sed poſito,ꝙ illud eſſet verū,tn̄ pp hoc ſubſtitutus non excuſa
re tut,quia interim.i.donec mr̄ taceat,ſubſtitutus dr̄ eſſe in mora,
& ei currit tp̄s,licet mr̄ veniens p̄ferat̄,vt l.ſi maritus,in prin.ff.de
9 adult.qui caſus eſt no. ad hoc. Scđo videndum † eſt, excluſo ſub-
ſtituto.an mr̄ admittat̄,an vero & ipſa excludatur,qa tutores non
petijt,& loquor de mr̄e maiore a 5.ann.quæ nullam habet excuſa
tionem, de his,quæ ponunt̄ in l.2.§.ſi mater. ff.ad Tert.& qđ not.
C.ad Ter.l.mr̄es. Solū ergo hoc reſtat inueſtigandū,an iuſta cau-
ſa ſit excuſandi matrem,qa pupillus hēt ſubſtitutum. Ad hoc vi-
dendū p̄mitto, ꝙ de iure ff.neceſſitas petendi tutorē incūbit ſolū
libertis, & mr̄i, & nullus alius pp nō petitū tutorē priuabitur hæ-
reditate,niſi mr̄,& auia,vt expreſſe dixit tex.in l.2.qui pe.tut. & ff.
10 ad Tert.l.2.§.ſi mater.ver.ſi filius.p iura vero † C.fuit introductū,
ꝙ neceſſitas imponeretur venientibus ab inteſtat.& ſubſtituti, &
alij priuentur hr̄editate,vt C.de leg.hær.l.ſciant. licet glo. in d.l.2.q
pe.tu. vr̄ velle intelligere illum tex.vt non ꝯdicat illi l.ſciant. veri-
tas eſt,ꝙ olim a libertis,& mr̄e,& auia non cogebantur petere, vt
ibi expreſſe dicit tex.nec rō quæ hēt locum in matre, habebat lo-
cum in aliis ſuccedentibus ab inteſt.nam rō eſt, mr̄na pietas , vt l.
mr̄es.& l.fi.C.qui pe.tu.quę rō hēt locum in matre,& auia,& nō
in alijs.& per hoc concludo,ꝙ d.l.ſciant, corrigat iura antiqua in
hoc,& ſic eſt ius cōe. ergo dēt ſtricte intelligi, vt non extendat̄ vl-
tra id,qđ in d.l.exp̄ſſum eſt,ita dicit tex.C.de app.l.p̄cipimus,in fi.
& quod no.in l.ꝙ vero, & in l.in his,de leg.1. Sciendum eſt ēt , ꝙ
mr̄i incūbit neceſſitas petēdi tutores filio cōfeſtim, i.cū primum
poterit,ita ꝙ annus non tranſeat,vt ff.ad Ter.l.2.§.confeſtim. Sed
alijs ſuccedentibus ab inteſtato , & ēt ſubſtituto dat̄ annus, vt d.l.
ſciāt.licet quidā Doct.Mod.dicant,ꝙ d.l.ſciant, debeat ītelligi, ꝙ
loquat̄ de anno, ſ'm formā illius.l.j.§.cōfeſtim. ſ.ꝙ ſtatim tenea-
tur cū pōt. licet annus non poſſit tranſire. pro quib.facit text.all.l.
ſciant.cū dicit ſ'm l.non petierūt intra annū, &c. Ex eo. n.qđ dicit
ſ'm l.vr̄ ſentire,& referre ad dictū.§.cōfeſtim. ſed hoc non eſt ve-
rū.nam illud qđ dicit,ſ'm legem,refert̄ ad verbū,petierint. Eſt er-
go ſenſus talis,ſi ſ'm legem,hoc eſt ſ'm modū legitimū & p̄miſſū
eis in petendo tutorē,& ſic refertur ad d.l.2.qui pe.tut. im mutat
ergo d.l.2.hodie qui.pet.tu in hoc, qa olim poterant, ſi volebant
ex permiſſione legis, ſed hodie imponitur neceſſitas . Et ſi nō fe-
cerint,ſ'm ꝙ eis a l.permittitur,perdunt hęreditatē.Item ſtatuitur
eis tp̄s,vt hoc faciant intra annū,nec eſt mirū, ſi mater plus aſtrin
git,quā venientes ab inteſt. qa in ea eſt duplex ratio.ſ.mr̄na pietas ,
itē ſpes ſuccedendi. in venientib.ab inteſt. & in ſubſtituto eſt ſola
ſpes ſuccedendi,& iſta interpretatio tanquā verior tenenda eſt,vt
l.benignius.ff.de leg.maxime cū l.ſciant, ſit ꝯ ius cōe, & pœnalis.
His p̄miſſis dico matrem non teneri ſi non petit filio intra totū
illud tēpus, intra qđ ſubſtitutus pōt petere, quod ſic probo.certū
11 eſt,† ꝙ mr̄ pp ſubſtōnem pupillarem excluditur a ſucceſſione fi-
lij tot.ſ. ēt a legitima,vt C.de impu.& ali.ſubſt.l.precib. & l. Pap.
ff.de inoff. teſt.§. ſed nec impuberis, & extra, de teſt. c.ſi pr̄,lib.6.
ſed ei qui excluditur per teſtm̄ a ſibi debita portione , eſt licitum
omittendo facere qcqd pōt,vt ille inteſtat' decedat, nec vr̄ do-
lo, vel culpa, ſed iuſte dr̄ tacere, & ab oī pœna excuſatur.& illud
eſt multū approbatū per iuriſc. vt ff.de leg.2. l.cū pr̄. §.ſi.ſi qs om.
cā teſtamenti.l.excuſatus.& l.qui aūt.§.non ſimpl'r,& ibi not. §.ſi
p̄fonus, & de inof.teſt.l. Papin.§.quarta. Et ēt pp factum patris p̄t
omitti hr̄ditas ex teſtō impuberis,ſi impubes inteſtatus decedat,
vt ff.de acq.hæ.l. Iul.alias incipit l.ſi pupillus. licitū eſt ergo matri
intra illud tp̄s,quod d.tur ſubſtituto ad petendū tutorem tacere,
vt ſic ſubſtitutus excludatur a ſucceſſione, & pupillus inteſtatus
decedat. Si.n.diceres matrē intra illud tp̄s petere tutorē, iam præ-
ueniret ſubſtitutū. & ſic pp tutorem non petitū nō excluderetur
ſubſtitutus a ſucceſſione,vt ff.ad Ter.l.2.§.mater.verſi.ſi forte ab-
ſens.qđ eēt abſurdum,& ꝯ rōnē p̄cedentē:nō.n.tenetur ſubſtōnē
ꝯſeruare,ſed magis infringere. Ad hoc ēt faciunt oēs rōnes factæ
pro mr̄e.Sed ſi eſſet inſtituta ī tabulis pupillarib. in legitima ſua ,
tunc ceſſaret rō ſ.dicta, vt dic.l.excuſatus.& d.l.qui aū .§.ſi patro
nus,ff.ſi qs omiſ.cā teſt. Item ponamus ſubſtitutū eſſe talis cōdō-
nis,ꝙ īpoſſibile ſit eū excludi pp ceſſationē p̄dictā , vt ſi ſubſtitu-
tus eſt minor,nec eſt poſſibile effici eum maiorem intra pupilla-
rem ætatē eius cui facta eſt ſubſtitutio. tūc.n.in matre ceſſat ratio
p̄dicta, ſi ceſſauit petere tutorē priuat̄ hr̄ditate pupilli , ſi quia mō
ad eā deuoluitur,ſubſt.tuto mortuo, vel repudiante, per dictā l. 2.
§.ſi mr̄.ff. qui pe.tu.l.2. & C.q pe.tu.l.matres. cū ſi. nec excuſatur
mater pp ſubſtitutū, hoc.n.nulla l.cauetur.licet.n.ſit ſubſtitutus ,
adhuc in ſubeſt materna pietas, q̄ facit eam teneri , vt dictum eſt
ſ.in all.factus ſ.pro 3.parte. Non ob.prima rō,quæ dicit, ſubſtitutū
in petitione debere p̄ferri.iō mater dēt excuſari,qa poſito,ꝙ eſſet
verū,ꝙ ſubſtitutus p̄ferri dēt.tn̄ interim cū ambo negligunt, vtri-
que imputatur negligentia , vt l.ſi maritus p̄uenerit. in princ.ff.de
12 adul. Sed an ſubſtitutus p̄ferat̄, p̄t eſſe dubiū,pone matrē, & ſub-
ſtitutū cōcurrere in petitione tutoris, & petunt diuerſos tutores,
qd faciet iudex? R̄n.non tenet̄ ſequi conſilium matris,nec ſubſti-
tuti,vt in l.fi.ff.q pe.tu.& ibi no.dicā plene.& in l.ſi qs ſub ꝯdōne ,
de teſt.tut. ſimiliter nō puto eū errare, ſi p̄feratur ſubſtitutus. Nā
in his quæ ptinent ad tutelā, p̄fertur is, qui ſperat ſuccedere,licet
in educatione præferatur mater. C.vbi pup.ed.deb.l.fi.& ibi not.
p gl. Non obſt.rō ſcđa , qa illa rō non procedit in matre, nec ēt ſi
ſperat ſuccedere,nam materna pietas facit eā teneri ad petēdum
tutores. ut dictum eſt. Non ob.tertia rō,quia dictæ ll.non impo-
nunt neceſſitatē matrib.petendi tutorem ſimpl'r . Sed ſi nō petūt
eum priuantur ſucceſſione filiorum inteſtatorū. Vnde ſufficit ad
priuādā eā pro tpe, quo mater vult ſuccedere , ꝙ filius reperiatur
inteſtatus,& ſic fatęor,ꝙ de iure antiquo ſi mater ē ſubſtituta,nō
priuaretur illa ſucceſſione,qa filius non eſt inteſtatus. ſed de hoc
priuat̄ p l.ſciant. Non ob.quarta rō, qa licet teſtator prouiderit fi-
lio de hæreditate,nō tn̄ prouidet ei de tutore.nec de eo qui petie
rit tutorē directe, licet ipſa ſubſtō neceſſitatē imponat petendi tu
13 torem. Tertio videndū † eſt, an aliquo caſu excludat̄ ſubſtitutus
& mater , & veniant alij. & conſtat qđ poſſibile eſt ſubſtitutū ex-
cludi, qa tutorem nō petijt matre mortua, vel repudiante . Item
econtra matrem excludi pp tutorē non petitū ſubſtituto repudiā
te vel mortuo, & nunc ſine dubio veniāt alij. dubium vero eſt an
ſubſtitutus, & mater poſſint excludi pp non petitum tutorē , quæ
dubietas deſcēdit ex eo, ꝙ lex videtur velle, ꝙ primo excluſo pp
non petitum tutorem, non excludat̄ ſequens, ut l.2. ff.ad Ter.C.
qui pe. tu.l.nepotibus, & l.ſciant. C.de legi.hær. ſiue ergo mater
excludat̄ primo,puto,quod nō excludat̄ ſubſtitutus,ſiue eꝫ exclu
datur ſubſtitutus,non dēt poſtea excludi mater. Sed ad hoc dicē-
dum eſt,ꝙ de iure anti.aliis a matre, & auia n̄ imponebat̄ neceſſi
tas petendi tutorem, vt dictum eſt,ideo matre excluſa ſequentes
agnati non poterant excludi per negligentiam, ita loquitur. l.2.in
fi.ff ad Ter.& glo.ſup. alleg. Sed ſi eſſet mater, & auia,cum vtri-
que imponat̄ neceſſitas petendi tutorem , puto ambas poſſe ex-
cludi pp negligentiā, p rōnes ſ.dictas,pro hac 2.parte.l.enim im-
ponit neceſſitatē auiæ, nec diſtinguit vtrum pupillus habeat ma-
trē,vel nō.Credo tn̄ ꝙ prius ad matrem debeat ſpectare,nec auia
debet celeri feſtinatione matrē præuenire , vt ff. de iu. fiſ.l.edicto.
& l.cum aūt. C.de his qui ut indig.l.ſororem. & quod ibi not.C.
qui.admi.ad bo.poſſ.l.fi.nec ob. ff.de adul.l.ſi maritus p̄uenerit, &
quod dictum eſt ſ. R̄ndeo ad illam l.nam mr̄ & auia uocat̄ ex ea-
dē cā pp mr̄nam pietatem, q̄ cauſa reſpicit matrē p prius, auiam
per poſterius:& iſto ordine incumbit vtrique onus petendi tuto-
rem, ſed mr̄ & ſubſtitutus uocant̄ ex duab.cauſis ſeparatis, quarū
quęlibet habet ſe ad q̄libet p prius,& eis ſimul incūbit on' peten
di tutorē. ſ.matri rōne mr̄næ pietatis , & ſubſtituto rōne ſperatæ
ſucceſſionis.ſimile in d.l.ſi maritus.prouocat.n.pr̄ ad ſucceſſionē
rōne p̄ſ'nitatis , maritus rōne maritalis affectionis. licet. n.hæc rō
ſit magis inteſa,vt l.3.in fi.ff.de adul. non tn̄ eſt per prius & poſte-
rius.ideo concurrunt & ſimul currit tp̄s, & prædicta de iure anti-
quo, de iure vero C.ſ.per l.ſciant,dico, ꝙ illa imponitur ſolum il-
lis,& quorum prima ſpes eſt ſucceſſionis, p̄re mortuo,ut expreſ-
ſe ex tex.illius l.colligit. Si ergo primus excluditur pp non petitū
tutorē,alius,ad quē incipit pertinere ſpes ſucceſſionis non priua-
tur ea, ſi tutorem non petijt, quia illa l.hoc non dicit , nec debet
extēdi,cum ſit ꝯ ius cōe,vt ſup.in primo puncto dictum eſt,& ſic
gl.in d.l.ſciant.bene loquitur. Nunc ad propoſitum dico, ꝙ poſſi-
bile eſt matrē & ſubſtitutū ſimul excludi pp non petitum tuto-
rē,vt ſi eſt ſubſtitutus,& matri in tabulis pupillarib.ē relicta legiti
ma,vt ſ.dictum eſt in ſecundo puncto. Itē ſi ſubſtitutus eſt exclu-
ſus primo pp non petitū tutorem,tunc incipit currere tp̄s matri :
ceſſat.n.cauſa pp quam excuſabatur: matri.n.oī tpe, quo filius e-
get tutore imponitur hæc neceſſitas,ſiue tpe mortis, ſiue poſtea,
iō leges vulgares ad hoc allegatæ dīt matrē ēt puniri,ſi prioribus
reiectis,alios non petierit. Sed ſi poneres primo matrē iō exclu di
pp non petitum tutorē,quia primo ei incumbebat onus,tunc eſt
īpoſſibile ſubſtitutū excludi. Exēplū,pupillo eſt ſubſtituta mr̄ pri-
mo loco, extraneus ſcđo, tūc ſi mr̄ excludet̄ pp non petitum tu-
torem, non excludetur ſubſtitutus, qa mortua p̄re pupilli prima
ſpes ſucceſſionis nō erat talis ſubſti.& ſic ad eū n̄ porrigit̄ l.ſciant.

## QVAESTIO XIX.

1 *Edictū de appellatione eſt prohibitoriū , & prohibitorii natura talis eſt.*
2 *Appellari non poteſt a ſuo principis , ſed a ſententia ipſius delegati ſic.*
3 *Appellatio eſt inducta propter iniquitatem ſententiæ , vt iudicetur per viam a iure traditam.*
4 *Iudex poteſt eſſe æquus, & non æquus, & ſic eſt vnum medium inter iniquum & æquum.*
5 *Arbitrator non pronunciat vt bonus vir.*
6 *Appellari a ſententia lata per iudicem tanquam bonum virum non poſſet, quia non eſt ſententia.*
7 *Reductio ad arbitriū boni viri nō ē appellatio, ſed hēt cū ea ſimilitudinē.*
8 *Arbitraria ad iudiciorū, arbitramēta ad tranſactionū iſtar, ſūt reductæ.*

Appel-

Digitized by Google

# Quęſtio XXI.

9 *Appellari an poſſit a ſententia lata ſuper ſupplicatione porrecta contra ſententiam, a qua non erat licitum appellare.*

**Petitum** Fuit a iudice arbitriũ arbitratoris reduci ad arbitrium boni viri, lata fuit ſñia per iudicem ſup
reductione ipſa, nunc quæritur, an a ſñia lata per iudicem tanquã
bonũ virũ poſſit appellari. In qõne noſtra teneo hũc ordinẽ, quia
primo faciã argumenta, ꝙ poſſit appellari, & ſic ad partẽ affirmatiuã, & faciã argumẽta, ꝙ non poſſit appellari, & ſic pro parte ne-
1 gatiua. † Venio ad primũ, ꝙ poſſit appellari, probo, & primo ſic.
Edictũ de applõne eſt ꝓhibitoriũ. & prohibitorij natura talis eſt,
ꝙ id qđ non eſt l. aliqua prohibitũ, eſt permiſſum, ſed edictum de
applõne eſt hmõi, ergo &c. ſed cum nõ reperiatur l. aliqua i hoc
caſu eſſe ꝓhibitum appellari a cã, vr̃ eſſe conceſſum. prima patet
ff. de teſti. l. 1. ff. de proc. l. mutus. §. cum quæritur, & ibi de hoc. ff.
ex quib. cau. maior. l. nec non. §. qđ eis. ff. de ꝓb. l. ab ea parte, cũ ſi.
Secundo ſic. Certi ſunt caſus, & cauſæ, in qb. appellare non licet,
inter quos non connumeratur caſus noſter. C. quorum app. non
reci. & ff. qñ app. ſit, & ff de app. reci. vel non. & ſic arg. a ſufficienti partiũ enumeratione, qđ eſt validũ in iure nr̃o, vt ff de his, qui
ſunt ſui, vel alie. iur. l. patre furioſo. ff. de act. & obl. l. obſonĩ fere. §.
placet, cum ſim. vnde concludit, ꝙ appellari poſſit. Tertio ſic. ſpeciale & ſingulare a ſententijs quorũdam iudicũ prohibitũ eſt appellare, & a cæteris alijs ſententijs cæterorũ iudicũ licitum eſt appellare, & ſic hoc prohibitoriũ eſt ius ſingulare, cuius ↄ̃riũ eſt ius
cõe: ſed in caſu noſtro non apparet de iure appellare prohibitum,
remanet ergo, ꝙ appellari poſſit. Facit ff. de leg. l. ius ſingulare. ad
mun. & l. 1. cum ſi. in auth. de app. & intra quæ tem. in ſi. prin. & ibi
no. per glo. in verſi. ſine magni. Quarto ſic, non eſt alicui iuris auxilium denegandum, ſed applõ eſt remedium iuris, quo iniqua
ſñia ſubleuatur, igitur, &c. Nam ſi diceremus, ꝙ in caſu noſtro appellari non poſſit, iam appellare volẽti denegaret iuris auxilium.
qđ fieri non debet. igitur appellari põt. Probatur hoc non. n. expedit Reipub. ſingulis legum adminicula denegari, nec per legem
iniquitas ſuſtinenda, nec dẽt via iniquitatib aperiri. l. 1. C. de his, q
veni æta. impe. & de in. deliber. l. a. & l. meminerint. C. vñ vi, cũ ſi.
ſed ita eſt, ꝙ remota applõne ſequeretur iniquitas, igitur &c. Quinto
ab arg. identitatis rõnis. Nã iudices aliqua participant in rõne, &
in iure. ſed ſñia iudicis & arbitri participant de rõne remediandi
partem ↄ̃riam, igitur participãt et in iure: ergo qua rõne remediũ
adhiberet ↄ̃ arbitriũ, ſ. p petitionẽ reductionis ad arbitriũ boni viri, ita & ↄ̃ ſñiam iudicis cognoſcentis, & pronunciantis ſuper reductione ipſa admitterẽ applõ. Probat hoc ff. ad ſenatuſc. Silla. l. 1.
§. qõnẽ. & de dolo. l. ſi. & ad l. Aqui. l. illud, cũ ſi. ff. de verb. obli. l. a
Titio. cum ſi. Probat hoc, qa in vtroq; ꝓdictorũ iniquitas eſt cã, vt
patet ex coniunctione legis, vnde ſi Neruæ. ſm ſui rõnem. ff. p ſo.
& l. 1. de app. & de min. l. præfecti, cũ ſi. Sexto ſic. In iudicando arbitrator inſtar obtinet applõnis: modo ſic, certum eſt ꝙ arbitramentum eſt quædã tranſactio a partibus facta arbitratore mediãte. Sed ſi præter naturã & ſimplicem trãſactionẽ proceſſum fuiſſet in cã, & lata ſñia ſuper eo, ſuper quo proceſſum appellari poſſet ab ea, ergo & a ſñia lata ſuper eo, ſuper quo arbitrium præſtat.
patet ff. de arbi. l. idem Põponius ſcribit, ſi de meis. §. recepiſſe. &
in Auth. vt diff. iud. in prin. in verſ. ſi vero contigerit. iuncta glo. in
verbo, coniunctũ. & l. eleganter. §. ſi qs poſt. ff. de ↄdi. inde. tñ ſi in
cauſa procedat, & ſententiet, valida eſt, vt ibidem patet, qa appellari potuit, ſi non pro leui, &c. vt li. pen. l. ſi. & qa prohibitorium ẽ
hoc edictũ, vt ſ. probatũ eſt, igit. ſic & in propoſito poterit appellari. Septimo ſic, Ex ſñia ſequente ius appellandi firmatur hoc, ſicut qñ actũ ſine actus inductus ad vnũ finẽ, &c. nam applõ ꝓprie
ſequitur ex ſñia ſubſequente, nihilominus eſt licitum appellare.
ita in propoſito, ergo poterit appellari. patet Inſtit. de excuſ. tut. §.
qui aũt vult. ff. qñ appel ſit. l. 1. §. ſi quis tutor. cum ſi. Nam a motione tutoris, q ſe excuſat, ſi poſtea ↄ̃ eũ lata eſt ſñia, appellari põt.
declaratur hoc ex eo, quia ſic actus retractatus ponitur ↄ̃ arbitrũ
& poſtea ſequente ſñia iudicis. Octauo probatur ſic: Certum eſt,
ꝙ a ſententia Principis cognoſcentis non appellatur, tamen a ſententia ipſius delegati appellari poteſt. ſic in propoſito licet a pri-
2 mo † cognoſcente. ſ. ab arbitratore appellari non poſſit, tñ a ſequente. ſ. iudice, qui de reductione ad arbitrium boni viri cognouit, appellari poteſt, patet. ff. a quib app. nõ licet. l. 1. coniuncta l. nouum. & l. eos. C. de app. declaratur hoc, quia cum ex ſententia iudicis oriatur actio in factum, vt l. actori. C. de iureiu. cum ſi, patet
ꝙ ab eius ſñia poteſt appellari. Nono ſic. In dubijs in benigniorẽ
partem interpretamur. de quo ſic, cum dubitatur, an vt arbiter, an
vt iudex, in potentiorem partem arbitramur, vt ꝙ vt iudex, non vt
arbiter videatur cognouiſſe. Sed in qõne noſtra poſſit dubitari, an
vt arbiter, an vt iudex cognouerit, intelligamus ipſum, vt iudicẽ
cognouiſſe, & ſic appellari poſſit. patet ff. de iudic. l. 1. in ſi. magnæ.
gl. C. de epi. aud. l. epale. cum ſi. & hoc ſic declaratur, quia l. ſocietatem, in ſi. ff. pro ſoc. nõ dicit, quod cognoſcat vt arbitrator. alias,
ſed nec vt iudex. ergo appellari poteſt, ſicut ab aliorum iudicum
ſententijs, vt ſup. dictum eſt, & de hoc videtur caſus in l. & in maioribus. C. de app. & l. ex conſenſu. ff. de app. prout habetur ibi in li
tera circa prin. cum ſi. C. de iureiu. cum ſi.

**In contrarium,** qđ non poſſit appellari, probat ſic.
Odia reſtringi, & fauores conuenit
ampliari. Si dicamus poſſe appellari, ꝓducimus odiũ, & reſtringimus fauorem, &c. patet ff. de li. & poſt. l. cũ quidam. & c. odia. de
reg. iur. li. 6. Declaratur ſic. In lite applõnis periculoſus eſt euẽtus,
cui nos committi non debemus. ff. de mino. l. minorib. ergo &c.
Secũdo probat ſic. Iudex in cã reductionis ad arbitrium boni viri adir̃, vt vir bonus, nunc ſic. quando ad arbitrium boni viri recurrit, ab eius dicto non appellatur. Sed ita eſt in propoſito, quod ab
arbitratu arbitratoris recurrit ad arbitrium boni viri. igit. &c. Tertio patet, ꝙ non eſt reperire in iure caſus, ꝙ in tali cã poſſit appellari, vnde erubeſcimus cum ſine l. loquimur, vt in Auth. de trien. &
3 ſemiſ. §. conſideremus. qa applões ſunt inductæ † pp iniquitatẽ
ſñiarum, vt iudices p viam a iure traditã, & ordine debito proferant ſñias. l. 1. ff. de app. cuius iuris remedio, ſ. applõ inducta nõ eſt,
ergo mutat id, quod eſt iproprie eiuſdem nãæ, aliud eiuſdem nãę
corrigere, alterius nõ poſſit, vt Inſt. de iure na. §. pe. ff. de ca. dim. l.
eos. ſed arbitramẽtũ, ſeu arbitriũ, & eius ptãs, venit a partib. & ab
hoĩb. ſingularib. non vniuerſis coadunatis, vt patet. ff. de arb. l. non
diſtinguemus. §. de offi. ff. p ſoc. & l. ſocietatem. in ſi. & ff. loca. l. ſi
merces, & l. ſi. in prin. ff. de ope. lib. l. ſi libertus ita. & ff. de ver. obl.
l. ſi qs arbitratu. & de ↄ̃h. emp. l. hæc vẽditio. in princ. Qui priuati. i.
ptes ꝓdictæ non poſſunt conſtituere ꝓprie, vt iudex cognoſcat, vt
C. de iuriſdi. omnium iud. l. priuatorũ. cũ ſi. & ꝓ tãto lex appellat arbitrium boni viri. Partes. n. q hũc eligunt, in eũ, vt bonum virum
conſenſerũt, vt patet: nõ aũt. vt ipſum iudicẽ facerẽt iuris ſubtilitate ꝓcedere, ſed p amicabilẽ cõpoſitionem. fuit ergo vt ab bonũ
virũ. i. ad illud qđ diceret quilibet bonus vir. & ita intelligitur in
hoc bono viro. l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſ. cog. Nec ob. qđ ibi debet
appellari. & ita ſentit dñs Rich. d. l. ſocietatẽ. in ſi. vel ꝙ iudex cognoſcat, vt quilibet bonus hõ, nõ ãt vt tanq̃ iudex cognoſcat proprie. Et ꝙ vt de hõe cognoſcat, non aũt de iudice ꝓprie intelliga-
4 tur, ꝓbat, † qa iudex pt̃ eſſe æquus & iniquus, vt bonus, & malus.
Nã iudex eſt vnũ mediũ, ſe ad ęquũ & iniquũ referens, vt patet. ff.
de inſt. & iu. l. 1. Viri aũt boni applõ, nũquã ad iniquũ ſe refert, qa
quod accedit vni extremorũ ver bonitati, recedit ab alio. ſ. a malitia & iniquitate, arg. ff. ad l. Cor. de ſicar. l. eiuſdem. §. adiectio. &
de rei vẽ. l. in fundo. Probat hoc, qa qñ vnũ pt̃ ad ꝓpriã. & impropriã ſignificationẽ referri, refert ad ꝓpriã. vt ff. ſi ager vecti. petat. l.
1. in ſi. & quo appella. ſit. l. 1. §. ꝓpria. in ſi. & l. ſocietatem. in ſi. & in
proxima. l. in propoſito. vbi dr̃, ꝙ arbitrium boni viri ſequendum
eſt. boni viri. i. iudicis, vt d. cit ibi gloſ. & ibi dicã. cognoſcet igr̃, vt
vir bonus qlibet, vt lr̃a vr̃ ſonare prima facie ſecundũ ꝓpriã ſignificationẽ. Nec obſt. ff. iud. ſol. l. vir bonus, cum ſi. qa ibi vt iudex cognoſcit. Præterea nec ibi dicit, appellari poſſe, vel non. Patet ergo
ex ꝓdictis, ꝙ refert, vtrum iudex cognoſcat, vt iudex, & tũc appellet. Aut iudex cognoſcat vt bonus vir: & tũc nõ appellet. Primo,
qa ibi dr̃, vel ad iudicẽ & ad bonum virũ. non eſt ſi recte inſpiciatur
bonus aũt vir intelligit, vt qlibet hõ. & ſic a iudice cognoſcat ꝓprie, vt dictũ eſt ſ. & declarat ex l. ſocietatẽ. ſ. all. Quarto in locum
arbitri ſubrogatio de quo ſic. ſubrogatũ ſapit nãm eius in cuius locum ſubrogat, ſed iudex hic ſubrogat in locum arbitri. ergo ſapit
nãm eius. & ſic a ſñia eius non appellatur, ſicut nec a iudice. Pri-
5 ma patet. ff. ſi qs cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. cũ ſi. ibi no. † Scđa
declarat ex eo, ꝙ arbitrator nõ ꝓnũciat vt bonus vir, vt finẽ ſumat
cõpromiſſum, imo ab eius arbitrio recedit, & ſubrogat in eius
locũ iudex, vt bonus vir, vt iniquũ arbitriũ reformet l. melius, nec
ab eius dicto appellat, ſicut nec a dicto boni viri, vt d. l. ſocietatẽ,
in ſi. & l. vñ ſi Neruæ. ff. p ſoc. &c. Quinto ſic. Actus ad vnũ finem
redactus nõ dẽt ↄ̃riũ operari, de quo ſic, quoties aliquid ad vnum
finẽ tẽdit, & ſic nõ dẽt ↄ̃rium operari, ſed ad arbitratorẽ iuit dirimendarũ litiũ cã ex bona fide, iq non ita dirimerent, ſi appellaretur, ergo non dẽt eius ↄ̃rium operari, & ſic appellari nõ pt. Prima
patet. ff. de pact. ſ. ab emptione. in ſi. de arb. l. Labeo, cũ ſi. Scđa declaratur tum ex l. idem Pomponius ſcribit, ſi de meis. §. recepiſſe.
de arbi. tũ ẽt ex eo, quia per applõnem extinguitur iudicatum, alias
ſuſpendit. ff. ad Turpil. l. 1. in ſi. & ibi not. ſ. de his, qui notan. infa. l.
fur. in prin. & l. ſeq. cum ſimilib. & ſic tale negocium p viã appellationis cãæ non debet reſuſcitari, vt C. vnde vi. l. meminerint. & de
indic. vidui. tollen. l. 2. & de fru. & lit. expen. l. terminato. ff. de vſuf.
l. æquiſſimum. cũ ſi. l. cum quid. ſi cer. pet. Scđo, ex iudicis cognitione, de quo ſic. Qñ ad iudicẽ, q alias poterat de cã cognoſcere,
hr̃ recurſus ad arbitratorem, a quo non appellat, & ſic non vt ad
ordinariũ cognoſcẽtẽ recurſus hr̃, ſed vt extraordinariũ, & ſic ab
eo pt̃ appellari. Prima patet ff. de arbi. l. ſed & ſi in ſeruum. in ſi. Secunda declarat ex eo quod habet in d. l. ſocietatem. in fin. & l. ſeq.
cũ ſi. Septimo, a ꝓhibitione & permiſſione argumẽtãdo, de quo
ſic. Quoties aliquid in vno concedit, in cæteris prohibet: ſed l. illis
iudex occaſione litis concedit poſſe appellari, ergo in alijs prohibetur. ſ. in arbitratorib. Prima patet. ff. de iud. l. cũ prætor. in princ.
de procuratoribus. l. mauius, cũ ſi. Scđa patet, C. ne liceat i vna, eadem cauſa tertio prouoc. in rubro, & nigro. Octauo tranſactionis
imitatio, de quo ſic. Certum eſt, quòd arbitramentum imitatur
tranſactionem, & eſt illi ſimilis, ſed ita eſt in tranſactione, quod ſi

ipſa legitime fiat, vlterius ab illa non recedatur, impediente exce
ptione trãſactionis: ergo idem in propoſito, vt vlterius ipſum arbi
tramentum non refricetur, impediente reformatione, & ſic legi
time tranſactum apparet. Prima patet ex l. ſed & ſi in ſeruum, §. 2.
& quod ibi no. in gl. in verbo, in ver. ſe. Secunda patet ex l. elegan
ter. §. ſi quis. poſt. 2. ff. de con. inde. & vñ pro reductione, φ facta eſt
legitime, quia per iudicem, vt bonum virum ad hoc electum per
d. l. ſocietatem, §. ſi. cum ſi. fit reformatio, quia bonus vir intelligi
tur. nec refert a principio aliquid fiat, an ex poſt facto, l. cum qui
cum ſi. quomõ iuſiu nõ legitime factum ab initio poſtea refor-
matum non vitiatur, vt patet. ff. de iureiu. l. qui per ſalutem, l. non
erit. §. dato, & l. nam poſtea, §. iurare. eo. tit. cum ſi. de opt. leg. l. mã
cipiorum. de legat. j. l. ſerui electione. Nono appſonis euidens di-
ſcretio, de quo ſic. Segregatorum ſegregata, & ſeparatorum ſepa
rata debet eſſe rõ, ſed ſeparata eſt cã reductionis a cauſa appſonis,
igitur &c. ſi a ſnĩa ſup cã appſonis applo ſequitur, ergo a ſnĩa lata
ſup cã reductionis non appellatur, & ideo ſequitur ↄriũ, videli-
cet non appellatur. prima patet. ff. de exerc. l. 1. §. magiſtrum nauis
ver. alia n. & C. de donat. inter virum, & vxorem. l. ſi maritus quõ
dam. & ibi de hoc, cum ſi. Secunda declaratur ex eo. φ appellatio
ex quacunque iniquitate magna, vel parua fit. l. & in maiorib. &
l. in multis, C. de app. & C. ne lice. in vna, & ead. cauſa tertio pro-
uo. in rubro & nigro. coniuncta l. pe. ff. de min. & reductio ex ma
gna & euidẽti iniquitate tñ fit, vt d. l. vñ ſi Neruæ. ſi ſet reductio
ne ad arbitriũ boni viri concederetur ſecundario, ſ arbitramen-
tum reſeruata, & in cauſa appſonis exquacunque iniquitate ap-
pellari nõ poterit, ne circumueniatur, vt d. l. vñ ſi Neruæ, & d. l. idẽ
Pomponius ſcribit, ſi de meis. §. recepiſſe. cum ſi. qđ eſſe non dẽt,
vt ff. de tranſact. l. cũ hi. §. ſi cũ lex, & de tuto. & cur. datis ab his, l.
ſcire oportet. §. 1. Decimo inducitur l. ex conſenſu. in prin. ff. de ap
pe. a ↄrio ſenſu, quod ibi hr̃ i litera, circa compromiſſum, &c. Cõ-
cluditur, φ ſi ratione cõpromiſſi iudex daretur, appellari nõ poſ-
ſet, gl. in ver. circa. ita intelligit legem illam. Non ob. φ dicit, com
promiſſum, vñ ad arbitrium, non ad arbitramentum ſe refert, vt
patet in l. idẽ Pomponius ſcribit, ſi de meis. §. recepiſſe. & d. l. ſed
& ſi in ſeruum. §. 2. & l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorũ. & ibi dicit impro-
prie poni. vñ inducit. l. ſi. C. de iudi. cũ gl. ſua hoc modo. Certum
eſt, φ ſi inter duos cõpromittitur, & diſſentiãt, tertiã pſonã cõpel
lũtur eligere, cuius authoritate paretur, ẽt ſi diſcordet ab illis duo
bus primis, cuius ſnĩæ ſtetur. Cum itaq; hic arbitrator eligatur in
defectum arbitratorũ diſcordãtium, & ſnĩæ eius pareatur, patet, φ
non appellatur ab eo, tum pp dictam l. 1. tum quia ſi appellaretur
non pareretur ſententiæ, quia applo extinguit, vel ſuſpendit pro-
nunciatum, vt l. 1. in ſi. ad Turp. cũ ſim. ſic impediret ſnĩam & exe
cutionem, nec. n. eſt innouandum, &c. ff. nil noua. appe. interpoſita
in rubro, & nigro, ita modo in propoſita q̃ſtione, pp diſcordiam
arbitratoris, ad arbitriũ boni viri, legis authoritate recurritur ad
iudicem, vt ad bonum virũ, & ſic de ſimil. Prima patet, quia ſicut
a principe nõ appellatur, ita nec ab hoc, iõ eius ſnĩæ pareri debet.
6 **Solutio.** † Dico appellari non poſſe, & ſnĩam ꝓprie dici nõ
poſſe, vt ſ. dixi, & clarius dicam. & hoc ex rationi
bus ſupra dictis, quas coadiuuo ex eo etiam, quia ego video, φ vbi
arbiter in locum iudicis cognouit, appellari poteſt, vt C. de iud. l.
apertiſſimi, vt in caſu ſpãli, ita a contrario ſenſu, cum iudex ſubro
gatur in locum viri, ab eius ſnĩa, ſicut ab arbitramento boni viri
non appellatur, quia naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, o-
riginaliter ſapere debet. l. itẽ veniunt §. cum ꝑdiximus. ff. de pet.
hæt. & no. in l. certi condictio. in prin. ff. ſi cer. pe. Item quia video
φ pp qualitatem actionis & materiæ. de qua tractatur, verba mu-
tãt ꝓpriam ſignificationẽ, vt ff. loc. l. ſi vno, in prin. & quod ibi no.
ſic in ꝓpoſito pp materiam arbitri, de qua tractatur in l. ſocieta-
tem, §. ſi. cum ſeq. p ſocio. & alijs ſimilibus cum dicatur ad iudi-
cem recurri, vt ad bonũ virũ, ergo non ꝓprie ad iudicem. Item ad
euitandam abſurditatẽ quæ ſequitur, quia non peteretur redu-
ctio eius, & poſtea appellaret. Scda rõ eſt, in certis cauſis non licet
ſecundo ꝓuocare, qđ eſſet, ſi appellari poſſet, ↄ l. 1. C. ne lic. in vna
edemq; cã ter. ꝓu. nam quodammodo dicta applo interponit. vbi
in iure aduertendum puto ꝓ determinatione quæſtionis, & ma-
teriæ, φ plura ſunt, quorum remedio, quod ante factum, vel di-
ctum eſt, reſtringatẽ, & nõ ſunt idẽ, nec eiuſdẽ naturæ, ſed diuerſa
diuerſæ naturæ, ſicut eſt appellatio, & reductio ad arbitrium boni
viri, ex quo naſcitur exceptio ẽt pœnæ. Itẽ doli exceptio, q̃ oppo-
nit ↄ petitionẽ, qñ ſnĩa dr̃ ſordibus, vel euidenti grã lata eſſe, in in-
tegrum reſtitutio, ſupplicatio, & appellatio, interponit a ſnĩa diffi-
nitiua, vel vim diffinitiuæ habẽte. occaſione iniqtatis cuiuſcunque
in quacunque cauſa, & in caſu regulæ, vt in preal. l. 1. & in maio-
ribus, cum ſi. ſm ea q̃ ibi no. & C. quorũ app. non reci. l. ante ſnĩæ
tps. E ↄrio penitus tanq iis, tñ ſi alias, vt arbitrator, vel alio mõ co-
gnoſcat. Nã licet ſit iudex, & cognoſcat, vt arbiter, vel arbitrator,
ã ſua ſnĩa nõ appellat. Qđ manifeſte ꝓbo ſic. Certum eſt, quod ip
ſe de cã pt cognoſcere, vt iudex ordinarius inter ſ. dictos, & tunc
applatur a ſnĩa ſua, alioquin cognoſcit non vt inter ſubditos, ſed
ex ꝓrogatione iuriſdictionis, & eſt tunc ſpeciale in ipſo cõtra re-
gulam gñalẽ poſitam in d. l. & in maioribus. & in l. in multis, &
ff. de app. l. 1. & quaſi p totum, vt appellari non poſſit, ſicut nec a
Præfecto ꝑtorio, Qñq; cognoſcit, vt arbiter inter non ſubdictos,
& ſic non vt iudex, & tunc iure cõi a ſnĩa pt appellari, cum alias
ipſe ſit pſens, & ſic iudex ordinarius, vt hic hr̃, & de epiſ. audie. l. ſi
qui ex conſenſu, & qđ ibi no. in j. glo. coniuncta. l. & quia. de iuriſ.
om. iud. & de epiſ. audiẽ. l. ſi quis litigantium. Alioquin cognoſcit
tanquam arbitrator, & bonus vir, vel p amicabilem conuentio-
nem de cauſa, de qua poſſet, vt iudex cognoſcere, vt in Aut. vt diſ-
fe. iud. §. ſi vero. colla. x. & l. ſed & ſi ſeruum. de arbi. & tunc cum
hoc ſit tranſactio quædam potius quam ſnĩa, nõ naſcitur actio in
factum, quæ naſcitur ex ſnĩa, & p ↄñs non pt̃ appellari, vt patet
in l. j. C. de arbi. & quod ibi no. qa cum ex ſnĩa naſcit actio in factũ
d. l. actor. iſta non eſt ſnĩa, vt ſ probaui, & patet ex eo, quia tranſa-
ctio & ſnĩa ſunt ſpecies oppoſitæ, quarũ neutra eſt altera, vt patet
in l. nam poſtea de iureiu. & l. 2. C. cõi diuidundo. coniuncto ti. de
re. iud. & de tranſactio. Cum ergo non naſcatur actio, p ↄñs appel
lari non pt̃, licet qñq; petatur reductio ad arbitrium boni viri vt
ꝓxime dixi, quando nec reſpectu tranſactionis naſcitur actio. l. cũ
mota. C. de tranſa. Colligitur ergo ex præfata theorica, quandoq;
iudex cognoſcit, vt iudex, & ab eius ſnĩa appellatur, qñq; vt bonus
vir, tunc enim nec iudicialiter cognoſcit, nec ſm formam, nec or
dinem iudiciorum, cum ſit tranſactio potius, nõ actio iudicis, &
non appellatur, vt dixi, ſed petitur reductio, qñ arbitrium fuit ini-
quum ex magna & euidenti iniquitate, vt patet ff. pro ſocio. l. ſo-
cietatẽ. in ſi. cum ipſum arbitramentum vim tranſactionis teneat
(vt ſatis eſt dictum,) a quo appellari non poteſt, vt eſt ſ. probatum
in ſuperiorib. rationib. Nam ↄ arbitrum compromiſſarium indu
citur doli exceptio, & ſi agatur ad pœnam, quia non pareatur ſnĩæ,
7 non tñ appellatur, † licet ſit qdã ſpẽs appellãdi, vt ff. de arbi. l. nõ di
ſtinguemus. §. cũ qdã, ad ſi. quod ex pœne, 1. habet ſimilitudinẽ cũ
appellatione, & tñ eſt alia ſpecies, vt ff. de iud. l. a. & d. §. cum qui-
dam. ꝓxime allegato Et ideo dr̃ quędam ſpecies appellationis, qa
ſicut p appellationẽ fit retractatio ſententiæ, ſic p exceptionẽ do-
li. & alia eſt quæ opponitur ſi agitur ad pœnam ex ſtipulatione,
quia nõ paretur ſnĩæ latæ ſordib. vel euidẽti gratia, & hæc nõ eſt
applo, vt dixi, qui a ſnĩa arbitri non appellatur, vt C. de arb. l. j. nec
ob. qđ dr̃, φ hoc, & ſuperiori caſu a ſnĩa lata ſup oppoſitione ex-
ceptionis poteſt appellari, cũ naſcatẽ actio, arg. l. & in maiorib. cum
ſi. ſ. alle. nam erubeſcimus, cum ſine l. loquimur, vt in Aut. de tri.
& ſemiſ. §. cõſideremus. Sed dato, φ ita eſſet, dico φ illa exceptio
opponit ↄ actionẽ, ex ſtipulatione ad pœnam, nõ ↄ ſnĩam arbitri
de qua nũq̃ fuit coram arbitrio tractatum, vñ hic iudex ſup pœnæ
petitione cognoſcit, vt iudex, nõ vt arbiter. Sicut. n. cõtrahentes
voluerunt coram iudice peti pœnam poſſe, ſi ſnĩæ arbitri non pa-
rebitur ſine cã, vel nõ poſſe, ſi cum cã, vt patet C. de arb. l. arbitro-
rum, & ff. de arbit. l. ita demum. cõiũcto d. §. cum quidã. ibi, cum
apud iudicem pœna petebatẽ, &c. In q̃õne aũt noſtra non ſic vo-
luerunt partes, immo ſemper ſe arbitrio boni viri commiſerunt,
& in hac reductione reformatio agitur de eodem, de quo coram
arbitro actum fuit. Vnde cum videamus finẽ, quod in bonũ arbi-
tratorẽ ſe committendo, agere voluerunt, vt paret, nõ debet redu
ci in hac reformatione de iuris apicibus diſputando in cauſa ap-
pellatõis, arg. l. ſi fideiuſſor. §. quidam. ff. mandati, vt patet ex con-
8 iunctione leg. de verb. obl. l. in ſeruum. §. ſi quis. cũ ſi. † Item arbi-
tria ad inſtar iudiciorum ſunt redacta, vt ff. de arbitris. l. 1. arbitra-
mentum vero ad inſtar tranſactionis eſt redactum. Vñ ſi ſuper eo
qđ ex arbitrio naſcitur, appellatur, & non ſuper eo, quod ex arbi-
tratu, non eſt mirum, vt ſupra, plene dixi. Præterea in integrum re
ſtitutio petitur, cum quis ſui facilitate, vel dolo aduerſarij ſe læ-
ſum dicit, & ſic fauore appellatio non perſonam iudicis principa
liter reſpicit iniquã ſnĩam ferentẽ, vt patet ff. de minoribus l. præ-
fectus, & l. pſes. Non ob. ſi dicatẽ. φ a ſnĩa lata ſuper reſtitutione ap
pellatur, vt C. ſi ſæp. in integrum reſti. pe. iu. l. 1. quæ reſtitutio po-
teſt peti ↄ tranſactionẽ C. ſi aduer. tranſa. l. 1. & 2. Sicut ergo a ſen-
tẽtia ſup reſtitutione & tranſactione poteſt appellari, ſic ſuper re-
ductione, q̃ petitur, ſic & ad impediendum arbitrãmẽtum, quod
tranſactio appellatẽ, qa in cã reſtitutionis iudex adit, & cognoſcit
cã cognita, vt patet in l. in cauſæ. §. cã cognita. ff. de mi. & in d. l. 1.
C. ſi ſæp. in integ. reſt. pet. fuerit. In q̃õne aũt nr̃a non vt iudex, ſed
vt bonus vir cognouit, vt ſ. plene dixi in hoc, qñ iudicis officio pe-
tit reſtitutio. Qñ vero iure actionis, dic, vt ff. de in integ. reſtitutio.
9 l. 2. & de dolo. & quod metus cau. per totum. † Supplicatio ñ fit
etiam his, a quibus non poteſt appellari, pp iudicis, ſeu magiſtra-
tus authoritatem, ſic nec ſententia lata ſuper ſupplicatione, vt pa
tet. C. de precib. Impe. offer. l. ſi quis. & aut. quæ ſupplicatio. ibi
poſita, & de offi. præfec. præt. l. 1. & ibi no. C. de of. præf. præt. l. vni-
ca. & eſt reſtitutio iudicis. Sed quia hoc potius ad impediendum
fiendum, quam quod iam factum eſt tendit, & de hoc hr̃ de iud.
l. apertiſſimi. Poſſet addi etiam nullitas quod non proſequar, vt
C. quando ꝓu. non eſt neceſ. l. 1. & ſi a non comp. iud. per totum.
Vnde cum præfatæ ſpecies non ſint ſimiles, ſeu diuerſæ naturæ,
nec eiuſdem iuris regulis conſiſtunt, patet, φ de vna ad aliam nõ
eſt bona argumentatio, &c. vt ſ. dixi. Nunc oportet particulari
ter ſoluere ad primum, quando dicitur prohibitorium edictum
de

Digitized by Google

de appellatione, dico ꝙ verum eſt dr̄, ſed in q̄ōne noſtra ſic eſt, vt patet ſ. in rōnibus pro hac parte factis. patet igitur, ꝙ non ſeqt̄ur concluſio argumenti. Non ob. ſecūda rō cum dr̄, illud eſt ius ſingulare, ꝙ a ſententijs quorundam iudicum non licet appellare, quod conceditur ſupra in quibuſdam iudicijs, quia dico, quod in hoc indicio eſt prohibitum, vt ſ. dixi. Non ob. tertia rō cū dr̄, certum eſt, ꝙ appellatio eſt iuris remedium, ſed dixi, ꝙ hoc cōtingit vt ſit litium finis, tum ꝑp voluntatem partiū, quæ voluerunt recedere à cognitionem iudicis, tū qa hæc ſnīa nō eſt propria iudicis vñ hoc remediū nō vr̄ hic locum hr̄e iure prohibito, rōnib. prædictis, & alijs, vt ſupra probaui. Non ob. cū dr̄, quoties aliqua participant in rōne, &c. conceditur, dico ꝙ aliter remedium vnum, & aliter aliud, vt ſ. dixi proxime. Non ob. cum dr̄, certum eſt, ꝙ arbitramētum, & conceditur, quia dico, ꝙ illud eſt verū, in iudice cognoſcente. alias ſecus, vt ſ. dixi Non obſ. qđ dixi, ꝙ inductum ad vnum finem, &c. quia dico qđ ibi præterq̄ cognitum fuit a iudice hic. Non obſt. qđ dr̄, certū eſſe ꝙ hæc appellatio, &c. quia dico, vt ſupra dixi, ꝙ vt iudex ſp̄ cognouit, ideo hanc rōnem, & p̄cedentem induco pro me ſic, qa cum illud ſit ſingulare hoc caſu, & p̄cedenti, actus p̄cedens non impedit appellari a ſnīa ſequēti. ergo in ꝯtrū eſt ius cōe: nam appellatio p̄cedens facit a ſequenti appellari non poſſe, vt l. ius ſingulare. cum ſi. Non ob. cum dr̄, qđ ſi dicat̄, actus concedat̄, ſed hic dico, non quia lex, vt viro bono commiſit, vt d. l. ſocietatem, in fi. cū ſi. Non ob. d. l. & in maiorib. qa illud verū, cū iudicial̄r cognoſcitur, hic aūt non, &c. Non ob. d. l. ex conſenſu. quia gl. gn̄aliter intelligit, vt ibi patet per p̄cedentem rōnem proximam. in fi. Non obſtat gl. ſecūda, q. 5. c. iudicibus, qa illud dictum Gratiani eſt falſum, vt ibi no. gl. nec ſecunda pars illius gl. obſtat, dixi in proximis reſpons. Bar. a Saxof.

Diſputata fuit hæc quæſtio per me Bart. de Saxoferato. minimum inter leg. Doct.

## QVAESTIO XX.

1 *Conceſſa ad tempus prohibita intelliguntur.*

2 *Vſufructuario moriente ante fructuum perceptionē nihil percipit heres.*

3 *Perfectio conſideratur ſecūdū tempus initij, quando vno tempore eſt initiatum, & alio tempore eſt perfectum.*

Quidam Conduxit in menſe Auguſti, vel Septembris, quandam petiam terræ aratoriæ ad laborandū, & fructus percipiendū pro ſe, & pro certa penſione vſque ad calēdas Martij ſecundi anni proxime ſequentis, poſſeſſionem ſeminauit in principio cōductionis in menſe Septembris, vel Octobris, & recollegit bladum tp̄e meſſium, poſtea arauit & ſeminauit alio menſe Septembris, vel Octobris, & factis ſeminationibus venit poſtea tempus finitæ locationis ſeu conductionis calēdis Martij. Modo quæritur, nunquid tempore meſſium poterit recolligere fructus, videlicet bladum, vel quantum ſit tempus, ſiue termi-
1 nus? Primo videtur † ꝙ non poſſit recolligere pluribus rationibus, & arg. Primo, quia ea, quæ ad tempus conceduntur, ad tempus prohibita intelliguntur, ſeu eſſe vn̄t. ff. de iud. l. 3. §. ſed ſi iudex C. quando prouo. non eſt neceſſ. l. cum non ex eo die. ff. de re iud. l. cum prætor. & extra de offi. deleg. c. in cauſis. Secundo propter tacitum pactum quod videtur ineſſe poſt tp̄s, vt ff. de ſer. expor. l. ſeruus ea lege. Inſt. de verb. obl. §. at ſi ita. ff. de verb. oblig. l. eum qui ita. Tertio propter liberam poteſtatem, quam lex cōcedit locatori poſt tempora conductionis finita, verbum reſtituere, plenā habet reſtitutionem & ſignificationem, vt omnes fructus ex ea contineantur, vt ff. de vſur. l. videamus. §. item Fauiana. & de ver. ſign. l. plus eſt reſtituere. & l. reſtituere. Quarto propter annullationem contractus, ſeu inſtr̄i, quæ annullatio contigerit propter fidē locatori præſtitam vſque ad tempus locationis. C. loc. l. inuitis. niſi in caſu, vt no. eo. titu. l. ſi cum Hermes. ita econtra. inuito locatore retineri non poteſt, quod fieret, ſi conductor poſt tempora cōductionis remaneret, & ſic contrarium, &c. vt ff. de re. iu. l. ſecundum naturam, & de ca. tol. l. vn. ca. §. pro ſecundo. Inſ. de pat. poteſ. §. fi. quod dic, vt no. de regul. iur. c. qui ſentit. ibi per Dyn. lib. 6. Quinto propter interpretationem contra conductorem, & etiā contra emptorem fundi, vbi pactio eſt obſcura. l. emptorem. C. loc. l. ea lege. in princ. ff. eod.
2 loc. l. ea lege. in princ. ff. eod. † Sexto, a ſimili eius, quod dicitur de fructuario, quia eo moriente, vel finito vſufructu ante fructuum perceptionem, nunquam percipitur aliquid, vt ff. de vſufr. l. defuncta. de annu. leg. l. in ſingulos, in fi. ff. quib. mod. vſusfr. amit. l. vſuſfructus, & ff. de vſufr. l. quod ſi. §. præterea. Ita dicendum eſt in cōductore, qui minus ius habet in fructib. ff. loca. l. ſed addes. §. qui meſſem. Septimo conductor potuit hoc perſpicere euenire poſſe. l. locatione finita, & ideo aliquos ſumptus in ſeminando, durante adhuc locatione, facere non debuit, ergo ſi fecit, ſibi imputet, vt no. ff. loca. l. ſi quis domum. §. & hic ſubiungi poteſt, ibi, quid ergo &c. cum concor. ibi alleg. Ad idem facit ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi idem, maxime quia ſcienter in alienam rem impendiſſe videtur, & ſic ſolo cedit. C. de rei vendi. l. nīr. ff. de acq. rer. do. l. adeo. §. cum quis. Octauo, quia ſicut ratihabitio, quæ dr̄ ſolet trahi retro, nihil valet, nec aliqđ operatur, nec ꝓdeſt hr̄ītū ratum poſt tp̄a petēdæ bo. poſſeſſionis, vt ff. rē ra. ha. l. pe. ſic & perceptio fructuū, quæ fuit poſt terminum ꝯductionis finitū, nil ꝓſit colono, quæ trahitur retro ad tp̄s ſeminis, quo petere poterat bon. poſſ.

Econtra, Quod poſſit recolligere plurib. argumentis, & rōnib. Primo, qa iſpecto initio idem ius cenſet̄ ſeu vr̄ cenſendum ēt tp̄e meſſiū. nō obſtāte aliqua mutatione ſtatus, vel tp̄is, qđ cenſeri poterat tp̄e ſeminis, ſicut dicimus in negotijs alicuius geſtis tp̄e meſſium, &c. ff. de neg. geſt. l. idem Pompo.
3 in negocijs. & ibi illa mā de initio. † Ex qb. ēt infert̄, ꝙ qn̄ vno tp̄e eſt initiatum, & alio tp̄e eſt ꝑfectum, ꝑfectio ꝯſiderat̄, nō tp̄s initij, & per hoc vr̄ at. in alia q. quæ incipit, cum citatis, & quaſi ordinarius, &c. ſed hic fructus initiati fuerunt tempore ſeminis, ſm̄ ergo illud tp̄s cōſiderent̄, & ſic tp̄e neceſſitatis debebit recipere ꝓ ſe, cum ſit tp̄s cōductionis. l. diuortio. §. non ſolum. ff. ſol. ma. adeo ꝙ bonæfidei poſſeſſor lucrat̄ fructus pro cultura, & cura, vt Inſti. de rerum diui. §. ſi quis a non dn̄o, cum ſi. Sc̄do, quia in obſcuris inſpicitur ꝙ veriſimile eſt, ſic & hic, ſi congruam penſionē dedit pro vtraque fructuum collectione. ff. de reg. iu. l. in obſcuri. extra eo. tit. c. inſpicimus. lib. 6. Tertio, qa ibi quid apparet veriſimilius. & maxime eo caſu, vbi res valere pōt, ſm̄ vtrunque intellectum, vt eſt hic, interpretatio eſt fienda ꝯ locatorem, & venditorem. ff. de ꝯh. emp. l. Labeo ſcribit obſcuritatē. & l. cū in leg. no. ff. de pac. l. veterib. & extra, de reg. iu. c. ꝯ cū lib. 6. & ibi no. Quarto a ſimili de eo ꝙ dr̄, cū relictum eſt annuū legatū, q̄ q̄uis moriat̄ in principio anni alicuius, totum fructum illius anni tranſmittit ad hæredes. ff. de annu. leg. l. a vobis. non obſtante, ꝙ in fi. anni, fructus ſit legatus. Quinto, ꝙ ius percipiendi fructus conſideret̄ ex tp̄e & iure ſeminandi, vt ſi tp̄e ſeminum potuiſſet facere ſuos, ita poſſet facere tp̄e meſſiū, q̄uis deueniat ad id tp̄s, in quo ſi ſeminaret, non poſſet facere ſuos, vt ff. de vſufr. l. qui ſcit fundum §. pe. Sexto, qa ſi eſt finita tutela, vel cura cohæret priori, nec diuiſā ꝓpriā rōnem hēt, & iudicat̄ i eo idem ꝙ in principio, vt no. ff. de admi. tu. l. tutorē. ibi, ſic. n. & ff. de tute. & rat. diſtra. l. ſi tutor poſt pubertatem. ſic in q̄ōne noſtra, actus colligendi fructus cohæret primo actui ſeminis, & ideo vnū dici poteſt, ꝙ probatur pluribus modis Primo ex rōne ſ. proxime pro me facta, vnus actus conſideratur ex alio. Secundo, ꝙ vnus nō p̄t ſine alio, ſicut ius percipiendi ſine ſemine, & ideo vnum iudicari p̄t, ſic in patre, & filio, qui vna perſona dn̄r. C. de impub. & alij ſubſt. l. fi. ſic etiam interrogatio, & promiſſio duo actus dn̄r. tamen ꝓ vno reputant̄, qa vnum ſine alio operari nō poteſt. Septimo, qa iſta reputantur vna cura, & cultura. Inſt. de rerū diui. §. ſi qs a nō dn̄o, ſicut poterat iudicari de tempore ſeminis, iudicetur de tp̄e percipiendi. Octauo, qa talis dēt iudicari fructuum perceptio per colonum fienda, qualis eſt præſtatio penſionis, ſi congrua ſit pro fructib. duorum annorum, nam ex præſtatione penſionis voluntas ꝯhēnum colligi poteſt. ff. ad Treb. l. quoties. cum ſi. & ibi no. & no. ēt in c. inſpicimus, de re. iur. li. 6. per Dy. ꝙ ſi voluntas inſpicitur in ꝯtib. vt ff. de ver. ob. l. in cōuentionalib. ff. de ꝯhen. emp. l. ſed Celſus. in fi. maxime ēt in ꝯtractib. bonæ fidei, ſicut eſt in quæſtione noſtra, vt veniant ea, de quib. non eſt actum, nec cogitatum, nam præſumitur cautum de euictione loco rei cuiſtæ. Item ne vſusfructus cuincatur. de ꝯhe. emp. l. in vēdēdo. ff. de act. emp. l. 1. §. fi. cum l. ſe. Nono arguitur ex eo ꝙ dr̄, & in cautione damni infe. quia ſi domus mea, pro qua eſt cautum mihi ad certum diem de damno infec. cadat poſt diem percuſſa a domo vicina ante diem, ꝙ tunc venit in cautione illud dānum. l. damni. §. Sabin. ff. de dam. infe. ſic in q. noſtra, cum ius ꝑcipiendi conſideretur ex loco, & iure ſeminis, vt ſ. dictum eſt, cum ēt ipſa perceptio cadat in conductionem, & ſic ius ſeminandi. Decimo, quia in re dubia ſemper debemus interpretari in benigniorē partem, vt l. ſemper. ff. de reg. iur. Sed in illo caſu, quo penſio ſtatuta eſſet equalis pro fructibus duorum annorum, interpretari debemus in benigniorem partem, vt d. l. ſemper. & l. ea quæ. ff. de reg. iu. Vndecimo, quia dolo nihil facit creditor qui ſuum recipit, &c. ff. de reg. iu. l. e. nihil. & C. de inoffi. teſta. l. omnimodo. Vnde cum in quæſtione noſtra nullum malum ſit dicere, ꝙ poſt tp̄s cōductionis finitæ conductor percipiat fructus, & minus malum ſit dicere ꝙ percipiat, & locator habeat penſionem æquiualentem fructib. duorum annorum, & habeat fructus, dicēdum eſt enim malum. Factis allegationib. pro vtraque parte ſingulariter, & per ſe, non reſtat niſi allegare pro vtraque parte ſimul & ſemel, pro vtroque videlicet locatore & conductore, ꝙ debeant fructus percipere pro rata temporis & oneris penſionis ſoluendæ. ꝙ probat̄ pluribus rationib. Primo argumento aſſumpto in ſimili de marito, qui ſibi, & mulieri diuidit fructus vltimi anni, pro rat temporis quo durauit matrimonium, quod ſuſtinuit onera matrimonij l. de diuiſione. & l. diuortio. ff. ſol. matri. Secundo argu. ſumpto a ſimili, de eo, ꝙ dicitur de ſeruo fructuario, qui locauit operas ſuas i plures annos, & ſtipulatur certam mercedem, quia pro huiuſmodi annis quib. durauit vſusfructus, acquiritur vſufructuario ſequentium annorum, & proprietas. ff. de vſufru. lega. l. ſed & ſi quis alias l. adhuc. §. operas. Tertio, quia ſi in medio anni finiatur vſusfructus, acquiritur vtrique pro rata inſpecto finali exitu. de ſtipu. ſer. l. ſeruus communis Meuij. §. cum ſeruus, & ibi nota. in d. l. 3. §. ult. operas.



Digitized by Google

**Solutio.** Ex quibus omnibus ſupra ſcriptis, & quæ ex aliis legibus dici põt, ſaluo & reſeruato ſaniori cõſilio, dicēdum eſt. ꝙ aut apparet, ꝙ actum eſt expreſſe de prædictis fructibus inter ꝯhentes, & illud ſeruari debet quocunq; apparuerit voluntas: nam voluntatem primo inſpicimus, ſi apparet. ff. de ver. oblig. in conuentionalibus, & de reg. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. in prin. de cond. & dem. l. pater Seuerinam. in prin. & §. cõdõnum, de lib. præte. l. 3. C. de condi. l. 2. in fi. Si vero non apparet qđ actum ſit, tunc inſpicitur conſuetudo regionis. ſ. qualis conſuetudo ſit in his, qui arant, & ſeminãt, & ſi finitur tempus locationis ante recollectionem fructuum. d. l. ſemper in ſtipulationib. 2. rñ. ff. de fundo inſt. l. cum de Lanionis. §. aſinam, cũ ſi. Si vero neutrũ appareat, tunc inſpicimus, ꝙ veriſimilius eſt actũ fuiſſe, quæ veriſimilitudo accipitur ex quantitate, & qualitate fructuũ habito reſpectu ad quantitatem penſionis ſtatutæ; quia ex præſtatione penſionis põt colligi de quolibet, & de cuius anni fructuum perceptione fuerit cogitatum, & vſq; ad quod tẽpus. arg. ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus. §. fi. no. per Dyn. de reg. iur. c. inſpicimus, lib. 6. nam eo ipſo, ꝙ penſio eſt ſtatuta æquiualens fructibus duorum annorum, vr̃ tacite actum ꝙ vltra tp̃s cõductionis poſſit colonus colligere fructus, ſeu bladum ſeminatum intra tp̃s conductionis, & hoc probari poteſt, maxime argumento eius quod dr̃ ꝯ. in octaua, & decima ratione alleg. Poteſt probari & aliter. Nam videmus in iure, quod tacitum inter alias pſonas ſumitur ex eo quod fit inter alios, C. de pact. l. legem. ergo multo magis debet præſumi aliquid agi inter ipſos ꝯhentes, ſm quod veriſimile eſt ſicut & alias contentib. dotis datæ pro filia ſocu præſumitur tacite actum de reddẽdo ſocietati dotem recuperatam, & hoc contingit, quia Iuriſconſulti ſic interpretati ſunt, alias interpretantur æquitati potius, vt ſeruetur æqualitas, ſimile pactũ in donatione pp̃ nuptias. C. de donationib. l. fi. §. ſin. aſit donatio. poſſet probari multis aliis ſimilibus, quæ ſtudioſus inuenire poteſt, vt no. in l. cum quid. ff. ſi cer. pe. Præterea idem poſſet dici ſi minor penſio conſtituta fuiſſet, ut pro rata penſionis æquiualentis prope poſſet, vt quod iuris eſt de toto, &c. vt ff. de rei vend. l. quæ de tota. de condi. ſine cau. l. 3. C. de bo. uacan. l. fin. lib. 10. hoc etiam probari poteſt argumento eius, quod dicitur de fructibus dotis, & de locatione operarum facta per ſeruum fructuarium, vt probatur in tertia parte, ibi, factis allegationibus percipitur fructus totius anni, ergo & hoc forte poſſet dici, quia ex terra non percipitur fructus ſemel, ſed ſæpius, videlicet bis, vel ter percipiuntur fructus in anno, tunc dici poteſt, quod de eo quod venit percipiendum poſt calendas Martii, & poſt terminum, percipit colonus, vt ff. ſol. mat. l. diuortio. §. quod in anno, nã ita eſt veriſimilius, & de expenſis quas fecerat in eo quod eſſet vltra terminum percipiendi, & de eo quod percipiendum eſt, dic, vt ſupra, proxime dixi. nam imputet ſibi ꝙ hoc euenire poſſe proſpicere potuit, & debuit. Item hæc vera dixi, ſi in quæſtione iſta non fuiſſent poſita verba illa, ad fructus percipiendos. Sed cum verba illa ſuppoſita fuerunt in quæſtione, & tempus percipiendi ſit limitatum, quia dictum vſque ad calendas Martij, hic non videtur aliqua coniectura fienda, cum in incertis, & non certis, locus eſt coniecturis. ff. de verb. obli. l. continuus. §. 2. in fi. & ff. de au. & arg. leg. l. pediculis. §. argento, cum ſimi. Et hoc probatur etiam per argumenta in prima parte allegata. Item illa verba, ad fructus percipiendos, vſque ad calendas Martij, obtinent vicem cuiuſdam taxationis, ſicut alias illud quod natum erit, ff. de vino, & trit. lega. l. cum certus, nam limitantur tantum fructus, qui naſcuntur ex eo. Probatur, quia cum dicit, vſque ad calẽdas Martij, ſiue includat, ſiue excludat calendas, limitatum fuit tempus ſicut ſi dixiſſet, tunc, & non amplius, vt ff. de condi. & dem. l. 3. §. fi. ſi ergo illa verba, quod natum, appoſita non fuiſſent, tunc non comprehenduntur quandocunque poſtea nati ſunt, & in quæſtione illa verba, ad fructus percipiendos, obtinent vicem cuiuſdam taxationis intra tempus adiectum, ſ. calẽdas Martij, & ſic coniectura, de qua dixi, habet locum, quando ſimpliciter conduxi ad laborandum pro certa penſione, ſeu mercede, vſque ad calendas Martij, ita ꝙ de percipiendo & tempore percipiendi, nihil ſuit dictũ, vt videatur comprehendere fructus percipiendos, & poſt calandas, ex coniectura quam ſ. dixi, vt ff. de uerb. obl. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. uerſ. pro quo & illud, &c. Et ſic expreſſio illorum verborum, ad fructus percipiendos, nocet ſic, & illa, quod natum erit, & ſic & alias expreſſe. cum ſimil. & pro hac parte, quod non poſſit percipere, facit glo. ff. de uſufr. l. defuncta. Sed leges ibi allegatæ videntur innuere contrarium eius quod dicit glo. quia in tex. illius l. ſed licet, diſtinguendo. §. cum fundum. in princ. dicitur conſulto, fructuum ſequentis anni, ita ꝙ de fructibus eiuſdem anni, qui ſpectant ad eum colonum, nihil dixit, ſi non apparet, quid actum ſit, nec conſuetudo, nec apparet veriſimilis æquiualentia penſionis in totum, vel in parte, quia ſolum fuit conſtituta penſio æquiualens ad fructus vnius anni, & tunc poteſt dici, quod ipſe colonus nil percipere poſſit. Et hoc probatur per illa argumenta poſita & facta ſupra in prima parte, & maxime per ea quæ dñi in nona allegatione. & facit ad hoc ꝙ dicitur. ff. loca. l. ſi in lege. §. ſi colonus. ubi dicitur, qđ ſi colonus ſuus prohibetur p dominum, aget tñ ad intereſſe quinquennij, pro quo facta erat locatio, ſiue conductio, quia vltra quinquẽnium non intereſt propter temporis limitationem, nec repetit expenſas, quas feciſſet in colendo, & ſeminãdo. nam imputet ſibi cum poſſet, & debuit proſpicere hoc euenire poſſe, ſecundum finem cõductionis ante perceptionẽ fructuum, immo certum erat, vt probatur in l. ſi quis domo. §. & huic ſubiungi, in fin. & dixi in dicta nona allegatione, qui neminem ſibi obligare voluerit, ſed ſecum potius. ff. ad l. Aqui. l. ſi ſeruus. §. ſi oliuam, communi diui. l. communi diuidundo. §. ſi hoc iudicio. vbi tenet identitas rei, quo caſu vſu vti poſſet retentione, quamuis poſſit dici malæ fidei poſſeſſor. ff. de pet. hær. l. ſi a patre. §. ſi. quia nullus caſus impedit impenſarum factarum in perceptione fructuum repetitionem. ff. fam. erciſ. l. ſciẽdum, & l. quæ dotis. nec hoc caſu poteſt dici pactum obſcurum ratione penſionis, vel fructuum, vel temporis. Nam tempus adiectum, limitat quantos fructus percipere debeat. ff. loca. l. ſi in lege. §. colonus. & ideo non recurrimus ad coniecturas, quia in incertis, &c. vt comprobaui in allegationibus. ſ. factis, poterat eſſe obſcurum propter penſionem æquiualentem fructibus duorum annorum. ideo ibi coniecturare poſſumus. ibi dixi.

Diſputata fuit hæc quæſtio per Bartolum de Saxoferrato egregium legum doctorem, 1311, die ſeptimo menſis Ianuarij, in felici ciuitate Peruſij.

## QVAESTIO XXI.

1 *Beneficiũ excludendi filiam dotatã, quod datur filio an trahatur ad nepotẽ.*

2 *Filia dotata ſi excluditur a ſtatuto, an excludatur nepos ex ea.*

**Quæſtio talis eſt.** Statuto cauetur, quod ſi quis deceſſerit inteſtatus, relictis filiis maſculis, filia, ſeu filiæ quæ dotatæ fuerint in bonis patris, amplius non petant. Item alio ſtatuto cauetur, quod verba ſtatuti intelligantur ſecundum proprium, & vulgarem intellectum, abſque ſubauditione, vel extraneo intellectu. Cõtingit, quod quidam deceſſit relicto, ex filio maſculo præmortuo, nepote, & ex eius filia dotata præmortua etiam nepote, nunc nepos ex filio ſolus vult ſuccedere, nepos autem ex filia vult concurrere cum eo. Ex hoc

1 inſurgunt duo dubia. † Primum eſt, an beneficium excludendi filiam dotatam, quod datur filio, trahatur ad nepotem; Secundo, an & qua ratione filia dotata excluditur, excludatur & nepos ex ea. Et primo ſuper primo argumento, quod nepos, filij appellatione, ſtatuto non contineatur. Certum enim eſt ſtatutum debere intelligi ſm propriam ſignificationem, & maxime quando ſtatutum ponit quid certum. l. 1. §. ſi is qui nauem, ff. de exercito. & l. eum qui. ff. de verb. ſig. ſed nepos filij appellatione per interpretationem continetur, ergo non ex proprio ſignificatu, ergo beneficio ſtatuti non comprehenditur. ff. de verb ſignifi. l. iuſta. Secundo ead. l. probatur ſic. Hæc lex iuſta æquiparat iſta duo, filium continere filiam, & filiam continere nepotem, & per eũdem modum comprehendit. ſed certe filius non comprehendit filiam, niſi ex interpretatione, vt patet, quia maſculinus ſexus non comprehendit fœminam niſi per interpretationem, ergo nec filius nepotem. Tertio ſic. Non poteſt dici aliquid eſſe idem cum alio ſeu eſſe illud a quo differt ipſe, ſeu cui ponitur vt ſpecies oppoſita, vt probatur in qualibet iuris diſpoſitione, vt ff. de ſta. ho. l. 2. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. 1. de rerum diui. l. 1. §. quædam. Inſt. de actionibus. §. omnium. & no. in l. 1. ff. de præto. ſtip. Sed ita eſt, qđ filius ad nepotem ponitur vt ſpecies oppoſita, vt Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. §. 1. & §. cum filius. & C. de colla. l. illam. ergo vnius appellatione alterum non continetur. Quarto ſic probatur. Si filij appellatio contineret nepotem, per hoc diſpoſitio de filio porrigeretur ad nepotem, vt quæ de filio dicta eſſent, & diſpoſita porrigerentur ad nepotem. Sed ego habeo, & video, ꝙ de filio lex diſponit, vt ſit primus gradus, ſed de nepote ſit in ſecundo gradu. Conſequens eſt falſum, ergo & añs. l. Iuriſconſultus. ff. de gradib. & inſti. de gradi. §. 1. & 2. cum ſeq. Quinto ſic, ſicut ſe hñt reſpectiue hi duo gradus, pater & auus, ſic deſcendẽtium filius & nepos. Et ſic probat tex. de hæredit. quæ ab inteſtato. Inſti. §. 1. & 2. & de l. Iuriſconſultus. §. tranſeamus. & §. 2. gradu. ſed nemo diceret patris appellatione cõtineri auum, ergo nec filij appellatione contineri nepotem. Sexto probatur ſic expreſſe l diſpoſitione legis peritura, quæ filiorum diſpoſitiones nõ porrigunt ad nepotem, imo diſpoſita de filijs prohibent porrigi ad nepotes. caſus ſunt in l. lege Iulia. ita cauetur. §. 1. ff. de ritu nup. & C. de colla. l. illam. & Inſt. de hær. quæ ab inteſt. §. 1. cum ſi. Septimo probatur ſic. Diſpoſitione hominis in qua lex diſponit, ꝙ filiorum appellatio non continet nepotem, vt ff. de teſt. tut. l. ꝙ ſi nepotes. & Inſti. qui dare tut. poſſunt. l. fi. Si ergo in lege hominis diſpoſitione expreſſum & cautum eſt, diſpoſita de filijs non porrigi ad nepotes, quis locus dubitationi relinquitur, cum tot legum caſibus comprobetur? Octauo probatur per diſpoſitionem rationum in contrarium facientium ſic. Filiorum appellatione nepotes contineri quidam tenentes, ideo dicunt contineri, quia pari amore ſimiliter eſt nepos, ideo ſub filiæ appellatione, quia idem eſt amor, cõtineatur & neptis, hac amo-



Digitized by Google

ris charitate. Paritate deſtructa, ꝙ antecedẽs, remanebit deſtru-
ctum ꝙ eſt ꝯñs, vt contineatur, probatur ſic. hæreditates aſcenden
tium deferuntur deſcẽdentib. ex charitate, & voto, vnde l. nam &
ſi. ff. de inoffi. teſt. & l. ſcripto. ff. vnde liberi. & de bo. dã. l. fi. in prin.
C. de leg. hær. l. emãcipatus. & extante filio non admittitur nepos
ex eo, vt in Auth. de hær. ab inteſt. §. 1. & §. ſequen. & C. de legi. hę.
auth. in ſucceſſione. & de lib. & poſthu. l. Gallus. per totũ. l. ſi ergo
deſtruitur ꝯñs, quare non pariter deſtruitur antecedẽs, quare non
pariter diliguntur, nec pari charitate & voto diligantur filij, nec
ergo filij appellatione nepotes continentur. Pari ratione probatur
& in qualibet ſucceſſione ab inteſtato. hæreditates. n. ex tacita vo-
luntate, & affectione morientium deferuntur, l. conficiuntur. ff.
de iure codicil. & l. 1. §. fin. de leg. 3. ſm hoc voluntas vr̃ inſpicere
ſm plus & minus ſucceſſores, & ſm ordinẽ gradus, in auth. defun
cto. C. ad Tertul. in auth. ceſſante, & in auth. poſt fratres. C. de le-
gitim. hære. & in Auth. de hær. ab inteſt. §. 1. & §. ſi vero. & l. Titio
& Meuio. §. 2. & l. poſt emancipationẽ. §. idẽ q̃ſijt. de leg. 3. Cũ igit
ſit filius in primo gradu, nec pariter ſuccedat nepos cum eo, ergo
nec par affectio ac dilectio, ergo nec pariter ſub filij appellatione
coniungunt. Nono probatur ſic. Cõſuetudo eſt altera natura, er-
go idẽ eſt ius, & ptãs ꝯſuetudinis & naturę, vt C. de probationib.
l. Actor. & l. 1. §. 1. ff. de aqua plu. arc. & de libe. & poſth. l. ſi quis. ſed
naturalis ſenſus rei dat nobis propriũ intellectum, ergo & conſue-
tudinarius inerit nepotis appellatione, ergo & proprius, vt d. l. q̃d
ſi nepotes. & Inſtit. qui da. tut. poſ. §. fi. Decimo ſic, vbi dubitatẽ de
ſignificatione verbi, vel legis, conſilium nobis eſt recurrere ad in-
tellectum nobis ex conſuetudine datum. l. ſi de interpretatione,
& l. nã Imperator. ff. de legi. in fin. & C. de epiſc. audie. l. ſi lenones,
& ff. ſolu. mat. l. dos a patre. ſed vbi dicit lex de Principe, quod re-
curreret ad conſuetudinẽ, & eius intellectũ, ſi non ſeruauerimus
ipſum, vt C. de legib. l. fi. & l. certi condictio. §. ſi numos. ff. ſi certũ
petatur. Sic ergo ſm conſuetudinẽ, & eius intellectũ reijciamus
nepotẽ ſuorum appellatione contineri. Vltimo probatur per le-
ges expreſſas quæ dicunt ſignificationem rei dari ex cõi appella-
tione, l. Labeo. de ſupel. leg. l. cũ de lanionis. §. aſinam, de fun. inſtr.
& ſtatutum dicit, ad vulgarem intellectum. Item vr̃ probari ſic.
Non vr̃ verbum probatum ſignificare, ꝙ veridice non eſt agita-
tum, etiam ſi verbum videretur probatum, d. l. Labeo. in fi. l. iam
hoc iure, de vulg. & pup. de mun. & ho. l. vt gradatim. §. & ſi legẽ,
& de iniuſto teſt. l. in teſtamento. ſed ſi communis appellatiõi
hoc tollit mentem, vt ſibi propriam, remanebit verbum inutile,
velut ſine mente prolatum, ꝙ ad nepotes non porrigitur.

**In contrarium.** Quod hoc beneficiũ porrigat ad ne-
potes ex filio, probatur ſic. Primo di-
cit lex, ꝙ ex alluſione vocabuli datẽ proprius verbi ſenſus, l. ſecun-
3 da. §. appellata. ff. ſi cer. pet. l. Pupillus. § territoriũ. ff. de verb. ſignifi.
& eo. tit. l. tigni appellatione. & C. de epiſc. & cle. l. decernimus. &
ff. de teſtam. l. 1. Si ex alluſione verbi huius, filius contineretur, conti
netur & nepos, cũ dicatur filius, à philos, ꝙ eſt amor, & eadẽ amo
ris cauſa ad nepotẽ, vt ad filium. l. librorum. §. ſed & Papinus. de
verbo. ſignifi. ergo ex propria verbi interpretatione continet filius
nepotẽ, igitur & in dicti ſtatuti bñficio cõtinetur, vt Auth. de non
eligen. ſecun. nub. §. cũ igitur. de leg. 3. l. vxorẽ. §. concubinæ. Secũ-
do probatur coniungendo leges, & glo. ſic dicunt iura. Aut tracta-
tur de proprio verbi ſignificatu, & ſm id filius cõtinet nepotem,
Si autẽ cõmuni appellatione, & tunc non continet, & ſic concor-
datur dicta l. liberorum. §. ſed & Papinus, & l. ſi nepotes. ſ. allega.
& Inſti. qui da. tuto. poſ. §. certum ſi filios. Tertio ſic probatur, q̃d
intellectus, qui habetur ex cõmuni appellatione, eſt intellectus fi-
guratus, ſic probat d. l. Labeo, cum ſua glo. ff. de ſupe. lega. Ex hoc
ſic arguo, ſicut ſe habet figura rei ad rem, ſic intellectus figuratus
ad proprium, ſed figura rei non eſt ipſa res figurata, vt C. de iure
aure. anu. l. ſecũda, & de Lati. liber. toll. l. 1. in prin. & inſtit. quib. mo
dis toll. obl. §. eſt autem. & de reg. iur. l. imaginaria. ergo nec in ſta
tuto ſequẽdus. Sic ergo patet ad ſenſum, figura hominis, licet ali-
quid repręſentet, non tamen eſt homo: ſic acceptilatio, licet ſit
imaginaria ſolutio, non tamen eſt ſolutio. Quarto probatur ſic.
Et ſi ex huius appellatione, ex communi vſu, & ex cõi appellatio-
ne datur aliud intelligi, & repræſentatur, non tamẽ eſt idem cum
eo. ꝙ intelligitur, & repræſentatur ex illo, nec tamẽ idemq; ſigni-
ficat, vel per modum ſignificati comprehendat ſpẽm nec eſt, nec
eſſe poteſt. Item dicit lex, ꝙ vtimur empto, pro vendito, & nun-
quam ſequitur, ꝙ ex ſignificatione vnius vnum comprehendat
aliud. Certe nemo dicit, nec vſus cõis facit, nec facere poteſt, licet
vnum repræſentetur ex altero. Sequitur ergo, ꝙ communis opi.
dẽt intelligere illam, ſeu repræſentet aliquid, non ꝙ idem ſignifi-
cet ex proprio intellectu, ergo ex tali appellatione no. ar. in ſtatu-
to. Accedit his, ꝙ vltimis voluntatib. probaturq; per legem. §. di-
ſponat. in Auth. de nup. Ecce teſtator dicit ſic, ſi cui bis legauero,
ſemel tñ deberi volo, ſi per duo geminata legatum detur, vnum
tamen intelligi non eſt id, quia duo geminata vnum tñ, ſed duo
in l. ſi mihi & tibi. §. fi. de le. 1. ſic concluditur, ꝙ licet lex, vel teſta-
toris diſpoſitio, vel vulgi conſuetudo, vel cõis appellatio debent
nobis verbum, repræſentare plus, vel minus, vel aliter, quam ſit
eius ſignificatum, non mutat propriam ſignificationem rei, ſed
figuram quandam facit, & figuratos intellectus. Sexto probatur,
& vr̃ caſus, in l. 2. ff. de vſuf. ea. re. quę vſu conſu. vbi expreſſe caue-
tur, ꝙ cum in rebus, quæ vſu conſumuntur, non poſſit adaptari ſi-
gnificatio vſusfructus, ſm propriam ipſius naturam, & ſignifica-
tionẽ: non. n. poteſt ſenatuſc. mihi conſtituere vſumfructum, ſm
propriam ſignificationem vocabuli, ſed vocabitur vſusfructus,
modo ex hoc ſic arguendo, conſuendo, & iura ſcripta parib. paſ-
ſibus ambulant. ff. de legi. l. de quib. in fi. & inſtit. de iu. na. §. ex non
ſcripto. ſed ius ſcriptũ, i. ſenatuſc. non põt, ergo nec conſuetudo.
Sic ergo inducit impropriam, ergo eius ſignificatio non compre-
henditur ſub ſtatuto. Septimo ſic. dicit lex, ꝙ ea quæ ex conſuetu-
dine ſunt non tollunt ꝙ eſt, vel eſſe debet. l. fin. de ſer. vrb. præd. & l.
cũ quidã. §. ꝙ dr̃. de acquir. hær. Octauo probatur ſic. Species op
poſitæ non ſunt, ſed lex ponit propriam ſignificationem per ſe, &
ea, quæ eſt ex tota appellatione illa oppoſita, ergo propria ſignifi-
catio cum ſit ex propria ſignificatione, non dẽt dici eſſe ſola, ergo
propria in ſtatuto recipiatur, alia reijciatur. Item expreſſe opponit
tex. illa quæ eſt ex cõi appellatione, tñ ſpecies oppoſitæ non debẽt
dici, & inducere præſumptionẽ voluntatis, non ex ſignificato vio-
lenter inducatur, hoc probatur expreſſe in l. cum de lanionis. §. aſi-
nam. ff. de fun. inſtr. Nono vr̃ quidam caſus hoc probare, & facit
plura ꝯ̃ria ceſſare. Certum eſt ꝙ maleficium pp alluſionem con-
tinet malefactorẽ, ſed ex vulgi opinione pp exceſſum in delicto
maius maleficiũ vocant. Decimo ſic probatur, & ſi ponamus, ꝙ
ſtatutum loquens de filio non contineat nepotem, tñ beneficiũ
datum filio, an ex eius perſona deſcendat in nepotem, non eſt ſta-
tuto diſpoſitum, neq; prohibitum, remanet ergo hoc iuri cõi, an
beneficium datum filio per ſtatutum, tranſeat in nepotem. Qua-
re hoc omiſſum probatur ſic. Certum eſt, ꝙ beneficium datum
filio, priuilegium, & honor tranſit ad nepotes, vt C. de dĩ. l. mili-
tes, & l. a diuo Marco. ff. de ſenatorib. l. emancipato. & C. de priui.
do. l. vnica. in gl. mag. hoc ergo priuilegium datum filio ex ſtatu-
to, licet ex eo, & eius verbis non tranſeat ad nepotẽ, ꝙ tñ hic tran-
ſitus non eſt prohibitus nec permiſſus, ſed eſt omiſſus, de iure cõi
1 debet cõcedi. Vndecimo circa idem, nepos, filio ſublato de me-
2 dio, locum primi filij incepit tenere, vt inſt. de hære. quæ ab inteſt.
defe. §. poſt mortem, & §. cum filius. & l. Gallus. §. nũc videdum.
ff. de lib. & poſthu. Sed filius comprehẽſus in ſtatuto hoc bñficio
vtetur: ergo nepos eius loco ſuccedens. Duodecimo probatur ex
vi ſubrogationis, ſublato. n. filio nepos huius filij loco dẽt ſubro-
gari, vt ſ. probaui. ſed ſubrogatio dẽt eſſe eius cõditionis, in cuius
locum ſubrogatur. l. 1. §. actio. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. l. item veniũt.
§. idẽ recte. ff. de pet. hær. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau.
ergo eiuſdẽ ſtatus beneficio vtitur. Non obſt. prædicta l. iuſta. ff. de
ver. ſign. quæ vr̃ obſtare in duob. vt ſ. dixi, quia dico, ꝙ ibi ſit ſimi-
litudo in comprehendẽdo, non in modo, ſaltem per relationem
ad genus, verbum ſemel poſitum proprie, & improprie ſumatur.
l. certi condictio. in princi. ff. ſi cert. petat. Cum ergo maſculinum
comprehendat fœmininum filiæ, & filij nepotes, vt in hoc ſimi-
le. Item phr̃ ſimilari, vtrunq; ex interpretatione, ſicut filius nepo-
tem comprehendit ſumendo pro vocabuli aperta ſignificatione.
ſic filius filiam, ſm apertam ſignificationẽ extẽſiuam vltra ſignã-
tionem verbi. Non obſtat, ꝙ non conueniunt ſpecie, quare non
gradu. Itẽ quod ponitur ad ſpecies differẽs, quare eſt conſiderare
filiam prout ex propria ſignificatione cõ. ad filium, & nepotẽ, &
tunc eſt genus, & nõ ſpẽs oppoſita ad nepotẽ, ſic intelligitur, & ſic
allegatur. Et eſt conſiderare prout ex cõi conſideratione compre
hendit filiũ primi gradus, & tunc non conuenit gradu, vel ſpeciei
ad nepotẽ. Non obſtat, quia non eſt in eadẽ cã ꝙ pater, quia hære
ditas ex voto defertur, & non ad filiũ, & hæc ſunt vera filio dedu-
cto de medio. Vel dic, ea quæ deferuntur ſm plus & minus ab eo
dẽ ſignificato abuſionis, vt l. fi. de fun. inſtru. & C. de male. & ma-
the. & l. ſi excepta. Inſt. de tut. in princ. Vel dic, ꝙ dilectionis cã ſe
habeat pariter ad vtrunque. d. §. ſed q̃d Papinus. ſed quia cæteris
parib. melior eſt condõ, ſeu ratio prioris, ne cõceſſum ſecũdo de-
negetur primo, iõ deferuntur primo, vt l. diẽ functo. ff. loc. & l. aſ-
ſiduis. §. exceptis. C. qui potior. in pig. nec tñ adimere, ſed conferre
nepotibus intelligatur pp naturã ſucceſſionũ. quæ aſſertur priori-
bus, non tam, vt ex eis, vel eorum affectione, ſed vt per eos poſte-
riorib. conferatur. l. 1. & l. via. §. ſi fundus. de ſeruit. ruſt. præd. & eo.
tit. l. quicunq;. Non ob, ꝙ lex ſeu hoĩs appellatio filij comprehen-
dat nepotẽ, quia illud contingit, aut ex eo ꝙ lex expreſſe reſtrin-
git ſignificationẽ ſumendo velut ſpeciẽ appoſitam nepoti, vt hic
exprimat, aut ex mente reſtringendo non ex appellatione cõi, &
vulgi. Non ob. aliud ſtatutũ, ꝙ dicit ad vulgarẽ ſenſum, quia aliud
ſequitur ex ordine, quia extra ſignatum cõem intellectũ reijcit.
Primo vr̃ mihi, ꝙ prima facie videantur quaſi idẽ, diuerſa tñ ſunt,
& communis opi. & intentio ſeu voluntas, & cõis intellectus, &
cõis appellatio conſiſtit in voce, & appellatio cõis vſus conſiſtit
in exercitio, vt l. ſi ſeruus plurũ. §. fi. ff. de leg. 1. & l. cum unus. ff. de
alim. & cib. leg. intentio & voluntas nõ uera, uel præſumpta, ſed
propria ſignificatio non concurrit ex his, in l. cum de lanionis. §.
aſinam. ff. de fun. inſtru. in ver. in qua præſumptione, id eſt, præ-
ſumpta

ſumpta voluntate quæ ex cõſuetudine tollitur: ſic intelligitur illa lex, q ſi nepotes. de teſt. tut. & iſte non idem cum prædictis, patet: licet enim proferẽdo ſingulare, ex cõmuni vſu debet intelligi de plurali, non iſi vulgaris intellectus, nec cõis intellectus vulgaris ſic ſe habet ad plurale, vt ſit intellectus verbi, ſicut eſt in empto & vendito. hoc per verbum prolatum datur ex cõi modo verbi ſentire, de alio tamẽ non eſt vulgaris intellectus, nec vulgo habetur, vt vnum ſignificet aliud. & hoc eſt quod dr̃, q eſt quidam intellectus figuratus, vt ſ. probaui. licet figura det nobis ſentire de ſignificato. ſic hæc communis appellatio dat nobis intelligere aliud pro alio, id eſt, verba prolata non per hoc aſſumunt ſignificationem, vel intellectum vulgariter, vel cõmunem, q præterea vulgi appellatio fingat, vel faciat aliud velle loquẽtem: quæ tamen voluntas abſtracta a ſignificato verbi, & intellectu quolibet non adſtringit vt in ſtatuto, & ſic probant dictæ leges. hoc probat l. 4. de le. 1. dum dicit: immutabilia ſunt, & gl. ibi, in verbo, vocabula. dũ dicit, vt actum erat inter te, & me de equo, & tamen de mulo ſentitur: nec tamẽ ex hoc ſequitur, vel inducitur intellectus ſm proferentes, nec equus ſignificat mulum, vt ſic fiat intellectus verb. & glo. incontinenti ſubijcit, vel ita conſuetudo & operando iſtos duos caſus, & ita magis eſt intentio, ſeu voluntas loquentis, vel relationem ad perſonam figuratam, ſeu figurate repræſentare per verba, quam ita intellectus vulgaris, vel cõis verborum, vel datur verbis per relationem ad verba coniungitur nepos ad auum, per quem ius ſuccedendi confertur, ſed non eſt hoc ius in filio, impediẽte ſtatuto, ergo nec in nepotibus. Item dicit, lex quod filia ſublata, nepos quaſi agnaſcens incipit locum tenere. vt inſti. de exhe. lib. §. poſthumorum. ſed ſi filia non ſuccederet: ergo nec nepos locum filiæ tenere inciperet. Item ſic probatur, ea quæ ſubrogantur loco alterius, ſapiunt naturam illius, in cuius locum ſubrogantur, l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fuer. & l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. ſed nepos, deducta de medio filia incipit ſuum locum tenere, vt l. in ſucceſſione. C. de leg. hæred. & C. de collat. l. illam, & in Anth. de hæ. ab inteſt. §. 1. ergo in eiuſdem ius, & locum, cum ergo filia non ſuccederet. ergo nec nepos, itẽ probatur, ubi ius deberet tranſire de primo intellectu mediante ad ſecundũ, impedimẽtum contingens in ſecundo quod eſt in medio impedit tranſire ad tertium, l. ſeruitutes. §. publico loco, ff. de ſeruitutibus, & l. in tradendis vnis ædibus. §. interpoſitis. ff. commun. præd. & de ſer. vrb. præd. l. ſi ædes. ſed verum eſt, quod ius coniunctionis, & per hoc ſucceſſionis, q debet trãſire de auo ad nepotẽ, debet mediante filia tranſire ſecundo: in filia autẽ non procedit ius: ergo tranſitus neceſſario ad nepotem conſequenter impeditur. Item probari vr̃ per legem, quæ dicit, q iura corrupta in perſona filii impedium: vt ius ſuccedendi tranſire ad nepotem. l. diuiſi fratres. ff. de iure patr. & ſi de feu. controuer. fuer. cap. vni. §. vaſallus. Item cum impedimentum venit a cauſa efficiente, ſiue ſit effectus in fratre ſiue nõ, nec inchoauit, impeditur, ſecus ſi in facto eſſet, vt l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. & de ſolu. l. qui res. §. aream, ſed hic dotata fuit cum nupſit ſecundũ caſus contingẽtes ante natiuitatẽ nepotis, & per hoc impeditur ius ſuccedendi in perſonã filiæ, licet ipſa ſit cauſa ſufficiens coniunctionis, & iuris ſuccedendi ad nepotem auo, arg. l. ſi compenſandi. C. de hæred. inſti. ſed iure corrupto in perſonam filiæ non poterit ad nepotem poſtea tranſire. Item ſic quo ad ſequens concludendum, non ſunt hæc paria non extare præcedentes in gradu, vel extare, & non poſſe ſuccedere, vt in §. ſed noſtra. Inſti. de ſucceſ. lib. & ff. de inoffic. teſta. l. Papinia. §. in quarta. ſed extante filia nepos non obtinet ius ſuccedendi, vt de lib. & poſthu. l. Gallus. etiam ſi non poſſet ſuccedere, eodem modo ſi extare deſijt, p argumen. a pari. Idem eſt, ſi vnico vincentẽ te, multo magis vincam te, vt l. de acceſſionib. de diuerſ. tempo. præſcrip. ſed nepos ex filio vincit filiam dotatam, & filia nepotẽ ex ea: ergo nepos ex filio, & filius vincit nepotem ex filia. Item facere videtur mens ſtatuti, quæ voluit ad filium non deſcendere, vel ſuos filios ſucceſſuros, vt ſecunda pars apud mares, & eorum deſcendentes ſit. Item probatur, corrupto hoc iure in perſonam medij, remanet corruptio in perſonam tertij, vt C. ſi pignus pign. dat. ſit. l. 1. & ff. de pig. l. 2. & de in diem addict. l. 2. §. idem Marcus, & in vſibus feu. ſi de inueſt. feud. fuer. ꝯtrouer. ſed hic eſt corruptum ius ſucceſſionis in perſonam filiæ, quæ media eſt: ergo in perſonam nepotis. In contrarium probatur ſic, cui non conue-

2 niunt uerba legis, nec lex, maxime in ſtatuto † ſtricti iuris, vt ff. de flum. l. 1. §. mater autem de admini. tut. l. ita autem, in princ. ſed verba legis, quæ de filia dotata excludenda loquuntur, non conueniunt nepoti, tum ratione ſexus fœminei, tum quia illa neptis non eſt dotata neque dotatur, ergo verba legis, & eius diſpoſitio non porriguntur ad nepotem. Et ſecundo probatur expreſſe iure emptionis, quod iura quæ debẽt tranſire in perſonam nepotis ab auo, corrupto iure in perſonam filij medij, nõ tolluntur. l. de ſena. emancip. tum, & C. de quæſt. l. diuo. Marco, & l. Paulus. §. Paulus. de bonis liber. Item ſic. Impedimentum naturæ validius eſt quam impedimentum accidentis. ff. de adop. l. ſecunda, ff. de liber. & poſthum. l. Gallus. ſeu naturali impedimento impeditur filia ſuccedere, quia ea mortua, non excluditur nepos, imo tunc magis vocatur, vt §. ita demum. Inſti. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur, & l. Gallus. per totam l. de lib. & poſthu. ergo idẽ in impedimento iuris ciuilis ſtatuentis. Quarto ſic, non debet idem effectus eſſe cauſa duorum contrariorum, vt l. cum is. §. 1. de condi. indeb. ſed certum eſt, quod in ſucceſſione filiæ eſt obſtaculum, ſucceſſio & remotio filij a ſuo ſeparat viam nepoti: ergo non debet excludere. Quinto ſic probatur. Licet ius coniunctionis nepotis ad auum cauſetur a media filia, tamen ius ſucceſſionis non procedit a filia: ſed ex naturali affectione & charitate aui ad nepotem, vt l. 2. & l. nam & ſi. de inoffic. teſta. pro filia ſubducta, & dotata non ceſſat etiam charitas, vt dicto §. ita demum, ſed magis augetur, ergo non tollit ſuccedendi ius. hoc autem eſſe verum fortificatur in multis caſib. Pone, q ius ſuccedendi, eſt heretico, filij eius, ſi ſunt heretici, non ſuccedunt, nunquid nepotes ſequentes in gradu ſuccedent? Certe ſic, imo & vlteriores primis excluſis: caſus eſt in l. cognouimus. C. de hære. & Manich. Pone, q pater filium exhæredauit, qui cauſam ingratitudinis commiſerat, & decedit filio viuo auo, nunquid nocebit nepoti excluſio filij, & quid de legitima propter ingratitudinem? Certe non, quia venit nepos ad bona aui ex ſui perſona. Item pone (quod plus eſt) ſuperuixit nepos auo, & ſi deceſſit filius, non fit querela ex eius perſona, eſſet tamen ex perſona aui. Probatur in d. l. Gallus. & in l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſta. Item duæ rationes fortiores ſunt quam vna, ſed quælibet ipſarum videntur parare viam ſequẽtibus, ſcilicet ſi præcedens fuerit de medio ſublata. Item ſi præcedenti fuerit via ſuccedendi præcluſa. l. poſthumus. § fin. & l. pater. ff. de inoffi. teſt. & l. Papinia. §. quamquam. eo. tit. vbi autem concurrũt hæ duæ cauſæ, q filia prædeceſſit, & eidem fuit via præcluſa ſuccedendi, ergo nepos veniat. Item ratio excludens filiam, eſt ratio ſexus, & prohibitæ dotis, quæ non porrigitur ad nepotem nec ex mente, ergo nec ex ratione excluditur. Bartolus a Saxoferrato legum Doctor.

## QVAESTIO XXII.

1 *Pedagium quot modis accipitur.*

2 *Pedagij, uel uectigalis, an in contractu debeat fieri remiſſio.*

Quando Ponimus totum pretium vno tempore, & in principio cauſæ ſolutum, tunc dicetur eſſe emptio & uenditio. An autem tũc debeat fieri remiſſio, & quid iuris? Tunc eſt aduertẽdum, quid ſit illud, quod eſt emptum. Et primo videamus de pedagio. & certe pedagium poteſt accipi pro eo, quod ex pedagio percipitur, ſicut dicitur de vectigali. ff. de publi. l. 1. & §. 1. & quod ibi no. vectigal eſt quod pręſtatur, &c. Idem

1 nota. C. de vectigalib. & commiſſ. l. 1. §. circa. † & ſi iſto modo acciperetur, videretur venditum ipſum corpus nudum, quod percipitur ex vectigalibus, ſed iſtud videtur falſum eſſe cum vectigal, ſeu pedagium percipiantur a ciuitate, & tradantur publicano, ad hoc poſitum ab ipſo emptore, & ſic quod percipitur, non videtur emptum, cum nunquam fuerit ciuitatis, vt dicam ſtatim in fructib. Secundo modo poteſt accipi pedagium, vt dicatur emiſſe ipſum ius percipiendi pedagium, quod ipſi ciuitati competit. Tertio modo poteſt accipi, vt dicatur emiſſe ipſam perceptionem pedagij, ſcilicet ipſam commoditatem percipiẽdi, ſicut uidimus in vſufructu. Aliud eſt enim emere ius uſuſfructus, aliud perceptionem fructuum, ſeu commoditatem utendi: iſtud enim eſt facti. ff. de iure dotium. l. ſi uſuſfructus, de pericu. & commo. rei vẽditæ. l. neceſſario. §. fin. ubi no. & de uſufru. l. arborib. § uſufructuarius. & ibi no. quod utrum iſtorum ſit emptum, poteſt dubitari, dico qđ licet non procedat contractus habilis & traditio, ut perpetuo ſit penes percipientes, in dubio uidetur transferri plenum ius, ut ff. de iure dotium. l. dotis fructus. §. ſi. cum l. ſeq. & ff. pro dote. l. 1 tamen in caſu propoſito, cũ iſta iura non poſſint tranſferri ad tempus, ut ff. de ſeruit. l. 4. intelligo etiam uendi tam ipſam perceptionem, ſeu percipiendi commoditatem, ut d. l. neceſſario, in ſi. cum gl. de pericu. & commo. rei uendi. in ulti. glo. Sic debet intelligi. l. cum in plures. §. pen. ff. loca. Item ſi diceremus uenditum ius, per id quod dic. eſt ſupra. Cum autem ipſa perceptio, ſeu ipſa commoditas uenditur, ſpes, ſeu alea uidetur emi. l. ſi iactum retis. ff. de actio. empt. aliud eſt enim emere ipſam perceptionem, aliud id q percipitur, ut dictis legibus colligitur. Et ſic apparet, q periculum eſt emptoris, nec debet fieri remiſſio pretij propter guer-

2 ram, ut d. legibus. † Hæc aũt intelligo, ſi guerra eſt ſine culpa ciuitatis uendentis, ut puta propter guerram, quæ eſt in Marchia ex pedagio nihil percipitur, ſed ſi ciuitas ipſa guerram infert alteri, uel alia ſibi, ſiue iniuſte, ſiue iniuſte, ut perdi pedagium culpa ciuitatis, & ſic debet fieri remiſſio pretij, ut ff. loca. l. ſi merces. §. culpæ. & quod ibi no. & ff. ſol. matr. l. pe. in prin. De alijs autem uerbis quæ conuenerunt addi, ſi uendo pedagium, & fructus qui percipiuntur ex eo, non curo, quia non uidentur adiecta cauſa ſolnẽdæ dubitationis, & idem important quod ipſum pedagium, arg. eorum, quæ ſtatim dicentur. Secundo eſt uidendum de eo, quod dicitur, fructus, uſuſfructus, redditus & prouentus, qui percipientur

Digitized by Google

tur percipiendi ab ipſo venditore, & tradendi emptori, & nunc ipſum corpus fructuum videtur venditum, quia de non perceptis debet fieri remiſſio pro rata. quaſi venditio pro illo anno non ſit conuenta, vt dicta l. nec emptio. ff. de contrahen. empt. & l. ſi debitorem. §. veriſimile, cum ſi. alleg. ſupra in ſecunda ratione pro parte affirmatiua. Aut venduntur fructus percipiendi ab ipſo emptore, & ſic ad ipſum pertinet cultura, & cura, & tunc ipſum ius vſusfructus videtur venditum, ſiue apponantur dicta nomina, ſiue alterum tantum, non curo, quantum ad propoſitum, vt ff. de vſufr. le. l. ſi quis ita legauerit, & ibi gl. facit iſtam diſtin. & ff. vſufruct. quemad. cap. l. idem eſt. & ibi no. & iſto caſu periculum eſt emptoris a die celebrati contractus, ſeu emptionis, ſicut in eo qui emit proprietatem. l. neceſſario. §. ſi. de peric. & comm. rei vendi. Prædicta vera, quando ciuitas vendens erat domina illorum prædiorum: ſi haberet tantum vſumfructum, tunc videtur vendidiſſe ſolam perceptionem fructuum, tamen idem videtur. d. l. neceſſario. §. ſi. & quod ibi no. Super quarto, quando vẽduntur fructus percipiendi ex ædificijs, & molendinis ſecundum verba. Dico vſumfructum venditum eſſe per eandem viam, quę ſupra dicta ſunt in prædijs, tamen in effectu vidẽtur eſſe diuerſa. Nam ſi quidem molendina, & ædificia ſunt deſtructa, quòd deſinant totaliter eſſe, tunc vſusfructus extinctus eſt. l. repeti. §. rei mutatione. ff. quib. modis vſusfru. amit. le. ſi cui inſulæ. & Inſtitut. eod. §. pen. & ſi reficerentur, non viderentur eadem ædificia, nec reſtitueretur vſusfructus. ff. de vſufructu. l. qui vſufr. in princ. de verbor. obl. leg. inter ſtipulantem. §. ſacram. in fi. & ideo dic de reſtauratione non eſt tractandum, dico quòd periculum eſt emptoris, ſicut ſi emeretur proprietas. l. neceſſario. §. fin. de peri. & comm. rei vendit. de de vſufru. l. ſi vſufructuarius. §. ſi. Si vero aliqua pars ædificiorum remaneret, tunc vſusfructus integer remaneret, d. l. ſi cui inſulæ. de vſufructu. & ideo eſt videndum ad quem pertineat refectio, cum requirat magnam impẽſam. & videtur quòd dominus proprietatis non cogatur reficere, vt l. hactenus. de vſufru. & l. ſi cum vſufruct. in fi. imo videtur, quòd ad ipſum fructuarium talis impenſa pertineat, licet poſtea a domino repetatur, vt no. in glo. in l. damni infecti. §. ei cuius. de damno infecto. Econtra, quòd dominus cogatur reficere, alias teneatur ad intereſſe, vt l. ex conducto. in prin. ff. loc. & l. cum plures, in princ. eod. tit.

**Solutio.** Dico, ꝙ cum iſte ſit vſufructuarius, omnem rei curam ſuſcepiſſe videtur. l. 1. in fi. & l. ſeq. ff. vſufr. quemadmodum caue. & in hoc videtur ad non proprietatẽ conſtitutus procurator in rem ſuam. l. 1. in fi. & l. ſeq. ff. de ope. no. nũc. vbi videtur text. & gl. Ex hoc concludo, ꝙ ipſa cura, & ſolicitudo refectionis indiſtincte pertineat ad vſufructuarium, vt l. inter vſufructuarium. ff. de dam. infe. vbi eſt caſus. Vnde ſi vſufructuarius uult agere contra dominum proprietatis pro eccleſia reficienda, ne forte pro illa pecunia habenda cogatur vendere res ſuas, poteſt, ut ff. manda. l. ſi vero non remunerandi. §. fin. & l. ſi mandato meo. in prin. cum habeat ad hoc mandatum, vt ſupra probatum eſt. non enim facere eſt ſoluere, & poſtea recipere, vt l. ſi dubitetur, in prin. ff. de fideiuſſo. & l. ſi ſtipulatus. in prin. eo. tit. de compe. l. 1. & 2. Si vero vellet fructuarius ſuam pecuniam, poſſet, nec poſſet a domino prohiberi. l. hactenus. §. Neratius. ff. de vſuf. & quod ibi no. & no. in l. ſi cuius. §. idem quæritur. eo. tit. Sed qua actio. gl. ut actio negotiorum geſtorum. & no. in d. l. ſi cuius. & in d. l. damni infecti ſtipulatio competit. §. ei cuius. de dam. infec. Verius puto, ꝙ repetat actione mandati, cum uideatur mandatum, ut dictum eſt, uel factum. nõ enim poteſt agi actione negotiorum geſtorum, cum hoc faciat ex neceſſitate, ut ff. fami. erciſcun. l. hæredes. §. ſi unus. Commune enim negocium magis, quam alterius geſſit. probatur expreſſius in l. prætor. §. generaliter. de bonis autho. iudic. poſſi. Non obſtat quod dicitur, fructuarium non poſſe cogi reficere, d. l. hactenus, quia verum eſt, ſi uult emere uſumfructum, ut d. l. cum fructuarius, nam uſufructuarius aliàs bene cogitur, ut d. l. inter fructuarium. de dam. infec. Non obſtat quod dicitur in d. l. damni. §. ei cuius. quia uerum eſt, quòd talis expenſa ad eum pertinet. ita cum poſſit petere alia actione, & iſto modo ſibi ſoluere, ceſſat cautio damni infecti, quæ eſt ſubſidiaria. Non obſtat quod dicitur dominum non teneri, quod uerum eſt, ſi uult cauere, aliàs iure dominij priuatur, ff. de dam. inf. l. quamuis. in fi. & l. ſi proprietarius. Hoc præmiſſo, in quæſtione propoſita, an debeat fieri remiſſio precij. dico ꝙ non, quia caſus fortuitus nõ debet imputari domino, vt ſupra probatum eſt, nec etiam culpa refectionis non factæ non pertinet ad fructuarium, ut dixi, ſed poſſet fructuarius petere intereſſe ratione quantitatis ſibi non ſolutæ, ut dictum eſt, Deo gratias. · Bart. de Saxoferrato.

*Expliciunt Diſputationes Domini Bart. a Saxoferrato, excellentiſſimi legum Interpretis, ſunt numero xxij. vt ſupra patet.*

F I N I S.

Digitized by Google

# TRACTATVS BARTOLI
# A SAXOFERRATO,
**QVoniam** Nuper eſt ad auditũ noſtrũ deductum,ꝙ inter nõnullos fideles,& ſubditos noſtros prouinciæ Lõbardie,aliorumq;locorũ Italiæ diſceptationes, & dubia ſæpius oriuntur,an infidelis,& rebellis Imperij ſiquam reputari debeat,niſi prius per noſtrę maieſtatis ſniam condemnatus appareat:& nos attẽdentes, ꝙ acta praua malorum potius,q̃ verba ſniarum ipſos faciunt pęna ꝯdignos & eo ipſo,ꝙ qs peccat,correctionem meretur:& quanto plus differtur punitio,tãto amplius culpa creſcit, & gẽtibus pernicioſius in exemplum tranſit: Tenore præſentium declaramus, decernimus,& pronunciamus,ꝙ illi oẽs.& ſinguli ſint rebelles, & infideles nr̃i imperij,qui qñocũq; publice,vel occulte ꝯ noſtrum honorem,& fidelitatẽ rebellionis opera faciunt, & in noſtri imperij ꝓſperitatem aliquid machinantur.& ꝯ nos, ſiue officiales nr̃os, in his,quæ ad commiſſum eis offiñ pertinent,rebellando. Nulli ergo hoĩum oĩno liceat hanc paginam declarationis, & pronunciationis infringere.vel auſu temerario ꝯire. Siquis autem hoc attẽtare præſumpſerit,indignationem noſtrã,& pęnam mille librarũ noſtræ cameræ ſoluendarum ſe nouerit incurſurũ. Dat. Piſis iiij. No. April.regni noſtri ann.v. Mcccxij.

**Quoniam.** Primo ponit dubium. Secundo rationes, quę mouẽt Principem ad deciſionem. Tertio deciſionem. Quarto ponit impugnatores conſtitutionis.partes parent,&c.

1 *Negatio præpoſita ſigno vniuerſali, an faciat æquipollere ſuo contradictario.*

1 a **Nonnullos,** Ideſt aliquos.† Nam negatio præpoſita facit æquipollere[a] ſuo cõtradictorio.vt hic, & ff.de condi.& demon.l.nunquam.& de colla.bon.l.nunquam. poſtpoſita vero facit æquipollere ſuo contrario,l.legitimos. §. an ergo.ff.de leg.tu.& l.obligari.ff.de auth.tut.i prin.& de capti.l.i bello §.1.niſi ꝯrium pateat de mente loquentis, vt l. ſi tenius plurũ.
b ff.ſi quis cau.ſed præpoſita,& poſtpoſita æqpollet ſubalternæ.[b] vt l.vnica.C.de cadu.toll.in prin.&c.

ADDITIONES.

a Th. D. Facit æquipollere. Adde text.in l. 2. C. de primi. lib. 12. & ibi Ioan. de Plat.no.

b Aequipollet ſublaternæ. An,& quando negatio præpoſita faciat æquipollere ſuo contra dictorio,vide Bar.hic, & in l.legitimos.§.in legitimis.& ibi apoſtil. Alex. ff de leg.tu.& ibi poſui in apoſt. & vide Bar.in l. ſi is qui ducenta.§.vtrum. ff.de reb.dub.& in l.Græce.§.poſt litem.ff.de fideiuſ.& in l.1.ff.de teſta. & in l.obligari.de auct.tut. Quando autem anteponitur æquipollet affirmatiuæ, vt in c.ſunt nonnulli.2.q.1.& in c.nonnulli.de reſcrip.& in l.1.§. ſed nonnullos. de tu. & ra. diſtra.& 5.q.5.c.non omnes.& 2.q.7.c.non omnes.& l.non omnis. ff. ſi cer. pet. & gl.33.q.5.c.ſicut nõ omnes.& Bar.hic in locis ſup.alleg.& vide Alex.in l.ſi ſeruus.§.1.ff.ſi quis caut.

**Fideles.** Quæ fidelitas Principi debetur,vt dixi ſup.proxime,circa principium.

**Subditos.** Quia ſunt ſub republica Romanorum, vt in Auth.de hære.& Fal.in princ.iſtis prouidet,vt iud.ſine quoquo ſuffr in princ.Qui autem ſint ſubditi, dixi ſup.l. prox.in glo.ſuper ver.totius orbis.

1 *Prouinciæ appellatione quid contineatur.& nu.8.*
*Lombardia de iure Cano.non eſt prouincia.*
*Cremona eſt de Archiepiſcopatu Mediolani.*
*Rheginm eſt de Archiepiſcopatu Rauennenſi.*
2 *Diuiſio orbis eſt de iuregentium,& ibi nomina diſtincta.*
3 *Villa in Francia idem eſt quod ciuitas,apud nos dicuntur ædificia ſine muris,& de iure communi non habent iuriſdictionem.*
4 *Caſtrum dicitur quaſi caſa alta,ſeu fortis,munita muris, & non habet de iure cõmuni iuriſdictionẽ; licet habeat magiſtratus poſitos per ciuitatẽ cui ſubſunt.*
5 *Ciuitas ſecundum vſum noſtrum dicitur quæ habet Epiſcopum, vel cui cõpetit poteſtas ſibi eligendi defenſores,qui habent iuriſdictionem.*
*Ciuitas etiam vere dicitur ſine Epiſcopo.*
*Ciuitas licet priuetur Epiſcopo,non deſinit eſſe ciuitas.*
6 *Caſtrum,quod habet iuriſdictionem ſibi eligendi defenſorem, quando ciuitas dicatur.*
*Princeps ſcribens caſtro vt ciuitati,facit ipſum ciuitatem.*
7 *Prouincia diſtinguitur ſecundum Canon.per Archiepiſcopatum.*
8 *Ciuitas Metropolis dicitur prouincia.item vnus præſidatus.*
9 *Intra,vel extra prouinciam quis quando dicatur eſſe.*
10 *Homines vnius prouinciæ,an dicantur ex origine ſicut in ciuitatibus.*

a 1 **Lombardiæ.** [a] Hic vr̃ caſus eius opinionem refert Cy. C.de præſcr.30.ann. l. fi. l.† ꝙ prouinciæ appellatio intelligatur ſm cõmunem, & vulgarem modũ loquẽdi.i. Tuſcia, Lombardia.&c.licet ſecundum can. Lombardia nõ eſt vna prouincia. Nam Cremona eſt de vna prouincia, quia eſt de Archiepiſcopatu Mediolanenſi,& Rhegiũ eſt de alia.ſ.de Archiepiſcopatu Rauẽnenſi,vt not.Ber.ext.de elect.c.coram. Idem no.ext.de offic.vic.c.ſententiã. Sed pro huius declaratione ſciendum eſt,† ꝙ diuiſio orbis terrarum de iure gẽtium eſt, vt ff.de iuſti.& iu.l.ex hoc iure.& hæc diuiſio fuit eorum, qui habitant ſimul.i.ędificijs in vnum collatis,& ſic communiter habemus tria nomina.ſ.ciuitas,caſtrum,& villa,d.l.ex hoc.& ibi no. in glo. parua,ſuper ver.collata.Quædam eſt diuiſio eorum, qui non habitãt ſimul,ſed ædificijs ſeparatis, & hęc appellatur prouincia, vel regnum, vel ſunt alia nomina vniuerſalia ſignificantia ſeparationem linguarum,vt Italia, Alemania, Francia, Græcia, & ſimilia, d.l.ex hoc iure.& C.de offic.rec.prouin.& ff.de offic.præt.per totum,de quorum quolibet videamus. Villa,in Francia,idem † eſt, ꝙ ciuitas. Nos autem dicimus villas ædificia ſine muris, vel foſſis quæ villæ,ſeu vici, nullam habent iuriſdictionem de iure cõi, ſed ſubſunt alicui ciuitati,vt C.de epiſc.& cle.l.nulli.§. fi.& de na. li.l.2.& ff.ad mu.l.qui ex vico. Pro hoc ext.de ſenten. excom. c.ſi ciuitas.& ꝙ ibi no.per Inno.& Io.And.Caſtrum[b] † dicitur, quaſi caſa alta,ſeu fortis,& munita muris,ſeu vallo.l.quicunq;caſtelloru.C.de fun.limitrop.lib.11 & ff.ad l. Iul.maieſt.l.2.& in d.c.ſi ciuitas.& ſimiliter non conſueuerunt habere iuriſdictionem de iure communi,ſed ſunt ſicut vici,vt dictis iuribus,& eſt expreſſum. C.de teſtam.l.fi.habent tñ quoſdam magiſtratus, q ibi ponuntur a ciuitatib.[c] quib.ſubſunt,vt C. de magiſtratib. municipalib. & ibi no.per Azo in ſum.Ciuitas † vero ſecũdum vſum noſtrum appellatur illa,quæ habet Epiſcopum:ante tamen quã eſſent epĩ,erant ciuitates. Et ciuitati competit poteſtas eligẽdi ſibi de iure cõi defenſores,qui hẽant iuriſdictionem,nõ aũt merum imperiũ,vel mixtũ,vt in Auth.de defen.ciui.§.iuſiurandum. Fallit in vrbe Romana,vt l.1.§.cũ vrbem.ff.de of.pfec.vrb.& in alijs,q̃ habent ex priuilegio,vel ex ꝯſuetudine,[d] vt d.§.iuſiurandum. & quia ſecundũ canones epiſcopi debent ordinari in dictis locis, vbi ſunt officiales, vt 80.diſtin.c.1.2.& 3. Ideo inſurrexit ꝯſuetudo, ꝙ locus hñs epũ ſit ciuitas,tamẽ vere ſine epiſcopo dicit̃ ciuitas, eo quod hẽt officiales prædictos,& iuriſdictionem. Et ſic patet, ꝙ licet ex cauſa vna

ADDITIONES.

a Th.D.Lombardiæ.Qualiter prouincia intelligatur, vide Bart.hic,& in l. fi.C.de metrop.Beri.li.11.& Card.in cle.dudum.in ver.extra ciuitatẽ.in 2.q.de ſepul.Io.de Imo.in c.pen.in ver.& aduerte.de teſtib.Sal.in l.fin.C.de præſcrip.lon. temp. Ang.de Are.Inſti.de vſuc.in prin.

b Caſtrum.Vide Fel.in c.Rodulphus.de reſcrip.vbi plene ponit de hac materia.& vide Bar.in l.1.in prin.ff.de colleg.illic.& ibi apoſt.

c Ponuntur a ciuitatibus.Vide Iaſ.in l.1.in princ.ff.de iuriſd.omn.iud.

d Ex conſuetudine.Vide Bar.in l.Imperium.ff.de iuriſd.omn.iud.cum concor.d. de quibus ibi per Iaſ.

Digitized by Google

vna ciuitas priuetur epiſcopo, non tamen per hoc definit eſſe ci-
a nitas. a Sed quid dices † tu de Caſtris, quæ ſunt per Italiam, & ha-
6 bẽt dictas iuriſdictiones, an dicemus, quòd ſint ciuitates? Reſpon
deo, ſi conſtat, quòd antiquitus fuerit ciuitas, licet poſtea epiſco-
patum perdiderit, ciuitas eſt proprie, vt patet ex prædictis. Si hoc
non conſtat, tunc aut iuriſdictio fuit illi loco conceſſa, vt ciuitati,
aut vt caſtro, aut ſimpliciter dicendo, tali terræ, vel tali comita-
b tui. b Primo caſu erit ciuitas. nam ciuitatem facit Princeps, eo
ipſo, ꝙ ſibi ſcribit, vt ciuitati, vt nor. per Innocent. ext. de offi. ord.
cum ab eccleſiarum. Nam dicendo, ꝙ ſit ciuitas, videtur ſibi cõ
cedere omnia priuilegia ciuitatis, arg. ff. de re iud. l. quidam conſu
lebant. Secundo caſu non erit ciuitas, ſed caſtrum habens priuile
gium ciuitatis, vt dicitur. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd. l. 1.
§. 1. Tertio erit ciuitas, quia larga interpretatio eſt facienda in cõ-
7 ceſſione huius beneficij, vt l. pen. de conſt. princ. † Prouincia vero
ſecundum canones diſtinguitur per archiepiſcopatus, vt dictum
eſt, ꝙ qualiter de iure communi ciuili intelligatur, ꝙ procedat,
dic ꝙ quædam ſunt ciuitates minores, vt communiter omnes,
quæ habent iuriſdictionem prędictam abſq; mero, vel mixto Im
c perio. Aliquæ ſunt ciuitates, c quæ habent mixtum Imperium.
Aliquæ ſunt maximæ, quæ habent merum, & mixtum Imperiũ,
vt ciuitas metropolitana, nec dico pp epiſcopatum, ſed quia fo-
rum cauſarum eſt magnum. cui ſuberant multæ aliæ ciuitates,
vt ff. de execu. tut. l. ſi duas. §. eſt autem. & §. ſe. Iſta autẽ ciuitas me-
tropolitana dr̃ caput prouinciæ, vt C. de metro. l. 1. libro 11. Vnde
merito olim totum, quod ſuberat iuriſdictioni metropolitanæ,
dicebatur prouincia, ſicut etiam hoc faciunt Canoniſtæ, vt dictũ
eſt in princ. glo. Et eod. modo vnus præſidatus dicitur prouincia:
nam ei ſubiunt plures ciuitates, vt in omnibus legib. quæ men-
tionem faciunt de præſide prouinciæ: verum quia aliter factæ fue
runt diuiſiones in temporalib. & aliter in ſpiritualib. reperitur, ꝙ
in eadem prouincia ſunt terræ diuerſorum epiſcoporum, ſeu epi
ſcopatuum, vt d. c. coram. & ibi no. Cum ergo a Principe, vel a iu-
8 re † ſit appellatio prouinciarum, qualiter intelligatur, vel accipia
tur? Dic, quandoq; fit appellatio prouinciæ eo reſpectu, ꝙ ſit ſub
vna iuriſdictione, & ſi contingit, ꝙ quælibet ciuitas habeat ſepa-
ratam iuriſdictionem, nec eſt vnus præſes cui ſubſit, quælibet ci-
uitas habetur pro prouincia, vt C. de præſcri. lon. tem. l. j. & ibi no.
Quandoque appellatio prouinciæ fit eo reſpectu, ꝙ maior eſt di-
ſtantia, quã io extra prouinciã, quam quando in prouincia, tunc
9 ſerua, quod no. in d. c. coram. ext. de electio. vt † exiſtens in dicta
prouincia ſi eſt multum a remotis, habeatur perinde, ac ſi eſſet
extra, & eodem modo exiſtẽs extra ſi eſt multum de propinquo,
habetur perinde, ac ſi eſſet intra, ſic intelligitur C. de dilat. l. 1. &
ſic ſenſit Ioan. And. ext. de teſtib. c. vltra tertiam. Quandoque ap-
pellatio prouinciæ fit alio reſpectu, vt quia legatus prouinciæ mit
titur in tali prouincia, vel aliquid cõceditur hominibus talis pro-
uinciæ, & tunc appellatio debet intelligi ſecundum vulgarem, &
communem appellationem prouinciæ, vt Lombardia, Tuſcia,
& Marchia, & ſimilia. Caſus eſt hic, & ita tenet Odo. in d. l. fin. &
Cyn. ibid. & Hoſt. & Io. And. in d. c. vltra tertiam. De diuiſione, &
vnione ciuitatis, & prouinciæ, dixi in d. l. 1. C. de metro. Bery. li. 11.
10 † Item, an homines alicuius prouinciæ dicantur ex ordine, ſicut
contingit in ciuitatibus, tangitur. ff. de verb. ſignifi. l. prouinciales.
& ibi dixi, & plenius in libello repreſaliarum. Regnorum vero di
uiſio: Item aliarum partium, per quas fit diſtinctio linguarum,
per ſe patent, &c.

ADDITIONES.

a Ciuitas. Priuatur tamen honore ciuitatis, vt in c. felicis. §. fin. de pœnis. & multæ ſunt ciuitates in Alemania ſine epiſcopo. 3. q. 2. c. audiuimus. Et dicit Pa. de Caſ. in rep. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu. quòd ad conſtituendam ciuitatem quo ad ſpiritualia requiritur conſenſus Papæ, quo vero ad temporalia, vt habeat curſum cauſarum ciuilium, requiritur conſenſus Imperatoris. Et propterea etiam dicit, quòd caſtra in archiepiſcopatu Toloſano, quib. Papa tantum conceſſit archiepiſcopatum, non gaudent priuilegijs conceſſis ciuitatibus per regales conſtitutiones. in dubio tamen vnaquæq; ciuitas habens epiſcopum præſumitur eſſe ciuitas imperialis, quoniam olim omnibus ciuitatib. conſtituti fuerunt epiſcopi. c. quantum. de offi. ord.
Adde And. Bar. in l. ſi. in addi. Bar. in prin. ff. de col. & ibi ſcripſi in apoſt. mea, ciuitas dicitur ciuium vnitas, vide Arch. 11. q. 1. c. epiſcopus.
b Vel tali comitatui. Vide Fel. plene de hac materia in rub. decret.
c Aliquæ ſunt ciuitates. Vide Alex. in l. 1. in addi. ff. de iur. om. iud. & in l. hoſtes. ff. de cap. in vlt. apoſt.

**Italiæ.** Eſt nomen ſignificans totam linguam Latinam, quæ
diſtinguitur in multas prouincias, vt hic patet, licet
Italia quandoq; dicatur prouincia, vt C. de temp. in integr. reſt. l.
ſi. & C. ſine cen. vel reli. l. ſi. de ſacroſ. eccl. auth. caſſa, &c.

**Diſceptationes.** Inter plures adinuicem.

**Dubia.** Aliquando inter ſeipſos, vel adinuicem, vt ceſſet
inculcatio verborum, &c.

1 *Dictio, infidelis, eſt generalis, et comprehendit etiam eum, qui modica rei principi furtum fecerit.*
2 *Infidelitas animi quid comprehendit.*
3 *Legum conditores antiqui non vtebantur hac dictione, rebelles.*
4 *Proditorie fieri dicitur, quando aliquid corpore fit & animo aliud geritur.*
5 *proditionis in crimen incidit. qui facit contra principem, vel rẽpublicam non contra priuatum.*
6 *Rebelles Imperij, & bannitus Imperii differunt.*

a **Rebellis.** a Ideſt infidelis, ea infidelitate generali, quę indu
1 cit rebellionem. Nam ſciendum † eſt, ꝙ hæc di-
ctio, infidelis, generalis eſt, & comprehendit etiam eum qui mo
b dicæ b rei principi furtum fecerit, de qua infidelitate nõ loquitur
hic. Sicut. n. principi debetur omnis fidelitas, vt ſ. l. proxi, in prin.
ita omnis deuiatio a fidelitate eſt infidelitas. Facit de ſta. contra
2 li. eccel. in prine. † Quædam eſt infidelitas vero animo, quæ cadit
in modum proditionis. & iſtud eſt nomen generale etiam com
prehendens omnes, qui ſtant ſicut ſubditi, & inter ſubditos cor-
pore, mente tamen cũ hoſtib. & inimicis, nũciando eis ſecreta, &
ſi. a. vt ff. de re mili. l. omne delictum. §. exploratores. & l. prodito
res. Comprehendit etiam omnes, qui cum eſſent ſubditi expreſſe
rebellant principi transfugiendo ad hoſtes, conuertendo ſe in ho-
ſtes, vt d. l. proditores. ff. de re mil. & ibi no. de ca. dim. l. amiſſione.
§. qui deficiunt. Hoc modo aſſumpto vocabulo, vocantur rebel-
3 les, † quo vocabulo antiqui legum conditores non vtebantur, &
4 ideo facta eſt hæc ꝯſtitutio ad hoc declarandũ. Item no. †. ꝙ pro-
ditorie dr̃ aliquid fieri, qñ fingo me amicũ tuum, & tracto te tan-
quam inimicum, & ſic vnum oſtendo corpore, aliud ſum aĩo, vt
ff. de his qui no. infam. l. athletas. & l. pen. de præuar. l. 1. tũc tamẽ
5 incidit in † crimen proditionis, qñ fit ꝯ Principem, vel ꝯ Rẽpub.
vt d. §. exploratores. & l. proditores. & de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. 1.
c Sed qñ committitur c cõtra priuatum non dicitur proditor d prin
d cipaliter per ſe, ſed crimẽ aliud factum proditorie, vt homicidiũ
factum proditione, vel aliquid ſimile. d. l. athletas. §. 1. de his q no.
6 infa. & d. l. 1. de præua. Item no. † ꝙ aliud eſt eſſe rebellem Imperij,
aliud eſt eſſe in banno Imperij. primum. ſ. rebellio, eſt mortale, vt
hac l. nec poteſt remitti, niſi ex mera gratia. ſecundum. ſ. bannũ,
eſt medicinale, quia remittitur purgata contumacia, ſeu facta
ſatisfactione, vt C. de epiſ. & cler. auth. item nulla. & auth. itẽ qui-
cunq; & ſic vr̃ ꝙ quatenus excõicatio remouet quem ab officiis
eccleſię, catenus bannum a beneficijs Imperij, vt dictis iuribus &
tangitur per Gul. in d. auth. item quicunq; facit ext. de ſent. excõ.
c. cum medicinalis. lib. 6. facit de requir. reis l. 1. vbi glo. illam auo
cationem appellat bannũ. & eſt medicinale, quia cum venit itra
annum recuperat ſtatum, ſecundum vero ſtatuta, & conſuetudi-
nes locorum, quem eſſe bãnitum habet diuerſos effectus, de quo
aliquid infra dicam in glo. magna. &c.

ADDITIONES.

a Ber. L. Rebellis. Quando quis dicatur rebellis, vide Pau. de Caſt. conſi. 32. & vide quod conſuluit Bal. cum Pap. ſcripſiſſet cuidam, vt quoſcunque de cætero faceret capi propter. rebellionem, an comprehenderentur exititij, & qui dicerentur rebelles, eius con. 233. ſ. 2. lib. 2.
b Th. D. Modicæ rei. No. ꝙ dicit Bar. ꝙ ſi quis faciat furtum principi etiam rei modicæ, dicitur infidelis. Adde etiam, ꝙ furtum de enorme, licet ſit paruum, vel modicum, qñ ſequitur fractio pacis publicæ, vide Iaſ. in l. c. ſi ſeruus. ff. de con. ob. ca. & an pro tribus paruis furtis poſſet quis furca ſuſpendi, ſtante ſtatuto, ꝙ poſſit ſuſpendi, & dicatur famoſus latro, vide Bald. in l. apud antiquos. §. ſi. C. de fur. & in c. 1. §. iniuria. de pace iura. fir. & Catald. in ſuo tract. ſynda. in q. 149. & Alex. in cõſi. 110. in 4. vol. incip. ſtatu. ciuita. & Bar. Vero. in authen. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. vbi voluit, quod non poſſit ſuſpendi, & de conſue. non debet mori. Et ita defendi Piſauri Nic. Blancoti de Bigabitijs, qui non fuit ſuſpẽſus, qui iam erat cõdemnatus, & ducebatur ad furcas, & fuit liberatus per do. Gul. Lamber. de For. Bonæ memoriæ Doc. excel. locum tenentem Illuſt. Ducis Cæſaris Borgiæ Romãdiolæ, &c.
c Committitur. No. quod dicit Bar. hic, ex cuius dictis infert Io. Cald. in conſ. 6. tit. de accuſatio. incip. de crimine, ꝙ crimen læſæ maieſta. non committitur contra inferiores habentes iuriſdictionem de per ſe, & ſic conſuluit, ꝙ volens rebellare caſtrum pertinens ad eccleſiam Rauennatem, etiam ſi Cardinalis eſſet adminiſtrator, non dicitur committere crimen, &c.
d Proditor. Quis dicatur proditor, vide Bar. hic, & in l. reſpiciendum. §. delinquũt ff. de pœn. & ibi apoſt. Alex. vbi etiam ſcripſi, & vide in l. 2. C. quæ res expor. non debent. & in l. athletas. §. calumniator. ff. de infa. & adde quæ no. And. de Iſer. in in cap. 1. quibus modis feu. amit. vbi ponit de proditore, & quod not. Ioan. And. c. 1. de feu. in nouel. dicitur etiam proditor, quia ſine vlla cauſa, & ſine vlla diffidatione quem offendit, qui de eo confidit maxime contra maiorem prædicta committendo. l. ſi. C. de dila. dicit etiam Ioan. And. quod mouentes bella ſine vlla diffidatione dicuntur agere proditorie, in cap. pro humani. de homici. lib. 6. in nouel. Item dicit Iacob. Butr. quod omnis ille, qui dat alicui potionem venenatam, eſt proditor. l. 1. C. de male. & mathem. Aliquando dicitur proditor reuelator ſecretorum, vt l. athletas. §. calumniator. ff. de inof. & dicit Titus Liuius, nihil vſquã fidum proditorem, &c. ſecundum Bald. Item proditor dicitur, qui propter timorem non defendit veritatem, 11. queſt. 3. nolit. Item qui crimen alteri manifeſtat. 3. quæſt. 1. c. ſi peccauerit. Item qui malitioſe circumuenit alium. 16. quæſt. 1. c. ſi cupis. Item qui rem ſibi commiſſam exponit, Hoſtien. 22. q. 1. c. de forma. Et hæc omnia notantur 46. diſtin. c. clericus, qui adulationib. in glo. ſuper ver. proditorib. & non ſolum dicitur proditor rebellis in crimine læſæ maieſt. ſed etiam diffidatus, & bannitus. plene ſcripſi in conſilio meo in fauorem Illuſtriſſ. do. mei Ducis Vrbini.

**Condemnatus.** Hic nullum fuit dubium. nam per
ſententiam tranſit in notorium iu-
ris quod pro veritate habetur, vt l. res iud. ff. de reg. iur. Item ſi Im
perator aliquibus indiceret bellum, vt l. hoſtes. ff. de capt. & de ca
pit. dimi. l. amiſſione. §. & qui deficiunt, &c.

Nos

Digitized by Google

**Nos.** Hæc eſt ſecunda pars huius ſecundæ conſtitutionis, &c.

**Potius.** Electiue accipe quia ſolum propter actum efficiẽ quis pena dignus per ſententiam nullo modo, ſed factus declaratur, vt l. 1. C. ad Turp. Facit pro Mar. in eo, quod no. ff. de infa. l. furti. & ff. eo. l. athletas. §. fin. Nam eo. ꝙ condemnatus eſt, habetur pro veritate, quia ita ſit, nec poteſt dici, de cætero ſic non eſſe, vt ibi not.

**Meretur.** Nõ dicit obligatur, nam iſtæ penæ quæ ad vindictam publicam imponuntur, non iure obligationis, ſed officio iudicis imponuntur. vt Inſtit. de inint. §. pen. ¶ Item non per actionem, ſed per accuſationem imponuntur, vt Inſti. de pub. iud. in prin.

1 *Culpa quando creſcat, & maiorem penam mereatur.*

**Creſcit.** Sic ext. de confiie. c. cum tãto. ſed contra. ff. de pen.
1 l. ſi quis diutino. † Solut. intrinſecus culpa creſcit,
& maiorem penam quo ad Deum meretur, vt d. ca. cum tanto.
ſed in foro ciuili, ſi quidẽ actus extrinſecus delicti habet cauſam
communem, vt eſſe in rebellione, ſemper creſcit culpa, vt hic, ſic
in fugitiuo, & deſertore, vt no. in l. cõtraria. licet autem culpa creſcat
in caſu huius l. non poteſt creſcere pena temporalis quia primo
actu debetur ita magna, ꝙ nulla maior eſſe poteſt, vt infra dicetur.
Facit qđ not. ff. de furtis. l. vulgaris. in princip. & ibi dixi. Si
vero actus extrinſecus criminis reiterationem non recipit, vt homicidium,
tunc ex diuturnitate temporis pena minoratur, vt d. l.
ſi diutino, &c.

1 *Maleficia fieri, malum eſt, propter aliorum exemplum.*
2 *Penas inferri bonum eſt propter exemplum.*
3 *Lex iſta non extenditur, nec veteres leges requirentes ſententiam corrigit.*

1 **Tranſit.** Sic † maleficia fieri malũ eſt pp exemplum* aliorum,
a vt hic, & ff. de ſic. l. 3. §. ſed ex ſenatuſcõſulto.
2 & de poen. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. cum ſuis concor. † Itẽ
penas inferri bonũ eſt, pp exemplum. *vt vnius pena ſit exemplũ,
ſeu metus multorum. ff. de pen. l. aut facta. §. fi. C. ad l. Iul. repetun.
l. 1. & C. de prec. imp. offe. l. 1. Et licet iſtæ rationes concludant in
3 omni delicto, † tamen iſta lex non eſt extẽdenda, niſi ad iſtud crimen
rebellionis. Non enim corriguntur leges antiquæ, quæ requirunt
ſentẽtiam ex identitate rationis, niſi quatenus in illa lege noua
exprimitur, vt C. de appel. l. præcipimus. in fi. facit quod no. C.
de ſacroſan. eccl. authen. quas actiones, & quod no. ff. de don. cau.
mor. l. tam is. §. 1.

ADDITIO.

a Exemplum. Vnde dicitur, Oderunt peccare boni virtutis amore, Oderunt peccare mali formidine penæ. Et Seneca in prouerb. pleriſque ceſſant peccare metu, non innocentia, & profecto ij potius timidi, quam innocentes iudicandi ſunt.

1 *Rebellare idem eſt quod reſiſtere, & reſiſtere poteſt fieri faciendo, vel non faciendo, vel non obediendo*
2 *Transfuga dicitur qui recedit de terris ſubiectis, & vadit ad hoſtes.*
3 *Deficere dicebatur de iure antiquo qui retinet locum, in quo quis ſtabat ſub obedientia principis, hodie eſt rebellis.*
4 *Non obedientes principi, vel non receptantes gentem ſuã, de iure antiquo nõ puniebantur ipſo iure hodie tamen dicuntur rebelles.*
5 *Rebellis etiam dicitur qui dicit ſe ſubditum Imperio, ſed rebellat odio perſonæ Imperatoris.*
6 *Rebelles qui dicantur, vbi quinque modis quis dicitur rebellare.*
7 *Rebellionis nomen ab eo quod antiqui dicebant duelles, quomodo differat.*

1 **Tenore.** Tertia pars, in qua ponit ſtatutum, ad cuius intelligentiam
ſciendum eſt, † quòd rebellare idẽ eſt
quod reſiſtere, ſecundum Hug. C. de deſer. l. 2. lib. 12. & hoc reſiſtere
poteſt fieri faciendo aliquid contra, vel non faciendo, & non
obediendo, vel vtranque vocabuli ſignificationem continet, vt
ext. de offic. deleg. c. ſane. licet hoc nomine, rebellis, iura antiqua
2 non vtantur ſed ſi aliquis rebellat mutando † locum hoc eſt recedendo
de terris ſubiectis, & eundo ad hoſtes, talis vocabatur trãsfuga,
vt. ff. de poen. l. ſi quis aliquid. §. transfugæ. & de ca. & poſtl.
reuer. l. poſtliminii. §. transfuga. & §. filius. & de re mil. l. proditores.
3 cum ſimilib. Quandoque † rebellant retinendo locum, in quo
ſtabant ſub principis obedientia. & iſti de iure ciuili antiquo non
habebant ſpeciale nomen, ſed vocabantur illi qui deficiunt, vt l.
amiſſione. §. qui deficiunt. de cap. dimin. & iſti ſi quidem rebellabant
faciendo bellum principi tanquam hoſtes, ipſo iure puniebantur,
& perdebant ea, quæ iuris ciuilis ſunt, vt ibi. ſed quia hoc
rebellare poteſt publice fieri, & occulte, & ibi non declarabatur,
ideo hæc lex declarat. & hoc in primo capite huius l. dum dicit,
de his qui infidelitatis, & rebellionis opera faciunt, & ſic faciendo
4 delinquunt. Sed ſi aliquis † ſolum rebellaſſet non obediendo
principi. vel non receptando gentem ſuam, non puniebatur ipſo
iure, nec perdebat ea, quæ iuris ciuilis erant, niſi princeps, vel ſenatus
in decret, d. l. amiſſione. & in hoc ſuppletur per hanc legem.
Nam quocunque modo machinatur aliquid contra principis
honorem, & rebellando, eſt rebellis & hoc in ſecundo cap.
5 huius libi, in noſtram, vel Imperii, &c. Item poſſet † dubitari, ſi
aliquis fatetur ſe ſubditum Imperio, ſed rebellet odio perſonæ
Imperatoris, an dicatur rebellis Imperii? & hoc declaratur in dicta
l. amiſſione. & declaratur hic, quòd ſic, & hoc commune ad
primum, & ad ſecundum cap. Declaratur etiam hoc in ſecundo
capite huius l. de his qui rebellant contra officiales. poteſt etiam
dici, quòd totum ſit vnum capitulum continens omnia prædicta,
& idem eſt ſenſus, & ſic hæc lex directo tendit ad declarandum
d. l. amiſſione. §. qui deficiunt. de cap. dimi. Et hoc nomen,
rebellare, in hoc ſignificato in diuina ſcriptura ſumitur in multis
locis, vt 1. Reg. 16 c. & 4. Reg. 17. & 18. & 19. Et ſic per hanc legẽ
6 nouam † habemus quinque nominum impoſitiones, quia tales
vocantur rebelles ſecundum declarationem eius, quod dicit, publice,
vel occulte. Tertiam, quandam prouiſionem nouam, ſ. vt
dicantur rebelles, & ſi opera hoſtilia non faciãt, ſed ſolum ſi non
obediant. Quartam declarationem, ſi facit cõtra perſonam Principis
tantum. Quintam declarationem, ſi facit contra officiales
7 eius. Sed quæro, † in quo differt hoc nomen, rebellionis, ab eo,
a quod antiqui dicebant, duelles, a quo nos vocamus hoſtes, vt l.
hoſtes. de verbo. ſignifi. Reſpon. illud nomen quo ad quid generalius
eſt Nam competit etiam his, qui non conſueuerunt eſſe
ſub obedientia, qui indixerunt nobis bellum, vel nos eis, vt ff. de
captiuis l. hoſtes. Sed hoc nomen, rebellionis, proprie conuenit
his, qui defecerunt, cum eſſent ſubditi, dicta l. amiſſione. §. qui deficiunt.
in glo. parua, ſuper verbo, hoſtes, &c.

ADDITIO.

a Ber. l. Duelles. Vide Old. conſi. 43. incip. quæritur verum citatio, ver. ad quintam quæſtionem.

**Declaramus.** Refertur ad tria, de quibus poterat dubitari. ſcilicet, an occulte, an cõtra perſonam tantum, an officiales tantum.

**Decernimus.** Ad id quod de nouo induxit refertur, ſcilicet, de non obedientibus, qui opera hoſtilia non faciunt, &c.

**Pronunciamus.** Ad id, quod erat clarum, refertur ſcilicet, de his, qui opera hoſtilia faciunt. &c.

1 *Dictio, omnes, in ſingulari diſtributiuum eſt, in plurali collectiuum.*

**Omnes.** Collectiuum eſt, vt ff. de arbit. l. non diſtinguemus.
§. cum in plures. & no. de leg. 2. l. ſi pluribus.
1 ſed in ſingulari eſt nomen diſtributiuum, † vt not. in l. 3. de ſtatu
hom. hic ergo, quia collectiue ponitur, comprehendit ciuitates,
collegia, & vniuerſitates, & in hoc incidenter facit ſup. l. proxi.
Comprehendit etiam ſingulares res, & perſonas, per hoc quod
dicit, & ſinguli.

**Noſtri Imperii.** Non poteſt ergo dicere, quòd quis eſt rebellis Imperii, & non Imperatoris, vel econtra. Et ex hoc patet, quod rebellio morte principis non finitur.

1 *Rebellare occulte, quomodo quis dicatur.*
2 *Colligationes, quas faciunt ciuitates, vel domini principe abſente, non valent, ſecus eo præſente.*

1 **Occulte.** Vt † ſi aliqua ciuitas Tuſciæ Principe incipiente
intrare Lombardiam mittit ſtipendiarios ad
aliquam terrã, vel dominum rebellem, & fingit eos nõ eſſe ſuos
ſtipendiarios caſſando eos ficte, vel mittit gentem alicui, vt ipſe
poſſit contra Principem habilius mittere gentem ſuam, vel fa-
a ciunt ligam, ſeu ſocietatem *inuicem ad eorum defenſionem,
vt conſueuerint facere iſti Peruſini, Florentini, & etiam tyranni
Lombardiæ, & hoc exprimunt, & aliud in veritate agunt. Sed
2 ſciendũ eſt, † ꝙ tales colligationes a ciuitatum inuicem, ſeu cum
a dominis prohibitæ ſunt, & ipſo iure nullæ, vt in vſibus feudorũ,
de pace iuramen. firman. capit. 1. §. conuenticula. quod intelligo
Principe exiſtente in partibus, vel eo exiſtente ad eorum defenſionem,
ſed Principe abſente non puto prohibitas tales ſocietates,
ſeu colligationes ad defendendum ſe ab oppreſſionibus tyrannorum,
vel malarum ſocietatum, quæ ſæpe inſurgunt in Italia
ad deprędandum alios: fit enim ad iuſtitiam ſeruandam, ergo
debet valere, vt not. ff. quod cuiuſque vniuerſi. l. 1. in princ. &c.

ADDITIONES.

* Societatem Quando liceat confęderatio, & quãdo aliquis eſt confęderatus duobus, & ab ambobus requiritur eodem tempore, cui potius obedire debeat. Vide Rom. conſi. 47.
a Th. D. Quòd tales colligationes. Vide Barto. in l. fin. ff de colle. illic. & ibi Alex. in apoſt. & Lud. Rom. in conſi. 48. & Card. Floren. in clem. paſtoralis. in princ. de re iud.

**Noſtrum honorem.** Scilicet perſonæ, vel Imperij, vt inf. patet, &c.

**Faciunt.** Loquitur ergo de ea rebellione, quæ in faciendo conſiſtit, vt in conferendo ſe in numero hoſtium, inſequendo Principem, & gentem eius.

Et

Digitized by Google

**Et.** Incipit ſecundum capitulum.

**Noſtrá.** Scilicet propriæ perſonę Imperatoris, &c.

**Imperii.** Et ſic dignitatis, &c.

**Machinantur.** Ideſt aliquid doloſe ordinant, cũ machinatio proprie cõſiſtat in arte verborum, ff. de dolo. l. 1. §. 1. & ibi no. vt faciendo inter ſe ligã, & ſocietates prohibitas ſub aliquo colore licito, vt ff. de extraord. cri. l. 2. vel pone, ꝙ adueniẽte Imperatore, vel eius nuncio volẽte ingredi ciuitatẽ pro recuperandis iurib. imperij, tã ibi quã alibi. Aliqui reſpondent, ꝙ nolunt intromittere tantam gentẽ eius, vel eũ eſſe periculoſum ſtatui eorũ, & tenent eũ in verbis, & ſic labitur tp̃s, quo multa poſſet facere ꝑ Imperij proſperitate. Iſtę ſunt machinationes quædam, licet ad actus bellicos non deuẽniant. iſta machinatio, ſecuta inobedientia, facit eos rebelles, &c.

1 *Conſtitutio hæc loquitur de ſubditis Imperij Imperatori reſiſtentibus, non de ſubditis eccleſiæ.*
2 *Reſiſtens officialibus Imperatoris circa officium eis commiſſum, quando ſit rebellis, intellige de officialibus, qui principaliter ſunt pro eo. nu. 4.*
*Officiali facienti aliquid vltra ſuum officium legitime reſiſti poteſt.*
3 *Conſtitutio hæc non habet locum in rebellione contra Regem vel Principem, vel aliquam ciuitatem, & in eis habet locum. L. amiſſione. §. qui deficiunt, de cap. dim. nu. 5.*
6 *Conſtitutio hæc habet locum contra rebellantes, contra Rectores per Romanam eccleſiam poſitos.*
7 *Rebellis quõ ſit aliquis de terris eccleſiæ ſi facit aliquid cõtra Principẽ, de his q̃ pertinẽt ad rebellionẽ, & an in crimen læſæ maieſtatis incidat.*
*Rex Robertus quomodo poterat condemnari ab Henrico Imperatore pro rebelli, & de crimine læſæ maieſtatis.*
8 *Imperator eſt fidelis confidatus, & coronatus a Papa.*
9 *Aloyſius filius Regis Roberti iurauit fidelitatẽ Imperatori Henrico per ſuos nuncios in ciuitate Piſarum præſente Bartolo.*
10 *Homo de terris eccleſiæ ſi delinquit in Imperatorem, an poterit contra eũ vel per Imperatorem, vel per habẽtem ab eo authoritatem procedi.*
11 *L. ad reprimendum. facta fuit poſt coronationem Imperatoris, & non habet locum contra ſubditos eccleſiæ.*
*Ratio Clementinæ, paſtoralis. de re iudic. non habet locum in hominibus Imperij vel alterius regni.*
12 *Ciuitates quæ inuicem confœderantur æquali fœdere vt tractent ſe inuicem vt ciues intelligitur vt vnus cõtra alios grauiores leges non faciat.*
13 *Rebellium pœnæ ſunt tres.*
14 *Rebellem quem eſſe poteſt peti vt pronuncietur, cum hanc pœnam ipſo iure incurrant.*
15 *Putans ſe de crimine rebellionis infamatum, poteſt petere pronunciari, ſe non eſſe talem.*
16 *Ciuem talis ciuitatis quis poteſt petere ſe pronunciari.*
17 *Rebellis dominium bonorũ retinet, ſed ſecuta condemnatione confiſcãtur.*
18 *Rebellis non priuatur ipſo iure iuriſdictionibus, quas habebat.*
*Iuriſdictio licet origine fuerit iuris gentium, tamen dicitur de iure ciuili.*
19 *Rebellis quas obligationes, & promiſſiones amittat.*
20 *Rebellis per ſolam rebellionem quomodo perdat ea, quæ habet a iure Cano. ſeu a ſummo Pontefice, a ſua ciuitate, vel ab alijs regibus.*
21 *Banniti noſtri temporis, qui impune poſſunt offendi, quæ iura amittant.*
22 *Rebellis poteſt occulte occidi a quolibet homine.*
23 *Ciuitas an poſſit dici rebellis, & in ea cadant pœnę, de quibus hic.*
24 *Princeps ſolus, & non alius iudex, poteſt condemnare ciuitatem, aratro ſubijcere, & homines ciuitatis cogere illam dimittere cum omnibus bonis, & ad aliam ſe transferre.*

a **Rebellando.** Reſiſtendo, vel non obediẽdo, licet ipſi guerrã non inferant, vt dictum eſt.
1 Et aduertendũ eſt, † ꝙ in illo, qui rebellat ꝯ Principem, hæc cõſtitutio loquitur ſimpliciter, quaſi ꝯ eum non poſſit eſſe aliqua iuſta cauſa reſiſtẽdi. quod intellige de ſubditis Imperij, nõ de his,
2 qui ſunt in terris eccleſiæ. In eo vero, † ꝙ loquitur in eo qui rebellat ꝯ officiales ſuos, loquitur limitatiue, ſ. in his quæ ad commiſſum eius officium pertinent, & hoc quia ſi vltra facerent, poſſet
b eis legitime reſiſti, vt C. de iure fiſci. l. prohibitũ. [b] lib. 10. & de metal. l. deuotum. lib. 12. Et intellige, qñ rebellat pro his, quæ petũtur pro ſtatu imperij: ſecus ſi aliqua ſingularis perſona conueniretur corã Principe, vel eius iudice in aliqua cauſa ciuili, vel criminali ad petitionem alterius, vel eſſet contumax, aut alio modo reſiſteret: tunc enim licet largo modo dicatur rebellis. d. c. ſane. de offi. deleg. tamen propter hoc non dr̃ rebellis imperij, nec incidit in
c hanc conſtitutionem, quia non rebellat [c] ꝯ proſperitatem Imperatoris, vel Imperij principaliter, quod in hac cõſtitutione requiritur, vt patet in tex. ſed in damnũ aduerſarij cũ quo litigat, quod patet, quia ꝯ talem contumacem non proceditur, niſi parte petẽte, vt ff. de iudic. l. ad peremptorium, & C. de iudic. l. properandũ. §. ſed & ſi quidem. C. quomodo, & quando iudi. antiſi. qui ſemel.
3 † Sed an hæc conſtitutio habeat locum ꝯ eum, qui rebellat cõtra aliquem Regem vel Principem, vel cõtra aliquam propriam ciuitatem? Quod ſic: cum hic dr̃ ꝯ officiales noſtros, ſed oẽs prædicti p̃nt dici officiales Imperatoris, quia vel ab eo habent iuriſdictionẽ ex conſtitutione, vel conceſſione, vel longa conſuetudine, quæ vim cõſtitutionis habet, vt ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. fi. ff. de aq.
d quo. & æſt. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Contrarium dico, [d] nã tunc non fit ꝯ proſperitatẽ Principis, vel Imperij principaliter, licet ex iſtis defenſionibus & rebellionib. Reſpu. lædatur. caſus eſt. ff. de
4 capti. l. ſi quis ingenuã. §. in ciuilibus. † Et qđ dr̃ de officialib. Imperatoris, intelligitur de his qui principaliter de directo pro eo ſunt, vt Legati & Vicarij Imperatoris, C. de eo qui vicem alte ge-
5 rit. l. 2. ff. de leg. 3. l. 1. §. deportatos. & §. ſequen. Reges vero † & ciuitates, eſto, ꝙ habeant iuriſdictionẽ a Principe, tñ eam exercent
e principaliter ꝓ ſe, [e] non ꝓ Principem, & ſic ceſſat * hæc cõſtitutio, quæ ſpecialiter loquitur in his, qui machinantur ꝯ perſonam Principis, vel eius officiales, vel Imperij vtilitatem, ſed habet locũ ius antiquum, ſ. l. amiſſione, §. qui deficiũt. ff. de capit. dimin. quæ generaliter loquitur de his, qui deficiunt a iuriſdictione eorum, ſub quorum Imperio ſunt, & dicam in tract. de bannit. noſtri tẽ-
6 poris. Sed quid ſi aliquis † rebellat ꝯ Rectores [f] per Romanã ec-
f cleſiam poſitos in partib. Italiæ? Puto huic conſtitutioni locũ fore, cum eius Imperiũ ſit eccleſiæ, vt ſ. dixi in l. proxima, circa principium. qđ apparet, quia rebellat ꝯ proſperitatẽ Imperij. Pro quo facit quia Canon. in talibus imitantur leges, vt extra de no. oper.
7 nuncia. c. j. Quid † ſi aliquis homo de terris eccleſiæ aliquid faciat ꝯ Principem, de his quæ ad rebellionem pertinẽt, an rebellis eſt,
g & in crimen læſæ maieſta. [g] incidat? Et Henricus Imperator huius legis author determinauit, ꝙ ſic, condemnando de hoc Robertum Regem, extra de re iudica. c. paſtoralis, in clemen. ſed Papa ibi. in §. rurſus. determinauit ꝯtrium dicens, eum qui eſt de terris eccleſiæ Romanæ originis & domicilij, non poſſe dictum crimen cõmittere in Imperatorem, & ꝓ hoc caſſauit Imperatoris ſñiam ꝯ Regẽ Robertũ latã. Mihi vtriuſque ſñia vr̃ eſſe vera. Nã dicta verba, cõmiſit crimen læſę maieſtatis in eũ, poſſunt intelligi ſic. in eũ, id eſt, in ipſius Principis maieſtatem, & tunc eſt vera ſñia Papæ. Nam cũ non ſit ſubditus maieſtati Imperiali non debebat ſibi illas fidelitates, quę cõ. ſ. l. proxi. circa principium, nec eũ tenetur tenere. Sed quo ad eũ liber eſt, & non dr̃ directo in eius maieſtatẽ cõmittere, vt ibi. facit. ff. de cap. l. non dubio. Secundo
* poſſunt intelligi dicta verba, ꝙ commiſit crimen læſę maieſta. ſ. Papalis, cui ſubditus eſt, & hoc crimen committit in eum. ſ. principem, & ſic non directo, ſed per quandam ꝯſñiam læſit maieſta-
8 tem Papę, & tunc eſt vera ſñia Imperatoris. † Nam Imperator eſt
h fidelis confidatus a Papa, & ab eo coronatus. [h] ſed qui offendit ꝯfidatum a Principe, incidit in crimen læſę maieſtatis Principis, vt ff. ad legem Iuliam maieſta. l. 1. in prin. Sed quia hic Imperator in ſua ſñia non expreſſit, & ſic non fuit expreſſa maieſtas, quæ leſa fuerat, fuit intelligendũ de maieſtate Imperatoris, vnde fuit caſſata ſñia ſua. Vnde Papa multum ponderat illa verba, ſ. læſę maieſtatis in ipſum. quaſi dicat, ſuam nõ dr̃ lædere, ſed alterius maieſtatem non negat, & hoc de crimine læſæ maieſta. An autem ſit rebellis? Videtur ꝙ non, quia nõ eſt ſubditus, vt dixi. in contrarium videtur

ADDITIONES.

a T. D. Rebellando. Vide Ale. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. in addi. in verſ. ſed offenſa. & in l. ante facta. §. nõnunquam. in 2. col. in addit. magna, ff. de pac. & Bar. Soc. in conſ. 21. incip. ſequendo. & in conſ. 275. in caſu fratris.
* Imperij. Adde Old. conſil. 43.
b In l. prohibitum. Hic vide Apoſt. Ale. ſi Alex. eſt, & Old. in conſ. 44. & plene per Ial. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iu.
c Ber. Lan. Rebellat. Intellige, etiam ſi ipſi principi non obediret, vt quia fuit iuſſus aliquis ire ad confinia, & noluit ire, & ob hoc fuit cõdemnatus ad capitis amputationem, & publicationem bonorum, ꝙ per hoc dicitur incurriſſe crimen læſæ maieſta. ſecundum Bal. conſ. 127.
d Ber. L. contrarium dico. Sequitur Pet. de Anch. conſ. 289.
e T. D. Propter ſe. Vide Pau. de Caſt. in l. 3. C. de epiſc. audien. & Ang. Are. in tra. mal. in ver. che hai tradito la tua patria, & ibi in add. & vide Cal. cõſ. 7. de ac.
* Ceſſat. Vide Calc. conſ. 7. de accuſ.
f Rectores. Adde Bart. in l. hoſtes. ff. de capti. & dicit Pet. de Anchar. in conſ. 278. quod eſt duplicatum in conſil. 440, ex prædicta facti narratione, quod leges loquentes in crimine læſæ maieſta. Imperatoris, & eius officialis, trahuntur etiã ad Papam, & ſimiliter ipſius rectores, & pro hoc eſt tex. in c. fœlicis leges. in princ. de pœ. lib. 6. vbi committitur crimen læſæ maie. ſi quis inſecutus fuerit Cardi. imo dicit, Bart. Vero. in conſ. 17. viſa inquiſitione facta, vbi conſuluit, quod crimen læſæ maieſta. committitur nedum contra Papam, ſed etiam contra Vicarios eccleſiæ, & ſic dominos ciuitatum, per glo. ſing. in l. fallaciter, in verſi. prodita. C. de aboli. & ibi Bal. no. per illum textum, facit etiam quod notidem Bal. in l. ſi quis nummos. C. de fal. & quod conſuluit Rapha. Comen. in conſil. 63. incip. ad primum, & Rapha. Fulg. in conſ. 1. Illuſt. dominus, & Pau. de Caſt. in conſ. 215. ad primum. circa finem, & in l. 3. C. de epiſc. & cleri. Ludo. Rom. in conſil. 29. incip. ad diſcutiendam veritatem, & facit etiam quod no. Ioan. de Imo. in c. ſi quis inſultaret. in fi. prin. ff. ſol. mat. quod patre damnato in crimine læſæ maieſta. contra ſanc. Rom. eccle. filius perdit beneficium eccleſiaſticum. c. 1. de ſchiſma. & ſic l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. habet locum de iure canonico.
* Iacob. Menoch. Ruyn. conſil. 4. nu. 9. lib. 5.
* Iacob. Menoch. Alcia. conſ. 451. nu. 4. & 6.
* Iacob. Menoch. Gomes. in §. rurſus. nu. 23. & 24. inſt. de act.
g Læſæ maieſt. Vide Alb. de Roſ. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.
h Coronatus. Vide Iac. Alua. in c. 1. quis dicatur Dux, vel Marchio.

tur in d.c.paſtoralis.in princ.vbi Imperator appellat Regem Ro-
bertū hoſtem, & rebellem, qa ſubditus eſt rōne comitatus Pro-
9 uinciæ,quam tenebat ab Imperio,& nuper Aloyſius Rex † dicti
Regis Roberti ſucceſſor per ſuos legitimos nuncios dño Impe-
ratori nřo pro dicto comitatu fidelitatē iurauit in ciuitate Piſarū,
10 me præſente. Sed an ꝯ hominē † de terris Eccleſiæ ſic delinquen
tem poſſit Imperator, vel habēs authoritatem ab eo procedere,
quod vř,quia homines eccleſiæ ſunt Imperij fœderati, ergo apud
eum poſſunt fieri rei, & in eos animaduerti.l.non dubito. in fi.ff.
de cap.maxime cum eorum forum ſortiantur ratione delicti cō-
miſſi,in immittendo gentes ꝯ Principem ad terras Imperij,et ſic
Imperator fecit ꝯ dictum Regem Robertum,ſed Papa determi
nauit ꝯrium, niſi ſit inuentus, vel ad eum ex more remiſſus, vt d.
c.paſtoralis.§.nos quoq;ibi,ꝙ ſi punito. Sed certe verum eſt,ꝙ de
iſto crimine,ꝙ eſt capitale,non poſſet de iure cōi puniri.niſi præ-
ſens eſſet: & illud conſiderauit illa Decretalis. Nec ob.ſ.l.proxi.
11 † quia illa ſunt facta poſt coronationē Imperatoris prædicti. Vn-
de eccleſia nō admittit iſtam in præiudicium ſubditorū ſuorum,
& ſic vř iniſſe fœdus cū eo, ꝙ ꝯ homines eccleſiæ leges grauio-
res non imponat. Vnde ratio illius cap. non hēt locū in hominib.
Imperij,vel alterius regni, ſed ſolum in hominib.eccleſiæ. Quod
12 no. † pro ciuitatibus,quæ inuicem confœderātur æquali, vel inæ-
quali fœdere,d.l.non dubito.ff.de capti. Nam ſi actum eſt,vt inui-
cem ſe tractent vt ciues in ciuilibus & criminalib. intelligitur vt
a vnus ꝯ alios grauiores a leges non faciat, quam tunc erant, quia ī
ſocietate inſpicitur ꝯdō ſoci totum tpe ꝯtæ ſocietatis, vt Inſti. de
ſociet §.fi.& ff.pro ſoc.l.ſocius ſocio.& fam.erciſ.l.hæredes.§.nō
13 mā.& ibi not. † De pena vero rebellium dic, ꝙ quædam infligātur
b ipſo iure,quia perdunt [b] oīa, quæ iuris ciuilis ſunt,d.l.amiſſione,ff.
de cap.dimi.alia pœna pōt infligi eis a quolibet homine. Nā po-
teſt impune occidi,vt ff.ad l.Corn.de ſic.l.3.& ff. de re mili.l.pro-
ditores.& poſſunt capi,& detineri vt ſerui,vt ff.de acq.re. do.l.trāſ
fugam. Tertio pena imponitur,quia pōt talem damnare, vt capi-
te puniantur, vt ff.de pœn.l.ſi quis aliquid. §.transfugam, quod in-
14 tell.,vt ibi no.circa prin.quia cum talē pœnam † ipſo iure incur-
rant,an peti poſſit pronūciari talē eſſe rebellē. puto ꝙ ſic, ar. ff.de
iud.l.qui ſe dicit,& eſt expreſſum in d.c.paſtoralis, vbi Imperator
pronunciauit Regem Robertum eſſe rebellem. Et eo modo,
15 † qui ſe putaret eſſe de tali crimine infamatum, poſſet petere ſe
pronunciari non eſſe talem.ar.C.de inge.ma.l.diffamari.facit qđ
dicimus.ꝙ principaliter pōt peti,vt de ætate pronunciet, vt ff.de mi-
no.l.de ætate.ſin vnam le.c.de fer.l.2.& vbi no.vt ætates proben-
tur.C.de prob.l.cum te. Item hoc poſſet fieri ciuiliter agēdo. Nā
16 ſicut † ciuitas poſſet vēdicare ciuem ſuum,eadem rōne ciuis di-
ceret ſe ciuem ciuitatis illius, & ſic per ꝯñs non rebellem. ff. ad
17 municip.l.de iure,& no.de rei vend.l.1.§.per hāc. † Item quęro,
quid de ciui.ſi bononi R ñ.illud ſi eſt directum.eſt de iure gē.ergo
retinet:ſed ſi hēt vule dñiū, illud non retinet ſub illo noīe, quo-
niam puto hoc a iure ciuili inductū. ſed qa hoc idem ſonat,ꝙ ef-
fectus dñij,vt no.C.de bo.ma.auth.niſi,ideo puto,ꝙ hoc retineat
ſicut directū,quia hic effectus dñij eſt de iure gentium,arg. Inſti.
de vſu.& hab.§.fi.vbi dř,vſum,& ſimilia,quæ ſunt đ effectu dñij,
eſſe de iure gētiū.ſed licet retineant nec publica efficiantur, tñ oc
cupanti concedunt. Caſus eſt in l.transfugam.de acq.rer.do.Si n.
pōt occidi perſona, & capi, & haberi vt ſeruus, multo magis res.
Sed puto ſi ſequeret cōdēnatio per iudicē,& ſi ꝯdēnarēt crimine
læſæ maieſtatis.ꝙ tunc oīa publicarentur hodie, per l.pen.& fi.C.
18 ad l.Iul.maie. Itē quid † de iuriſdictionibus, quas hēt talis rebel-
lis. Reſpond.iuriſdō eſt iuris ciuilis,quia de iure publico introdu-
cta eſt,vt no.de iuriſ.om.iud.l.1.facit de ori.iu.l.2.§.pen. Origo.n.
fuit de iure gētium,quo ēt fuerunt Reges,l.ex hoc iure. ff.de iuſ.
& iu.ſed quia circa iuriſdictionem multa ſunt addita, ideo dř de
iure ciuili.l.ius ciuile.ff.de iuſt.& iu.& licet in eum, qui eſt rebel-
lis,nō cadat iuriſdō tanq̄ ius quoddam de iure ciuili inductum,re
manet tñ tanq̄ quædam ptās regia inducta de iure gentium, & iō
Imperator in illo c.paſtoralis,priuauit Regem Robertum iuriſdi
ctione,& dignitatib.quaſi nō eſſet ipſo iure priuatus, vel qa licet
eſſet ipſo iure priuatus, tñ donec toleratur, valent geſta per eum.
l.Barbarius.de offi.præt.& C. de ſent.l.ſi arbiter. & ideo Imperat.
in dicta ſnia expreſſe priuauit, nec dicit, ipſo iure priuet, & tacite
vult hoc fieri expreſſe,p id ꝙ dř.ff.ſi penden.app.mors interue.
l.1.vbi bona fuerūt publicata expreſſe,tñ ibi tacite inerat. Vel dic
ꝙ Imperator eū, Regē ideo expreſſe priuauit, qa illas iuriſdictio-
nes hēbat in terris eccleſiæ, & ab eccleſia nō erat ipſo iure priua-
tus. Priuauit aūt eū p ſnīam,ſed eccleſia iſtud nō admiſit, vt ſtatī
19 dicā,licet ēt præcedētia vera ſint. † Itē qđ de oblōnib.& ꝑmiſſio-
nib.factis his rebellib. Rñ.ſi quę ſunt iuris ciuilis,ipſo iure ꝑdunt:
ſi iuris gentiū,tūc eas non perdunt, vt dictū eſt, ſed in aliquib.pro-
mittēs ipſo iure non tenetur, vt ſi eſſet debitor fidelitatis. Nam
tunc,cū eſſet rebellis, ei obedire non tenetur non tanquā liberat⁹
ꝑ rebellionem,ſed tanq̄ ab ipſo initio promiſſione condōnata,vt
ſit codō,ſi non rebellis ſuperiori ſit. Et ita intelligo in vſib. feud.
hic finitur lex.c.1.& ꝙ ibi no.facit.ff.de leg.1.l.ꝙ ergo. §.ſi hēs. de
verb.obl.l.qui ſeruum. Sed dñs Imper.ꝯ dictum Robertum Re-
gē expreſſe priuationis ſnīam ꝑmulgauit.d.c paſtoralis.†.in hibē-
do,ēt ſi hoc facit,vel qa prædicta erāt in terris eccleſiæ,vel ex aliis
20 cauſis pręallegatis. Sed cū perdat † ea,quæ ſunt iuris ciuilis,qđ de
his,quę a iure canonico,ſeu a Summo Pontifice hēt? Rñdeo,qđ-
dam ius eſt ſupra ius ciuile,quoddā infra ius ci.quoddam æquale
illi.primo caſu p ſolam rebellionē non ꝑditur ius nāle, vel gētiū:
ea n retinet.l.amiſſione.ff.de cap.diminutio.ſed per ſnīam pōt qs
priuari eo,vt patet in dānato ad mortē, q ipſa ſnīa priuatur ciuita-
te, & libertate,quæ eſt nālis facultas,&c. vt ff.de ſta.ho.l.libertas,
& eodē mō dico de his,quæ quis habet a Summo Pōtifice. Nam
ea ſola rebellione non perdit. Nā eius authoritas ſupra ius ciuile
eſt,ſed per ſnīam legitime latā poſſet quis illo iure priuari,ēt a iu-
dice ſeculari.de laicis vero loquor. Vnde ſi Imperator protuliſſet
ſnīam ꝯ dictū Regem præſentem,valuiſſet.d.c.paſtoralis.ibi, ꝙ ſi
punito,&c.tñ quia in abſentem protulit, nō valuit, vt dictum eſt.
De eo vero iure, qđ eſt ī.ius ciuile, vt ſunt iura propria ciuitatū,
& aliorum dominorum ſub Imperio conſtitutorum,illa ſine du
bio perdit.illa.n.iura ſi cum authoritate Principis ſunt facta, ipſi⁹
iura eſſe videntur. C. de vet.iu.enuc.l.1.§.oīa, & eſt expreſſum in
vſib.feud.titu.hic finit lex Conra.d.c.1. De eo vero iure,quod eſt
æquale iuri nřo ciuili,exemplum poni non pōt de iure, cum Im-
peratoris oīa ſint, exceptis his quæ habet eccleſia, vt dictū eſt ſ.l.
proxi.circa princ. Sed præſuppono, prout de facto obſeruatur, ꝙ
aliqui Reges,vel populi non recognoſcunt Imperatorē in dñm,
tñ dicendum eſt, ꝙ illa iura non perdit rebellis ex ſua rebellione.
Nam ex hoc perdunt iura ciuilia,ſ.ciuium Romanorum, vt Inſt.
quib.mo.ius patriæ poteſta.ſol.§.cū aūt. Ex pdictis patet determi
21 natio † qōnis, de exbannitis noſtri tpis. dico, ꝙ illi, qui ex forma
ſtatuti pñt impune offendi, dñr hoſtes, & rebelles ciuitatis, ꝙ pa-
tet,quia per legē ciuitatis ꝯ eos inductum eſt bellum,vt d.l.amiſ-
ſione.§.qui deficiunt,in gl.ſuper verbo,relegan,& iō perdūt iura
ciuilia illius ciuitatis,non iura ciuilia Romanorū, quæ ſunt ſ.iura
aliarum ciuitatum,& quæ ſunt æqualia,ſicut exbannitus & con-
e demnatus ab Imperatore, [c] nō perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis Pa
palis, & ſic eſt caſus in d.c.paſtoralis. Sed dices tu, illud verū eſt
in terris eccleſiæ, ſed in terris Imperij vř ibi caſus in ꝯrium. Nam
Imperator credit illum Regem poſſe priuari illo iure, quod ha-
bebat ſuperior,ergo idē ſentit de eo qui eſt īferior eo. Sed ꝯ dico.
Nam Imperator cognoſcēs,quod eo ipſo,ꝙ eſt rebellis & hoſtis
ſuus,non perdat ea quæ habet a ſuperiore. & ideo expreſſe ſnīam
d priuationis protulit. [d] Et ſic patet,ꝙ eo ipſo ꝙ exbannitus, & ho-
ſtis vnius ciuitatis eſt, non perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis Roma-
norum,caſus eſt.ff.de cap.& poſtl.re.l.ſi eius ingenuam.§.in ciui-
libus. Sed ſi ciuitas vellet hoc expreſſe facere per ſuam legem,vt
ſuum effectum porrigat ad ea, quæ ſunt extra territoriū.dixi ple-
ne in rep.l.cūctos populos.C.de ſumma Trinitate,& fide catho-
lica. Et hāc materiam plene tractaui in quæſtione, quam de hoc
22 diſputaui,quæ incipit, Lucanæ ciuitatis ſtatuto,&c. Circa † fin., [e]
e ſcilicet de pœna quæ pōt infligi a quolibet homine, quæritur an
* eum,qui eſt rebellis occulte, liceat occidere. Et dic,ꝙ ſic.nam ip-
ſo facto pœnam hāc incurrit, vt hic, & in iudicio quo proceditur
de homicidio,liquidabit an fuerit rebellis,arg.ff.de oper.no.nun.
23 l.de pupillo.§.ſi quis nuos.verſi. toties. † Item an iſtę pena cadāt
in rebellem ciuitatem? Reſpondeo,quædam ſunt ciuitates, quæ
per vim occupantur ab aliquo tyranno vel hoſte Imperij, & iſtæ
proprie non dicuntur rebelles, ſed dicuntur ciuitates captæ, quæ
ſi recuperantur,dñt redire ad priſtinam libertatem,vt C. de offic.
præf.præt. Afr.l.1.in principio. Quędā proprio motu ciuium, vel
maioris partis rebellant, & iſta ſunt proprie rebelles, in quibus
quantum ad amiſſionem iurium,& iuriſdictionis, dicendum eſt
idem,quod in priuato.quantū ad pœnam inferendam per homi-
nem priuatum,dicēdum eſt, ꝙ quilibet poteſt in eius ciuitate, &
territorio capere,prædari,comburere,& ſimilia facere, quæ con-
ſueuerunt fieri his,ꝯ quos bellum habemus.l.3. in fi.ff.de acquir.
rerum dominio. Sed ſi capiatur vna ciuitas, cuius populus ſit re-
bellis,an populus efficiatur ſeruus ſicut vnus priuatus captus? Re-
ſpondeo,non,imo libertatem recipiunt,vt in Authen.de hær. &
Fal.in princip.& ibi no.in gl.ſuper verbo,antiqua, & ibi per Ia.de
Belui. Itē an iuriſdictio erit priuati capientis? Et reſpondeo, non,
cū iure antiquo illa ante iam ꝑdidit,& ſic eſt priuatus & ſic iure,
24 cū occupat,non habet iuriſdictionem. † Item an priuatus,qui ca-
pit ciuitatē,poterit eam deſtruere, vel homines inde expellere,
patebit ſtatim. De pœna vero inferenda per ſententiam iudicis di
co quōd nullus poteſt condēnare ciuitatem ſub,,cīēdam aratro,
niſi ſolus Princeps. Nā licet domus particulares ſint priuatorū,
ipſa

ADDITIONES.

a Alios grauiores. Vide Fel.in c.poſtulaſti.ver.4.declaratio,vbi plene,de fo.co.np.
b Ber.l.Perdunt. Vide late Pau.de Caſ.con.32.
c Condemnatus ab Imperatore. Vide Bar.in l.non dubito.ff.de ca.& poſt.re.& apoſ. Alex.in l.ut vim.in addi.Bar.in verſi.damnum.ff.de iuſt.& iu.
d Priuationis protulit. Vide Iaſ.in l.ut vim.ff.de iuſt.& iu.in iter.circa finem 1.S. Circa ſecundum. Vide Fel.de Anch.in conſi.278.in 2.col.ex prædicta iacta narratione,& di.in conſi.meo Ducis Vrbi.vbi videas plene.
* Iacob.de Anoch.in conſi.1..ais 2.dib.1.

ipſa ciuitas vniuerſiliter conſiderata eſt principis, ſimiliter & palatia publica ciuitatum, vt in vſib. feud. tit. quæ ſint regalia. capitulo primo. non poterit ergo deſtrui ciuitas, quæ principis eſt, abſque eius volſitare. Item ſi non licet deſtruere ciuitatem, nec alia ædificia, per quæ vrbs deformatur ruinis, vt ff. de lega. 1. l. certa. §. hoc ſenatuſconſul. & C. de ędi. pri. l. 2. multominus nec tota ciuitas. Item ſi non licet contra decuriones ciuitatis ferre ſententiam mortis principe inconſulto, vt ff. de pœnis. l. mortis. §. ille fere. multominus licebit ꝯ totam ciuitatem, ſicut Troia, & Carthago paſſę ſunt aratrum ex pręcepto eius qui tenebat Imperium, vt ff. quib. mo. vſusfr. amit. l. ſi vſusfructus. Dico etiam, ꝙ nec poteſt cogere homines ciuitatis captæ illam dimittere cum omnibus bonis, & ad aliam ſe transferre, ſed ſolus Princeps poteſt. arg. C. de iu. fiſci. l. certa forma. lib. 10. ſed relegare ex cauſa poteſt præſes, vel alius ꝑtor vel rector, vt ff. de offi. præfec. vrb. l. j. §. fi.

**Nulli.** Quarta pars, in qua punit impugnantes cõſtitutionẽ & quod dicit, nulli, intellige in priuato, vel in quauis dignitate poſito, etiam ſi vicarius fuerit Imperatoris, niſi hoc habuerit expreſſe in mandatis. hoc enim innuit dictio, omnino, quę ſequitur. q. d. ſine diſtinctione perſonarum, vt ff. qđ me. ca. l. ſi cũ exceptione. §. quatenus. in glo. ſuper ver. omnimodo. & de fideiuſſ. l. Græce. §. illud. & ibi per Dy. in dictione, penitus, vide qđ ponitur. C. de vſu. rei iud. l. fi. 2. reſpon.

**Infringere.** Ideſt, retractare directo, vel per malitioſam interpretationem facere, vt C. de legibus. l. ſecunda, &c.

**Temerario.** Ex hoc patet, ꝙ ſi ex ſubtilitate, abſq; dolo, hoc fecerit, incidit in hanc pœnam, vt ff. ad Turpil. l. j. §. quęti poſſit.

**Contraire.** Vel contra diſſimulando, vel audiendo allegationes contra hanc legem, vt C. de leg. l. 2. C. de ſacroſ. eccle. l. j.

**Attentare.** Et ſic non requiritur, ꝙ ad factum perduxerit, quod plane dic, vt C. de epiſc. & cler. l. ſi quis non dicam rapere, &c.

* **Indignationem.** *Huius verbi nullum effectum inuenio, niſi quatenus verbũ ſonat, quia Imperator indignatus ex hoc facto, non exhibebit ſe gratioſum, &c.

ADDITIO.

a Tho. D. Indignationem. Adde quod vult Bal. in authen. ſtatuimus. verſ. iuxta hoc ꝗro. C. de epiſ. & cler. & de hoc dicto Bar. vide plene per Iaſ. in l. j. ff. ſi quis iuſdi. non obtemp. & ibi plene ponit, quid importet clauſula in reſcriptis Papæ, quod ſi aliqui auſi ſunt contrauenire, nouerint ſe indignationem Apoſtolorum Petri, & Pauli incurſuros.

1 *Pœna adiecta a ſtatuto imponenti iudici aliquid facienti, tenet ſi ſtatutum tenet.*

2 *Ciuitas quando poſſit facere, vt ſtatutum inualidum obſeruetur auferendo iuriſdictionem iudicibus.*

**Mille librarum.** Alias punitur alia pœna. C. de leg. l. j. in fi. & C. de ſacroſan. eccl. l. pla-
1 cet. Et dic, vt ibi, per Doc. & ſic no. pro ciuitatib. † quæ faciunt ſtatu-
a ta, & pœnam imponunt iudici ꝯ iudicanti, & aduerſario, & aduocato ꝯ allegantii. Nam valet talis adiectio pœnæ, ſi ſtatutum illud ſit validum, vt hic cum ſimilibus. ſed ſi eſſet inualidum, non valeret adiectio pœnæ, ſicut nec principale, vt C. de legib. l. nõ du-
2 bium, & C. de pac. l. pacta quæ ꝯ. Sed aliquando † ciuitates volentes, vt ipſa ſtatuta, licet inualida obſeruentur, auferunt iuriſdictionem ſuis iudicibus, vt ſi ip eo, quod ꝯ illud ſtatutum allegaretur, iuriſdictionem non habeat. ꝙ an valeat, dic ꝙ quandoq; per ſtatutum inualidum nititur auferre alicui ius agendi, & tunc talis clauſula, per quam aufertur iuriſdictio iudici, qui eam hꝫ ab ipſa ciuitate, valet, vt ff. de iud. l. iudicium ſoluitur, tamẽ poterit agi coram ſuperiore, ſicut alias cum proceditur per viam Euangelicæ denunciationis, vt diximus ſ. l. proxima. in gl. ſuper verbo, denunciationem.
b Si vero aufertur [b] ius excipiendi, ſeu ſe defendendi talis clauſula, per quam aufertur iuriſdictio ſuper defenſione, nõ valet, quia defenſio eſt de iure naturali, & ſi non poteſt auferri nec impedit, quin iudex audiat, alias idem importat, ſi ſtatueret, quod iudex faciat
* iniuſtitiam, pro hoc extra, de re iudi. c. paſtoralis. in clemen. & ꝙ dixi ſ. lege proxima, in gl. ſuper uer. figura. idem ſi aufertur ius replicandi, quia ſicut exceptio eſt defenſio ꝯ actionem, ita replicatio contra exceptio. ut ff. de exce. l. 2. & hoc quando talis eſt exceptio, ſeu defenſio, quę per ſtatutum nõ poteſt tolli, alias ſicut poſſet ipſa exceptio tolli, ita & iuriſdictio auferri.

**Data.** Iſtud eſt utile, & neceſſarium in legibus, quę de nouo emanant, ſed in codicibus & legib. antiquis diu obſeruatis, ſeu in uolumine legũ redactis, licet data non reperiatur, nihilominus ſuum uigorem obtinent, ut in 1. conſtit. Codicis, & ſi quæ eorum, &c. unde hęc conſtitutio poſtquam cępit per ſtudia diuulgari, & frequentari, ualeret, licet data non reperiretur, & hoc eſt utile ꝑꝑ quaſdam ciuitates, quæ hñt ſua uolumina ſtatutorũ non
* publicata manu notariorum, ſed ſunt diutius obſeruata, & iſta
c data eſt communis ad hanc conſtitutionem, & præcedentem. [c]

ADDITIONES.

a Th. D. Quando faciunt ſtatuta. Vide Alex. in l. Seius, & Angelus in princ. ff. ad le. Fal. & Fely. in c. cum omnes. de conſt.

b Si vero aufertur. Vide Bar. in l. ambitioſa. ff. de decret. ab ord. fac. & ibi Alexan. in apoſt. & ibi vide apoſt. meam.
Iacob. Menoch. Dec. in conſil. 175. col. 3. circa med.

* Iaco. Men. Crau. de antiquit. tẽp. 8. par. primæ partis pri nu. 29. Bru. conſ. 50. nu. 5.

c Et precedentem. Vide Bapt. Sener. in l. 1. C. de ſum. Trin. & fide catho.

## BAR. A SAXOFERRATO
a TRACTATVS DE MINORICIS, [a]
In libros IIII. Diſtinctus.

ADDITIO.

a T. D. Minoricis. De iſto trac. in 4. lib. Bar. facit mentionem idem Bar. in l. quidam. §. Papin. in fi. ff. de admin. tut. & in l. 1. ff. de leg. 1. & in l. is poteſt. ff. de acqui. hære. & in l. cũ pater. §. hæreditaté. ff. de lega. 2. & in conſi. 5. incip. viſa quadã petitione. & in conſi. 5. viſo teſtamento. li. 1. Et adde, ꝙ dicta Bar. hic aſſumit Bald. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. l. priuil. eod. tit. & Alex. de Imo. in l. 1. ff. de leg. 1. in d. l. is poteſt. in addit. Bar. Et dicit Pau. de Ca. in d. auth. ingreſſi. ꝙ Bar. fecit iſtum tractatum valde pulchrum. & ſubtilem, quem appellauit Minoricarũ, ſed Bal. nititur ibi reprehendere i quamplurib. vt ibi per eum, & limita dicta Bar. & intellige, vt per Bal. in d. auth. ingreſſi. Adde, ꝙ ſtantibus pluribus priuilegijs conceſſis per Summos Pontifices poſt mortem Barto. non eſt inſiſtendum in dictis Bar. hic. Et in materia iſtius tract. Quæ aũt ſit authoritas reuer. Car. protectoris fratrum minorum, & auctoritas Reuer. dom. Generalis, quæ ſit, & an ſit, & an eadem. vide Card. Flor. in conſi. 17. incip. caſus. vbi videas, & iſtis noſtris temporibus fuit maxima quæſtio inter Reuer. dom. Grimanum Cardinalem protectorem ordinis, & Reuer. dom. Generalem. & adde etiam. quod fratres minores, licet non poſſint agere, iure actionis, tamen poſſunt officium iudicis implorare. vide Iaſ. in l. 1. C. qui admi.

PROOEMIVM.

**MInorum** Fratrum ſacra religio fuit a Chriſti confeſſore Franciſco, in arctiſſima paupertate fundata, & a multis Põtificibus approbata, cuius vitę tanta eſt nouitas, ꝙ de ea in corpore iuris ciuilis non reperitur authoritas, ſacri tamen canones circa eos multa ſanxerunt, & vt reprehenderent eos mordentiũ linguas, & purificarent eorum conſcientias principaliter prouiderunt. Circa vero quæſtiones, & dubia, quæ propter bona temporalia ipſius fratrib. ad vitam neceſſaria poſſunt occurrere, principaliter non prouidet Pontificatus authoritas, ideo eſt neceſſaria magiſtralis authoritas, quæ per rationes & ſimilia determinet iſta dubia. Veruntamen de iis, quę largitione fidelium viuentium fratrib. ipſis obueniũt, raro occurrunt litigia, quia viuentes ipſi liberam voluntatem erga eos libere exequuntur. Sumptus vero, qui a perſonis morientium ipſis fratribus relinquuntur, vel poſſent alias ex eorum perſona fratrib. obuenire, propter ſucceſſorum indeuotorum auaritiam, & tenacitatem, multas vidi contentiones & lites. Vt igitur fratrib. in ſuis neceſſitatib. ſit prouiſum, & vt deuotorum ſucceſſorum cupiditas compeſcatur, & magiſtris ſcholaſticis hæc ignorata iura pateſiãt; Ego Bar. de Saxofer. Peruſinus ciuis, minimus inter legum Doc. hoc opuſculum feci, in quo nihil proterue dico, nihil pertinaciter aſſero, ſed ſi quid hic reperitur inſertũ, quod a determinatione ſãctę matris eccleſię, vel a veritate aliquo modo deuiaret, hoc ex inaduertentia, lapſu linguę, & velocitate calami euenıſſe credatur, paratus corrigere, & ex nunc corrigo, cum veritas fuerit patefacta ſãctæ matris eccleſiæ, & cuiuslibet melius veritatem, & clarius intuentis, me humiliter correctioni ſupponens. Quod opuſculum librum Minoricarum deciſionum volui nuncupari, tam ab ipſius principio, quam ab ipſius materia. Totum. n. quod in eo dr̃, de fratribus minoribus intelligat, nec ad alios extendatur, niſi quatenus in eo continetur expreſſe. quia tñ hoc opuſculum facere per conſtitutionem Nicolai vr̃ prohibitum, & pœnale. ideo vt hoc opuſculum contra inſultantes ſecum deferat defenſionem, conſtitutionem prædictam hic ſuſpẽdit Ioan. Papa, quam hic de verbo ad verbum inſerere placuit, &c.

**Ioannes** Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuã rei memoriam. Quia nonnunquam quod coniectura profuturum credidit, ſubſequens experientia nociuũ oſtendit, non debet reprehenſibile iudicari, ſi canonum cõditor canones a ſe, vel a ſuis prædeceſſoribus, vel aliqua in eiſdem contenta canonibus reuocat. Sane dudum fœli. recor. Nicolaus Papa tertius prædeceſſor noſter quãdam ꝯſtõnem declaratoriã, quæ incipit, Super regula dilectorũ filiorũ ordinis fratrũ minorum, quam beatus Frãc. altiſſimus ꝯfeſſor inſtituit, & promulgauit ſub certis pœnis arctius interdicens, ne ꝯcordantiæ, ſeu ꝯrietates, ſeu aduerſæ, vel diuerſæ opiniones ab ipſius ꝯſtitutionis lectoribus, ſeu expoſitoribus inducantur, nec ſuper ipſa conſtitutione gloſſæ fiant, nec formæ, per quas verbum, vel ſenſus ipſius, vel conſtructio quaſi grammatice, alias ad literã exponatur, nec intellectus ipſius per legentẽ diſcutiat ad aliud, quam cõſtitutionis ipſius litera ipſa ſonat. Gloſſantes aũt in ſenſus conſtitutionẽ eandem aliter quam

ſuperius eſt expreſſum, facienteſq; commentum, ſcripturam, ſeu libros, ac ex certa ſciētia deliberare, & determinare in ſcholis, ſeu prædicationib. q̃ contenta in cōſtitutione prædicta, ſeu alia, ſeu aliquid prædictorum, non obſtātib. aliquib. priuilegiis, ſeu indulgentiis, aut literis Apoſtolicis quibuſcunq; perſonis, dignitatibus vel ordinibus, aut locis religioſis, vel ſecularibus, generaliter, vel ſingulariter, ſub quadam forma, vel expreſſione verborum, q̃ ſolet in prædictis aliquibus quomodolibet ſuffragari, ipſofacto excommunicationis ſententiæ voluit ſubiacere. Nos aūt attēdētes, q̄ argumētis frequētib. & collationib. latēs veritas aperitur, quodq; ſub eadē lrã ſæpe latet multiplex intellectus, nec non eſſet difficile volentibus cōſtitutionē ipſam perfecte legere ac intelligere, pœnas adiectas in cōſtitutione eius euitare, ac viam veritatis aperire volentib. ac periculis, quæ ex prædictis poſſent literatæ incurrere perſonæ, præcipue ſcholaſticæ in errore ſalubriter obuiare, præſertim cū de nouo ſub orta ſunt aliqua dubia, circa quæ periclitatur veritas, & erroribus viā pandit, niſi liceret conferre, ſuper contentis in conſtitutione hac, & diſputare prohibitiones, & pœnas prædictas, tam latas, q̃ cōminatas, & eorum effectus, in fratrum noſtrorum, ac multorum epiſcoporum, archiepiſcopotum, prælatorum, nec non multorum profeſſorum vtriuſ. iuris, & multorum ſacræ Theologiæ magiſtrorum p̄ſita dum conſiſtorium teneremus authoritate Apoſtolica duximus vſq; ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ ſuſpēdēdas. Pro ſuſpēſione aūt huiuſmodi, quē intēdimus licētiam impartiri, q̄ ꝓ ſtatutam regulam prædictorū dogmatizare, ſcribere ſeu determinare, prædicare ſeu priuatis locis liceat, publice, vel occulte, qui nimo omnib. & ſingulis authoritate prædicta diſtrictius inhibemus, ne authoritate præmiſſorum, & in poſterū præmiſſorum inhibitio, & pœnarum ſuſpēſio in dubium reuocari valeat, ne alicui pp defectus probationis contingat, q̄ velut tranſgreſſor prohibitionum ipſarum in pœnā ſeu pœnas non incideret antedictas. Nos volētes ſuper hoc de opportuno remedio prouidere, chartas, ſeu membranas ſuſpenſiones continentes eaſdem, appendi, ſeu affigi maioris eccleſiæ Auenionen. oſtiis ſeu ſuper oſtiis fecimus, vbi ſuſpenſiones prædictæ ſuo quaſi ſono, præconio, & patulo iudicio publicabantur. Data Auenionii vij. Kal. April. Pontificatus noſtri. anno vj.

Hoc autem Opuſculum diuido in libros quatuor. In primo, de hæreditatibus, q̃ fratribus relinquuntur. Secundus de relictis ſingularibus, quæ in ſuis voluntatibus homines fratribus largiuntur. Tertius, de executionibus vltimarum voluntatū, quæ fratrib. iniungūtur. Quartus de hæreditatib. & bonis quæ ab inteſtato fratrib. deferuntur. quemlibet autē librum diuido per capitula, vt primi libri ſeries manifeſtat.

# MINORICARVM

## .LIBER PRIMVS.

1 *Status fratrum minorum in arctiſſima paupertate fundatur, & vita ſingularis, nu. 7.*

2. *Deportati in inſulam, licet perdant ea quæ ſunt iuris ciuilis retinent tamen quæ ſunt iurisgentium, & ex his cauſis acquirunt.*

3 *Seruus pœnæ licet omnia perdat, tamen ei ſit legatum pro alimentis, & iudicis officium implorat.*

4 *Legatum factum ſeruo pro alimentis tenet.*

5 *Fratres prædicatores habent in communi, nec eorum regulæ repugnat.*

6 *Regula fratrum minorum eſt magis ſtricta, q̃ fuerit regula Apoſtolorum.*

7 *Teſtamentum, in quo fratres minores ſunt inſtituti, eſt nullum, ſi ſubſtitutus non eſt datus.*

*Dato ſubſtituto vel alio cohærede valet.*

### CAP. I.

DE Hæreditatibus, Quæ teſtō fratrib. relinquuntur, multa dubia oriuntur. Primo. n. videndū eſt quis eſt iſte ſingularis ſtatus fratrum minorū, ex quo iſta dubia oriūtur. hoc exprimit. Nicolaus in c. exiit qui ſeminat. §. porro. de ver. ſign. lib. 6. vbi ſic ait, Porro cum regula ipſa expreſſe contineat, q̄ fratres nil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, ſitq; declaratum per eundem prædeceſſorem Gregoriū ix. & nonnullos alios hoc ſeruari debere, tam in ſpeciali, quam etiā in cōi. & alibi eodem c. §. cæterum, cū ſic. Cæterum, cum in eadē regula ſub præcepti diſtrictione prohibitū eſt, ne fratres recipiāt per ſe, vel per alios denarios, vel pecuniam nullo modo, idq; fratres in perpetuum ſeruare cupiant, & vel iniunctum id neceſſe habeant adimplerē. &c. Et iſtud quantum ad abdicationem proprietatis refertur per Clementem in c. exiit. §. ad hæc. Quantum vero ad pecuniam vbi Clemens ſtrictius loquitur in eo. c. §. denique, cum idem cōfeſſor, ſic ait, ſumme affectaret ſuæ regulæ profeſſores eſſe abſtractos totaliter ab affectu, & deſiderio terrenorum, & ſpecialiter a pecunia & eius vſu totaliter expertes, ſicut
probat prohibitio de recipienda pecunia, & regula ſæpius repeti-
1 ta, &c. Ecce ſtatum † eorum in arctiſſima paupertate fundatum,
qualis ſtatus inter ſeculares homines ob aliquam cauſam nullo
iure inſtitutionis eſt inuentus. Nā homines liberi cuius ſtatus eſt
2 integer, habere pñt in proprio, & in cōi. Quidam tñ ſunt, † quorum ſtatus pp pœnam minutus eſt, vt deportati in inſulam, qui li-
cet ea, quæ iuris ciuilis ſunt perdant, tñ quæ iurisgentium ſunt retinent, & ex his cauſis pñt ſibi acquirere, & actiones habere. ff. de
pœnis. l. quidam ſunt. ff. manda. l. mandauero. §. is cui. & de re iudi
3 ca. l. ſi victum. & ibi no. Quidam ſunt † ſerui pœnæ, & ſic eorū ſta-
tus in totum permitur, & ſic perdunt omnia. tamen pro alimen
tis poteſt ſibi legari, & ipſemet poteſt per ſe, vel p alios iudicis officium implorare, vt ſibi ſoluatur, vt ff. de ali. & cib. leg. l. is cui. & l.
ſi ſeruus, & de his quæ pro non ſcri. ha. l. ſi metallum. tñ fratres prædicti pro nulla re temporali pñt eſſe in iudicio, vt inf. dicetur, de
quib. vſus pecuniæ non reperitur interdictus. non ergo ſunt in tā-
ta paupertate. pp pœnam, in quāta ſunt fratres minores propter
4 Chriſtum. Quidam etiam ſunt, † quos ſeruos fecit captiuitas, vel
natiuitas. Iſtis ēt ex cauſa alimentorum poteſt ligari, & in multis
cauſis pro re temporali in iudicio eſſe poſſunt, vt ff. de iu. l. is nulla. & eis vſus pecuniæ non eſt interdictus, vt ff. de manum. l. is cui,
non enim ſunt in tanta extremitate, in quanta ſunt fratres prædicti propter Deum. De his, qui in eccleſia Dñi militarunt, nullum
genus hominum reperio conſtitutū in tanta paupertate. De clericis enim ſecularibus, religioſis non mendicantibus non eſt dubium. De religioſis vero aliis mendicantib. conſtat, q̄ aliqua habent in cōi quo ad proprietatem, vt colligitur ex verbis Gregorii
Papæ 9. in conſtitutione, quia quorundam, de verbo. ſig. in extrauagan. Ioan. dum dicit, fratres minores, & prædicatores in arctiſſi
5 ma paupertate decuit pauperes famulari, & tamē conſtat † ipſos
prædicatores in cōi habere, etiam quo ad proprietatem aliquid,
quod eorum regulæ, & ſtatui non repugnat, &c. De dño nro Ieſu
Chriſto, & de Apoſtolis, & quid iuris fratres habeant in reb. quarum vſus eſt eis permiſſus, illud eſt q̄ inconcuſſe credere debemus per Io. Papam 22. qui declarauit, & ſtatuit in cōſtitutionibus
ſuis, quarum vna incipit, Ad conditorem canonum. de verbo. ſignifica. in extrauagan. alia incipit, Cum inter nouellos. eo. tit. alia
vero incipit, Quia quorundam, §. alle. In eadem tamen conſtitu-
6 tione, quia quorundam. dicit † in quibuſdam fratrum vitam eſſe
magis ſtrictam ſm regulam quam fuit Apoſtolorū, dum ſic ait.
Conſtat enim multa contineri in dicta regula, quæ nec Chriſtus
verbis docuit, nec exemplo firmauit, vt puta q̄ præcepit conditor
dictæ regulæ fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam, necnon
de multis exiſtentibus in dicta regula, quæ vtiq; nec Apoſtoli docuerunt, nec firmauerunt exemplo. Nec obſt. q̄ Chriſtus portare
pecuniam Apoſtolis, & Diſcipulis, dum eos ad prædicandū mitteret, interdixit, quod tamen antequam ad prædicandum mitteret non legimus interdictum, quia poſt reditum pecuniam portauerunt, vt in pleriſque locis Euāgelica veritas, & Apoſtolica di
7 cta atteſtantur. Cum † ergo ſit vitæ tanta ſingularitas, non mirum
ſi eorum occaſione ſingularia dubia oriantur.

### CAP. II.

a Quidam. In ſuo teſtamento fratres minores, vel vnū eorum inſtituit hæredem. Primo quæritur, * an valeat teſtamentum. Ad quod ſciendum eſt, q̄ decretalis, exiui de paradiſo. de ver. ſig. in cle dicit, q̄ fratres minores iſtarum inſtitutionum nullatenus ſunt capaces: tamen addam, ſi quidē ſunt inſtituti, & nullum habent ſubſtitutum, vel cohæredem, q̄ teſtamentum eſt nullum, & hæreditas pertinet ad venientes ab inteſtato, vt ff. de his quæ pro non ſcrip. hab. l. ſi in metallum. & C. de hæred. inſti. l. 1. ff. de teſta. mili. l. neque enim. Si vero fratres inſtituti habeant ſubſtitutum, vel cohæredem, tunc teſtamentum poteſt valere, ſubſtituto adeunte hæreditatem, ad quem primo pertinet, vel adeūte cohærede, cui creſcit portio relicta fratribus vbi ſubſtitutus non eſt. C. de cad. tol. l. j. in prin. §. his itaque.

ADDITIO.

a Th. Dip. Primo quæritur. Vide plene per Alex. de Imo. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi ſeruus. ff. de acq. hæred.

1 *Ille apud quem remanet hæreditas, in quo erant inſtituti fratres minores, an eam licite in foro conſcientiæ retineat, & nu. 7.*

*Nec tenetur illam commutare in ſpeciem alterius relicti, nu. 9.*

2 *Obligatus ad aliquid de iure naturali, licite illud nō retinet ī foro cōſciē.*

3 *Obligatio naturalis oritur ex teſtamento imperfecto & minus ſolenni ex defectu ſolennitatis, & nu. 8.*

4 *Qui tenet aliquid contra voluntatem defuncti qui ſucceſſit in foro conſcientiæ illud licitē non retinet.*

5 *Diſpoſitio defuncti cōtinens aliquid prohibitum a iure, dicitur continere impoſſibile de iure.*

6 *Oratio vniuerſalis, nullatenus, prædicatur de pluribus.*

7 *Obligatio naturalis oritur inter cohæredes ex teſtamento imperfecto.*

Fratres

11 *Fratres minores ſunt incapaces hæreditatis ſibi reſtituēdæ iure fideicōmiſſi.*
12 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatē per fideicōmiſſum fratribus minoribus,tenetur ad æſtimationem, quam licite fratres recipiunt.*
13 *Relictum in fraudem fratribus minoribus quando dicatur.*
14 *Hæres grauatus dicto fideicōmiſſo,licet teneatur ſoluere æſtimationē fratribus,tamen non obligatur.*
15 *Hæres,ad quē hæreditas deuenit ab inteſtato vigore teſtamēti in quo erāt inſtituti fratres minores habentes clauſulā,& omni meliori modo,tenebitur ad æſtimationē, & in foro conſcientiæ.*
16 *Hæreditate relicta fratribus minoribus iure legati,licet fratres relicti non ſint capaces,debetur æſtimatio.*
17 *Fratri minori ſi relinquitur particulariter,vel in eo particularis hæres inſtituatur,an teneat.*
18 *Inſtitutio facta de eccleſia fratrū minorū tenet,& nu. 20.*
19 *Dominiū eccleſiarū fratrum,minorū,pertinet ad eccleſiā Romanam.*
20 *Eccleſia eſt vſus publicus,& in ea vtilitas publica verſatur.*
21 *Pecunia licet offeratur in eccleſia fratrum minorū pro fabrica,ſecus tamē conuertenda in vſum pauperū,& nu. 18.*
22 *Eccleſiæ fratrum minorū debent eſſe humiles.*
23 *Hæreditas, in qua eccleſia fratrū minorū fuit inſtituta,requirit aditionem.*
24 *Papa,vel Procurator,vel Syndicus Rom eccleſiæ,Epiſcopus loci,uel ciuitas in qua eſt eccleſia,poterit adire hæreditatem,in qua eccleſia fratrū minorū fuit hæres inſtituta.*
25 *Syndicus Rom.eccleſ. Epiſcopus,uel ſyndicus cōmunis, ſi ad hoc mandatum habeat, poteſt petere bona hæreditatis relicta eccleſiæ minorū, ut in utilitatem eccleſiæ conuertatur.*
*Quilibet iudex ſecularis ex officio poteſt unum conſtituere,ut hæreditatem relictam eccleſiæ petat.*
26 *Quilibet de populo poterit deferre hæreditatē relictā eccleſię minorum.*
27 *Tenens,ut quilibet de populo,quomodo concludat hęreditatē ad eccl. ſi am relictam eccleſiæ pertinere.*
28 *Prædicti petunt de uoluntate fratrū,alias non abſque mandato ſedis Apoſtolicæ.*
29 *Inſtitutio facta de fratribus adiecto quod hæreditas uendatur, & in neceſſitatem fratrū conuertatur,ualet.nu. 30.*
30 *Hæreditas relicta ad pias cauſas,uel quod uendatur,uel diſtribuatur inter fratres abſque hæredis inſtitutione ualet.*
31 *Hęreditas relicta ad piā cauſam ualet,etiam ſi aliquis non ſit hęres inſtitutus. Inſtitutio facta de aliquo ſancto,cuius eccleſia,uel oratorium reperitur,tenet,& Epiſcopus capit.*
32 *Laicus Guardianus altaris,uel eccleſiæ,capellę fratrum minorum,poteſt hęres inſtitui.*
33 *Guardianus fratrum minorū,& etiā clericus, ſi inſtituatur hęres,teſtamētum ualet.*
34 *Inſtitutio facta de Guardiano fratrum minorum,tranſit ad ſucceſſores.*
35 *Inſtitutio facta de fratribus. S. Franciſci,intelligitur de fratribus minorib. non de fratribus pęnitentiæ. niſi ex coniectura aliud appareat.*
36 *Fratres tertij ordinis de pęnitentia S. Franciſci,poſſunt habere in communi & in proprio.*
37 *communes uſuſ ſtare debemus.*

## C A P. III.

1 Secundo quæritur, †Nunquid prædicti venientes ab inteſtato,ſubſtituti,vel
cohæredes,apud quos d.hæreditas remanet ſecundum iuris rigorem,eam poſſint licite retinere in foro conſcientiæ. Probari po-
2 teſt primo,q̄ non †Omnis,qui eſt obligatus ad aliquid de iure na
a turali,illud non poteſt licite ſibi retinere in foro conſciētiæ.a Hoc
notanter no. Inno.in c.nouit.ext.de iudic. Sed iſti,apud quos d.hæreditas remanet,ſunt obligati ad eam reddendam de iure naturali,ergo non p̄nt eam licite retinere in foro conſcientiæ. Minorē
3 probo. Ex teſtō imperfecto,† & minus ſolenni oritur obligatio naturalis,ſm veram opinionem noſtrarum glo.vt C.de in.& fac.ig.
l.cum quis.& ff.de cond.indeb.l.1.& ff.de reg.iu.l.cuius per errorem.ergo ex ipſo teſtō imperfecto ratione hæredis inſtituti, qui
non eſt capax,oritur obligatio naturalis. Secundo probatur per leges, quæ expreſſe dn̄t, q̄ licet relictum ſit inutile, tn̄ illud apud
quem remanet,ad id tenetur in foro conſcientiæ, vt C.de fideic.
4 l.2.& ff.de fideic.l.1.in teſtō.† Tertio probatur ſic. Illud,quod qs
retinet ꝯ voluntatem eius defuncti cui ſuccedit,non poteſt licite
retinere in foro conſciētiæ,iſtud eſt verum,& probatur. ff. de reg.
iu.l.quod noſtrum,& extra,de præſc.c.ꝗ m̄. ſed ille,apud quem remanet de iuris rigore,eam tenet ꝯ voluntatem defuncti,qui voluit,quod fratres minores eam haberēt. Quarto,qn̄ aliquid relinquitur ad aliquem pium actum ſm teſtatoris volūtatem,qui tamē
actus de ſe non eſt licitus,ille apud quem remanet,non poteſt licite retinere,ſed debet illud conuertere, habita legitima ſolennitate, in alium actum licitum.ff de vſufru.lega. l. legatum. & de ad
min.rerum ad ciu.pert.l.legatum. Ita ergo in propoſito, licet fratres minores non poſſint capere,vt hæredes,tamen tn̄ debere vēdi hereditas,& dari eis pretium conuertendum in vſus licitos, &
ſic ille,apud quē remanet,non poteſt licite retinere. Quarto probatur,nam q̄ſi aliquis eſt non capax relicti abſq; ſui delicto,debetur æſtimatio,quatenus eam capere poteſt. Exemplum. Cuidam
claudo relinquitur militia curſorum. Certe debetur æſtimatio,
vt l.apud Iulianum.§.fin.cum l.ſeq.de leg.1.l.fideicommiſſa. §. ſi
ſeruo.de leg.3. Ita ergo in propoſito,cum fratres minores ſint incapaces abſque ipſorū delicto. E contra,qui non tenetur ad reddēdum illud,quod tenet aliquo iure ciuili,vel naturali, vel alio,pōt
licite retinere in foro conſcientiæ,hoc eſt notū, ſed ille apud quē
talis hæreditas de iuris rigore remanet,eſt huiuſmo.di. ergo, & c.
5 probo.† Diſpoſitio defuncti,quæ continet aliquid prohibitum a
iure,dr̄ continere impoſſibile de iure,vt d.l.apud Iulianum. §.fi.
de leg.1.& de condi.inſti.l.filius.& l.conditiones.ſed impoſſibilium nulla eſt obligatio,vt ff.de reg.iu.l.impoſſibilium. Et no. q̄
nulla lege obligatur,& ſic nec ciuili,nec naturali,nec aliqua lege
eſt expreſſum.ff.de act.& obli.l.1.§.ſi id quod dare.& no.p Dy.extra de reg.iu.c.nemo.poteſt l.1.6. Cum igitur inſtitutio facta de fratrib.minoribus ſit a iure prohibita,vt in c.exiui de paradiſo.ext.de
verb.ſign.in clem.ergo,&c. hoc probatur ex tex.vbi dr̄,fratres minores hæreditatis,vel ſucceſſionis nullatenus ſunt capaces. Et no.
q̄ dicit,nullatenus,& ſic nullo modo ſunt capaces, nec reſpectu
ciuilis,nec naturalis obligationis,quia hęc oratio vniuerſalis,ſ.nul
6 latenus,prædicatur de † pluribus,ergo de neceſſitate intelligitur,
id eſt nec de iure ciuili,nec naturali,& ſic ille,q̄ retinet,nullo iure
tenetur. Tertio probatur,quia Princeps ex cauſa poteſt auferre dominium rei meæ.l.item ſi verberatum. de rei vendi.& de euict.l.
Lucius,& de offi.præt.l. Barbarius.ergo eadem ratione poteſt impedire,ne quæratur. Cum ergo dicta conſtitutio impediat quæri
fratribus,ergo ille qui retinet,licite retinet in foro conſcientiæ, &
7 ille,apud quem † dicta hæreditas de iuris rigore remanet, debet
de voluntate defuncti ſolicite inueſtigare,& tunc aut ex illa inueſtigatione remanet certus, q̄ teſtator voluit illud teſtamentum
ſuum valere iure directo,ſ.teſtamenti tātum,aut remanet certus,
q̄ teſtator voluit etiam iure codicillorum,& omni modo quo poteſt. Aut is,apud quē remanet,ex prædictis non poteſt eſſe certus,
nec applicat animum ſuum ad aliquod prędictorum, ſed remanet in eo quod ius pręſumit. Primo caſu,quando conſtat, q̄ teſtator voluit, q̄ valeret iure directo tantum,ſ. teſtamenti, & tunc is,
apud quem dicta hęreditas remanet,poteſt eam licite retinere in
foro conſcientiæ. Nam teſtatorem velle,quod tantum valeat iure teſtamēti,hoc importat,vt hæres inſtitutus hæreditatem capiat
ſuo iure a ſeipſo,vt ff.de hęr.inſti.l.ſed & ſi in conditione §. ſi. &
ſi ipſe inſtitutus a ſe capere non poteſt, q̄ alij,apud quos hęreditas
manet,vt venientes ab inteſtato,vt cohæredes ei reſtituere non teneātur,vt ff.de codic.l.1.& C.de fideicom.l.eam quam. Cum ergo ex virtute dictorum verborum teſtator voluerit illos, apud
quos hæreditas remanet,non teneri,apparet q̄ licite poſſint retinere in foro conſcientiæ. Et per hoc apparet reſponſum ad primā
8 rationem in contrarium factam. † Nam voluntas imperfecta inducit naturalem obligationem, verum eſt in voluntate imperfecta ex defectu ſolennitatis,quia tunc inducitur obligatio naturalis,in eo quod teſtator voluit venientes ab inteſtato, non autē in
eo q̄ teſtator noluerit. Sed hic voluit, venientes ab inteſtato teneri ergo licite retinet. Et eodē modo reſpondeo ad leges in contrarium adductas. Secundo caſu,quando conſtat, q̄ teſtator voluit, q̄
valeret omni modo quo melius poteſt,dicam infra,pxima q̄ſtio
Tertio caſu,quādo ille apud quem hęreditas remanet,non poteſt
eſſe certus,nec applicat animum ſuum ad aliquod prędictorum,
ſed eſt contētus eo quod ius pręſumit teſtatorem voluiſſe valere
iure teſtamenti tm̄,& idem quod in primo caſu. ff. de iure codic.
l.1.& l.illud.§.tractari.C.de teſtam.l.non codicillum. & de codicil.l.ſi.vix tn̄ puto reperiri aliquē,q̄ noluerit omni mō valere,quo
melius poteſt,& ideo in foro conſciētiæ tutius eſt non retinere.
Ita dixerunt multi magiſtri Theologię,& prędicta vera in venientibus ab inteſtato,in omnibus ſubſtitutis autem non eſt dubium,
q̄ voluntas defuncti tenet:nam voluit defunctus, q̄ hęrede inſtituto non adeunte,vel quia non vult,vel quia non poteſt,ſubſtitutus admittatur.l.cum proponas.C.de hęre.inſt.l. ſi paterfamilias.
ff.eo.ſi quis omiſ cau.teſtam.l. 1. §.ſi proponatur. Ad rationes in
contrarium:ad primam & ſecundam iam reſponſum eſt. Ad tertiam dico, q̄ talis apud quem remanet,non retinet contra voluntatem defuncti,imo ſecundum eius voluntatem. præſumit enim
lex, q̄ teſtator velit, q̄ ſi non valet teſtm̄, veniat hęreditas ad venientes ab inteſtato.l.conficiuntur, in prin. de iure codicil. vel ad
coniunctos.l.Vnica §.pro ſecundo. C. de cadu. toll. Ad quartam
& quintam reſpon. q̄ illa iura loquuntur in legatis & fideicōmiſſis,in quibus teſtator grauat aliquem apud quem remanet hęreditas. Vnde merito ille poteſt cogi adire, & eius aditione confirmatur teſtm̄,hoc autem loquitur in hęreditate,quæ fratrib. iure
directo relinquitur,& ſic a ſeipſis. Vnde ſi ſoli ſunt inſtituti non
eſt cuius aditione confirmetur teſtamentum. & merito non eſt
locus

A D D I T I O.

a Tho. Dip. In foro conſcientiæ.vide Ang.in conſil.150.et vide Bar.in l. 2.ff.de his quæ pro non ſcrip. haben.



Digitized by Google

locus dictæ inſtitutioni. Si vero habēt ſubſtitutū, vel aliū cohære-
9 dē, idē, qa illi non ſunt grauati, vt dictū eſt. Ex prædictis ſatis † cla-
re apparet, ꝙ ille, apud quem dicta hæreditas remanet, non tenet
illud, ꝙ eſt relictū iure hæreditario directo cōmutare in ſpeciem
alterius relicti, vt ſic nec fratres minores capere poſſint in foro ꝯ-
ſcientiæ, nec in foro ciuili, vt dictū eſt. Sed ꝯ prædicta, quæ dicta
ſunt de cohæredibus, quib. portio relicta fratrib. accreſcit: vr̄ ꝙ nō,
10 † per gl. C. de iu. & fa igno. l. ſi poſt diuiſionē. vbi dr̄, ꝙ inter cohæ
redes eſt obligatio naturalis ēt ex teſtō imperfecto. Ergo ſaltē in
foro conſcientiæ cohæres tenet̄. Ad ꝙ dico, ꝙ illa gl. non eſt vera,
& reprobatur per Doct. ibidē: ꝙ patet, quia ex teſtō ēt valido nei-
ter cohęredū alteri tenetur, cum vnuſquiſq; a ſeipſo capiat, v l. ſed
ſi in conditione. §. fi. de hære. inſtit. Eadem ratione, qñ teſtm̄ eſt
inualidum, nō tenenit aliqua obligatione, & hoc ex teſtamento;
ex quaſi cōtractu communionis. In caſu noſtro nulla poteſt fieri
obligatio, cum nulla ſit communio, &c.

SECVNDA DISTINCTIO.

CAP. I.

a **De hæreditatibus,** Fratribus minoribus iure fi-
dei cōmiſſi [a] relictis poſſunt
plura quæri, hoc aūt ſæpe cōtingit, qñ teſtator iubet, ꝙ ſi hæres in-
ſtitutus deceſſerit, hæreditas deueniat ad fratres minores iure fi-
deicommiſſi, iniſtæ alias iuſte dicunt deſerri, licet quandoq; ha-
11 beāt iure directo. † Quæro primo an huiuſmodi fratres minores
ſint capaces? Reſpon. non, nam dicta decretalis dicit, ꝙ fratres ſuc
ceſſionum quæ ex natura ſui indifferenter ad pecuniam, & etiam
ad alia mobilia, & immobilia ſe extendunt conſiderata paritate
iuris, nullatenus ſunt capaces, ſed quando alicui hæreditas iure fi-
deicōmiſſi reſtitueret, ſucceſſio eſt. ff. ad Trebel. l. reſtituta. §. fin.
cū ſequ. Secūdo probatur, qa natura huius ſucceſſionis eſt, vt ſuā
naturam porrigat ad omnia iura, & ad omnia mobilia, & ſtabilia,
vt ff. ad Treb. l. 1. in princ. & l. facta. in princ. ergo huiuſmodi fra-
tres non ſunt capaces. Quod hęres, a quo fideicommiſſum vniuer
ſale relinquitur, tenetur ad executionem.

ADDITIO.

a Tho. Dip. Iure fideicommiſſi. Vide Bar. in l. 4. & ibi apoſtil. vbi etiam Doctor. ff.
de leg. 1. & Bar. in conſi. 5. incip. viſa quadam. vol. 1. & in conſil. ſeq. incip. viſo teſta-
mento.

CAP. II.

a
12 **Sed quæro** [a] Si licite fratribus fideicōmiſſum reſtitui
nō poſſit, vt eſt dictum, † an hęres teneatur
ad æſtimationem? Vr̄, ꝙ non per tex. dictę decretalis, exijt. quæ ſic
dicit, Non licet eis valorem hereditatum talium vel tantam ea-
rum partem, ꝙ preſumi nō poſſit hęc in fraudem fieri, quaſi mo
do legata dimitti ſibi facere, aut ſibi dimiſſa recipere, qñ potius,
iſta ſic fieri ab ipſis ſimpliciter prohibemus, &c. Ex quo patet, ꝙ
nec ad æſtimationem hęreditatis tenetur. E contra, ꝙ teneatur de
iure per leges, quę dicunt, qñ quis non pōt capere rem ſibi relr-
ctam pp qualitatem perſonę ſuę, abſque ſuo delicto, tunc hęres
tenetur ad æſtimationem, vt l. apud Iulianum. §. fi. cum l. ſequ. de
leg. 1. & ibi no. & de leg. 3. l. fideicōmiſſa. §. ſi ſeruo. & de verb. obl.
l. multū. & ibi no. Sed ita eſt in propoſito, ꝙ hr̄s tenetur ad ęſtima
tionē, vt in conſtitutione Nicolai Papę, quę incipit exijt. §. ad hęc
vbi dr̄, ꝙ qñ fratribus aliquid ſimpliciter relinquitur, intelligitur
in cauſam licitam, hoc eſt, vt vēdatur, & pretium in vtilitatem fra
trum conuertatur, Secundo ad determinationem prędictę dubi-
tationis videre debemus intelligentiam verborū dictę cōſtitutio-
nis. exijt, ſuperius relatę. Nam procurare, ꝙ eis fratribus minori-
bus relinquatur, eſt penitus interdictum fratrib. minoribus, dimiſ
ſa vero recipere, non eſt interdictum omnino, ſed ita demum hoc
13 præſumi poteſt, vt illa verba dicunt. In fraudem fieri † intelligo,
qñ per hoc aliquid fieret ꝯ paupertatis votum, vel in aliquo con-
traueniretur, vt puta, ſi valor, ſeu ęſtimatio prędicta ad tantā quanti-
tem aſcēderet, ꝙ magis ſaperet theſaurizatum, quam pro neceſſi
tatibus imminentibus receptum. & ideo in quęſtione prędicta di
co, ꝙ ſi ęſtimatio prędicta magnam, & notabilem quantitatē ex
cederet, ꝙ fratribus nō licet recipere. Ita loquuntur illa verba. Sed
ſi eſſet quātitas parua, & moderata, vel de magna quantitate mo
derata accipere licite fratres poſſunt, & hæres ad hęc tenetur. Ita
loquuntur alia iura, pro hac parte allegata. Hęc indicant verba ꝯ
ſtitutionis prędictę, ibi, tantam earum partē, &c. Hęc etiam mani
feſtantur in ead. cle. exiui. §. dubitauerunt. in eo, quod tractat de
diſtributione bonorum nouitiorum ingredientium monaſteriū.
& hoc etiam declaratur in cōſtitutione Nicolai, quę incipit, exijt
14 qui ſeminat. §. inſuper nec vtenſilia, vbicunq; † autem, dixi, quod
hæres tenetur, non intelligas. quod fratribus obligatio quęratur,
hoc enim voto eorum repugnat, ſed in quem fundatur dicta ob-
ligatio, dicemus in ſecundo lib. ubi de relictis, & legatis ſingula-
ribus tractabitur, vbi etiam dicimus, quę ſit iſta quantitas mode
rata, & quid fiet de ſuperfluo, & an ipſi fratres poſſint prędicta uē
dere, &c. Bar.

ADDITIO.

a Tho. Dip. Sed quæro. vide Io. Cal. conſi. 2. in tit. de teſtamentis.

CAP. III.

15 **Ex prædictis** Satis liquet, † ꝙ qñ fratres prædicti hære-
des inſtituunt, & in teſtamēto dr̄, ꝙ ſi nō
valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorū, & omni modo quo
melius valere poteſt, ꝙ tunc hæres tenetur ad æſtimationem ſm
prædictum modum, quia prædicta verba hoc important de iure,
&; inſtitutione irritata videantur rogati per fideicommiſſum hi,
ad quos hæreditas remanet, reſtituere illi inſtituto, vt C. de fidei-
commiſſ. l. ex teſtamento. & ibi no. & l. eam quam. eo. ti. & iſte eſt
caſus ſm vnam lecturam. ff. de teſtā. l. ex hac ſcriptura. & l. ex his
verbis. & ibi gl. & de iniuſto teſtō. l. poſthumus. §. fi. & de teſtam.
mil. l. quærebatur. §. vtrum. licet gl. C. de libe. præt. auth. ex cauſa.
videatur dicere, ꝙ illa verba hoc caſu non operentur, ſed illa glo.
reprobatur. Ex hoc apparet determinatio illius tertij membri, q̄d
dimiſi ſ. in diſtinctione. 1. c. 2. quando ille apud quem hęreditas re
manet, credit defunctum voluiſſe teſtamentum valere omni mo
do, quo melius poteſt. & tunc tenetur in foro conſcientiæ.

TERTIA DISTENCTIO.

CAP. I.

16 **De hæreditate** Quæ fratribus † iure legati relinqui
tur, dico idem per omnia ꝙ ad p̄di-
cta, quæ ſ. dixi in hæreditate iure fideicommiſſi eiſdem fratribus
relicta, videlicet, vt eius hæreditatis fratres non ſint capaces eadē
ratione, qua ſ. dictum eſt, quia tranſirent iura & actiones, & alia
bona, vt l. cum filius. §. Lucio, de leg. 2. & l. mulier. §. fi. ad Trebell.
& eodem modo dico, quod debetur æſtimatio, quia hæres gra-
uatus eſt a defuncto, ſicut quādo iure fideicommiſſi relinquitur.
d. l. mulier. §. fin. ad Trebel.

CAP. II.

17
a **Si alicui fratri** Vel fratrib. † reliquat̄ particulariter, [a]
& in eo inſtituatur, an vitietur? Quod
vr̄, quia hæreditatis non ſunt capaces. Cōtra vr̄, ꝙ ſit idem ꝙ in le
gatis. l. quoties. C. de hęred. inſt. Sol. dicendum eſt, ꝙ hæredis inſti
tutio ex certa re, vel quātitate habet effectum in forma vniuerſa-
li quo ad quædam, vt puta alijs hæredib. vniuerſalibus non exiſtē-
tibus, totum ſibi accreſcat, vt l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hęredibus in-
ſtituendis. & quantum ad hunc effectum non valet, quo ad quæ-
dam vero habet vim legati, vt d. l. quoties, & quo ad alia de tali in
ſtitutione ex re certa, quid iuris, in ſeq. lib. dicam.

ADDITIO.

a Th. D. Particulariter. Vide quod conſuluit Abb. in conſi. 63. in 2. vol. & Bar. in l.
legatum. & ibi apoſt. ff. de capi. diminu.

QVARTA DISTINCTIO.

CAP. I.

**Si aliquis** In ſuo teſtamēto inſtituat heredem eccleſiam
fratrū minorū, alias locū. Primo quæritur, an in
18 ſtitutio valeat? † Et vr̄, ꝙ non, nam ſeruus, qui a dn̄o regitur, non
eſt capax eorum, quorum dn̄s non eſt capax, vt ff. de hæredib. in-
ſtit. l. non minus. & de leg. 1. l. ſi mihi, & tibi. §. 2. de acqu. hære. l. ſi
ſeruus eius. & de leg. 2. l. ſi Titio. & Meuio. C. de hæredibus inſtit.
l. itaque per ſe eadem ratione eccleſia quæ regitur per fratres nō
debet eſſe capax eorum, quorum fratres nō ſunt capaces. puta, ſi
aliquis hæredem inſtituat hoc modo, Stichum ſeruum Titij hę
redem inſtituo. Contemplatione enim Titij vr̄ eum inſtituere, ſi
et ipſe inſtitutus alias Stichus non ſit liber homo. C. de iu. delib.
l. cum aliquis. Ita in propoſito, cum dico, eccleſia fratrum mino-
rum, contemplatione fratrum vr̄ facta inſtitutio, ſed ipſi fratres
non ſunt capaces, ergo, &c. Præterea, ſicut idem eſt inſtituere ci-
uitatem & ciues, vt ff. de condi. & demon. l. municipibus. & de
reb. dub. l. ciuibus. ita vr̄ idem inſtituere fratres & eccleſiam fra-
trum minorum. Pręterea, aut conſideras eccleſiam pro collegio,
vt no. quod cuiuſque vni. no. l. item. ꝙ conſtat, ꝙ non valet, nam
hęreditatis non eſt capax. Aut conſideras eccleſiam pro muris ip
ſius eccleſiæ, & idem, ꝙ non valet, nam hęreditatis aditio requi-
rit animum, &c. Præterea decretalis, exiui, vr̄ velle, ꝙ eiuſdem ꝯdi
tionis ſint eccleſię fratrū, cuius ſunt fratres, ſed fratres nō poſſunt
accipere pecuniam, ita nec eccleſijs eorum debet offerri, vt in d.
cle. exiui de verb. ſign. §. denique. Item ſicut ipſi, ita eorum eccle
ſiæ debent eſſe humiles, & non exceſſiue, vt in d. cle. exiui de para
diſo. §. hinc eſt etiam. ergo ſicut fratres ſunt incapaces, ita eorum
eccleſię. E contra, ꝙ valet inſtitutio, nam declaratum eſt in illo c.
19 exijt qui ſeminat. † ꝙ dominium eccleſiarum, & fratrum mino-
rum pertinet ad eccleſiam Romanam. Idem poſtea dicit Ioann.
Papa

ADDITIO.

a Tho. D. Si aliquis. vide Alex. in l. ſi mihi, & tibi. §. regula iuris. ff. de leg. 1. & Bart.
in conſi. 4. incip. viſa quadam petitione, & in conſi. ſeq. incip. viſo teſtamento. &
Ioan. Cal. in conſi. 2. in ti. de teſtamen. & omnino per do. Abb. in conſi. 32. in 5.
vol. incip. caſus contingentia.

Digitized by Google

Papa 22.in illa extrauaganti quæ inci. Ad conditorem, in eccle-
ſijs & alijs quæ vſu non conſumuntur. Si ergo ſunt eccleſię Ro-
manæ,igitur eccleſiæ Romanæ acquiritur, & ſic valet. Præterea
eccleſia eſt vſus publicus,& in ea verſatur communis vtilitas. l.1.
a §.ius publicum.ff.de iuſt.& iu.ergo poſito, ꝙ eccleſiæ Romanę[a]
non quæreretur,ſaltem quæretur Reipub.illius ciuitatis, cum in
eius honorem videatur facta talis inſtitutio.caſus eſt in l. ciuitati-
20 bus.de leg.1.& l.ſi quis.& l. Lucius.ff.de au.& arg.leg. So. † Dicē
dum eſt,ꝙ licet in religioſis,& alijs collegijs hoc ſit,ꝙ ipſi non ha
bent ius in eccleſia,& ideo quod conceditur eccleſiæ, vř concedi
collegijs. De fratribus hoc dici non poteſt,quia nullum ius habet
b eccleſia, ſed ſolũ ſimplicem vſum facti,b & eccleſia, & locus vi-
dentur vti precario,& receſſuri inde,cum dñs mutauerit volunta
tem,vt d.c.exijt qui ſeminat. Vnde quod dř de fratribus,non po-
teſt referri ad eccleſiam, vt ext.de priui.c.per exemptionem. li.6.
Licet ergo ſtatutum ſit, ꝙ fratres nõ ſint capaces,tñ hoc de eccle
ſia non poteſt itelligi.ergo remanet in iure cõi, ſm quod eccleſia
poteſt inſtitui,vt C.de ſacroſan.eccl.l.1.& l.generaliter. Nõ ob.l.
ratio,quia ſeruus regitur a dño iure proprietatis, iõ ipſius dñi ca-
pacitas,& incapacitas inſpicitur, ſed fratres in eccleſiam nullum
c ius hñt.Non obſtat ſecunda ratio,c quia cum dico eccleſia fratrũ
minorum, appono vt certa eccleſia demonſtraretur, non vt fra-
trum contemplatione relinquatur: ſed ſecus, cum dico, inſtituo
Titium filium Sempronij,cum iam Sempronius eſſet mortuus,
vt C.de vſufr.l.fi.in fi.& ff.de hære.inſti.l.his verbis.§.fin.cum fra-
tres quo ad ipſa temporalia habeantur pro mortuis. Non ob. ter-
tia ratio, aliter enim habent ſe ciues ad ciuitatem,quia habent ius
in ea,& iuriſdictionē,ſed fratres nullum ius habent in eccleſia, vn
de illa ęquiparatio procederet in alijs religioſis. Non ob. quarta,
quia bene erit perſona,quæ poterit adire, vt dicetur in ſeq. cõne.
21 Non obſt.quinta,† ideo,quia fateor,ꝙ ibi nõ debet ferri pecunia
conuertenda in vſum pauperum,quia illud eſſet contrectatio pe
cuniæ nõ permiſſa,nec p regulam,nec per declaratores, vt ibi dř,
ſed ibi ponitř pecunia in fabricā eccleſię ꝯuertēda,ita ꝙ fratres ibi
22 nihil haberent facere,tunc hoc non reperitur prohibitum.† Nec
obſt.ꝙ dř.ꝙ eccleſiæ eorũ debēt eſſe humiles, & nõ exceſſiuę:quia
fateor hoc,tñ ad fabricam,& ſubſtitutionem locorum, & eccle-
ſiarum humilium poteſt quis īſtitutionem facere, ſicut ad aliam
piam cauſam,vt infr.proxi.diſtin.ſatis enim mihi eſt dicere,quod
illa eccleſia eſt capax, & ſic valet inſtitutio.Quid autem fiet,ſi ec-
cleſia nõ indige refectione,vel fabrica, dicam in ſequen.lib.dum
de lega.tractabimus.

ADDITIONES.

a Eccleſiæ Romanæ. Adde contra Bar.conſuluerunt multi Doct. Vide And.Barb. in c.nos quidem de teſt. vbi pleniſſime diſput.ait intellectum, & veritatem doc. Bar.hic.

b Simplicem vſum facti.Vide Abb.in conſi.64.in 2.vol.inc.quidam dicta.

c Non ob. ſecunda ratio. Vide Bar.in l.legatũ.in fi.de vſufr.le. & ibi Alex.in apoſt. & Rapn.Cum.in conſi.156.inci.teſtamento.circa medium.

CAP. II.

a Sed quid ſi quis petit. [a]ſeu adit hæreditatē,in
qua eccleſia fratrũ mi-
23 norum c inſtituta: † nã dicta quorundam videmus inducere,
ꝙ hæreditatis aditio non ſit neceſſaria, quod patet, quia dicunt
in hæreditate delata fiſco non eſſe neceſſariam aditionem,vt pro
batur.ff.de iure fiſc.l.1.§.an bona.eadem rõne hic,inſtituit.n.eccle-
ſia fratrum minorum,& per ꝯns eccleſia Romana, cuius eſt di-
cta eccleſia,ſed conſtat eccleſiam Romanam in prædictis obtine
re fiſ.locum, ergo, &c. Contrarium tenet.gl.in ver.an bona, in d.
§.an bona, ꝙ requiritur aditio per legem primā. C. de offic.proc.
Cæſa.& eſt caſus ſ.de fideicom lib.l.4.§. eadem conſtitutio. & §.
ſeq.& idem vbicunque in pias cauſas relinquitur hēditas, vt C.de
epi.& cle.l.ſi quis ad declinandam.§.& ſi quidem.ibi,hæreditatē
ſuſcipiant, &c. quod denotat aditionem hæreditatis. Cum ergo
24 neceſſaria ſit aditio,videndum eſt primo,† per quem fiat aditio.
& dico,ꝙ ſumus Pontifex eſt principalis dñs & rector eccleſiarũ
dictorum fratrum,ipſi vero fratres habent ſimplicem facti vſum
vt dictum eſt:ideo ꝓcurator, ſeu ſyndicus Romanæ eccleſiæ po-
terit indubitanter adire, & petere, & vendere ſecundũ formam
mandati,quos procuratores pñt nominare fratres ex vigore lite-
rarum Papæ Martini,quas literas in præd.ctis,quæ fratribus relin
quuntur,non puto corruptas,vt plene dicam in ſequ. lib.diſt.8.&
ſic nomine eccleſiæ adibant, petēt, diſtrahent. Sed ſi dictus ſyndi
cus non poſſet haberi,quia fratres eum nominare nollent, vel eſ-
ſet eis interdictum,tunc poſſet adire epiſcopus. Nā dicta fabrica,ſ
eccleſię conſtructio,ideo inſtituta eſt,vbi alius nõ reperitur,& tūc
epũs poteſt hoc facere,vt C.de epi.& cle.l.nulli licere.& l.ſi quis ad
declinandam.& in Auth.de eccl.tit.§.ſi quis in nomine. Adire.n.
Papam propter hoc eſt adeo difficile,quod reputatur impoſſibi-
le.l.apud Iulianum.§.fi.de leg.1.& ibi no.& licet eccleſia fratrum
ſit exempta.tamen epũs potuit prædicta facere,ſicut ſi eſſet relictũ
ad aliquam piam cauſam ,& nihilominus pertineret hoc ad cu-
rā epi,vnde teſtator originē trahit,vt d.l.nulli.§.1. Sed ſi epũs non
faceret,vel negligeret hęreditatem adire,poſſet ciuitas in qua eſt
eccleſia,cum ibi ēt eccleſia pertineat ad honorem , & vtilitatem
ciuium,l.1.§.ius publicum.& ibi no.ff.de iuſt.& iure.& ſic ad ho-
norem,& vtilitatem ciuitatis vř facta inſtitutio,& ſic ciuitas pote
rit adire,& petere.l.ciuitatib. & l. ſi quid relictum.de lega.1. l. Lu
cius.de au.& ar.leg. Vel poteſt dici ex prædictis,ꝙ ſunt plures hæ-
redes inſolidum,quod eſt contra.l. in condemnatione.§.vnicuiq;.
de reg.iur.quia vnus ſolus eſt hæres,ſ.illa pia cauſa, & cuius hære-
ditatis iura exercet eccleſia Romana,ratione pleni iuris quod ha
bet in eccleſia inſtituta,& epiſcopus ratione generali , quam ha-
bet in inſtitutione facta ad pias cauſas,& ciuitas,quia pertinet ad ho
norem ciuitatis

ADDITIO.

a Tho.D.Sed quid,ſi quis petit. Vide Bart.in conſil.5.& ibi ſcripſi, & vide Abb.in conſi.32.in 2.vol.inc.caſus contingentis.in 2.col.

CAP. III.

25 Per quem bona † dictæ hēditatis petanř,& in vti-
litatem eccleſię conuertanř. Rñ.
qñ ſit per ſyndicum Romanæ eccleſiæ eſt clarum,& qñ per epũm
ſimiliter eſt clarum.d.l.nulli.& l.ſi quis ad declinandam. Item qñ
a fit per ſyndicum communis.[a] idem ſi ad hoc mandatum habet.
Puto ēt ꝙ quilibet iudex ſecularis ex officio ſuo poterit cõſtitue-
vnum , per quem prædicta fiant,arg.l.3.de ali.& cib.leg. & de ad-
mini.tut.l.quoties.§.fin.in d.c.exijt qui ſeminat.§.ad hæc,dum fra
26 tres. † Item quilibet de populo poterit hoc deferre, ſicut bona
quæ deferuntur in fiſcum.l.2. in prin.ff.de iure.fiſ.& in l.nulli.§.fi.
C.de epi. & cler.in Auth.de eccl.ti.§.ſi quis autē pro redemptio-
ne.in fi.ibi,& omni alij ſit licētia mouēdi huiuſmodi quæſtionē,
&c. Reſpon.quia omnium intereſt.l.in prouinciali.§.fi.& l.ſeq.de
27 ope.no.nunc.& ext.de re.ec.non ali.c.ſi quis presbyterorũ.† Qñ
autem aliquis petit,vt quilibet de populo,concludit ſic,& peto ꝓ
nunciari hęreditatem prædictam pertinere ad dictam eccleſiam
& piam cauſam,& illum poſſeſſorem condemnari ad reſtituen-
dum legitimę perſonæ ad hoc deputatę, &c.licet.n. ipſe agat,nõ
dēt concludere,ꝙ ſibi reſtituatur.l.hoc iure.ff.de ſo.& l.ſed ſi tan-
tum.de pac. Sicut dicimus in coniuncta perſona,vt no.in l.vero ꝓ
curatori.ff.de ſo.nullus tñ prędictorum abſque mādato ſedis apo
ſtolicę poterit ad hoc ſe intromittere abſque fratrũ voluntate,vt
dicam in ſeq.lib.

ADDITIO.

a Th.D.Per ſyndicum communis. Vide Bar in conſi. incip. viſa quadam petitione in fin.& in conſil.incip.viſo teſtamento.& vide Abb. in conſi.33.in 1.vol. caſus contingentia.

QVINTA DISTINCTIO.

CAP. I.

28 Quid ſi fratres Minores, † vel aliquis ipſorum hæ
res īſtituatur,adiecta cā, ꝙ dicta hæ
reditas vendatur,& in neceſſitatem dictorum fratrum conuerta
tur,an talis inſtitutio valebit? Vř ꝙ non. Nam qñ inſtituitur ille, q
eſt omnimodo non capax,& rogatur de reſtituendo ei, qui cape-
re non poteſt,teſtm̃ eſt nullum,vt C.de fideicom.l.eam quam.&
ibi no.per gl.& Doc.& ibi patet, quia illud teſtm̃ non põt valere,
ex quo non põt adiri hæreditas.l.nemo.de teſta.tut.& de his quæ
in teſta.delen.l.proxime.& de re.iur.l.nemo. &c. Contrariũ puto
verũ. Ad cuius inueſtigationē oportet,ꝙ prius alterius quæſtionis
29 veritatem inueſtigemus. Pone, ꝙ aliquis † nullum fecit hæredē
in ſuo teſtõ,ſed ſuam hæreditatem reliquit ad pias cauſas, vel reli
quit eam vendendam,vel diſtribuendam inter fratres,an valeat?
Et vř,ꝙ non,quia non ſubeſt perſona in qua ius, & nomen hære-
dis cadat,ſicut qñ īſtitutus hæres ille,qui iam eſt mortuus,nõ va
let,ſed pro non ſcripto eſt.l.1.in prin.C.de cad.tol. Cõtrarium pu-
to verum,nam in iſtis pijs cauſis ſufficit,ꝙ hæreditas ad piam cau
ſam relinquatur, vt in redemptione captiuorum , & in conſtru-
ctione eccleſię,vel alimentis pauperum,& ſimilium,vt C.de epiſ
& cle.l.ſi quis ad declinandam.& in Auth de eccl.ti.§. ſi quis au-
tem pro redēptione. Præterea conſtat, quod fratres minores ſunt
pauperes,& in ſumma paupertate:ſed qñ pauperibus , & in eorũ
alimentis,& neceſſitatibus relinquitur, vř relictum toti ciuitati,
cuius intereſt,vt pauperib.alimenta non deſint, vt C.de ſacroſan.
eccl.l.priuilegia.& eſt expreſſum.ff.de le.1.l.ciuitatibus. Non ob.
quod dř,quod non ſubſit perſona,quia hoc nego,quia perſonam
ſuſtinebit epũs,vel Reſpublica.vt dixi ſ.in prox. diſt.& omnia quæ
30 ibi dixi,hic poſſunt repeti. Nunc † ad ſolutionem quæſtionis pri-
mo propoſitæ redeo,& dico,ꝙ talis inſtitutio valet, licet perſona
fratrum minorum,quia non ſunt capaces,ſubducatur, & pro nõ
ſcripto habeatur,tamen remanet cauſa, propter quam inſtitutio
31 valet,& conſolidatur,vt ſ.dixi.pro hoc facit † in Auth.de ec. ti.§.
ſi quis autem vnum ſanctorum.vbi ſi aliquis inſtituit aliquē ſan-
ctum,cuius eccleſia,vel oratorium nõ reperiretur, tamen capiet
epiſcopus.Inſtituendo aliquem ſanctorum de neceſſitate intelli-
gitur inſt.tuta memoria,ſeu reuerentia eius ſcilicet,vt in eius lau
dem,& reuerentiam hæreditas expendatur. Nec obſt. quod d.ce-



Digitized by Google

-batur in ꝯtrium, quia fideicommiſſum nō pōt per ſe ſubſiſtere, niſi adeatur hæreditas. l. ille a quo. §. ſi teſto. ff. ad Treb. ſed ī talem cauſam pōt ſuſtineri inſtitutio hr̄dis. licet perſona nō ſit, & ſic ex tali cauſa inſtitutionis poterit adiri hr̄ditas. Sed ꝯ pdicta facit qđ dictum eſt ſ. in 1. diſtin. vbi dixi. ꝙ ſi fratres inſtituantur, non valet inſtitutio, & tñ conſtat, ꝙ illa inſtitutio non fuit facta ad aliū finem, niſi, ꝙ hæreditas in neceſſitatem fratrum expendatur. Rñ. ꝙ teſtator ad hunc finem reliquerit, eſt quædam præſumptio verbis non expreſſa, nec de neceſſitate intellecta, ideo inſtitutio hęredis illa cauſa ſubintellecta nō ſufficit, quia debet teſtator, id ꝙ inſtitutio cōtinet ꝑpria voce exprimere, vt C. de teſta. l. iubemus. & ff. de teſta. l. hæredes palam. in princ. ſed in caſu noſtro cauſam expreſſit, ergo, &c. Sed ꝯ prædictam ſolutionem facit d. §. ſi quis autem, vbi cauſam non expreſſit, & tñ ſufficit ſolutio, vt de neceſſitate intelligatur relicta hæreditas ob memoriam, vel reuerentiam ſancti. Stultus enim fuiſſet teſtator qui cogitaſſet ſanctum, q eſt in vita æterna, acceptare hæreditatē, ſed qñ inſtituūtur fratres minores potuit teſtator aliter ſentire, vt notaī in illa cōſtitutione, exijt qui ſeminat. §. ad hæc. de verb. ſig. lib. 6.

## SEXTA DISTINCTIO.

### CAP. I.

32 Quæro, In quibuſdam, † eccleſijs fratrum minorum cōſueuerunt præponi homines ſeculares ad cuſtodiam altaris, ſeu alterius beneficij, vel eccleſiæ: modo pone, ꝙ aliquis inſtituit hęredem Guardianum altaris, ſeu eccleſiæ fratrum minorum. an valeat talis inſtitutio? Rñ. cum talis inſtituitur, ipſum altare, ſeu ipſa eccleſia inſtitui vr̄, vt expreſſe dr̄ in tex. & glo. in ver. nominatum. ff. de annu. leg. l. annua. §. Titia. ſed ſupra determinatum eſt, ſ. valere talem inſtitutionem factam de eccleſia, & idem puto de altari eadem ratione, & hęc inſtitutio debet valere & omnia quæ ibi dixi poſſunt repeti. Hoc tñ hic plus eſt, quia iſte Guardianus laicus videtur executor electus, & debet talē diſtributionem facere, & poſſet actiones mouere, vendere omnia, & ſingula facere d. l. nulli. & l. ſi quis ad declinādam. C. de epiſc. & cle. & in Auth. de eccle. tit. §. ſi quis autem pro redemptione. Hortor tamen fratres minores ob reuerentiam domini noſtri Ieſu Chriſti, & beati Franciſci, vt tales Guardianos in fraudē non habeant, & eos inſtitui non procurent: hoc enim puritati eorum regulę repugnaret.

### CAP. II.

33 Quid ſi talis Guardianus † eccleſiæ, vel altaris eſſet vnus de fratribus minoribus? Reſpon. puto talem inſtitutionem valere, quia ſubducta perſona talis fratris, remanet inſtituta eccleſia, cuius inſtitutio valet, ſicut dixi de ea. ſ. proxi. diſtin. & ſic teſtamentum eſt diligenter aduertendum, an dicat teſtator, inſtituo Guardianum fratrum minorum, & tunc non valet, vt dictum eſt; an dicat, inſtituo Guardianum eccleſiæ, vel altaris, & tunc valet, ſicut ſi eſſet inſtituta eccleſia.

### CAP. III.

34 An autem. effectus talis † inſtitutionis trāſeat ad alios Guardianos eccleſiæ, vel altaris, qui pro tēpore ſubrogātur in dictis eccleſijs? puto ꝙ ſic, vt expreſſe dicit tex. in d. l. annua. §. 1. ſed contra hoc facit, quod no. per Inn. extra, de off. deleg. c. fi. ſed alio caſu loquitur, ſi bene aduertatur. Item ꝯ prædicta facit. ff. de leg. 2. l. ſi Auguſtæ. ſolue, vt ibi no. per Doct. & gl.

## SEPTIMA DISTINCTIO.

### CAP. I.

35 Quid Si inſtituūtur fratres minores ſancti Franciſci? † Iſta quæſtio habet plus dubij, qa fratres ſancti Franciſci ſunt fratres minores, de quibus ſ. diximus. Item fratres ſancti Frāciſci ſunt fratres de pœnitentia tertij ordinis ſancti Franciſci, & ſic poteſt dubitari de quib. intelligatur. & videtur quod debeat intelligi de fratrib. tertij ordinis. Nam debet intelligi in dubio eo modo quo valeat, non eo modo quo pateat, vt l. quoties. & l. in ambiguo. de reb. dub. & de verb. oblig. l. quoties. ſed ſi intelligimus de fratribus minoribus, non valeret, vt dictum eſt. Si enim intelliga-
36 mus † de fratrib. tertij ordinis, valet, quia prędicti fratres poſſunt habere in proprio, & communi, vt dicitur extra, de ſen. ex. c. cum ex eo, in clem. & ibi no. ergo videtur ꝙ de eis debeamus intelligere. Contra. quia hęc appellatio fratris ſancti Franciſci per prius dicitur de fratribus minoribus, & per poſterius dicitur de fratribus pœnitentię. ergo de illis debet intelligi, vt ff. ſi ag. vectig. vel emphyt. pe. l. 1. in fi. de leg. 2. legatis. & de ver. ſign. in lege. cenſoria. Pręterea communis vſus loquendi ſic ſe habet, quod fratres minores appellantur fratres ſancti Franciſci, illi vero fratres de pœ-
37 nitentia. d. c. cū ex eo. ergo, &c. huic autem vſui ſtare † debemus. l. cum de lanionis. §. aſinam. de fun. inſtru. & l. librorum. §. quod tamen Caſſius, & ibi no. de lega. 3. & l. Labeo. de ſupellec. lega. & hęc puto vera. niſi ex aliquibus cōiecturis appareret, quod de fratribus pœnitentię ſenſerit, puta ſi in aliqua parte teſtamēti, de eis feceerit mentionem, arg. de leg. 1. l. qui filiabus. in prin. vel ſi aliquæ alię coniecturę legitimę appareant, &c.

# MINORICARVM

## LIBER SECVNDVS.

1 *Legatum pecuniæ factum fratribus minoribus tenet ſi non eſt in maxima quantitate, & conuertitur per alios in eorum neceſſitates.*

2 *Legatum pecuniæ factum minoribus in maxima quantitate præſumitur in fraudem.*

3 *Declaratio quantitatis pecuniæ relictæ fratribus, ſi magna, vel parua ſit, pertinet ad miniſtrum, vel cuſtodem.*

4 *Legata ſi eſt quantitas immoderata fratribus, ſuperfluum reſeruabitur pro neceſſitatibus futuris, & num. 6.*

5 *Legatum pecuniæ factum fratribus minoribus ſimpliciter intelligitur pro neceſſitatibus imminentibus.*

7 *Fratres imminente neceſſitate, petent ſuperfluum extraiudicialiter per modum eleemoſinæ.*

8 *Fratres non poſſunt recipere diuerſa legata in diuerſis teſtamentis eiſdem facta, quæ coacervata faciant ſummam immoderatam, ſed neceſſitate ſuperueniente, recipiant quæ primo venerant ad ſoluendum.*

9 *Legata re immobili fratribus, quæ vſu nō conſumitur adiecto modo illicito contra eorum regulam, tunc non debetur æſtimatio, ſecus ſi aliter eſt.*

10 *Aedificium ſi legatur fratribus minoribus, vt ibi conſtruatur locus, vel diuinum officium celebretur per fratres, videlicet ibi intrantes, an valeat legatum, ꝙ non, neq; iuſſit teſtator obſeruetur, ſed vt in aliam cauſam transferatur, & nu. 12.*

11 *Impoſſibile de iure videtur quod per ſolum principem expeditur.*

13 *Tranſlatio legati facti de ædificio relicto a fratribus minoribus, vt ibi conſtruatur locus, per quem fieri poſſit, & nu. 15.*

14 *Iudex magis fauere debet voluntati eius cui relinquitur, quam eius, a quo relictum eſt.*

16 *Legatū factum fratribus de re immobili, ob cauſam, vel modū licitū tenet.*

17 *Legatum factum fratribus ad vnam cām, illa cauſa finita, ſuperfluum debet commutari in aliam cauſam.*

18 *Legatum factum fratribus ad vnam cauſam, ſi illa ceſſat, commutatur in aliam, & legatum tenet.*

19 *Legatum generaliter factum fratribus ſine modi expreſſione valet, & intelligitur expreſſus modus qui perſonæ legitimæ congruit, dum tamen moderata ſit ſumma.*

20 *Dominium rerum legatarum fratribus minoribus remanet apud hæredē.*

21 *Relictum factum pro neceſſitate pauperum, videtur factum ciuitati cuius pauperibus relinquitur.*

22 *Dominium rerum legatarum recta uia non tranſit in legatarium, quando relinquuntur per quandam conſequentiam.*

23 *Dominium panni pro veſtimentis, uini, & frumenti legati fratribus, penes quem remaneat.*

24 *Pecunia legata in ſpecie pro uſu fratrum tranſmutatur in aliam ſpeciem.*

25 *Legata res fratribus minoribus, cuius pretium conuertitur in eorū neceſſitatem, uendi poteſt per hæredem, per executores, per epiſcopum & iudicem ſecularem ex officio.*

26 *Iudex ſecularis uendit ex officio res legatas fratribus minorib. quādo hęredes, & executores fuerunt in mora conſtituti, ſaltem bina monitione.*

27 *Conuentus fratrum minorum, licet non habeat dominium rerum legatarū, habet tamen actionem perſonalem.*

28 *Legari, uel donari poteſt uni fratri ſingulariter, & per Guardianum, uel cuſtodem in utilitatem dicti fratris primo conuerti.*

29 *Legatum ſingulariter factum uni fratri non debet ad petitionem ipſius ſolui, ſed Guardiani.*

30 *Frater minor non poteſt eſſe executor.*

31 *Relictum factum fratri ſingulariter, ultra eius neceſſitatem conuertitur in utilitatem communem conuentus.*

32 *Legatum annuum factum fratrib. minoribus, licet non ualeat, ualet tamen quod ius percipiendi uenditur, & in neceſſitatem eorum conuertitur.*

33 *Annui reditus computantur inter immobilia.*

34 *Legatum diurnum, uel menſtruum factum fratribus, quomodo ualeat.*

35 *Legatum annuum factum fratribus minoribus, uſque ad certum tempus nō ualet, & fratres a dicto legato debent abſtinere.*

36 *Legatū annuū factū in uim cōditionis non ualet, nec fratrib. licet accipere.*

37 *Legans fratribus minoribus ipſis fratribus non obligatur.*

38 *Obligatio duobus modis intelligi poteſt.*

39 *Legatum factū pauperibus alicuius ciuitatis, cenſetur factum ciuitati, & ipſi ciuitati acquiritur obligatio.*

40 *Fratres minores petere poſſunt extraiudicialiter legata eiſdem facta, in iudicio non.*

41 *Reſpublica uel eius ſyndicus, uel quilibet de populo poteſt petere in iudicio legatum factum fratribus minoribus. Item epiſcopus, & iudex ſecularis ex officio. Fratres minores caueant, ne aſſiſtant petentibus pro eis legata eiſdem relicta.*

42 *Innocentius Papa quartus conceſſit fratribus minoribus conſtituere ſyndicum.*

43 *Martinus Papa eādem conceſſionem, & ampliorem fecit dictis fratribus.*

44 *Io. Pap. 22. aliqualiter dictas conceſſiones reuocauit.*

45 *Fratres minores poſſunt abſque licentia ſedis apoſtolicæ cōſtituere ſyndicū ad uendendum libros.*

*Fratres*

Digitized by Google

46 *Fratres minores habent generalem procuratorem in curia electum in capitulo generali per generalem miniſtrum.*
47 *Fratres minores habent etiam procuratores ſpeciales, quos procuratores conuentus appellant.*
*Officium procuratoris conuentus quale ſit.*
48 *Communitates terrarum per ſtatuta poſſunt conſtituere ſyndicum, qui relicta obuenientia fratribus minoribus petat, & alijs neceſſitatibus fratrum prouideat.*
49 *Fratribus licet procurare, vt eis ſyndicus cōſtituatur, nō tamē ad litigia.*
50 *Ciuitas poteſt conſtituere ſyndicum fratribus minorib. quem ipſi fratres nominabunt.*
*Cautela in cuſtodiendo ſyndicum, ne repugnet regulæ fratrum, & nu. 58.*
51 *Syndicus poteſt conſtitui, vt etiam alium loco ipſius ſubſtituat.*
52 *Statutū, quod quis in iudicio fratrum minorum nomine compareat, non valet.*
53 *Poteſtas ſyndici pro fratribus conſtituti a ciuitate qualis ſit.*
54 *Guardianus cum capitulo, & cuſtodibus, quomodo poſſunt facere laicū eorum procuratorem, & ſyndicum.*
55 *Verba in contractibus impropriantur, vt ad materiam adaptentur.*
56 *Caueant fratres, ne conſtituant ſyndicum ad lites, & nu. 57.*
58 *Syndicus a fratribus conſtitutus non poteſt nomine fratrum agere cōtra hæredem, a quo factum eſt legatum, & quomodo agere debet.*
59 *Syndicus ſi a fratribus nominatus eiſdem legatum cōtra volūtatē hæredis vendidit, dominium non transfertur in emptorē, & qua exceptione erit tutus emptor ſi per hæredem vendicetur.*
60 *Fratres minores cōtra ſyndicū per eos nominatū nullā habent actionem.*

PRIMA DISTINCTIO
CAP. I.

1 PRimo † quæro, Quādo fratribus minorib. legantur ſeu relinquuntur pecunia, an valeat. Et videtur ꝙ nō, cū in regula ſit expreſſum, ne fratres recipiant per ſe, vel alios pecuniam, vel denarios vllo modo. tamen Nicolaus determinauit, ꝙ talia legata valent, ſi in fratrū neceſſitatē conuertantur p alios. put in eleemoſynis, quæ viuētib. largiuntur. Idem expreſſum in d. c. exijt q ſeminat. §. cęterum, cum in eadem regula, & d. §. ad hęc cum fra-
2 tres. hoc tñ intelligi debet, † dummodo q̃titas nō ſit tm̃ exceſſiua ꝙ poſſit p̄ſumi in fraudē, vt diximꝰ p̄ced. lib. 2. diſti. hoc etiam dr̄ in c. exijt qui ſeminat. §. cupientes, ibi, nec licet eis valorē, &c. & d. c. exijt qui ſeminat. §. ad hæc cum fratres. vbi ſolum reſtringit ad ea quæ fratribus pro eorum neceſſitate ſunt neceſſaria, debet tamē hoc intelligi in quantitate moderata.

CAP. II.

a Quis arbitrabitur. [a] An quantitas ſit moderata? Circa hoc Nicolaus p̄dictus in d. c. inſuper. verſ. hoc autem. loquitur ſm̃ exigentiam perſonarum, miniſtri, & cuſtodis ſimul, & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus, & cuſtodijs, cum talibus interdum perſonarum qualitas tp̃m varietas, locorū, ɔditio, & nōnullæ aliæ circūſtantiæ plus minus ve actualiter requirāt, puideri, ita tñ hic faciāt ꝙ ip in eis, & eorum actibus paupertas perfecta reluceat, &c. Ex p̄dictis liquet,
3 † ꝙ declaratio, q̃ ſit q̃titas moderata, ad miniſtros, ſeu cuſtodes ptinet, nō poſſet igit̄ eam facere Guardianus, & ɔuentus, ſi ſup hoc emergeret dubitatio. Apparet igit̄ quod ſiue dicta q̃titas ſit exponenda in neceſſitate conuentus, ſiue in neceſſitate certi fratris, dicta declaratio pertinet ad miniſtrum, & cuſtodes, ſi ſuper hoc dubitetur, quod apparet ibi, dum dicit, perſonarum qualitas.

ADDITIO.

a Tho. D. Quis arbitrabitur. Vide Raph. cum. in conſ. 169. incip. viſo, teſtamento ver. quin etiam non dicitur.

CAP. III.

4 Quando. autem eſſet † quantitas immoderata, quid fiet de ſuperfluo? & hic diligenter attendenda ſūt verba clem. exiui de Paradiſo. §. cupientes. vbi Papa ſic ait. Nec licet eis valorē hr̄editatū taliū, vel tantā earū partē, quod p̄ſumi poſſet hoc in fraudem fieri, quaſi ſub mō & forma legati ſibi dimitti facere, aut ſic dimiſſa recipere, &c. Aduertendū eſt igitur, quod hic Papa nō irritat legatū, nec hr̄des eorū a quibus relictū eſt liberat, ſed limitat receptionē fiendā a fratrib. Vult. n. quod fratres nō poſſint recipere, qñ talis receptio p̄ſumeretur in fraudem, vt in p̄ced. lib. 2. diſt. eſt declaratū, ꝙ tunc debet fieri in fraudem, quādo eſſet tanta quantitas, quod eius receptio magis ſaperet theſaurizare, quam ob imminentes neceſſitates recipere. Item expreſſe ſcien-
5 dum eſt, † quod relictum factum fratribus quantumcunque ſimpliciter, intelligitur factum ob neceſſitates imminentes, d. c. exijt qui ſeminat. §. ad hæc cum fratres. & de iure ciuili diſpoſitum eſt, quod relictum factum ob aliquam neceſſitatem imminentem debetur, non aliter ff. quando dies leg. ced. l. nec ſemel. §. ſi ſ
6 habitationem. In propoſita ergo quæſtione † ab initio de quantitate legata dabitur fratribus per perſonas conſtitutas ad hoc, ſecundum formam illius conſtitutionis, exijt qui ſeminat, dabitur moderata, dico, ꝙ dabitur ſecundum quod imminens neceſſitas requirit, ſiue neceſſitas quæ inſtantiſſime habeat tractum, vt in d. cle. exiui declaratur, reſiduum vero tunc fratres non poſſunt recipere, quòd ſi nunquam ſuperuenerit neceſſitas, nunquam recipere poſſent, ſed alia neceſſitate ſuperueniente licite illud ſuperfluū poſſent recipere, nec enim receptio poſſet præſumi in fraudem, nec animo theſaurizandi, cum ob imminentem neceſſitatē reci-
7 piunt illud, † ergo ſuperfluum imminente neceſſitate petant fratres per modū cuiuſdā eleemoſynæ confidenter extra iudiciū, cū
8 in iudicio nullo modo poſſunt, vt inf. dicet. † Quid aūt ſi in diuerſorum teſtamētis variæ q̃titates fratribus relinquant, quarū quęlibet per ſe immoderatā q̃titatē non facit, ſed omni cumulatione facta efficit quantitas immoderata, an fratribus accipere liceat? Reſp. non puto: quia ſi omnia verba regulæ, & dictarum Decretalium diligenter inſpiciantur, ſemper ſe referunt, vt liceat recipere pro fratrum neceſſitatibus. d. §. inſuper. & §. ad hęc cum fratres. ego puto, ꝙ pro ſua neceſſitate tunc imminēte recipiāt, q̄ primo venerunt ad ſoluendum, arg. C. de iure delib. l. ſcimus. §. & ſi præfatam. ab alijs non recipiant, & tunc receptum cum neceſſitas ſuperueniat, vt in præcedenti c. dictum eſt.

SECVNDA DISTINCTIO,

CAP. I.

9 ALiquando cōtingit, † ꝙ immobilia, & ea q̃ vſu non conſumuntur fratrib. relinquuntur adiecto modo, ſm̃ quē fratribus non licet exigere, an valeat relictum, vel ſaltem æſtimatio fratribus debeatur? Videtur, ſm̃ quod etiam in præcedenti libro dictum eſt, q̃ñ hæreditas fratribus per fideicommiſſum relinquitur. Præterea de legato ſubducitur omnis impoſſibilitas. l. obtinuit. ff. de cōdi. & demonſt. & C. de inſtitu. & ſubſtitu. l. reprehendenda. ergo ille modus, qui fratribus eſt de iure impoſſibilis, reijcietur: quia ſi modus legati non poteſt conſeruari, debet tranſmutari in alium modum poſſibilem. l. legatum. de vſufructu legato. Cōtrarium videtur expreſſe in d. §. ad hæc, quia fratribus ipſis interdum. vbi Papa ſic ait, dicens, ꝙ ſi teſtator modum, ſm̃ quem fratribus eorum conditione inſpecta recipere non liceret, exprimat in legando, vt ſi legaret fratribus vineam, vel agrum colendum, vel domum locādam, & ſimilia verba in ſimilibus proferret, aut modos ſimiles, in relinquendo ſeruaret, a tali legato, & eius receptione per omnem modum fratres abſtineant, &c. Ex eo enim, quod dicit, per omnem modum, apparet ꝙ etiam æſtimationem recipere non debeant. Nam modus recipiendi legatum, eſt æſtimationem recipere. l. ſi domus. §. qui confitetur. de leg. 1. l. non dubium. §. fi. de leg. 3. Sol. dicendum eſt, quòd ſi modus adiectus eſt illicitus fratribus minoribus inſpecta cōditione ipſorum, quod tunc etiam æſtimatio non debetur, nec poteſt recipi. in tantum enim ſanctiſſimus Pontifex odit eum qui modū repugnantem regulæ adijcit, vt pro eo talem eleemoſynam omnino fratres recipere prohibeat, vt dicta verba manifeſte dicunt. Si vero modus eſſet illicitus fratribus, non quia contra regulam fratrum minorum, ſed quia ſic eſſet in quolibet religioſo, tunc tale legatum licet recipere, vt in ſeq. c. dicetur. Non obſt. ratio prima in contrarium: quia vbi retētio ipſius rei relictæ repugnat fratribus, ipſum legatum non eſt modificatum aliquo modo repugnanti ipſi regulæ. & ideo a iure modificatur modo licito. In q. vero noſtra ſecus. Non obſt. ſecunda ratio. quia hoc ſpeciale, quia impoſſibilitas non ſubducitur ratione prædicta. Non obſt. tertia ratio: quia illud verum, vbi modus eſſet illicitus ratione regulæ, vt ſup. dictum eſt, & inf. proxi. dicetur, &c.

CAP. II.

a
10 Pone, Aliquis a reliquit † fratribus ædificia, vt ibi cōſtruatē locus fratrum, vel vt ibi diuinum officium celebretē per ipſos fratres ibi intrantes, an valeat tale relictum? Et videtur ꝙ non: quia fratribus non licet recipere hoc ſine ſummi Pontificis licentia ſpeciali, vt extra, de exceſſ. prælat. c. 1. lib. 6. Sed iſtud
11 quod non poteſt expediri, † niſi per ſolum Papam, vr̄ impoſſibile de iure. l. apud Iulianū. §. fin. de leg. 1. & no. per gl. in ver. relictæ ſunt. ff. de verbo. oblig. l. continuus. §. cum quis. & per Dyn. de regu. iur. c. quod ſemel Deo dedicatum eſt. lib. 6. & illud videt̄ relictum ſub modo impoſſibili, ergo ſecundum ea quæ dicta ſunt, nullo modo fratribus per illum modum licet recipere. Econtra
12 vr̄, ꝙ legatum valeat, nō vt illud quod teſtator iuſſit, obſeruetur, ſed vt in aliam cām transferatur, vt memoria, & ſalus animæ defuncti ſeruetur. l. legatum. de vſufr. leg. & de adminiſt. re. ad ciuit.
perti.

Digitized by Google

perti.l.legatam 2.rñ. Et iſtam partem puto veram. Nõ obſ.ꝯriũ.illud verum, quando modus continet impoſſibilitatem vigore regulæ,& conditionis fratrum minorum, ſed hoc, ſ.capere nonum locum, nõ eſt eis interdictum, ideo quia fratres minores: quia ſic eſt in quolibet mendicante, vt d.c.1.extra, de priuil.lib.6.

ADDITIO.

a Tho.D.Pone,aliquis.Vide plene per And.Barb.in c.vos quidem,de teſt.

CAP. III.

a 13 Per quẽ aũt fiat ᵃ iſta † talis commutatio in aliud, dubitatur. nam quædam iura vñr velle, ꝙ poſſet fieri ſine authoritate Principis, ſiue Pontificis.l.j.& l.legatum.in princ.de admin.rerum ad ci.perti.2.rñ.& de relig.do.c.j.circa princ.in cle. Quædam alia vñr velle, quod fiat de voluntate vtriuſque partis. ſ.eius cui relinquitur,& eius a quo relinquitur.d.l.legatum.de vſufruc.leg.in eo quod dicit, adhibitis primatibus ciuitatis, hoc eſt, his, qui regunt ipſam ciuitatem, cui eſt relictũ,& hęredibus a quibus eſt relictum, vt d.l.legatum, 2.reſpon. de admi.re. ad ciui. perti. Quædã iura vñr velle, ꝙ ſtetur voluntati eius, cui relinquitur d.l.legatum, 3.reſpon.verſi.ſi vero plures ibi, in vnum opus, quod ciuitas velit erogari, &c. Sol. dicendum eſt, ꝙ qñq; illud quod teſtator iuſſit fieri in re, vel de re, quam relinquit, poteſt licite fieri de iure & de facto,& tunc illud non poteſt in alium transferri ſine permiſſione principis. Ita loquuntur iura primo allegata. Quandoque non poteſt fieri de iure, & tunc debet fieri tranſmutatio de conſenſu vtriuſque partis, vt d.l.legatum, de vſufruc.lega. Qñque poteſt fieri de iure, ſed non de facto,& tunc idem: quia poteſt fieri trãſmutatio de conſenſu vtriuſque partis, puta, ſi pecunia legata non ſufficit.d.l.legatum.a. reſpon. de admi. re.ad ciui.pertinent. Idem, ſi aliud eſſet impedimentum facti eadem ratione, ſed ſi partes eſſent in diſcordia, tunc iudex erit medius, cuius authoritati ſtabi-
14 tur.arg. C.de nup.l.1.& l.in coniunctione. quia iudex † magis fauebit voluntati eius, cui relinquitur, quam eius a quo relictum eſt, d.l.legatam.§.ſi vero plures,& ar.l.de die, ff.qui ſatiſda.cogan.
15 † Nunc ad propoſitum dico, ꝙ illa tranſmutatio fiet ad alium vſum pium, per iudicem volente hærede, & miniſtro, ſeu cuſtode fratrum, quibus hoc dr̃ permiſſum.arg.eorum q̃ dixi in præcedenti diſtinctione. Et ſi eſſent diſcordes, iudex erit medius, non ꝙ ipſe miniſter, ſeu cuſtodes prouocent ad iudicium, quoniam ad iudicium pro nulla re temporali eſſe poſſunt, ſed quando hæres prouocaretur ab alio, cui hoc permittitur, ſecundum ea quæ in præcedenti libro dicta ſunt, & j.dicentur, tunc ipſe miniſter, ſeu cuſtos poterit eſſe coram iudice ſuper hoc ad videndum voluntatem declarare. Nam eſſe in iudicio hoc ipſi non eſt prohibitũ, non enim in eius perſona ſubſtantiatur iudicium, ſicut poteſt eſſe in iudicio, vt teſtis, vt extra de teſtib. c.nuper.

ADDITIO.

Tho.D.Per quem autem fiat.Vide per And.Barb.in c.nos quidem. de teſt. vbi plene examinat doctrinam Bal.hic,ad quem me remitto.

TERTIA DISTINCTIO.
CAP. I.

16 QVandoque relinquuntur †fratribus res mobiles, vel immobiles ob cauſã, vel modũ licitum, an valeat, vt puta ſi relinquatur, vt res vendatur, & in neceſſitatem conuertatur. Nicolaus Papa in d.c.exijt qui ſeminat.§.ad hæc, quia fratribus, determinauit, quod valet, ſed tamẽ ſi pretium ipſarum rerum faceret quantitatem immoderatam, dic, vt dixi in prædicta diſtinctione, quando relinquitur pecunia. Item non intelligas, ꝙ dominium earum rerum tranſeat in fratres, ſicut in alios legatarios, ſed cuius ſit dominium, dices ſtatim in ſequenti diſtinctione.

CAP. II.

17 Sed pone, ꝙ †dictæ res relinquuntur fratribus ad vnam certam cauſam, puta pro fratribus induendis & tota quantitas quæ ex dictis rebus redigitur, non expenditur in illam cauſam, quid fiet de ſuperfluo? Reſpon. hoc in legato non habemus expreſſum. ſed in eleemoſyna data inter viuos bene declarauit dictus Nicolaus in d.c.exijt, qui ſeminat §. quia vero puritatem, vbi ſic ait. Cum in prędictis caſibus ad determinatam neceſſitatem, vt prædicitur, pecuniam per aliquem concedi cõtingerit, pecunia erogari poſſet a fratribus, quod ſi quid de ipſa pecunia habita neceſſitate determinata ſupererit, concedat ipſe concedens, ꝙ reſiduum dictæ pecuniæ in res alias pro alijs ipſorũ fratrum neceſſitatibus conuertatur, quo non conſentiente, ꝓ prędictis ipſum reſiduũ, ſi quidem fuerit, reſtituatur eidem, &c. Ex quibus vr̃, ꝙ remanere debet dñij reſiduum apud hǣdem, ſi rogatus a fratribus conſentire noluerit. Contrarium tñ eſt verum. Nã licet ille qui concedit dum viuit, poſſet reuocare: tñ hoc hæredi eius non permittitur, vt ff.de ſeru. expor.l.4. & qui ſine manu. ad

li.pertue.l.3.§.ſi.hoc ẽt vr̃ declarari in d.c.exijt qui ſeminat.§.in eo vero caſu.ibi, non obſtante concedentis morte, vel hæredis ꝯdictione. cum ergo cõtradicere non poteſt,& in dictam cauſam cõuerti nõ poſſit. quia cauſa eſt finita, debebit commutari in aliam cauſam, eo modo, quo dixi ſ.in præcedenti diſtinctione.

CAP. III.

18 Ponamus, †ꝙ pecunia, vel aliud relictũ ob certam neceſſitatẽ, quæ tamẽ neceſſitas nõ imminet; vt puta relicta eſt pecunia pro fratribus induendis eo anno, cum alius de hoc iam fratribus prouiderat. Nam iſta legata alimenta quæ recipiunt, nõ poſſunt diu circa idem duplicari, vt ff.de alimẽ. & ciba.leg.l.alimenta.§.baſilicæ. vel pone, ꝙ relicta eſt pecunia ꝓ emendo vnum calicem, vel pro emendo paramenta, cum habeant calicem,& paramenta ſufficientia, quid fiet de illo relicto? hoc vr̃ declaratum in illa cõſtitutione, exiui de paradiſo. §.quamuis etiam paramenta, ꝙ ſuperfluitas, aut nimia curioſitas in his,& in alijs non poteſt eorum ſtatui conuenire. Et ex his vr̃, ꝙ tale legatum fratres nullo modo recipere poſſunt, nam videtur expreſſus modus illicitus ex illa regula,& ex conditione fratrũ. Nam & in alijs religioſis fratribus iſta duplicitas vaſorum,& paramentorum non damnatur, vt C.de ſacroſan.eccl.aut.præterea ſi habeat, vt dixi in præcedenti diſtinctione. Contrarium dico,& eſt caſus ff.de ope.pu.l.ſi.in princ. Non obſt. contrarium: quia in caſu noſtro non expreſſit teſtator modum illicitum ex ipſa regula, imo licitum. licet enim fratribus paramenta habere.& calicem, & dicta cauſa efficitur illicita, ex antecedenti.ſ.quod fratres reperiunt habere alia vaſa, ſecus ſi teſtator dixiſſet, lego pro emendis paramentis,& vaſis ſuperfluis: quia tunc præſumeretur modus ex virtute ipſius regulę reprobatus.

CAP. IIII.

Ex prædictis manifeſte apparet deciſio illarũ q̃ſtionũ quas tetigi in p̄cedenti lib.ſ.qñ eccleſia iſtituit hęres, vel facta ipſius eccleſiæ refectione, pecunia ſupfluat, vel eccleſia ſeu locus eſt adeo pfectus, vt refectione non egeat, cũ ſit declaratum in dicta cõſtitutione, exiui de paradiſo. Hinc eſt ẽt qđ fratres deinceps ꝑpatis,& moderatis ędificijs, ſint cõtenti, certe dicta pecunia in alios vſus conuertetur, vt ex prædictis patet.

QVARTA DISTINCTIO,
CAP. I

19 COntingit aliquãdo † ꝙ ipſis fratrib. aliquid generaliter abſq; modi exp̄ſſione relinquitur, an valeat? Rñ. ſic.& eſt declaratũ in d.c.exijt qui ſeminat.§.ad hæc quia fratrib. vbi Papa ſic ait Vbi fratribus ipſis generaliter abſque modi expreſſione aliquid legetur, hoc in legato ſic indeterminate relicto in omnib. & per omnia intelligitur ſeruare, volumus,& in perpetuũ præſenti cõſtitutione iubemus, ꝙ vbi pecunia, ſeu eleemoſii a fratribus indeterminate relicta, voluimus, ac expreſſimus obſeruari, videlicet vt ſub modo licito fratribus intelligaẽ eſſe relictum, ita quod nec legãs merito, nec fratres ipſi effectu relicti fraudentur, &c. Ex quibus apparet ꝙ legatũ valet,& intelligitur modus exp̄ſſus q̃ pſonæ legitimæ ꝯgruat.ff.de vſu & habi.l.plenum.§.eqtij.ſic ergo vr̃, ꝙ p̄tiũ in neceſſitatẽ fratrũ ꝯuerteẽ, vt ſ.dictũ eſt, quod intelligiẽ, niſi ſummam immoderatam excederet,& tunc ſerua quod ſ.dixi.

CAP. II.

20 Sed mortuo teſtatore, †ad quem ſpectat dñium dictarum rerum? Circa quod ſciẽdum eſt, ꝙ res ſic relictę poſſunt eſſe triplicis generis. Primo põt eſſe, quod relinquuntur res fratribus, quæ vſu non conſumuntur, quarum vſus non eſt fratribus interdictus, vt ſi relinquantur libri theologiæ,& ſimilia,& tunc non eſt dubium, ꝙ dñium pertinet ad eccleſiam Romanam, hoc eſt declaratũ per Nicolaum in d. c.exijt qui ſeminat.§.ad hæc enim fatres ipſi. vbi loquitur ſic. Cum aliquid propter Deum ipſis offertur, conceditur, vel donatur, & ibi omnium vtenſilium,& librorum, ac eorum mobilium præſentium,& futurorum, quę & quorum vſusfructus ordini, vel fratribus ipſis licet habere proprietatem,& dominium. Quod autem Inn. Papa quartus prædeceſſor noſter feciſſe dignoſcitur, etiã, & nos Romanam apoſtolicam eccleſiã ante recepimus, & ad nos, ipſam plene,& libere pertinere hac præſenti conſtitutione in perpetuum valitura ſancimus,&c. Quodque prædictis reb. quæ vſu non conſumuntur Federico ſcripſit lo.22. Papa in conſtitutione quæ inci. Ad conditorem.tñ ꝯfirmat, alias ꝯfirmauit, cuius verba quantum ad hoc inferius referemus. Solu. poteſt eſſe ꝙ fratribus relinquuntur res quæ vſu nõ cõſumũtur, ſed eorũ vſus eſt fratribus interdictus, vt ſi quis reliquerit domum, agrum, & ſimilia, q̃
res

Digitized by Google

res debēt vendi, & in neceſſitatē fratrū cōuerti, & ad quē ptineat dñium iſtarū rerum nō reperio ↄſtōnem aliq̄ declarantē. Poſſet tñ ad hoc in argūm, & ſimilitudinē adduci, ꝙ idem Nicolaus Papa in d. c. exiit q ſeminat. §. cæterū, cū in eadē regula, in pecunia cōceſſa ab aliquo viuente fratrib. ſic ait, ita tñ, ꝙ penes ipſum dantē dño, proprietate, ac poſſeſſione ipſius pecuniæ, cū libera ptāte reuocandi ſibi pecuniā ipſam ſemꝑ vſq; ad ↄuerſionē ipſius, in rē deputatā plene, libere, ac integre remanentib. in ipſa pecunia nil omnino fratres iuris habeant, &c. Ex quib. vr̄. ꝙ dñium remanet penes ipſum hęredē, maxime cum idē Papa ī verbis quæ ꝓxi c. retulimus, in tali legato idē ꝑ omnia quod ī pecuniē, ſeu eleemoſina fratrib. voluit obſeruari. Sed hæc rō nō vr̄ bona. Nā cū Papa dixit, in omnib. & ꝑ oīa, ſtatim ſe reſtrinxit, videlicet ſub mō licito fratrib. intelligaṫ eſſe relictum, nō ergo quo ad dñium. Præterea nō vr̄ eſſe idē in hærede qd ī defuncto, vt dixi ſ. in proxi. diſt. Cū ergo nulla ſit cōſtitutio deciſiua, qd iuris ſit, videamus. Et vr̄ dñium dictarū rerum ad ciuitatē, vbi ſunt illi fratres, qbus eſt reli
21 ctū, ptinere, qđ probo. † fratres minores ſunt pauperes, & in paupertate arctiſſima cōſtituti, vt in eorū regula, & declaratores ꝓdi-
22 cti dñt. Si aliqñ † aliqd relinquaṫ pro neceſſitate pauperū, vr̄ relictū illi ciuitati, cuius pauperib. relinquiṫ, vt l. ſi cui relictū. & in l. ciuitatibus. de le. 1. Si ergo ciuitati vr̄ relictū, ergo in eā trāſit dñiū recta via. C. cō. de le. l. 1. & 2. ff. de ſur. l. a Titio, & Inſt. de leg. §. noſtra aūt. iuncta gl. in ver. ꝑ in rē. nec eſt ēt incongruum, vt vnus legatarius a teſtatore nominetˀ, alteri vero q̄ratur. ff de leg. 1. l. fideicōmiſſarā. §. interdū & de leg. 1. l. ſeruo leg. §. ſi teſtator, & de ↄd. & demon. l. Titio. § Titio. Cōtrarium tñ puto. ſ. ꝙ dñium remanet apud hæredē. Nā q̄ñ legaṫ res cuius cōmercium nō hēt legatarius, proprietas apud hæredem remanet, & debetur æſtimatio. l. apud Iulianū, §. fi. cum l. ſeq. de leg. 1. ita in propoſito. Præterea
23 † in rebus, quæ nō relinquūṫ directo, ſed per q̄dam ↄñtiam ñ procedit illa regula, ꝙ dñium tranſeat recto iure in legatarium. Hoc probaṫ ex cōiunctione duarū legū, ex l. 1. de ſer. leg. & ff. quemad. ſer. amit. l. ſi partē, §. i. ſed ſi, ñ ſeruitus legaṫ tacite per q̄dā ↄñtiā mortuo teſtatore nō cōpetit ius ſeruitutis, niſi cōſtituatur ab hærede, vt d. l. 1. de ſer. l. ſeruum filij. §. fi. & ibi ꝑ Iac. de Are. de leg. 1. Ita ergo dicimus in propoſito, ꝙ dñium rei legatæ tranſeat recta via in legatarium, cui legatur expreſſe. In eo vero cui legatur per ↄñtiam non tranſit, niſi per hæredē tradatur, & ſic apparet, quod remanet penes hæredem: ita in propoſito, cū illi ciuitati nō legetur expreſſe, ſed per q̄dam ↄñtiam. Præterea hoc vr̄ in ſimili, ſi aliquis legat filio, vel ſeruo, vr̄ legare patri, vel dño, quod patet, qa pr̄, vel dñs poteſt onere fideicommiſſi grauari. ff. de leg. 1. l. cum fi. cum ſi. Sed ſi legatum eſt tale, ꝙ non poſſit quæri dñiū filio, vel ſeruo, ſed eius æſtimatio debeatur, tunc non quæritur dñium patri, vel dño, ſed debeṫ æſtimatio, vt ff. de leg. 2. l. debitor. §. ſeruo. & l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. de leg. 3. ita in propoſito cum framb. minoribus non poſſit quæri dñium, nec Reipub. cui per ↄñtiam vr̄ relictum eſſe, & huic opin. vr̄r adhærere verba decretalis. ſup. alleg. & relatæ, & per hoc patet rñſio ad rationem in contrariū.
24 Tertio contingit, † ꝙ fratribus relinquuntur res, q̄ vſu conſumūtur, vt vinum, frumentum, pannus pro indumētis, & ſimilia, quorum vſus fratribus non eſt interdictus, quorum dñium dicebant quidam ad eccleſiam Romanam pertinere ex verbis Nicolai Papæ ſup. relatis, dum dicit, vtenſilia &c. Sed Io. Papa dicit, dicta verba debere intelligi de rebus, quæ vſu non conſumuntur, & declarauit in dictā decretali, quæ incipit, Ad conditorem, in multis partibus ipſius decretalis dum ait, quis ſanæ mentis credere poterit, ꝙ in tenno fuerit tātū patris vinius oui, vel caſei ſeu fruſti panis, & aliarum rerum vſu conſumptibilium, q̄ fratribus ipſis, & ad conſuetudinē e veſtigio conferunnit, ad dñium Romanæ eccleſiæ, & vſum fratrum pertinere? profecto laudabile non vr̄, vt Nicolaus ait ſup. Nec obſt. ſup. dictis, quod idem prædeceſſor nr̄ in ordinatione prædicta ēt illorum quæ ad ſuſtentationem pertinent, niſi Romanæ eccleſiæ dñium reſeruetur, hoc .n. de rebus illis duntaxat debet intelligi, quæ vſu non ſunt cōſumptibiles, ſine qbus humana vita non eſt ſuſtentabilis, quæ vtiq; non ſunt paucæ vt in eo. eidem Papa declarauit. Sed in hoc idem conſtituit, dum ſic ait. Sancimus, ꝙ in bonis quæ in poſterum conferentur, vel offerentur, aut alias quomodolibet obuenire continget fratrib. ſeu ordinibus ſupradictis, exceptis eccleſijs, oratorijs, officinis, & habitationibus, ac vaſis, libris, veſtimētis diuinis, & officijs dedicatis, vel dedicandis, & quæ ad ipſos obuenient in futurum, ad quæ ſe nō extendunt, in conſequētiam ſupradictam, ꝑ quod ↄſtōnē iſtam ad illa extendi volumus, nullum ius, ſiue dñium aliquod occaſione ordinationis ꝓdictæ, ſed cuiuſuis alter ius a quocunque prædeceſſorū noſtrorū ſuper hoc ſpecialiter, dictæ Romanæ eccleſiæ acquiratur. ſed quo ad hoc habeātur prorſus ordinationes hmōi pro non factis, &c. Ecce aperte liquet, ꝙ eccleſię Romanę non quæritur dñium, nec ēt Reipub. rationibus ꝓdictis. Dicendū ergo vr̄, ꝙ ſi quidem vinum, frumēta, & ſimilia legantur in genere, tunc non tractatur de tranſlatione dñi, anteqū perueniatur ad traditionem, vt not. C. com. de leg. l. 2. & Inſtit. de legat. §. noſtra autem. ſed ſolum tunc eſt videndum de perſonali obligatione, de qua infra dicetur. Si vero legaretur in ſpecie, vel cum perueniretur ad traditionem, cuius ſit proprietas, & dominium. & qualem vſum habeant fratres, dico, prout intelligitur ex iſtis conſtitutionibus Ioan. Papæ 22. quarum vna incipit. ad conditorem, alia incipit, quia quorundam, quarum verba hic non refero, quia longū eſſet, ſed prout ipſe declarauit, ita credo, ac determino. Illud vero quod ſupra dixi de rebus, quæ debent vendi, vt in neceſſitatem fratrum conuertantur, idem illud dico in pecunia legata, ēt ſi pecunia legaretur in ſpecie, vt patet in dictis authoritatib. non enim ipſum corpus pecuniæ in neceſſitate fratrum conſumitur, ſed in ſpeciem aliam tranſmutatur, & hoc quantum ad dominium. Nunc vero quantum ad actionem perſonalem quid iuris ſit, videamus.

## C A P. III.

a
25 Quis ergo [a] poterit dictas † res vendere, q̄ñ vendendæ ſunt pro fratrum vtilitate? & de hoc Nic. in d. §. a. ſ hęc, quia fratribus. cum permiſit de rebus vendendis pro fratrum neceſſitate, ſic ait. Atq; ad legata ſoluenda, tam hæredes teſtatorum, quam executores ſe liberales exhibeant, quam prælati, ac etiam ſeculares, quibus de iure, vel conſuetudine prouiſio iſta competeret, cum expedierit ſe ex officio ſuo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas, &c. Et ſic manifeſte apparet. ꝙ hoc poſſunt facere hæredes. Nec mirum quia apud eos eſt dñium, vt dixi. Item hoc facere poſſunt executores, licet alias ſuper venditione bonorum requiratur ſpecialis permiſſio teſtatoris. l. alio. de alimen. & ciba. lega. & C. quando decre. opus non eſt. l. pen. & ibi. no. & hæc ſemper ineſt, ꝙ talis res vendatur, vt dictum eſt, & ſic ſpecialis permiſſio non requiritur. Item hoc poteſt facere epiſcopus, & iudex ſecularis ex ſuo officio, vt dr̄ in d. text. etiam ex nomine promouentis, quod patet ex vi dictorum verborum, dum dicit, ſe promptos exhibeant, & facit etiam l. Quintus, de ann. leg. & in Auth. de eccle. titu §. ſi qs ædificationem. & de alimen. & ciba. leg. l. 3. in prin. Iudices tamē
26 † prædicti ad hoc venientes præcedente mora hæredis, vel executoris. puta ſi fuit bis monitus, vt in Auth. de eccle. titu. § ſi quis
27 autem. ſupradictus vero conuentus † licet non habeat dñium, vt dictum eſt, tamen habet actionem perſonalem, vt infra dicetur, tamen ſi poſſet poſſidere, haberet dñium, & poſſet vendere, vt J. dicam, fratres de hoc nullo modo ſe impediant, cum hoc voto, & regulę repugnaret, poſſunt tamen humiliter ſupplicare hæredi, vel executori extra iudicium, vt votum teſtatoris adimpleat, vt J. dicetur. ſed ſi prædicta legata non relinquuntur fratrib. ſed eccleſiæ eorum, & tunc puto, ꝙ dñium quæreretˀ eccleſiæ Rom. & tunc quid iuris collige ex his quæ dixi in præcedenti lib. 4 diſ.

### A D D I T I O.

a Tho. D. Quis ergo. De iſta deciſione Bar. vide plene per Ale. de Imo. in l. 1. ff. de leg. 1. & Bal. in l. cum quæſtio. in fi. C. de leg. & gloſ. in c. 1. de relig. dom. lib. 6. & Lud. Rom. in ſing. 194. incip. prohibetur. & ſic habes, quod ipſis fratribus poteſt relinqui, vt vendatur fundus, & eis ſubueniatur ex alijs pecunijs, & non ſunt multi dies, quod fuit allegari fauorem fratrum Minorum de obſeruantia S. Fran. de Padua, contra presbiterum Ioan. Ant. de Curte, de Padua, per me, &c. tamen ſi priuilegijs Sixti Quarti ſummi Pontificis, in mari magno aliter diſponatur.

## P R I M A D I S T I N C T I O.

## C A P. I.

28 DE his quæ fratribus largiſitur ſingl̄r, qđ valeat † relictum factum vni fratri, qualiter fratres in hoc ſe habere debeāt, expreſſe determinauit Benedictus Papa in conſtitutione, quam edidit circa ſtatum fratrum minorum. c. 14. alias exiui, vbi ſic ait. Quilibet autem frater ſupradicti ordinis, qui aliquid ſenſit determinato vſu donari, vel legari, vel pro quo deponi contigerit, poſtquā huiuſmodi donatio, legatum, vel depoſitum ad eius notitiā peruenerit, cuſtodi, vel guardiano ſuo, vel eius vicario, quam cito poterit commode, debeat reuelare fideliter, hoc quilibet facere debeat, ſi habet notitiam prædictam. Guardianus autem ſiue frater, cui donatum, vel depoſitū fuerit, ſi ſit habilis ad ſcientiam capeſcendā, prouideat ei, ſeu prouidere faciat, ſm donationis, legati, vel depoſiti quantitatem, & ſm fratris ipſius idoneitatem ad eius ſtudium opportune. Ex his apparet, ꝙ legatū debet in fratris vtilitatem primo conuerti, & licet hic exprimat de libris, in c. proxi. ex-
29 primit etiam de alijs neceſſitatibus. Apparet ex † prædictis, ꝙ quādo alicui ſingulari fratri legatur, non debet ad petitionem ipſius
30 ſolui, ſed ad petitionem guardiani. † Itē ex prædictis patet, quòd frater minor poteſt eſſe diſtributor, & prætorum officio fungantur fratres, vt dicetur in ſeq. lib.

## C A P. II.

31 Sed ſi frater ille tot denarijs pro ſuis neceſſitatib. non indigeat, idem prædictus Papa imediate

poſt

Digitized by Google

poſt prædicta ſubdimidit. Si autem fratres prædicti his libris non indigerent, ac vbi libris indigerent, prouiſio de libris ſufficiēs eidem aliquid de legato, donato, vel depoſito huiuſmodi ſuper eſſet guardianus, omne huiuſmodi legatum, vel donatum, vel depoſitum, vel id, quod facta prouiſione eis fratri erit, in eōem ſui conuentus neceſſitatem conuerti, ſeu diſpenſari procuret, & neceſſitati eius, cuius contemplatione donatum, legatum, vel depoſitum fuerit, fauorabilius ſtudeat ſubuenire. Per hoc enim vel conueniens alijs, vel infra ſcriptæ conſtitutioni fęlicis recordationis Bonifacij Papę VIII. quæ incipit, Prius debet ſubueniri fratri ſup taſcripto, ſecundo cōuentui. Ex quo patet, ꝙ relictum fratri, hoc eſt, cōuentui, & ſic in petendo hoc legatum, erit idem quod in eo, quod relictum eſt conuentui fratrum, vt ſup. dicetur.

SEXTA DISTINCTIO.
CAP. I.

32 INterdum etiā † euenit, vt fratribus minorib. aliquid annuū relinquat, an valeat, quæritur. Et vr̃, ꝙ non, vt hr̃ in conſtōne, quæ inci. Exiui de Paradiſo. vbi ſic ait, Cumque annui reditus inter immobilia cenſeantur a iure, ac huiuſmodi reditus obtinere paupertati, & mendicitati repugnet, nulla dubitatio eſt, ꝙ p̄dictis fratribus redditus quoſcūq;, ſicut poſſeſſiones, vel eorū vſus cū eis non reperiatur eſſe conceſſus recipere, vel hr̃e, cōſiderata conditione ipſorum, non licet, &c. Ex quibus verbis colligitur, ꝙ legatum non valet. E contra, ꝙ dñi legatum valeat, probatur ex authoritate prædicta ſic, non eſt dubium, ꝙ immobilium poſſeſſionum fructus fratribus legatus nō valeat, vt ipſas poſſeſſiones fratres retineant, ſed vt vendantur, & in neceſſitatem fratrum con-
33 uertantur, vt eſt expreſſe declaratum, ſic † cum reditus inter immobilia computentur. C. de ſacroſ. eccleſ. l. iubemus. & in Auth. de non alie. §. hæc ergo. & §. nos igitur. & ſic videtur, ꝙ tale legatum valeat, non vt ipſos annuos reditus ipſi fratres habere, vel retinere poſſint, quia hoc eſt eis prohibitum, ſed vt illud ius percipiendi vendatur, & in fratrum neceſſitatem conuertatur, vt dictū eſt de rebus immobilibus. Solu. dicendum eſt, ꝙ legatum annuū non fratribus interdicitur ratione rei legatæ, ſed rōne modi a teſtatore expreſſi. ſ. ꝙ annuatim det, qui modus regulæ & conditioni eorum repugnat, & ſic videtur, quod nullo modo valeat, &c.

CAP. II.

34 Per omnia † putarem idem, ſi fratribus relinqueretur aliquid diurnum, vel menſtruum. per alias diuiſiones temporum, vt puta decēnio, vel mennio. vt ff. de tranſactio. l. cum hi. §. ſi cui. & de alimen. & cibar. legat. l. libertis, quos. in prin. & l. diarijs de annu. leg. l. penul.

CAP. III.

35 Quid ſi fratribus † relinquatur aliquid annuum non in perpetuum, ſed vſque ad certum tempus, an incidat in prohibitionem prædictam? Vr̃ ꝙ non, ꝓp limitationem temporis non vr̃ legatum annuum, ſed dr̃ vnum legatum. ſ. præſtatio diuiſa, vt ff. q̄n dies leg. ced. l. cum ſine præfinitione. Contrarium vr̃, ſcilicet ꝙ valeat in dictā prohibitionem per generalia verba dictæ conſtitutionis ſup. alleg. Nam relictum fratribus ſpectatur relictum pro ipſorum neceſſitate, vel pro alimentis, & ſimilibus, ſed in relicto cauſa alimētorum, licet ſit frumētum, tpis præfinitione, tñ annuum dicetur, d. l. cum ſine præfinitione, ergo &c. Sed ſi relinqueretur cum tpis præfinitione vni fratri ſingulari, tamē dicetur legatum annuum, per rationes ſupradictas. Si vero relinquatur fratribus vnius conuentus, tūc facit dubium, quia conuentus non moritur. Et ſic ceſſat ratio, quæ eſt in alimentis relictis certæ perſonæ: finaliter puto tñ, ꝙ fratres debeant a dicto legato penitus abſtinere. Nam hoc ſtatui eorū, & mendicitati repugnat. Nam non viuerent ſimpliciter in ſpe Dei propter ſpem, quam haberent in dicto legato intra præfinitū tempus, ſi in eo eſt eadem ratio quod in legato annuo ſimplici.

CAP. IIII.

36 Quid ſi non directo, ſed in vim † condōnis aliquid annuum fratribus relinquatur, puta aliquem hæredem inſtituo ſub ꝯdōne, ſi aliquid annuum dederit fratribus minorib. Certe idem eſt quod ſupra, vt fratribus nullo modo liceat accipere. Hoc enim vr̃ in fraudem fieri, vt l. quod ꝯdōnis. de don. cau. mortis, & de condi. & demon. l. Meuius. ille tñ, vt impleat conditionem, debet offerre, d. l. Meuius, ſed ꝯ prædicta vr̃. ff. de iu. fiſci. l. in fraudem, vt ibi patet. &c.

SEPTIMA DISTINCTIO.
CAP. I

QValiter autem petantur dicta relicta ab his, qui ad ea præſtanda tenentur? Pro declaratione eſt videndum. Primo vtrū ille, † a quo legatum relinquitur
37 ad id præſtandū ſit obligatus, & cui. Nā pro rebus fratrib. ipſis relictis, ipſis fratribus nullum ius ſeu obligatio quæritur de prædictis, dictus Nicolaus tertius in d. c. exijt qui ſeminat. §. cæterum. ſic ait. Nec ꝯ perſonam nominatam, vel non nominatam ab eis, cuiuſcunque conditionis exiſtat in iudicio, vel extra, actionem, perſecutionem, vel aliquod aliud ius intentent, qualitercunque perſona prædicta in commiſſione huiuſmodi ſe habeat, &c.

CAP. II.

Ex hoc patet, ꝙ obligatio fratribus nō quæritur. Præterea ꝙ obligatio eis quæratur, videtur ꝯ principale fundamentum regulæ, quæ eſt, vt fratres ſib. nil appropriet, nec domum, nec locum, vel aliam rem, vt dictis declarationibus ſummorum Pontificum continetur. Si diceremus, ꝙ ſibi acquireretur obligatio, aliquid ſibi appropriarent, quod eſſet ꝯ vota, cum iſta regulariter obligatio ſit de rebus, ſine quibus vita poteſt ſuſtentari humana. Præterea in d. c. exijt, qui ſeminat. §. ad hæc, quia fratrib. dicitur, ꝙ iudex ex officio ſuo ſe promptum exhibeat, quæ verba retuli ſup. diſt. 12. huius. 2. lib. ſed ea quæ iudicis officio expediuntur, non præſupponunt obligationem. l. qui ꝑ colluſionem. §. 1. ff. de actio. empt. & de ann. leg. l. Quintus. & concluде, ꝙ fratribus obligatio non quæritur, & ſic hæres vel alij, q̄bus relinquitur, non ſunt obligati ad talia relicta. In ꝯrium vr̃ regula generalis, quæ eſt ꝙ legatario competit obligatio, & actio perſonalis, & hypothecaria, & actio in rem, vt C. communia de leg. l. 1. & 2. & Inſtitu. de leg. ff. noſtra autem. Secundo dicendum eſt, ꝙ in hoc, an ille a quo relinquitur legatum ad hoc ſit obligatus, poteſt conſiderari quo ad ipſos fratres, & tunc dicendum eſt, ꝙ obligatio poteſt intelligi duob. mod. Vno modo proprie & ſtricte, prout eſt iuris vinculum, quo quis neceſſitate adſtringitur, vt Inſtitu. de oblig. in princ. & hoc modo requiritur ꝙ ſint duo, vnꝰ qui tenetur. & eſt obligatus: alius cui, & habet obligationem, vt ff. de accep. l. 1. & ibi no. per glo. & hoc modo ſumendo hæres vel alius, a quo legatum relinquatur, non eſt obligatus fratribus, & fratres ipſi propter paupertatem vitæ, & regulæ eorum neminē tenent obligatum, vt ſup. dictum eſt. Secundo modo poteſt ſumi obligatio large, & improprie ex quadam æquitate, in qua quis ī ſeipſo tenetur ad dandum aliquid, vel ad faciendum, & ad hoc ipſe videt ſe obligatum, licet a nemine teneatur, & iſta talis æquitas parit officium iudicis. l. Quintus. de ann. leg. & l. hæreditas. de pet. hær. & iſto modo hæres vel alius, a quo eſt aliquid relictum, poteſt dici obligatus, & per hoc competit officium iudicis, vt ſup. dictum eſt. Tertio modo conſiderari poteſt an ille, a quo eſt legatum relictum ſit obligatus reſpectu aliorum quam ipſorum fratrum, & tunc eſt dicendum, ꝙ eſt proprie obligatus. Nam certū eſt quod vita fratrum minorum in arctiſsima paupertate eſt fun-
39 data, ſed quando aliquid † ob neceſſitatem fratrum, vel pauperū relinquitur illi ciuitati, in qua ſunt pauperes, videtur ipſis fratrib. vel pauperibus relictum. l. ſi cui. & l. ciuitatib. ff. de leg. 1. cum Reipublicæ interſit, vt pauperes ſuſtententur. C. de ſacroſ. eccl. l. priuilegia. Idem in eo, quod relinquunt propter ſubſidium ſtudij ipſorum fratrum, vt dict. l. ſi cui. & l. ciuitatib. Ex quo concludo, ꝙ licet ipſius ciuitatis nomen in teſtamento non ſit inſertum, tamē ipſe, qui reliquit legatum, obligatur ipſi ciuitati ad illud. d. l. ciuitatibus. & l. ſi cui. coniuncta l. ſeruo alieno. §. ſi teſtator. eo. ti. & l. ſi fideicommiſſa. de leg. 3. §. plerunque. & §. interdum. de condit. & demon. l. Titio genero. Huic igitur ciuitati hæres ad hoc obligatur ciuiliter, & naturaliter, ex qua obligatione oritur actio, vt infra dicam.

CAP. III.

Per quos ergo dicta legata, & qualiter petantur, & exigātur, ſatis patet ex prædictis ꝙ di-
40 ligenter debemus inquirere vel diſtinguere, nam ſi quidem † q̄ratur, an ipſi fratres petere poſſent, dicendum eſt, ꝙ duplex eſt petitio. Eſt enim petitio extra iudicium, & ſtatim fratres licite facere poſſunt. Nam dictus Nicolaus Papa in d. c. exijt. qui ſeminat. §. cæterum cum in eadem, ſic ait, Poſſunt tamen fratres ſuas neceſſitates inſinuare, ac etiam ſpecificare, vel exponere perſonæ prædictę, ac etiam rogare ꝙ ſoluant. poſſit etiam eam perſonam exhortari, ac dicere ꝙ fideliter in re commiſſa ſe habeat, & animæ ſuæ ſaluti in commiſſa ſibi ſua executione prouideat, &c. Ecce aperte liquet, ꝙ extra iudicium petere, & exhortari poſſunt, ſicut q̄n ab hr̃ de legatur aliquid ſeruo proprio ſine libertate. l. quidā. §. illo videlicet. C. de neceſ. ſeruis hæred. inſt. Quædam eſt petitio, quæ fit in iudicio, & iſta nullo modo poteſt fieri per fratres, vt probant verba prædicta ſupra in 1. diſtin. c. 1. Nulla enim eſt in eis actio, ſeu perſecutio. hoc eſt iudicis officium. Hoc probant ex verbis clem. d. c. exiui. §. noſtra. ibi, dum dicit, cū ordinis fratres vbicunque dicti ordinis profeſſores pro nulla re tpali poſſunt in iudicio experiri, &c. Ecce ſatis liquet, ꝙ dicti fratres in iudicio
41 petere non poſſunt. Si vero † quæratur, an petere poſſit Reſpublica, ſeu ſyndicus eius, patet quod ſic, quia ei competit obligatio, & actio

Digitized by Google

actio ꝯ hæredem d.l.ſi cui.& d.l.ciuitatibus,de leg.i. Ex hoc ẽt ſe-
quitur,ꝙ quilibet de populo hoc poterit petere. ff.de op.no.nun.
l.in prouinciali. §.qui in publico.& l.ſeq.& in Auth.de eccl.ti. §.ſi
quis autem,qui hoc facere,&c. Ex hoc dixi plenius in præced.lib.
4.diſt.vbi etiam poteſt colligi modus formandi libellum. Caueãt
fratres,ne in c.exiui.ibi,etiam ex talibus aſſiſtant,hoc.n. ſtatui eo-
rum repugnat,in c.exiui.ibi,etiam ex talib.exiſtẽtis,vt ff.ad Turp.
l.j.§.incipit.expectent enim,ꝙ aliquis ad hoc faciendum ex deuo
tione moueatur. Poterit ẽt exigi iſtud legatum ex officio Epiſco-
pi,vel etiam iudicis ſecularis,vt in d.declaratione Nicolai contine
tur,cuius verba quantum ad hoc retulimus ſ.in 4.diſt.huius 2.lib.
in 3.c.inci.quis ergo poterit dictas res vendere &c.d.c,vt ibi.& da
bitur pecunia illi,quem iudex deputauit,vel etiam ipſis fratribus,
vt in ſequenti diſtinct.dicam.

## OCTAVA DISTINCTIO.

### CAP. I.

DE ſyndicis vero fratrum Minorum ſciẽdum eſt,per quoſdam Summos Ponti-
fices fuiſſe conceſſum fratribus, ꝙ nominarent quoſ-
dam,qui adminiſtrarent nomine eccleſiæ Romanæ,
quæ conceſſiones fuerunt primo per Ioan. Papam 22. in aliquib.
reuocatæ, ideo vt prædicta clareſcant, primo priuilegia antiqua
42 ad literam reſeratimus. Et primo †Inn.4.literas fratribus conceſſit
in hæc verba. Inn. Eps ſeruus ſeruorum Dei,dilectis filijs Generali
bus,& miniſtris fratrum minorum ſalutem, & Apoſtolicam be-
nedictionem. Quanto ſtudioſius efficacæ contemplationi vacatis fa
mulãdo,tanto quieti veſtræ libentius prouidemus,ne pedes,quos
lauaſſe videmini affectu,& officio omnia relinquẽdo, cogantur,
quod abſit,iterum inquinari. Cum.n.lecta a nobis veſtra petitio
contineat de rebus omnibus ordini veſtro conceſſis, vel in poſte-
rum concedẽdis,per vos ipſos,prout exigit neceſſitas, iuxta veſtri
ordinis ſtatuta diſponere nequeatis,nec velitis pro conſcientiæ ve
ſtræ puritate ſeruanda,ne vobis odioſa vagandi tribuatur materia,
ſed oporteat vos ꝑ hoc ad ſedem Apoſtolicam, ad quam rerum
ipſarum ſpectat proprietas, habere recurſum:nos quieti dicti or-
dinis,& neceſſitatibus veſtris paterna volentes ſolicitudine proui
dere,præſentium authoritate cõcedimus,vt ſingulis veſtris liceat
in prouincijs eis commiſſis per ſe,vel per alios fratres ſuos,quibus
iniunxerint committendum, conſtituere aliquos viros idoneos
Deum timentes,qui pro locorum indigentia ſingulorum res hu-
iuſmodi conceſſas, vel etiam ꝯcedendas authoritate noſtra pete-
re,vendere,tractare,commutare,expendere,permutare,ac in fra
trum vſum conuertere valeant,ſm̃ diſpoſitiones veſtras prout ne
ceſſitatibus,vel commodis fratrum ordinis memorati, ſicut vo-
bis eoſdem viros ſic conſtitutos a vobis amouere, alioſq; ad præ-
miſſa exequenda ſine difficultate qualibet ſubrogare, quoties vi-
debitur opportunum. Nulli ergo,&c. Data Auenionij iij. Calen.
Septemb. Pontificatus noſtri anno 5.

### CAP. II.

Deinde Martinus Quartus Papa eiſdem cõceſ-
ſit ſuper prędictis literas lar-
43 giores in hunc modum,† Martinus ſeruus ſeruorum Dei, dile-
ctis filijs ſuis generali,& prouincialibus miniſtris, ac etiam cuſto-
dibus vniuerſis ordinis fratrum minorum ſalutem, & apoſtolicã
benedictionem. Exultans in dño,ꝙ ſacri veſtri ordinis profeſſores
in Dei beneplacitis ꝯfirmari promptitudine deuotionis,& opere
illius,ſtudentes imitari veſtigia eiuſdem,& viam ſummopere cu
ſtodire,qui deſcendens a patre luminum,& formã ſerui accipiẽs,
ſe i laudis beneficium.placabilem hoſtiam immolauit, cogitare
inducimur honeſta remedia,quibus dicti ordinis obſeruantia pu
ra in ſui vigore ſeruetur. Ideoq; fratres,qui pro nulla re tempora-
li poſſunt in iudicio experiri, & excluſis quibuſcunq; ſollicitudi-
nibus,libentius,apertius,& quietius diuinis vacent officijs,& offe
rentium,donantium,vel tradentium, atq; in vltima voluntate re-
linquentium ordini prædicto,vel fratribus aliquid ꝑꝑ Deum pia
intentio non fraudetur,ſicq; vos ſolicitudini,quam prædictus or-
do pro ſuis neceſſitatibus quoties imminebit neceſſitas, vel vtili-
tas ſuaderet,remittere ad eccleſiam Romanam vrgerentur, ad q̃
omnium rerum mobilium,& immobilium,quib.fratres vti poſ-
ſunt,ius proprietatis,& dominium ſpectat, nullo modo impenſa
ſpectat immoderate potius, quam per hoc vrgeri poſſit fratrib.ſ.
dictis benignius indulgentes, volenteſq; hĩdum vel executorum
negligentijs obuiare,vt fratres ſm̃ modos licitos,& congruos,ipſi
ordini relicta in teſtamentis, & eleemoſynis non fraudentur, ſic
ſperãtes,ꝙ his quę pro ſtatu proſpero dicti ordinis ꝑ nos ſalubrius
& vberius conſuluntur,quo maiores fuerãs,vt hic in parte autho
ritate muniti diſcretioni veſtræ,de qua plen in dño confidimus ſpe
ciales perſonas,quæ non ſunt de dicto ordine nominandæ pro lo
corum indigentia ſingulorum, quas perſonas per vos taliter no-
minatas in his adminiſtrationibus legitimis generalibus liberam,
& libere gerere, & ipſos vere. & legitimos adminiſtratores œco-
nomos, ſyndicos, & actores eſſe de plenitudine poteſtatis præſen-
tium authoritate conſtituendo decerunus, qui res ipſas,& pre-
tium rerum,& prædictas eleemoſynas nomine ipſius eccleſiæ re
cipiant pro eiſdem & fratrum ipſorum vſibus, prout eis licet, ex
regula,vel declaratione conuertenda.ſicut cõ ſilij generalis,& ſin
gularis noſtri in prouincia,vel cuſtodia ſibi decrera,vel eiſdem fra
trib.de aſſenſu noſtro extiterint requiſiti per ſe petendi, exigendi,
recipiendi,alienandi prædicta,tranſigendi quoq;,& poſſidẽdi,cõ-
ueniendi,permittendi,refutandi,ꝯfaciendi,agendi,defendendi,&
in animabus eorum de calumnia. & veritate dicẽda,& iurandi,&
cuiuslibet alterius iuramenti pſtãdi cum illis,& ꝯ alios qui hmõi
res mobiles,aut immobiles aut pretium earũ,vt relictas eleemo-
ſinas fratrib.in teſtamentis occuparent,& violenter auferrẽt,ſiue
ꝯ voluntatem fratrum quomodolibet detinerẽt,& generaliter in
oĩb.caſib.pro reb.licitis ad eccleſiam prędictam ſpectantib.ipſorũ
fratrum vſui conceſſis,nec non pro immunitatib.libertatib.iurib.
ac priuilegiis,& indulgentijs eorum,ſiue cuiuslibet ſatiſdationis,
& cautionis onere plenam & generalem, & liberam ac authori-
te apoſtolica,& in iudicio,& extra iudicium poteſtatem plenam
& liberam concedimus authoritate præſentium facultatem.
Nulli ergo &c. Data apud vrbem Veterem xv. Calen. Februarij,
Pontificatus noſtri anno 2. Idem ẽt ꝯceſſit Nicolausquartus,qua-
ſi de verbo ad verbum,& ideo hic non refero,&c.

### CAP. III.

Poſtea vero Io.Papa 22.in illa decretali,quę incip.ad
conditorẽ canonum. prædicta in aliqb.
44 reuocauit per hæc verba.†Et quia præfatum Martini Papæ præ-
deceſſoris noſtri priuilegium dudũ ſeruatum quo ad adminiſtra-
tionem bonorum præmiſſorum nõ extitit,nec ſeruatur, ipſorum
procuratorum officium,qui nominantur a miniſtris,& cuſtodib.
dicti ordinis Romanę eccleſię iniurioſum ac multis alijs moleſtũ
oneroſum, & ẽt inhoneſtum noſcatur, diſtrictius inhibemus, ne
deinceps pro recipiendis,extorquendis,ſeu adminiſtrandis bonis,
quę in poſterum ordini vel fratrib.offerri vel ꝯferri,ſeu alias obue
nire ꝯtigerit, nuſquam nominetur a quoquam ſeu cõſtituatur a
modo nomine S. Romanæ Eccleſiæ ꝓcurator,nec occaſione cu
iuſcunq; priuilegij apoſtolici,quicunq; adminiſtratorum quorũ-
cunq; bonorum quæ obuenire fratrib.ipſis,vel ordini ꝯtingerit,in
poſterum,in iudicio,vel extra agendo,vel defendẽdo, vel aliquo
modo aſſumere vel exercere dictæ eccleſiæ noĩe audeat,niſi de ſe
dis apoſtolicæ licentia ſpeciali,decernentes irritum,& inane,ſi ſe-
cus a quouis in poſterum contigerit attentari,non obſtantib.qui-
buſcunq; priuilegijs a Martino Papa prædicto, vel ab alijs præde-
ceſſorib.noſtris ipſis fratribus,vel ordini ſub quacunq; forma ver
borum,vel expreſſione cõceſſis. Per hoc aũt dicti ordinis regulæ
in aliquo non intẽdimus derogare,nec priuilegijs,fratrib.ipſis ſeu
eorum ordini,ſeu ab apoſtolica ſede conceſſis( niſi duntaxat quo
ad præmiſſa tangentia) præiudicium aliquod generare. Nulli,er-
go,&c. Data Auenionij.6.Idus Decemb. Põtificatus noſtri anno
7. Si igitur prædicta inſpicimus, non caſſauit Papa prædictus præ-
dictam ꝯceſſionem,niſi ſolum in bonis,quæ in poſterum fratrib.
vel ordini offerri ꝯtingerit; ergo in his,& ꝓ his quæ dictis fratrib.
erant conceſſa ante dictam cõſtitutionem,vt pro eccleſijs, domi-
bus oratorijs,& ſimilib.poſſint nominari procuratores ſecũdum
formam prædictarum literarum,fuit autem facta Ioan. conſtitu-
tio,anno Domini 1327.die,& menſe prędictis Item eſt aduerten
dum,ꝙ dicta Ioã.conſtitutio reuocat præcedentem ſolum in his,
quæ fratrib.relinquuntur,vnde ſuper his quæ non relinquunt fra-
trib. ſed eccleſiæ fratrum poteſt fieri dicta nominatio ex vigore il
lius generalis clauſulę in literis Mar.aliud eſt.n.relinquere fratrib.
aliud eſt relinquere eccleſiæ fratrum,vt dictum eſt in præceden-
ti lib.in 4.diſt.& pro iurib.eccleſiæ,fratres poſſunt agere,vt ſ.patet
nec eſt reuocatum,ergo,&c.Item diligenter eſt aduertendum,ꝙ
ex prædicta conſtitutione nullo modo liceat dictas res fratrib. re-
lictas contra voluntatem fratrum occupare, vel detinere, & in
hoc d. regulæ non ſunt correctæ,quod facit ad multa dicta, & di-
cenda in hoc cap.

### CAP. IIII.

45 Reperio etiam ꝙ per Nicolaum † Papam in illa
decretali,exiit qui ſeminat.§. quia
vero libros,ſit mentio de quodam procuratore ſpeciali ad recipiẽ
dum pretium librorum, qui venduntur per fratres, & illud in
rem licitam expendendum per hæc verba. Si vero res huiuſmo-
di æſtimata pretio vendi contingat,cum fratribus ipſis per ſe, vel
per alium recipere pecuniam regula prohibente,non liceat,ordi-
namus,& volumus,ꝙ talis pecunia ſeu pretium recipiatur, & ex-
pendatur in rem licitam,& cuius vſum fratribus licet habere per
procuratorem a præfata ſede, vel Cardinali gubernationem per
ſeipſam

Digitized by Google

ſeipſam ſedem gerenti eiuſdem ordinis deputandum.'&c. Et ſic
vr̄,  ad iſtum certum actum datur procurator ab apoſtolica ſe-
de,in eo  dicit de Cardinalib.vr̄ correctum per decretalem Io.
Papæ,cuius verba ſ.proxime retuli,vbi dr̄, nullus poteſt inſtitui
procurator dictorum fratrum nomine Romanæ eccleſiæ, niſi de
a ſedis apoſtolicę licētia ſpeciali. Vnde eſſet neceſſe, a  Cardinalis
conſeruator haberet de hoc ſpeciale mandatum.alias de hoc pro
curator citari non poſſet. Poſtea vero Nicolaus Papa 3.in ſuis con
ſtitutionibus,quas circa ſtatum fratrum minorum edidit in illo c.
quod incipit, Rurſus ordinarius circa venditionem dictorum li-
brorum.ſic ait.per illos quibus fuerunt dicti libri diſtributi, dicti
libri poſſunt diſtrahi,commutari,vel vendi, ſeu quomodolibet
alienari,niſi pro meliorib.& vtiliorib.libris.& tunc de ꝯſenſu.& li
cētia monaſterii.& illorum,per quos fuerunt diſtributi,&c. Ecce
ergo vr̄ permittere, ex cauſa legitima poſſunt vēdi. Miniſtri au-
tem venditio præſupponit pretij perceptionem ſecundum modū
& ordinem eorum ſtatum congruentem,& ſic videtur, talis p-
curator ab apoſtolica ſede non ſit neceſſarius graue.n.eſſet procu
ratorem ab apoſtolica ſede expoſcere ſup iſtis in quolibet conuē
tu,& ita v audio,fratres obſeruant.

D D I T I O.

a Tho.D.Neceſſe,Vide Raph.Cuma.in conſi. 169.incip.viſo teſtamento.

C A P. V.

46 **Eſt etiam quidam** Procurator † generalis ordi-
nis,qui ſemper in curia Ro-
mana moratur, vbi ordo minorum in communi, & particulari
ſemper habet multa facere, vnde ibidem vnus procurator de ip-
ſo ordine ad iſta negotia pertractanda, qui eligitur per genera-
lem miniſtrum in generali capitulo, de qua conſtitutione præfa-
tus Benedictus Papa 12. in prædictis ſuis conſtitutionibus, ſuper
ſtatu fratrum minorum, c.24. quędam etiam ad ipſius officium
procuratoris pertinentia poſuit. Et idem Benedictus in 12. c. de
libris,cuius procuratoris officium ad noſtrum examen non per-
tinet,&c.

C A P. VI.

47 **Habent etiam** fratres in multis locis aliquos ex his
fratribus,† qui vocantur Procurato
res conuentus,horum officium eſt,  cum in regula cōtineatur,
quod fratres vadant pro eleemoſyna confidenter,vnde cum ipſis
conuentib.ſit neceſſitas multa,ſecūdum quod ordo exigit,frater
ille qui dr̄ procurator habet illas eleemoſinas procurare. Poteſt ēt
hic humiliter extra iudicium procurare, vt fratrib.relicta legata
petantur,vt ſ.in præcedēti diſt.dictum eſt. Poteſt ēt ſibi procurare
eleemoſynas pro fratrib.induēdis & neceſſitatib.fratrum.licet.n.
in regula diceretur de fratrib.& neceſſitatib. īfirmorum miniſtri
cuſtodes ſolicitam curam gerant,&c.& ſic videbatur, alijs non
poſſet committere,tū quia ordo exigit, ita  cuſtodes & miniſtri
hoc expedire non poſſunt,ꝯceſſit,prędictus Nicolaus in d.c.exijt,
 ipſi miniſtri & cuſtodes poſſunt huiuſmodi curam & ſolicitu-
dinem exercere:& ſic ſemper ad hoc debēt habere mandatum a
miniſtris & cuſtodib. & illi qui tenentur ad dandum pro fratrib.
induendis,non debent ſoluere guardiano,nec alteri de eius man-
dato,vel miniſtro, vel cuſtodi, niſi guardianus habeat ſuper hoc
mandatum a miniſtro vel cuſtode.ſed debent ſoluere ipſi ꝓcura-
tori,vel alteri de eius mandato,vel miniſtro,vel cuſtodi.& talis ꝓ-
curator nullo modo in iudicio poteſt eſſe, nec litigantib. pro re
temporali aſſiſtere,vt de alijs fratrib.ſuperius eſt dictum. Et  iſte
talis appellatur procurator prout videtur poni in d. conſtitutione.
c.5.vbi ſic ait.de quo communi panno miniſtri,& cuſtodes,guar-
diani,lectores,prędicatores procuratores,& cęteri fratres omnes
induantur,& in eo quod dicit,procurator, intelligimus de prędi-
dictis,vt puto.

C A P. VII.

48 **Poſſunt etiam per** † ſtatuta terrarū,& commu-
nitatem conſtitui procurato
res & ſyndici,qui nomine ciuitatis poſſunt relicta,& alia obueniē
tia fratrib.petere,exigere,defendere,gubernare,vendere & in ne-
ceſſitate fratrum diſtribuere cum pleno mandato, quod in iudice
arbitror,eſſe effectum. Primo, quia ipſi communitati vr̄ relictum,
vt ſ.in plurib.partib.huius operis eſt ꝓbatum. Item quia conce-
dentes poſſunt in ipſa conceſſione exprimere, per quem res di-
ctę vendantur, nec alias in neceſſitatem fratrum conuertan-
tur, patet in illo cap.exijt qui ſeminat.cuius verba ſtatim ſcribam.
Sed ſtatutum ciuitatis eſt communis vtilitas omnium ciuium.l.j
ff. de legib. ergo ipſi ciues poſſunt conſtituere aliquem procura-
torem qui de relictis cōceſſis ab eis hoc faciat, & iſte procurator
vel ſyndicus dr̄ ſyndicus, ſeu procurator ciuitatis: appellatur aūt
in vulgari ſyndicus fratrum minorum.qui ad ipſorum vtilitatem
eſt conſtitutus. Circa quem autem ſyndicum plura ſunt videnda.
Primo,an eis liceat procurare,  ciuitas faciat talem ſyndicum,
& vr̄  ſic ex verbis Nicolai in dicto cap.exijt. §.cæterum cum in
eadem,vbi ſic ait,Quo talis procuret a fratribus,  ille, qui dabit
eleemoſinam per ſe, vel per alium non nominandum ab ipſis, ſi
fieri poterit ſed ab eo potius iuxta ſuum beneplacitum ad ſumen
dum huiuſmodi ſatisfactionem faciat in totum, vel in partem,
prout ipſi dāis inſpirauerit.ſi tū ipſe hoc nollet facere,vel non poſ-
ſet,vel quia rec. ſius eius immineat,aut quia quib.hoc velit com-
mittere notitiam non habeat fidelium perſonarum,ſeu quacunq;
alia occaſione,vel cauſa declaramus,& dicimus, in nullo regu-
læ puritas infringatur, aut quomodolibet ipſius obſeruantia de-
maculetur, ſi fratres ipſi alicuius vel aliquorum ſibi curent dare
notitiam,vel aliquem ſeu aliquos nominare ac ēt præſentare:cui,
vel quibus,ſeu eleemoſynam facienti placuerit, committi poſſit
executio prædictorum.ac ipſius habeatur aſſenſus ſuper ſubroga-
tionib. in ſcriptis.&c. Ecce ex prædictis liquet,  ciues, qui iſtas
eleemoſynas, & legata ꝯcedunt, ꝑſūt per ſuam legem ſyndicum
49 facere ad prędicta.† Item ex prædictis liquet, ipſi fratres ꝑſūt pro
curare, quod hoc fiat,quod intelligo q̄tū ad actus extraiudiciales
ſed quantum ad iudicium, & litigia pro iſtis temporalibus non
credo,quod hoc eis procurare liceat? imo, vt puto, ſtatui eorum
omnino repugnat,vt dixi ſ.proxim.diſtin.c.ſi. Item ex prædictis li
50 quet,†  ciuitas ad prædicta pōt conſtituere ſyndicum,vel ſyndi-
cos nominatim exprimendo,& ſi nominatim non vult exprime-
re.poteſt conſtituere illum quem fratres nominabūt ſeu præſen-
tabunt,in hac tamen forma,in conſtituendo adhibeatur talis cau
tela,vt conſtituentes verbis congruis,& ſtatui fratrum non repu-
gnantibus vtantur, non.n.licet fratribus nominare aliquem ad li-
tigandum vt dictum eſt, dicatur ergo ſic. Ille vel quis inter fide-
les deuotos duxerint nominandos ad recipiēdum ea quæ ſibi re-
licta & conceſſa fuerunt,dans licentiam & poteſtatem eligendi,
& petendi eos ſyndicos,& procuratores,conſtituimus, &c. vt ſic
fratres ipſi eos non nominent, niſi ad rem eis licitam. ſtatutum
tamen eis ſic nominatis,vel ita concedere ꝑſit. Item ex prædicta
51 authoritate † patet  dicimus,  dictus ſyndicus non ſolum pōt
conſtitui,vt ipſe prædicta faciat,ſed etiam vt alium,ſeu alios loco
ſuo conſtituat. In aliquib.tū ciuitatib.ſunt ſtatuta,  fratres mino-
res habeant ſyndicos,ſicut alij religioſi, & quod eorum ſyndici
52 in iudiciis audiātur. Et ſtatutum, aliàs † in iudicio nōīe fratrum
minorum compareat,non puto valere:repugnat.n.ſtatui,& regu-
læ eorum,& ꝑ conſequens ſacris canonib.qui eorum ſtatuta. &
regulam approbarunt. Hic aūt modus faciendi ſyndicos nomine
communitatis,vt ſ.eſt dictum,iuridicus eſt & iuſtus, vt arbitror.
Illius aūt ſyndici communitatis ipſius nomine cōſtituti poteſtas
53 apparet ex his,quæ in præcedentib.ſunt relata.† Nam ſi in aliquo
ſit hrēs inſtituta eccleſia,dictus ſyndicus ciuitatis poterit adire hæ
reditatem,petere,vendere,& in vtilitatem eccleſiæ cōuertere,&
in alium commutare ex cauſa,vt dictum eſt.ſ.in j.lib.4.diſt. Idem
ſi iure legati relinquitur eccleſiæ, vt dictum eſt ſ.diſt. 4.c. fratres,
alias filij.lib.2.ſed ſi relictum eſſet,tunc pro tali legato,ſiue ſit quā
titas,ſeu ſpēs,competit ciuitati actio perſonalis,non actio in rem,
cum in ciuitatem nullum trāſeat dominium,vt dictum eſt.ſ.diſt.
4.& diſt.6.& ideo ſi res legata ſyndico traderetur, efficeretur do-
minus traditione, & poſſet de ea diſponere prout vellet antequā
ſibi tradatur,ſed alienando non transferret dominium, quia do-
minus non eſt. Sed ſi alienaſſet,an hæres poſſet ab emptore recipe
re,alias repetere,dicam in ſeq.c.

C A P. VIII.

54 **In multis locis** † vidi  ipſi fratres, videlicet, Guar-
dianus cum capitulo, & cuſtodes fa-
ciunt aliquos ſeculares ſuos ſyndicos ad lites, & cauſas,etiam ad
vendendum, alienandum, & precium recipiendum,& eis dant
plenam poteſtatem,quod vtrum ꝓcedat,& qualiter, videamus.
Ad quod ſciēdum eſt, prout in præcedenti capitu.dixi quando
ille,qui dat eleemoſinam,non vult, vel non poteſt eligere perſo-
nam,quæ executionem prædictam faceret,ipſi fratres ipſum eli-
gere poſſunt,vt ſ. verba relata manifeſte dicunt. Sicut ergo vnus
poteſt nominari per fratres in vna ſingulari eleemoſyna, ita pōt
vnus nominari per fratres,vt eorum obuentiones recipiat,in qui-
bus certa perſona per concedentem non deputatur,& iſtum qui-
dam nominant ſyndicum fratrum,quidam depoſitarium,de quo
fit mentio per Clem.in d.c.exiui.&c.porro cum fratres,vbi ſic ait
ad amicos, ſiue ſint dati procuratores, ſiue deputati per eos vel
nuncij, ſiue depoſitarij, ſiue quouis alio nomine nuncupentur.
Nunc ad propoſitum dico, quando tales fratres faciunt,& ver-
ba non bene ſonant,poſſunt tamē habere ſanum intellectum,vt in-
telligamur, fratres faciant talem eorum ſyndicum,ſcilicet ad ip
ſorum fratrum vtilitatem, & illud,  dicti ſyndici faciunt ſyndi-
catio

Digitized by Google

cario nomine fratrū, debet intelligi, ꝙ hoc facient tanquā nomi-
nari a fratrib. nomine eorum, qui eleemoſynas conceſſerunt, ad
vtilitatē tamen fratrum. Similem expoſitionē facit glo. in verbo,
illi hæres. C. de his quibus vt indig. l. Polla. & ff. de his qbus vt in
55 dig. l. tutores. † verba. n. in contractibus intelliguntur improprie,
prout adaptari poſſunt ad materiā, de qua agitur, vt l. ſi vno. ff. lo.
in prin. & l. ſi ita ſtipulatus. de vſu. & l. damni infecti quidam. ff. de
56 damno infecto. Itē verba ſyndicatus prædicti. † quando porrigū-
tur ad lites, & cauſas, omnino reprobo; quia fratribus ad hoc no-
minare nō licet, vt in præceden. c. dictum eſt. Vnde quātum ad illa
verba, inſtrumētum ſyndicatus haberetur, pro non ſcripto, quan-
tum ad illos qui eleemoſynas conceſſerunt, vel quātum ad hære
dem eius, qui ſoluit legatam rem; quia pro illa re legata pōt in iu
dicio defendere, & agere, ſicut dicimus de eo apud quem res eſt
depoſita, ſiue ſequeſtrata, vt ff. vt leg. nom. cauea. l. poſt quam. §.
Imperator, verſi. ſed ſi nec ipſi. contra ipſum vero recipientē ele-
emoſynam nullo modo poteſt agi, cum apud eum remaneret li-
bera poteſtas reuocandi, vt ſup. in hoc 2. lib. di. 4. c. 3. Item nec con
57 tra hæredem, a † quo legatum relictū eſt, ſi hæres ipſe noluit ali-
quem actum, vel officium, vt dicit, intentari poſſint nomine fra-
trum minorum; quia ipſis fratribus non competit, vt ſuperius eſt
ꝓbatum, & ſic qua actione iſte ſit electus, debeat agere nomine
eorum, qui eleemoſynas tales cōceſſerint, ſequeretur ꝙ ꝯtra eū-
dem ipſius nomine ageretur, quod fieri nō poteſt, l. 2. de ope. no.
nun. poſſet tamen agere, vt quilibet de populo, vt ſup. dictum eſt,
& hæres cogeretur ſoluere tanquam perſonæ nominatæ a fratri-
bus. Quantum vero ad alia acta, quæ veniunt expedienda extra
iudicium, vt recipere a ſponte ſoluētibus, & res receptas vēdere,
ex pecunia ſibi data alias emere, & in fratrum neceſſitatem con-
uertere, puto dictum ſyndicatum ſufficere intelligēdo enim, vt ſ.
dixi. quia tamen illa verba dicti ſyndicatus ſtatui fratrum non cō
ueniunt, dico fratres ab ipſorum confectione abſtinere. nam Cle
mens in dicto c. exiuit. §. denique, cum idem cōfeſſor. dicit ſic, In
omnibus ſe gerant, & ſe cunctis oſtēdant in dictis pecuniis, ſicut
non habent penitus nil haberent, vt dicta verba ſonant prima fa-
58 cie, eos aliquid habere, &c. † Cautius ergo facerent, ſi ſimpliciter
aliquem, vel aliquos nominarent ad recipiēdas res legatas fratri-
bus, & relictas, ſeu aliquo modo cōceſſas, & conuertendas eas in
fratrum neceſſitates ſecundum concedentis voluntatē, & ſecun-
dum, quod a iure permittitur. Iſtud ergo eis licet in his, quæ cōce
duntur inter viuos, vt ſ. probatum eſt. & etiam in his quæ conce-
duntur in vltima voluntate, eodem modo, vt dictum eſt in dicto
cap. exijt qui ſeminat. §. ad hæc, qa fratrib. & tales ſic noīati pſūt ſa
59 cere oīa, q̄ ſ. dixi. † Sed pone, ꝙ talis ſyndicus ſeu ſic noīatus ꝯ vo-
luntatem hæredis, rem ſic fratribus relictā vendidit, & tradidit. &
pretium recepit, quid iuris? Reſpond. ex tali cōtractu emptori nō
quęreretur dominiū, nec ius in re, ex quo agere poſſit, ſi alius poſſi-
deret, quia ille, qui vēdidit, ius vendendi non habuit, vt ſupra eſt ex-
preſſum. ſi tamen ipſe emptor poſſidet, & hæres vendicat, habet
exceptionem, ꝑ quam poteſt retinere rē emptam, donec ſibi re-
ſtituatur pretium quod ſoluit, quod apparet in fratrum neceſſita
tē expēſum. hoc. n. ſolo commodo hæredis cedit, merito reſtituē
dum, ff. de rei vend. l. emptor. C. de præd. mi. l. prædia. l. vnū. ff. de
60 reb. cred. An autem contra † talē ſic nominatum fratres habeāt
actionem? Reſpond. non. hoc probatur in d. c. exijt qui ſeminat. §.
cæterum. vbi ſic ait. ita tamen ꝙ ab omni eiuſdem pecuniæ admi
niſtratione, ſeu diſpenſatione, & contra perſonam prædicta actio-
ne, ſeu perſecutione, vt dictum eſt, fratres abſtineāt omnimodo.
Ecce aperte liquet, ꝙ contra prædictos nullam habeant actionē,
nec contra aliquos pro aliqua re temporali, vt dictum eſt. Illi ta-
men qui dictas res conceſſerunt poſſunt ab eo recipere, et petere,
& etiam reſpublica, ar. eorum quæ dicta ſunt ſup. &c.

# MINORICARVM
## LIBER TERTIVS.

1 *Fratres Minores non poſſunt eſſe executores teſtamenti, in quo pia cauſa, vel pauperes ſimpliciter ſunt inſtituti.*
2 *Fratres Minores non poſſunt eſſe executores teſtamenti, in quo res vendenda venit, & pretium in alios diſtribuendum.*
3 *Frater Minor poteſt eſſe executor teſtamenti in quo relicta eſt pecunia diſtribuenda in neceſſitatem fratrum arbitrio talis fratris.*
4 *Item poteſt eſſe executor ad diſtribuendum inter fratres, moniales, & ſorores ſui ordinis.*
5 *Poteſt etiam eſſe executor, quando ſolum perſona eligenda eſt in quam fieri debet diſtributio.*
6 *Electio perſonarum, & diſtributio pecuniarum ſi eſt collata in fratres Minores, an teneat, quod ſit reſpectu perſonarum. nu. 9.*
7 *Executore non eligente, quis eligat.*
8 *Executore non diſtribuente, cuius arbitrio res erat diſtribuenda, non ſuccedit legitimus, ſed lex ipſa diſtribuit.*
10 *Frater Minor, in quibus non poteſt eſſe executor, poteſt tamen conſilium dare, vt exequatur.*
11 *Executori teſtamenti ingreſſuro ordinem fratrum minorum non poteſt frater minor dare conſilium.*
12 *Executor datus in teſtamento, qui habet exequi cum conſilio fratrum minorum, quando teneatur illud requirere.*
13 *Executor qui requiſiuit conſilium fratrum minorum, quando teneatur illud ſequi.*

## PRIMA DISTINCTIO
### CAP. I.

De executionibus vltimarum voluntatū quę fratribus relinquūtur, an per eos exerceri valeant? Videtur quod non, & ſic videtur declaratum per Clemen. in d. c. exiui de paradiſo. vbi ſic ait. Cumque prædicti ordinis profeſſores pro nulla re temporali poſſint in iudicio experiri. prædictis fratribus non licet, nec competit, quin potius cōſiderata ſui puritate ſtatus ſcire debeant ſibi interdictum, quod huiuſmodi executionibus, ſeu diſpoſitionibus ſe exponant, cum hæc ſæpius abſque litigio & contrectatione, & adminiſtratione pecuniæ nequeant expediri, &c.
a Econtra videtur ꝙ poſſint, a quia in quibuſdam caſibus ceſſant
* rationes prædictæ. ideo quid iuris ſit, per ſingulos caſus proſequamur.
1 † Quandoque enim executores vltimarum voluntatum vicem hæredis tenent, & ipſi habent actionem mouere, & in iudicijs reſpondere. quod eſt, quando pauperes, vel captiui, vel aliqua pia cauſa ſint ſimpliciter inſtituti, vt C. de epiſc. & cle. l. ſi qs ad declinandant. & extra, de teſtam. c. cum tibi & ibi no. per Inn. & iſto caſu non eſt dubium, ꝙ fratrib. minorib. eſt executoris officium interdictum tam ex verbis, quam ex eo, quòd hæreditatis non ſint capaces.

### ADDITIO.

a Th. D. Quo poſſint. vide plene per Iaſ. in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iu. in verſi. ſecundo facit. vbi videas.
* Barb. conſi. 12. lib. 1. I. M.

### CAP. II.

2 a Quandoque † iſti executores vicem hæredis a nō ſuſtinent, nec aliquod litigium ſperant, & tamen quidem eſt aliqua res vendenda, vel pecunia diſtribuenda in illo executoris officio, non licet eis intromittere, vt verba ſ relata oſtendunt. Nec obſtat quod poſſet dici, quod prędicti poterūt adminiſtrare ꝑ perſonas nominatas eo reſpectu, quo ſupra dictū eſt in legatis, quia illud verum eſt pro eorum neceſſitate ſed ſi fieret iſta diſtributio pro alijs idoneis, nullo modo licet. Hæc ꝓbantur in d. c. exiui. §. porro. vbi ſic ait Papa, attendant fratres prædicti, ꝙ nullis alijs cauſis quam prędictis vel ſimilib. in via vel alibi liceat recurrere ad amicos huius, ſiue dantis pecuniam, ſiue deputati per eos, &c. Apparet ergo manifeſte, ꝙ ex nullis alijs cau
3 ſis licet. Ex his puto, † ꝙ ſi relinqueretur pecunia diſtribuenda in neceſſitatē fratrum arbitrio talis fratris minoris, quod talis executionis officium poſſit implere hęrede ſoluente ſponte: ſiet enim adminiſtratio per perſonas ſupra poſitas, vt ipſe frater arbitrabit. hoc enim eorum ſtatui non repugnat, vt dictum eſt, & rationes proxime dictæ ceſſant.

### ADDITIO.

a Tho. D. Vicem hæredis. Vide Bar. in l. a filio, in prin. ff. de alimen. & cib. leg. & ibi Alex. de Imo. in addi. Et vide And. Sic. in c. tua nobis, extra de teſta. & Bart. in cōſ. incip. viſo teſtamento. & vide Lud. Rom. in conſi. 409. incip. quo ad primum. in ſecundo dubio, vbi conſului, quod licet fratres prædicti non poſſint eſſe executores, ſi tamen fuerint exequuti, valet exequutio.

### CAP. III.

4 Idem dico ſi pecunia † veniat diſtribuēda inter moniales, ſorores monaſteriorum, quæ regunt ꝑ ipſos fratres. Nam Benedictus Papa XII. in conſtitutionibus, quas fecit circa ſtatutum fratrum minorum, hoc videtur exponere in c. exiit, vt dixi in alio li. diſtin. 5. c. 1. hoc etiam probatur in eiuſdem conſtitutionibus, capit. 32. quæ incip. Inſuper quia decet Chriſti famulos, &c. vbi expreſſe ꝑmittit fratribus, vt rationib. & computationibus & diſtributionibus bonorum temporalium inter ipſos interſint, vt eas pertractent, vt ex multis partib. illius capituli colligitur, vbi ſic ait, In ſingulis monaſterijs eiuſdē ꝑ prouinciales, & miniſtros eiuſdē ordinis minorū de conſenſu Abbatiſſæ, & conuētus, ſeu maioris partis numeri eorū de authoritate apoſtolica certus monialium numerus ſtatuatur, iuxta monaſteriū ipſorum ſub pœnitentia obuētum, & etiam facultatem, ita ꝙ
ex

ex his congrue valeant ſuſtentari.&c. Ecce aperte liquet, quod talibus diſtributionib. & computationibus, ſi quãtum pro quolibet detur, poſſent intereſſe. Idem etiam probatur in eo. c. vbi ait. niſi adeo ipſorum monaſteriorum facultates excreſcerent, quod plurib. poſſent ſufficere competenter; ſed tunc talis excreſcentia referatur capitulo generali fratrum minorũ, a quo ordinari habet, quot perſonas de ipſis fructibus, vel obuentibus excreſcẽtibus vltra ſtatum monaſterij, &c. Et in pluribus aliis partibus eiuſdem capituli, prædictis autem caſibus, vt ſupra & inf. dicetur, fratres poſſe ſe ile executione intromittere, intelligatur habita licentia ſuperioris, vt extra, de teſtam. c. religionis. lib. 6.

## C A P. IIII.

a Quandoque[a] committitur † eis aliquod executionis officium, in quo nullum litigium, nulla pecuniæ exactio, ſeu diſpenſatio vertitur. Verbi gratia, quod decem floreni expendãtur inter decem pauperes, vel vt vnus florenus pro quolibet, qui pauperes eligantur per talem fratrem. Licet nulla fit diſtributio pecuniæ, ſed teſtator ipſe diſtribuit, ſed per fratrem fiet ſola electio perſonarum, an poſſit fieri per eum? Puto quod ſic, Nam ceſſant rationes prohibentes. Præterea ex hoc fratrib. nullum commodum quæritur. Eſt enim iſta electio meri facti, quod patet, quia cadit in deportatum, qui non eſt capax eorum, quæ ſunt iuris ciuilis, l. cum pater. §. hæreditatem. de leg. 2. ff. ad Trebellianum. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. in hoc enim, ſi fideliter fiat, meritorium eſt; ipſi enim propter ſecreta quæ audiunt in confeſſionibus melius cognoſcunt pauperes vocandos quam alij homines. hoc enim nec malum eſt, nec ſpecies mali habet, tamen debet hortari eum ſecundum Deum ne eligat perſonas, in quib. poſſit eſſe ſiniſtra ſuſpicio.

A D D I T I O.

a Th. Di. Quandoque. Vide Bart. in conſil. 6. poſt princ. incip. viſo teſtamento. & Lud. Ro. in conſi. 409. incip. quo ad primum, in 2. dub.

## C A P. V.

6 Sed pone, quod aliquis reliquit † pecuniã, vel res diſtribuẽdas arbitrio executorũ, & inter pauperes, quos executores elegerũt,
a a & ſint fratres minores, in dicta conſtõne continentur duo. ſ. electio perſonarum, & hæc eſt fratribus licita. Item diſtributio pecuniæ, & hoc eſt fratribus interdictum. An poterunt dicere fratres, nos volumus pauperes eligere, diſtributionem autem pecuniæ faciat ille, ad quem ſpectat, quod videtur, quaſi vt vtile per inutile non vitietur, imo ſeparetur. vt in c. vtile per inutile. lib. 6. de regu. iu. & quia ſunt duo, ergo poteſt vnum amplecti, & aliud reipui. l. 2. de leg. 2. eum ſi. E contra videtur, quia ſi eligantur perſonæ, impeditur diſtributio, quæ alteri deberet competere. Aliter. n. cogit quis diſtribuere inter plures, aliter inter pauciores; ergo vr. quod nõ poſſit. l. 2. §. qui Stichum. ff. de eo, quod cer. lo. ibi, dum dicit. alioquin tollis ei actionem dum vis ſeruare reo electionem. Secũdo
7 dicendum eſt, † quod fratres poterunt eligere perſonas. Pro cuius intellectu eſt ſciẽdum, quod ſi relinquitur perſonæ incertæ, vt pauperib. vel captiuis, tunc ſi executor teſtamentarius non eligit, ſuccedit legitimus: ſ. epiſ. l. nulli. & l. ſi quis ad declarandam. C. de epiſ. & cl. & in Auth. de eccl. titu. §. ſi quis autem hoc facere. Quãdoq; perſona eſt certa, ſed res quæ relinquitur, eſt incerta, tunc executor nõ de-
b clarat rẽ, [b] ſi quidem debet eligere vnam de certis, ipſi ſuccedit I arbitrium, & electio ſit ipſius legatarij, executore non exigẽte, vt l. ſi. §. ſi. C. commu. de leg. Si vero executor debeat arbitrari ſimpliciter, quatenus ſibi vr, tunc ſuccedit arbitrium boni viri, hoc ẽ iudicis, vt l. 1. de leg. 3. Quandoque contingit quod perſonæ, & res
8 ſunt incertæ, ſed qualiter inter † perſonas prædictas diſtribuãtur dictæ res, arbitrio executoris committitur, & tunc executore ceſſante diſtribuere, non ſuccedit legitimus diſtributor, ſed lex ipſa diſtribuit, vt quilibet æqualiter admittatur, qui venit ad petendũ. l. qui duos. §. ſi. de leg. 2. & l. cum quidam. & l. vnum ex familia. §. ſed & ſi fundum. eo. ti. & ibi per gloſ. in ver. dixi ita demũ. At nũc
9 † in propoſito, ſi frater nominet perſonas, licet ipſe non poſſet inter eas diſtribuere, tamen diſtributionem facit lex, ne aliquis poſſet conqueri, ne ſibi facultatem diſtribuendi abſtulerit, cum lex ipſa hoc fecerit. Præterea in legato illo primo debet attendi perſona, vt l. quidam referunt. ff. de iure codicillorum. debet ergo electio perſonarum præcedere, & præferri. Aequius enim eſt, quòd per electionem perſonarum impediatur diſtributio, quam per diſtributionẽ impediatur perſonarum electio, vt ex prędictis patet.

A D D I T I O N E S.

a Ber. Land. Elegerũt. Vide Pet. de Anch. in conſi. 255. Rom. conſi. 228. incip. pro plena diſcuſſione. & 406. incip. quo ad primum propoſita conſultationis.
b Th. D. Non declarat. Vide plene de dicto Bar. hic per do. Franc. de Are. in conſi. 68. incip. do. Ioann.

## SECVNDA DISTINCTIO,

## C A P. I.

a
10 AN autem iſtis † executoribus, ſi reperiantur fratres, poſſint dare conſilium? Videtur quòd ſic; licet enim Clemens ſtatim poſt verba prædicta in c. 1. præcedentis diſt. ſubdat ſic, veruntamen in his exequendis dare conſilium eorum ſtatui non obſtat, cum per hoc ipſis circa temporalia bona nulla iuriſdictio, actio in iudicio, ſiue diſpenſatio tribuatur. quæ verba intelligo ge
b neraliter prout iacent, ſiue conſilium determinate [b] ſiue indeterminate petatur, ſiue de perſonis, ſiue de quantitate. Caueant tamen fratres, & faciant taliter, quod in talib. conſiliis ſuis ceſſet ſuſpicio. Et prædicta vera, niſi perſona prædicta, quæ cõſilium ſuper diſtributione peteret, ordinem minorum ingreſſura eſſet, vt in ſeq. c. dicetur.

A D D I T I O N E S.

a Tho. D. An autem. Vide Alc. in l. 1. §. ſi plures. in addi. Bar. ff. de exer. in apoſt. quæ incip. ſeruanda eſt, verſ. & an debeat ſaltem.
b Determinate. Vide Bar. in l. quidam. §. Papinianus. ff. de admi. tut. & ibi apoſtil. Alc. & ibi ſcripſi.

## C A P. II.

11 Sed ſi perſona † quæ a fratribus conſilium peteret, eſſet ipſorum fratrum ordinem ingreſſura, tunc fratres ſuper eo conſilio dare non poſſunt, vt colligitur ex his verbis clem. 1. de. c. exiui. §. dubitauerunt. vbi ſic ait. Dubitauerunt, & dubitant multi fratrum, an liceat ipſis de bonis ingredientium quicquam recipere ſi donetur, & ſi ad dandum perſonis & conuẽtib. eos poſſint inducere ſine culpa: ſi etiam ad diſponendum de diſtributione talium rerum debeant ipſi miniſtri vel fratres dare conſilium, & paulo poſt, dicimus de cętero debere tam miniſtros, quam fratres cęteros a dictis inductionibus ad ſibi dandum & ſuaſionib. nec nõ & à dandis circa diſtributionem conſiliis abſtinere, &c. licet verba prędicta ſolum videantur referri, quando ingrediens de bonis ſuis [a] voluit diſtribuere. Veruntamen idem puto ſi vellet diſtribuere de bonis alienis, quia forte fuiſſet executor relictus in bonis alterius, quia rationes, quæ ponuntur in illa decretali etiam locum habent, videlicet, quod fratres debeant magis habere affectum ad perſonam, quam ad bona temporalia. Pręterea, ſubeſt altera ratio, quia cum ſit ingreſſurus religionem, & ſic in poteſtate monaſterij & fratrum ipſorum, rogamen. & ſuaſio eſſet præceptum, & ſic ille liberè non diſtribueret ideo Papa voluit, quod hoc caſu a dandis conſiliis abſtinerent, argu. ad hoc. ff. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. ratio autem publicãdorum.

A D D I T I O.

a Tho. D. De bonis ſuis. Vide Iaſ. in auth. ſi qua mulier, in princi. C. de ſacroſan. eccleſ.

## TERTIA DISTINCTIO.

## C A P. I.

12 AN autem ille † tertius cuius executoris officium, &[a] diſtr.butio eſt iniuncta in teſtamento cum conſilio fratrum Minorum, debeat eorum conſilia requirere de neceſſitate? Breuiter omiſſis multis dictis ſ. in præſenti c. ſic dico. Aut teſtator iniunxit, quod fiat cum conſilio fratrum minorum eo caſu quo ipſi fratres non poſſunt eſſe executores. & de vrbanitate debet eorum conſilium requirere, de neceſſitate nõ tenetur. l. quidam decedens. §. Papinianus, de adminiſtra. tutorum, at eo caſu, quo ipſi fratres poſſunt eſſe executores, tunc debet eorum conſilium requiri, ff. man. l. idemque. §. ſi quis, & l. ſed & pupillus. §. ꝯdõ. ff. de inſtito. & l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum. ff. de acquir. hær. & l. coram Titio. ff. de verbo. ſignif. Sed contra prædicta facit. ff. de admin. tut. l. Titium, & Mœuium. vbi reperitur quod etiam qui non poteſt eſſe particeps officij, non tenetur quis eius conſilium requirere, ſed ibi loquitur in curatore, cuius poteſtas ẽ a lege, licet a teſtatore detur. Sed hic loquitur i executore, cuius poteſtas eſt ab homine, ſicut poteſtas procuratoris, & circa hæc, & alia quæ ſ. dicam proxi. latius dixi in quodam commento, quod feci in l. 1. §. ſi plures ff. de exerc. hæc vero hic dixiſſe ſufficiãt. Sed
13 an † ille, qui ipſorum requiſiuit conſilium, teneatur illud ſequi de neceſſitate. dic, aut loquimur in eo caſu, quò conſilium requirere non tenetur de neceſſitate, & tunc nõ tenetur illud ſequi, vt patet ex his quæ dixi ſ. in c. proxi. etiam ſi teſtator dixit, quòd hoc faciat de conſilio & conſenſu ipſorum, ne quod viri via prohibetur, id fiat alia. l. ſcire oportet. §. 1. ff. de excu. tut. extra de regu. iur. cap. cum quid una. libro 6. Aut loquimur eo caſu, quo tenetur requirere conſilium, quod eſt, quando ipſe poteſt executor eſſe. ſi quidem eſt frater minor aſſumptus vt executor, & conſulitur ſimul

mul tenetur illud ſequi, d. l. Titium. ff. de admi. tu. Aut fuit aſſumptus, vt ſimplex conſultor, & tunc ſufficit, ꝙ eius requiratur conſilium, nec tamen ſequi debet, vt ext. de arb. c. cum olim. & argu. ff. man. l. 2. in fi. Et ſic reprobatur diſtinctio eorum, qui dicunt, aut dixit conſilium, aut cum cōſilio, & tangitur per gl. in d. l. id quod pauperibus. C. de epiſ. & cler. & ego plenius in d. §. ſi plures. vbi reſpondi ad omnia iura, ſi qua poſſunt in contrarium facere, &c.

# MINORICARVM

## LIBER QVARTVS.

1 *Fratres minores non ſuccedunt ab inteſtato, nec per ipſos etiam eccleſia Rom. acquiritur, ſed hæreditas vadit ad ſequentes in gradu.*
2 *Fratres minores non ſuccedunt ab inteſtato, etiam in his rebus, quæ licite retinere poſſunt.*
3 *Fratres minores nouitij ante profeſſionem ſuccedunt ab inteſtato.*
4 *Profitentes regulã fratrũ minorũ, libere de bonis ſuis diſponere poſſunt.*
5 *Filius præteritus a patre profitente regulam fratrum minorum, rumpit teſtamentum.*
6 *Hæres inſtitutus in teſtamento ingredientis religionem fratrum minorũ, ſtatim capit hæreditatem, aliter morte non expectata naturali.*
7 *Ingreſſus, & profeſſus religionem fratrum minorum non poteſt bona ſua diuidere inter filios ſuos.*
8 *Bona profitentium religionem fratrum minorum pertinent ad venientes ab inteſtato.*
9 *Profeſſus religionem fratrum minorum, ſi efficitur epiſcopus, non recuperat bona alij quæſita.*
10 *Frater minor epiſcopus, vel aliter liberatus ab ordine, quando recuperet ius ſuccedendi ab inteſtato.*
11 *Frater minor remotus ab ordine propter eius demerita non recuperat ius ſuccedendi ab inteſtato.*

### PRIMA DISTINCTIO.

#### CAP. I.

DE hæreditatib. quę fratrib. ipſis ab inteſtato obueniũt, aliqua dubia
1 oriuntur. † Primo, an frater minor parentib. & aliis
a agnatis ab inteſtato ſuccedat, a ſicut monachus, vt dicitur C. de epiſc. & cler. l. Deo nobis. §. hoc etiam. Iſtam quæſtionem mouet ibi Iac. de Are. & etiam Cy. recitat opi. quorundam. Quidam dicunt, quod per eos acquiritur eccleſię Ro. alij dicunt, quod acquiritur eis, nō vt retineant, ſed vt vendant. Alij dicunt, ꝙ nullo modo hr̃e poſſint. Sed iſtorum opin. fuerunt antequam veniret declaratio cle. in d. c. exiui. §. cupientes. vt hæc quæſtio determinetur, dic ſic, quia igitur ſucceſſorib. tranſit non ſolum vſusfructus rei, ſed etiam dominium ſuo tpe in communẽ hæredẽ: fratres aũt præfati nil ſibi in ſpeciali, vel etiam ordini eorum eſt in communi, declarãdo dicimus, ꝙ ſucceſſionem huiuſmodi, quæ veriſimiliter, & indifferenter ad pecuniam, & alia bona mobilia ſe extendunt, conſiderata puritate voti, nullatenus ſunt capaces, &c. Ecce habeo expreſſe, ꝙ his fratrib. vel ordini nullatenus quęritur, & ſic legitimam debitam iure naturæ non poterit petere, vel habere, cum ſit tertia eius, quod habituri erant ab inteſtato. Sed ab inteſtato nihil habituri ſunt, ergo &c. Item ex eo, quod dixit, eos non capaces, apparet, ꝙ non quæritur per eos eccleſiæ Romanæ, vt l. ſi in metallum. ff. de his, quæ pro non ſcript. hab. & de hær. inſti. l. 1. & de bo. lib. l. necem. §. ſi deportatus. venit ergo dicta hæreditas ad ſequentes in gradu.

ADDITIO.

a Ber. Lan. Succedat. Vide Ro. conſi. 168. & 396.

#### CAP. II.

2 Sed quid, ſi in dicta † hæreditate eſt domus contigua loco fratrum minorũ, vel ibi ſunt res, quas fratres ad vſum poſſunt licite retinere, an illis ſuccedant? Rñ. nō, vt patet ex prædictis verbis, dũ dicit, nullatenus, ergo &c. Et ſic in nulla parte, vel re. Præterea non dr̃ quis propriè ſuccedere in reb. certis, ſed in hr̃ditate, quæ eſt quoddã incorporale, licet cōtineat res corporales, vt ff. de re. di. l. 2. in fi. & Inſti. de reb. corp. & incor. §. 1. & per totũ ne. Cũ igitur ipſi nō ſint capaces iſtius ſucceſſionis, hoc eſt, ipſius vſis iuris, ergo nec eorum, quæ in dicto iure cōtinentur, & prædicta vera in fratribus iam profeſſis, &c.

#### CAP. III.

3 Sed nouitii, ante factam † profeſſionem expreſſe, vel tacite, ſunt liberi homines, ca. 1. de regular. c. non ſolum. lib. 6. & eſt hodie in fratribus minorib. expreſſe declaratum per Benedictum Papam xij. in dictis conſtitutionibus,
a vbi ſic ait. Caueant autem guardiani, & ipſi nouitij, a & magiſtri eorum, ac fratres alij, ne contra conſtitutionem ꝑ infra probationis annum aliqualiter impedire præſumant, quo minus ſi ad aliã religionem tranſire maluerint, tranſeant, vel etiam ad ſeculum redeant, ſicut de ſua proceſſerint volũtate, &c. Ecce apparet, quod ſunt in ſua libertate, ergo ſicut alij liberi. & ſeculares poſſunt ſuccedere, qui ſi poſtea fecerint profeſſionem, erit de iſtis bonis, ſicut ſi prædicta ſucceſſione ſibi quæſierint, ſicut de alijs bonis ꝓ. diſtinctione dicetur.

ADDITIO.

a Ber. Lan. Nouitij. An nouitius habeatur pro clerico, vel laico, vide Pet. de Anch. conſi. 72.

### SECVNDA DISTINCTIO.

#### CAP. I.

4 DE bonis vero † eorum, a qui prædictorum
a fratrum regulam imitãtur, vel profitentur, quid iuris ſit, videamus. Conſtat. n. ꝙ ipſi nil retinere poſſint omnino, & ſi quid ipſi ante profeſſionem de bonis ſuis diſtribuerint, ſeu diſpoſitione fecerint, hęc rata eſſe debent, & firma, cum in ipſa regula adijcitur, ꝙ liceat ingredientibus, & ſit liberum facere de bonis ſuis, ſm quod dominus ſpirauerit, hoc etiam dicitur in d. c. exiui. §. dubitauerunt, &c. & licet in his, qui alias religiones ingrediuntur, conſueuerit dubitari, an in eorum teſtamento, quod ante fecerunt, debeãt aliquid de iure inſtitutionis relinquere monaſterio quod ingrediũtur, vt C. de ſacroſ. eccl. auth. ſi qua mulier. & 11. quæſtio. 3. cap. ſi qua mulier. tamen in eo, qui profitetur regulam Minorum, hoc
5 expeditum puto. Ille † enim filius præteritus rumpit teſtamentum, qui poteſt ſuccedere, aliàs ſecus, vt l. ſi necem. §. 1. de bo. lib. & l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.

ADDITIO.

a Th. D. De bonis vero eorum. Sed ſi monachus, vel frater vnius monaſterij detinetur bona fide in alio monaſterio tanquam frater ipſius monaſterij detinentis, & emat vnam rem, quæ tradita eſt abbati, vel guardiano ipſius monaſterij ſecũdi detinentis, & non apparet ex cuius pecunia monaſterij ipſe emerit, de qua intelligatur, vide Pau. de Ca. & Alex. in l. cum fundus. §. ſeruum. ff. ſi cer. pet.

#### CAP. II.

6 Iſti etiam Hæredes † inſtituti in teſtō talis ſic ingredientis capient ipſius hæreditatem ſtatim, non expectata morte naturali, licet de ingredientibus alias religiones con-
a ſueuerit dubitari, in d. auth. ſi qua mulier. a Ratio, quia ibi ciuilis mors quo ad abdicationem bonorũ ab eo hẽt per omnia eundẽ effectum, quem habet mors naturalis, ergo idem ius, l. Deo nobis. in prin. C. de epiſ. & cle. & l. ex parte. §. inſulam. ff. de verb. obli. Ad quod etiam per Dy. in d. l. ſi necem. & vt puto iſtam ſuam voluntatem non poterit reuocare, vt ſtatim dicam, &c.

ADDITIO.

a Th. D. Si qua mulier. C. de ſacroſ. eccl. & ibi vide Iaſ. & ibi ſcripſi, & vide d. Bart. Soc. in conſi. 92. in prin. incip. circa primum.

#### CAP. III.

7 Quandoque Contingit, ꝙ ingredientes dictam religionem fratrum minorum fecerũt ꝓfeſſionem, & de bonis ſuis nullo modo diſponunt, dubitatur primo, an potuerũt bona ſua diuidere inter filios, ſicut poſſunt alij, qui alias religiones ingrediuntur, d. auth. ſi qua mulier. Rñd. non puto, quia poſt profeſſionem non poſſunt ſe impedire de talibus conſtitutionib. cum non faciant ob ſuas neceſſitates, ſed ob alias, & hoc verum eſſe probatur, per ea quæ dixi in præceden. lib. De executoribus vltimarum voluntatum, dixi in c. 1. & per hoc puto, quod voluntatem propriam reuocare non poſſunt. Quicquid ſit de iure in alijs religioſis, hic non dico, &c.

### TERTIA DISTINCTIO.

#### CAP. I.

8 SEd ad quos pertinebunt † bona ipſorum ingredientium prædictam religionem, & non diſponentium? Iſta eſt antiqua quæſt. eam tangit Innoc. ca. 1. de pec b.
a capitulum præſentia. a & hodie Ioan. Andr. recitat opin. & eam

ADDITIO.

a Th. D. Cap. in præſentia. Vide Lud. Ro. conſi. 16 in. cap. circa declarationem. vbi plene.

eam tangit Spec.in titu.de ſta.mo.c.1.2.3.& 4. Breuiter quid Iuris ſit in alijs religioſis, hic non dico. Sed quantum ad fratres minores dico, quod eorum ordo ex prædictis bonis nil debeat, vel poſſit petere, vt expreſſe colligitur in d.c.exiui. §.dubitauerunt. Vnde putem, quòd quãtum ad iſtam materiam penitus habeatur pro mortuo, vt dictum eſt, quod dicta bona pertineant ad venientes ab inteſtato, ſicut ſi mortuus eſſet. Facit ad hoc C.de bon.dam.auth.bona damnatorum, &c.

## C A P. II.

9 **Contingit** Interdum, † quod illi, qui regulam fratrum minorum ſunt profeſſi, tranſeunt ad epiſcopatũ,
a ª vel aliam regulam, qui poſſunt in communi habere. Quæritur primo, an eorum bona alieni quæſita poſſint recuperare? Et vr, quod ſic, ſicut diciũ de reſtitutio.l.2. C.de ſen.paſ.& l.1.ff.de ſen.paſ. Contrarium dico, quia ſiue dicas, quod hæc reſtitutio ſit in priſtinum ſtatum repoſitio, ſiue quod indulgentiã, ſeu permiſſio tranſeundi ad alium ſtatum ſeparatum, non recuperat bona tam alijs quæſita, quam fiſco l.Gallus.& quid ſi tantum.de lib. & poſth.& ibi no.in fi.mag.gl.& ideo bona non recuperat, vt C.de ſen.paſſ.l.j. & l.tutor cum ſimil.

ADDITIO.

a Th.D.Epiſcopatum. Vide Fel.in c.inter quatuor.vbi plene, de maio.& obe & Ia. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de lib.& poſth.& vide Fed.de Sen.conſi.32.

## C A P. III.

10 **Quæro,** An talis frater † minor factus eps, vel ad aliam religionem legitime tranſlatus ſuccedat ab inteſtato parentibus agnatis, & cognatis? Et videtur, quod ſic, vt C.de ſent.paſ.l.1. Contra videtur, quod non, caſus eſt.ff.ad Tertul.l.2.§.1. vbi loquitur de filiofa.facto ſeruo, & poſtea liberato. Solu. Putarem dicendum ſic. Aut iſte liberatur ab ordine authoritate ſummi Põtificis, & puto, quod ius ſuccedẽdi recuperet, l.2. C.de ſen.paſ.& ff.ad Tertul.l.1. §.filius qui mortis. Idem puto ſi aliter legitime ab aliquo Archiepiſcopo, vel alio prælato promoueretur ad aliquam dignitatem, per hanc enim cõceſſionem beneficij intelligo eum ad omnia reſtitutum, vt dictis legib. cum ius ſuccedendi reciperet, nec eſt in eo ſtatu, in quo erat ingreſſus, facit 19.q.1. cano.ſtatutum. per quem cano.& multas alias rationes Reuerendus Pater do. Franciſcus de Aſſiſio Decretorum Doctor Abbas Monaſterij Campi Regij ſ medium aduenit, qui iſtum paſſum ad mei interrogationem ſic diſputãs determinauit. Si vero reperit alius modus licitus, quam expreſſa conceſſione beneficij, vel dignitatis, per quam ab eo ordine abſolueretur, tunc ius ſuccedendi non recuperatur, d.l.2.§.1.ad Tertul.d.l.1.§.filius qui mortis. co.tu.vbi tex. facit iſtam diſtinctionem, & bene, aliàs aduertatur. Hoc autem
11 † poteſt contingere, ſi aliquis propter eius demerita ab ordine licentiaretur, & ab ordine ei permitteretur, vt tranſiret ad aliã regulam, quod eo caſu ei licet, non aliàs, vt per multa priuilegia Romanorum Pontificum fratribus eſt conceſſum, quæ hic non refero, quia longum eſſet. eo autem caſu non puto eos recuperare ius ſuccedendi, per iura prædicta. Illa enim abſolutio magis eſt ad pœnam, quam ad præmium, &c.

## C A P. IIII.

a **Poſſet** quæri.ª Aliquis erat grauatus reſtituere, ſi decederet ſine liberis, qui deceſſit iſtituto filio fratre minore, an talis filius faciat iſtam conditionem deficere, &c. Vel pone, per Italiam ſunt ſtatuta, quod filiæ fœminæ non ſuccedant extantib. maſculis, vtrum filius maſculus frater minor faciat fœminam non admitti, & plura alia poſſent quæri, quæ licet ſint dubia propter ſtatum fratrum minorum, tamen quia hæc ad eos non pertinent, (non eſt enim eorum commodum, vel incommodum,) ideo ad præſens opus non pertinent, ſed hæc in alijs locis debitis ſunt tractanda.

ADDITIO.

a Th.D.Poſſet quæri. Adde Bal.in l.filius§.§.cum quis.in fi.de.leg.1.& in l.3.in fi.ff. de bon.poſ.contra tab.& in l.1.§.filium.cod.tit.& in l.fi.C.quando, & quib.quarta pars.& Ang.in Auth. de non eligen. ſecundo nuben.in fi.prin.& in l.1.C.de cond.inſer.

Finis Tract. Minoricarum Bart.

# TRACTATVS DE DVOBVS FRATRIBVS inuicem habitantibus.

1 *Filius, qui ex re patris ipſo viuente percipit fructus, patre mortuo debet alijs fratribus communicare.*
2 *Filius, qui lucratur cum pecunia patris, & opera ſua partem lucri reſpectu pecuniæ communicabit, partim vero reſpectu perſonæ, tanquam proprium retinebit.*
*Lucrum proueniens ex perſona filij dicitur aduentitium.*
3 *Filius exercens vſuras, patre mandante, tenetur lucrum ex eis prouenies communicare: ſecus, ſi ſua ſponte exercet.*
4 *Filius, qui lucratus fuit, & dubitatur vnde, ex quibus bonis præſumatur quæſiſſe.*
5 *Quæſitum per filium in dubio præſumitur quæſitum ex bonis patris.*
6 *Statuto ſtante, quod vxore prædecedente ſine liberis, vir lucretur dotem, & vxor filij, viuo patre, decedat, an tale lucrum alijs fratribus communicetur, & in tract. Bal.nu 27.*
7 *Donatum, vel relictum filiofa. per extraneum patre viuente, quod ſi factum eſt contemplatione patris, communicatur.*
8 *Donatum filiofa. quando in dubio videtur datum contemplatione patris, vel filij, ſi eſt datum ab extraneo.*
9 *Vſufructu donato, vel legato filiofa. cuius contemplatione videatur donatus, vel legatus, & an communicetur.*
*Intellectus ad l.fi.C de vſufr.*
10 *Donatum filiofa. pacto appoſito, quod habeat in caſtrenſi pec. vel quaſi, quãdo erit caſtrenſe peculiu, vel non.*
11 *Donatum filiof. exercenti mercantiam cum pecunia patris cuius contemplatione videtur donatum, ad hoc vt communicetur, vel non.*
12 *Cauſa proxima inſpicitur ad cognoſcendum, quando aliquid eſt factum cõtemplatione alicuius.*
13 *Lucrum factum per filiumf. cum pecunia caſtrenſis, uel quaſi caſtr. peculij, tale lucrum quando ſit aduentitium, uel caſtrenſe.*
14 *Filio hærede inſtituto a matre, uel aſcendente lineæ materna, cum conditione, quòd ad patrem non perueniat uſusfructus, an dicta conditione non obſtante, pater ſaltem in legitima habeat uſumfructum, & in tractatu Bal.num.5.*
15 *Filius an teneatur communicare libros eidem emptos per patrem, & in tract. Bal.nu.38.*
16 *Pater ſi dedit pecuniam filio in ſtudio, quando filius teneatur illam imputare in eius partem.*
17 *Si pater incepit expendere in ſtudio pro filio, quod eo mortuo non debeat perficere ſtudium de communi.*
18 *Pater ſi aliquid incepit pro filio, quando hæredes eius teneãtur illud perficere. & num. 19.*
19 *Filius ſi licite contraxit aliquod debitum in ſtudio, patre mortuo, illud de communi ſolui debet.*
20 *Pater ſi fecit expenſas in nuptijs alterius ex filiis, alter frater debet de proprio, & non de communi facere, & in tract. Bal.nu. 31.*
21 *Veſtes uxoris alterius ex filijs factæ per patrem non conferuntur, ſecus feſtiua. & ornamenta pretioſa, & in tract. Bal.nu 33.*
22 *Expenſæ factæ per patrem in rebus aduentitijs filij, in quibus pater habet uſumfructum, quando imputabuntur in partem filij in diuiſionibus.*
23 *Filio datum per patrem, quando ueniat communicandum.*
24 *Pater ſi faciat filium ſtipulari ab aliquo debitore, quando uideatur facere animo donandi.*

a **Iſte tractatus** ª in duas principales partes diuiditur. Nam quandoq; inter eos contenditur de his, quæ in vita patris contingunt, quandoque de his, quæ poſt mortem eius contingũt. Circa primum plura ſunt inſpicienda. Nam quandoque vnus ex his acquirit ſua opera, vel ex aliquo euentu. Quandoque acquirit, quia extraneus ſibi donat, vel relinquit. Quandoq; ipſe pater filio concedit. Quãdoq; ipſe filius paternum patrimoniũ diminuit, & ſic ſunt quatuor quæſtiones principales, de quibus per ordinẽ videamus. Primo igitur quæro, quid ſi vnus ex fratrib. viuo patre, aliquid ex opera
b lucratur, ᵇ vtrum illud poſt mortem patris ſui teneatur fratri-
1 bus ſuis cohæredibus communicare? Et circa hoc † occurrit primo illud vidẽdum, quid ſi ex re patris ſine vlla opera ſua fructus percipit, & tunc non eſt dubium, quod venit communicandum, ſicut aliæ res patris, & ſicut alia profectitia, vt C.de coll.l.ſi donatione, de rei vendic.l.emptor.in fi.C.de bonis quæ lib.l.cum oportet. in princ. Prædicta vera, niſi paſſus ſit pater vnum ex filijs percipere animo eidem donandi, quia tunc quid iuris ſit, dicemus in tertia
2 quæſtione princip. † Secundo quæro, ᶜ quid ſi acquirit cum pe-
c cunia patris, & lucretur negotiando, & ſic opera ſua interueniat? Glo.in verbo, exceptis caſtrenſibus peculijs.l.cum oportet. C.de bonis quæ lib. videtur velle, quòd illud lucrum ſit profectitium, & totum veniat communicandum. Hoc etiam tenuit Iaco. Balduini.

ADDITIONES.

a Th.D.Iſte tractatus. Adde quod Bar.compoſuit iſtum tract. & morte præuentus nõ compleuit. ideo do.Bald.compleuit, ex dictis per ipſum, & alios Doct.in l.ſi paternus.C.commu.vtr.iudi.& in l.ſi filio.C.famil.erciſc.qui eſt impreſſus poſt iſtum tract.Bar.& ſic perfecit iſtum tract.quamuis in impreſſionibus non ſit perfectus totus tract.Bal.vt infra videbatur.
b Ber.Lan.Lucratur. Vide Ro.conſi.461.
c Th.D.Secundo quæro. Vide plene de iſta materia per Alex.in l.ſi hæres.in princ. ff.ad l.Falcid.

duini,& etiam Specu.de ind.§.ſequitur.ver.quid ſi alter filiorum
ex pecunia paterna,& allegat pro determinatione.ff.de vſu,& ha
bitatio.l.ſi ita.& ff.de acq.re.do.l.per ſeruum.§.fin.Mihi autem vr
dicendum,ꝙ lucrum,quod fit cum pecunia patris,pro parte attri
buatur pecuniæ patris,& pro parte perſonæ lucrantis, vt Inſtit.de
ſocie.§.1.eo.titu.l.1.& ff.eo.l.ſi non fuerint.vnde videtis,ꝙ ſi quę
vnus ponit pecuniam,alter operā, & lucrum inter eos ęqualiter,
vel inæqualiter,ſm ꝙ inter eos conuenit,vel conſuetum eſt,diui-
ditur. Item certum ęſt, ꝙ omne lucrum proueniens ex perſona
filij eſt aduentitium,vt d.l.cum oportet.poſt principium. Dic igi-
tur,ꝙ illa pars lucri,quæ attribuitur pecuniæ, tanquam profecti-
tia venit communicanda:illa vero,quæ attribuitur perſonæ filij,
propriam retineat,vt aduentitiam,nec conferat.l.fi.C.de colla. &
hoc modo debēt gl.& Doc.intelligi.ſ.ꝙ communicetur lucrum
perceptum ex pecunia patris, deducta æſtimatione operis perſo-
næ,& operæ,quæ remanent præcipua apud filium. De hoc eſt gl.
in verbo,proportionibus.l.illud.in princ.C.de colla. Nec ob.d.l.ſi
ita,§.fi.& l.per ſeruum.in fi.quas alleg.Spec.quia loquuntur in ſer
3 uo,qui acquirit alteri,etiam ex perſona ſua,& ex ſua opera.† Ter-
tio quæro,quid ſi filius ex pecunia patris fecit vſuras,an illas tenea
tur communicare?glo.in ver. ex eius ſubſtantia.in d.l. cū oportet.
dicit ꝙ ſic,ſicut alia profectitia.Cy.ibi tenet contrarium. Tu dic,
ꝙ aut filius facit vſuras ſua ſpontanea voluntate, patre non man-
dante, & tunc non veniunt communicandæ, quia eſt turpe lu-
crum & prohibitum,vt ff.pro ſoc.l.quod autem ex furto, & fam.
erc.l.cæteræ itaq;.§.1. & quia ex delicto patri per filium non quæ-
ritur,l.quod ſi vnus.alias,quod ſeruum.ff.de acqui.poſſ. Aut fecit
mandante patre,& communicare cogitur, quia tunc patri per fi-
lium quæritur dominium,& poſſeſſio,licet fuerit delictum.l.1.§.
deieciſſe.ff.de vi,& vi arma.& not.in d. l. per ſeruum.præallegata.
Præterea cum pater teneatur ad reſtitutionem, ergo alterius fra-
tris intereſt habere, quia pro eius parte hæreditaria pōt cōueniri.
Preterea hoc videmus in ſocio, qui ſponte communicat quæſita
doſo,quia repetere non poteſt, niſi eo nomine fuerit condemna-
tus.d.l.quod autem ex furto. & ſeq. Huius autem lucri illiciti pa-
tri fuit quæſitum dominium,& poſſeſſio, & ſic alteri fratri com-
municanda, nec ille frater lucra poterit ſibi retinere, niſi eo no-
a mine fuerit condemnatus. Quarto quæro, [a] quid ſi dubitatur,vn-
4 de filius † quæſierit: Gl.in d.l.cum oportet.ponit duas opiniones,
nec bene ſe firmat,ſed in l. Quintus Mutius.in glo.vnica.in fin.de
do.inter vi.& vxo.remittit ſe ad not.in d.l.cum oportet. & Doct.
Moder.inclinant ad illam ſententiam, vt ex præſumptionibus iu-
dicetur eſſe profectitium,vel aduētitium, quod puto eſſe verum.
Tamen ad huius declarationem diſtingue,cum quæritur, an hi
5 qui circa aliqua negotia † verſantur,vt tutor,ꝑlatus,vxor,[b]& miles
b ſi tales aliquid quæſiuit, nec apparet vnde, qd debeat præſumi.
dic,præſumendo ex eius bonis quæſitum, circa cuius bona quis
verſatur,aut reſultat præſumptio delicti, aut euitatur, aut nec in-
ducitur, nec euitatur. Primo caſu non eſt præſumendum eſſe ex
eius bonis,circa cuius bona qs verſatur.l.ſi defunctus. C.arbi.tut.
Secundo caſu præſumitur eſſe ex bonis eius.l. Quintus.ff.de don.
inter vi.& vxo.& C.eo.l.etiam. Tertio caſu recurrerit ad coniectu-
ras.auth.licentiam.C.de epi.& cler.ſumpta de corpore Auth.de
eccl.ti.§.interdicimus. Nunc ad propoſitum in filia fœmina præ-
ſumptio eſt in dubio ex bonis patris quęſitum,cauſa euitādæ tur-
pitudinis quæſtus,ſicut in vxore,d.l. Quintus. In filio aūt maſcu-
lo cum habeat dominium quodammodo patre viuēte,ſi habeat
de bonis patris,non eſt delictum, quia ibi non eſt ſuſpicio turpis
6 quæſtus,ideo recurritur ad coniecturas,ſicut in prælato. † Quin-
c to quæro, [c] quid ſi vxor filij eſt mortua viuo viro, & patre, & ex
forma ſtatuti,vxore mortua ſine liberis, vir debet habere certam
partem,vtrum iſtud lucrum erit commune,an erit eius,cuius fuit
vxor? Iſtam quæſtionem ponit Dy.in l.ſi cum dotem. §. tranſigre-
diamur.ff.ſol.mat.& videtur tenere, ꝙ vxore mortua viuo patre,
lucrum ſit commune inter hæredes patris,per l.2.ſecundo reſpō.
C.fa.ercī.& ibi hoc tenet Dy.pro quo eſt tex.& gl.in ver. confer-
tur.in l.dotem.ff.de caſtr.pec. Mihi autem conſiderandum vr, ꝙ
talia lucra fiunt propter onera matrimonij, & ideo, aut pater ſuſ-
ſtinebat onera matrimonij, & ſic vera opinio prædicta.Vr.n.pro-
fectitiū ex re patris. Aut onera mrīmonij ſuſtinet ipſe filius forte
de lucro ſuo,& tunc lucrum ſit ipſius filij. Vr.n.ex re ſua opera ip-
ſius filij proceſſiſſe,& ſic eſt aduētitium,ſed ſi pro parte ſuſtinuit
pater,pro parte filius,dictum lucrum dicatur profectitium,& ad-
uētitium,pro rata oneris quod ſuſtineret,vt ff.de vſuf.l.ſed ſi quis.
§.1.& §.quod ſi ex re.& ff.de ſtip.ſer.l.ſi ſeruus communis Mæuij.
§.fi.pro quo facit regula iuris,ſecundum naturam.

7 Secundo principaliter † Videndum eſt,ꝙ ſi ex-
traneus vni ex filijs do
nat,vel relinquit [illegible] patre [illegible] viuente, vtrum iſtud debeat poſtea
inter fratres communicare,vel eſſe eius præcipuum? gl.in l.ſed & ſi
quid,in prin.ff.de viuſr.& ibi Doc.dīt hoc, ſi ꝯſiderandum cuius
ꝯtemplatione ſit datū,vt ſi ꝯtemplatione pris,ſit profectitium,& ſic
ſit communicandum [illegible] ꝯtemplatione filij,vt ff.de vſuf. & ſtip.ſubil.
l.ſed ſi plures. [illegible] l.ſed & ſi quid donetur, &
ibi gl.in ver.nec diſtinguemus.& no.in d.l.cum oportet.ꝙ [illegible]
8 rum. Sed quid † in dubio,ſi non apparet cuius ꝯtemplatione [illegible]
vr.in dubio ꝯtemplatione filij.l.fi.C.de vſufr.& in gl.In ꝯtra [illegible]
ꝙ in dubio ſit relictum,vel donatum ꝯtemplatione pris, vt l.ſi fi-
lius.de ꝯd.& dem.Dy.in hoc diſtinguit. in l.ſi filiofamil. ff.de
cau.mor. Aut fit mētio patris,& ꝑſumitur eius ꝯtemplatione, vt
d.l.fi.& ar.C.de iure deli.cū aliquis. Aut non fit mētio pris.& ꝑſu
mitur ꝯtemplatione filij.d.l.fi.C.de vſufr. quæ diſtinctio non pla-
cet ꝑ d.l.fi.de vſuf.vbi innuit,ꝙ fuit facta mētio pris. Preterea adie
ctio pris fit magis ad demonſtrationē,ꝗ ad aliud,adeo ꝙ ſi in pſe
erretur,non vitiaretur legatum,vt ff.de hær.inſt.l.his verbis.§.fi.&
iō ſic puto diſtinguendum. Aut fit mētio pris & patriæ ptātis.aut
pris.primo caſu.Aut diſpoſitio ꝯfertur in tps patriæ ptātis, & ꝑſu-
mitur ꝯtemplatione patris,vt d.l.filio.de ꝯd.& dem. Aut ꝯfertur
in tps ſui iuris.& ꝑſumitur ꝯtemplatione filij.C.de inſt.& ſub.l.1.
ff.ad Treſt.l.vbi pure.in prin.& l.mulier.in prin.Secundo caſu,cū
fit mentio pris tm. Aut eſt tale quid ꝙ non pōt acquiri,niſi filium
patri,& præſumitur ꝯtemplatione patris,arg.ff.de ſtip.ſer.l.1.com
munis ſeruus.& l.item ſi ſeruus.2.reſ.& ff.p ſo.l.verum,§.ſi ſocio.
Aut pōt quæri tam patri,quam filio,& in dubio ꝑſumit ꝯtempla-
tione filij,d.l.filij.C.de vſuf.facit ff.de ſol.l.& magis.& l.ſi ita ſtipu
latus.§.Chryſogonus.de ver.obl.vbi pſona non intelligitur extrin
9 ſecus,ſed perſona patris vr adiecta cā demonſtrationis.† Tertio q̄-
ro,qa iſta procedunt in proprietate,quid in vſufructu donato, vel
legato filij? Aduertatis,qa de hoc eſt caſus in l.fi.C.de vſufr.tñ quia
de intellectu illius legis dubitatur,nec bene a Doctorib.declarata
relinquitur,dr ſic. Aut cum relinquit vſusfructus filio,eſt incertū,
vtrum ſibi poſſit aliquid acquiri,vel nō. Nam ſi ꝯtingeret ipſum
filium mori in vita patris,filius nil quæreret,fructus.n.ſunt patris,
& eo viuo ipſum ius vſusfructus ad hrēdes non trāſit. Sed ſi ille pa-
ter ante decederet, acquirerentur fructus filio integre. Sicut ergo
ex futuro euentu pendet,vtrum filio aliquid acquiratur, vel non,
ita ex futuro euentu pendet,cuius ꝯtemplatione videatur relictū,
ſm prædicta. Cum ergo filius decedit viuo patre, præſumitur ꝯtē-
platione patris,cum ipſi filio nil potuerit quæri.d.l.fi.C.de vſufru.
Aut decedit primo pater,& præſumitur ꝯtemplatione filij, quaſi
ſibi poſſit quæri.d.l.fi.in fi. Et ſic ex prædicta diſtinctione approba
tur,& determinatur caſus illius legis. Quarto quęro,pone aliquid
donatum fuit filiofam.pacto appoſito,ꝙ illud hēat in caſtrenſi pe
culio,vel quaſi,an erit caſtrenſe,vel quaſi? diſtingue. Aut donatur
ei filio qui non eſt miles,vel quaſi,qa nō eſt aduocatus,nec hēt ali
quas dignitates,quæ ponuntur in l.fi. C.de inoff.teſt. & tunc non
erit caſtrenſe,vel quaſi,ſed aduentitium. Veritas.n.eſt inſpiciēda,
non verba a donāte prolata,vt ff.de caſtr.pe.l.ſi forte. Aut erat mi-
les,vel aduocatus,vel hmōi,& tunc aut eſt certum ꝙ non donaſ-
ſet,niſi occaſione militiæ,& erit caſtrenſe,vel quaſi.l.cum allegas.
de caſtren.pec.lib.12.C.& l.caſtrenſe.ff.de caſtren.pec.& ſic eſt dēt
intelligi l.diuus.eo.ti. Aut erat dubium,& tunc, aut donantur res
militiæ neceſſariæ, vt equus & arma militi, & aduocato libri,&
erit caſtrenſe,vel quaſi,a quocūq; concedatur. C.de caſt.pec.l.mi
les.in prin.& l.caſtrenſe.ff.eo. Aut ſunt res ad militiam non neceſ-
ſariæ,& tunc aut donātur ab eo,qui in militia notus erat,& erit ca
ſtrenſe peculium,ēt ſi non hoc dixit donans.d.l.ſi forte.& ibi not.
& C.eo.l.1. licet aūt appoſitio illorum verborum non valeat face
re eſſe caſtrenſe,tñ forte operabitur, ꝙ patri non quæretur, quan-
tum ad vſumfructum,quod pōt facere donans. C.de bo.quæ lib.
auth.excipitur.& licet forte vineretur expreſſum,tñ non vitiat taci-
tum.l.1.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.& quod plene no.per Cyn.in
illa

ADDITIONES.

a Quarto quæro. Aduerte,quòd officialis,ſeu theſaurarius quando aliquid acquirit,
an intelligatur acquirere de bonis ſuis,an de bonis eius,cuius officium gerit? &
Bar.reprehendendo glo.ibidem in l.defenſionis facultas.C.de iure fiſci.lib.10.ſe
quit,quod præſumatur acquirere de ſuis. Contrarius tamen allegatur in hoc tra-
cta.de duobus fratribus.verſicu. quarto quid. Solu. poteſt accommodari ſecun-
dum Bald.in c.1.de controuer.inter domin.& vaſ.l.in vſibus feud.quem alleg.d.
Ale.in addi.ad Bart.in d.l.defenſionis facultas.in fi. ſcilicet quod prima opin.lo-
quatur poſt redditionem rationis. Secunda vero opi.ante redditionem rationis,
ſeu Bartol. proprie non loquitur in theſaurario fiſci in hoc tractatu, licet poſſit
comprehendi ſub verbis ſuis generalibus, & ideo de directo non poſſ [illegible] argui
contrarius. Adde ad Bald.in l.ſi defunctus.C.arbi.tutelæ. in l.quiſquis. C.ſi cert.
pet.& ad ea quæ add.d.Ale.poſt Barto.de vxore vidua,concubina,de filiofam.&
de rectoribus,in l.& ſi inſtrumenta.C.de fide inſtru.& iu.haſ.fiſc.lib.10.alleg.In-
no.in c.cum ex officijs,de teſt.Alber.in l.etiam.C.de don.inter virum & vxorem.
Ang.conſil.141.Vide plene per Dom.Bar.Soc.in conſil.142.in 2.vol.incip.mate-
ria præſens.
b Ber.Land.Vxo.Vide Ang.conſi. 141.
c Tho.D.Quinto quæro. Vide Ludou.Roman.in conſil. 406.& Bart.in l.dotem.ff.
de caſtren.pecul.& ibi Alex.in addit.& ibi apoſtil.meam. Et vide And.Barba.in
conſi 37.in 2.volum.incipien.ſcribitur Sapi.& vide Bar.in l.ſi cum dotem.§.tran
ſgrediamur.in vlt.quæſt.ff.ſolu.matrim.& ibi Alex.& in l.1.§.hoc caſtrenſe,ff.de
coll.bono.& Bald.in l.certum.C.famil.erciſcun.& in authen.ex teſtamento.C.
de collatio.



Digitized by Google

ſtia. o.de illo, qui ex pacto aliquid reſeruauit ſibi. Quinto quæro,
10 †quid ſi filiusfam.faciebat mercãtiam,cum pecunia paterna, pp
quod habebat notitiam cum quodam dño,qui ſibi donauit aliqd
iſtorum,an illud communicabitur inter fratres. Spec. tit. de iu-
di.§.ſequitur.verſ.quid ſi illi filio fuerit aliquid,tenet, ꝙ quæratur
patri,ſi viuit.alias cõicetur inter fratres, quia quod occaſione rei
meæ quæritur,&c.l.cum oportet.§.1.de pecul.& de donat.l.qui
mihi donatum.cum ſi.Pro hoc facit,licet ipſe non alleget, quod
dixi.§.in 1.c.ꝙ illud quod obuenit occaſione militię connumera-
tur in caſtrenſi. d.l. ſi forte.& de caſtren.pecul.l.1. Mihi vr̃,ꝙ ipſe
minus bene intellexit, ideo puto ſic dicendum. Qñq; extraneus
donat filio contemplatione ipſius filii, & tunc non eſt dubium.
Qñq; contemplatione ipſius patris, ita ꝙ ipſe pater eſt proxima,
& immediata cauſa ipſius donationis,volebat.n.pa͂m acquiri, &
tunc acquiritur patri.d.l.ſed ſi plures.§.in arrogato. & d.l.qui mi-
hi donatum. Qñque donat quis rõne mercantiæ, vel ſocietatis,
volens ſocietati acquiri.& ſic cauſa proxima donationis eſt ſocie-
tas,tunc acquiritur mercantiæ,ſeu ſocietati,& diuiditur ſicut alia
lucra.vt dixi in a.c.huius tractatus.Iſtam aũt differentiam, vtrum
gratia mercantię,ſeu ſocietatis,facit in ſiſi,tex.in l.actione.§.idem
11 Labeo.ff.pro ſoc.† Qñque aũt extraneus donat filiofamilias occa
ſione ſocietatis vel mercantiæ,ꝙ ſocietas,vel mercantia eſt cauſa
remota,vt in q. proxime poſita, vt quia propter mercantiam ac-
quiſiuit amicitiam cum aliquo domino,quam alias non habuiſ-
ſet,& nunc totum iſtud dr̃ aduentitium, & ſic non communica-
bitur fratribus.vt ff.pro ſoc.l.ſocium qui in eo.§.fi. & ibi eſt caſus
expreſſus, & vltima glo. ibi poſita, in ver.donatum eſſet. probat
hanc diſt.ꝙ illa cauſa remota non conſideretur in damnum acq-
rent.s facit l.1.§.nunc videamus.de coniungen.cum emanc.lib.in
quantum ad commodum ipſius acquirentis bene conſideratur
cauſa remota,d.l.ſi forte.& l.1.C.de caſtr.pec.facilius.n.operatur
retentionem,quam acquiſitionem.exemplum,vt C.de vſuris.l.p
retentionẽ.& C.ẽt ob chyrogra.pecu. l. 1. Ex his.n.apparet,ꝙ oẽs
12 leges dicentes inſpiciẽdum †eſſe cuius contemplatione detur,de-
bent intelligi de cauſa proxima p d.l.ſocium qui in eo. §. fi.quod
13 no.† Sexto quæro,quid ſi filiusfa.cuius pecunia eſt caſtrenſis,vel
quaſi,lucratur,vtrum illud lucrum erit aduentitium,vel caſtren-
ſe,vel quaſi? Rñ.aut illud lucrum eſt mere illa pecunia,vel ex alia
re caſtrenſi, vel opera ſua,quia dat pecuniam mercatorib.& erit
ſimiliter caſtrenſe peculium,vel quaſi,ar.de caſtr.pecul. pater mi-
litis.§.ſi tertius. Aut lucratur cum pecunia,& opera,& inquãtum
pecunia accedit operæ, erit aduentitium, per ea quæ dicta ſunt s̃.
14 in 2.q.† Septimo quæro,quid ſi mater,vel aſcendens de linea ma
terna inſtituerit filium,hoc addito, ne ad patrem perueniat vſuſ-
a fructus,[a] vtrum ex legitima, quam ille habebat neceſſario relin-
quere,pater habebit vſumfructum Glo.in Auth. vt liceat ma.&
auiæ.in ver.participium.dicit,ꝙ non,cum diſpoſitio valeat, quia
per hoc filius non grauatur,imo eius conditio fit melior,ar.l.filiis
matrem. C.de inoſ.teſta. Sed text. tam in rubro,q̃ in nigro innuit
expreſſe ↄ̃trarium.quare ſic dicemus. Aut mater inſtituit filium ſub
tali ↄditiõe,ne filius ſit hr̃s,& valet,& in legitima,nec filius erit hr̃s,
niſi pater renunciet iuri vſusfructus,vel eum emanciper. d.l.filiis
matrem.& ita intelligo gl. Aut inſtõ eſt pura,ſed p modum modi
fiet adiectio,ne patri acquiratur vſusfructus,& tunc filio adeunte
pater habebit in legitima vſumfructum, in qua teſtãtor non potuit
aliqd grauamen imponere. Nõ.n.põt facere,vt leges non hẽant lo
cum in ſuo teſtõ.ita intelligo tex.in d.auth. Octauo q̃ro,quid ſi pr̃
dilapidet bona filij? Dic vt dixi in repe.l.ſi conſtante. ff.ſolu. matr.

15 Tertio principaliter eſt videndum, qñ ipſe pa-
ter ↄcedit filio.† Et primo
b quæro,quid ſi pater emat filio libros,[b] an teneatur conferre. Glo.
in ver. comprobatus,in l.quæ pater filio.ff.fa.er. & C.fam erc.l.fi-
liæ.tangit,& ibi videtur tenere ꝙ non.arg.illius legis. Roſ.dиſpu-
tauit ↄtrarium ſm multas rationes,quę ſunt C.de coll.auth.ex teſtõ.
&ꝙ ſimplex donatio venit in collationem. Vber.de Bobio dicit,ꝙ
de iure vr̃ dicendum,ꝙ nõ conferat cum fratrib.Nam ſi pater do
naſſet filio multos equos,& multa arma,non ↄferret fratrib. tanq̃
caſtrenſia,vt ff.de coll.bo.l.1.§.nec caſtrenſe.eadem rõne ſi donat
aduocato,erat quaſi caſtrẽſe,vt C.de aduo.diuer.iud.l.ſon tui. In
glo in ver.caſtrenſe,& non minus militat,&c.l.aduocati. eo.titu.
Item vr̃ tenere Dy.in d.c.nec caſtrẽſe.idem tenet Cy. C.de coll.l.
filiæ.Mihi aũt vr̃ ſic diſtinguendum. Aut pr̃ emit ſolum nomine
filij,nec filio tradidit,nec aliquid expreſſit ſe donare filio, & tunc
dictæ res ſunt ꝓprię patris,vt C.de caſtr.pecu.l.j.in prin. traditio.n.
requiritur,vt videatur donare.C.ſi quis alteri,vel ſibi.l.j. Aut emit
noie filij,& tradidit ſibi,vel ſe donare expreſſit illos libros,& tunc
aut filius erat iam aduocatus,vel Doctor,aut erat ſcholaris in ſtu-
dio. Primo caſu erit quaſi caſtrẽſe,ar.d.l.j.ſecundo caſu.C.de caſtr.
pec.& ff.e.l.caſtrenſe.& s̃.dictum eſt, & iõ nec pater poterit reuo-
care iam data,nec fratrib.debent ↄferri,d.§.nec caſtrenſe.& C.fa.
erc.l.ſi iusfamilias. Secundo caſu,qñ erat ſcholaris,tunc aut com-
pleuit ſtudium ſuum ante mortem patris,& tũc incipit quaſi mi-
litare,& efficiuntur quaſi caſtrenſis peculij,& ↄfirmatur donatio,
C.de don.l.ſiue emancipati.& ff.e.l.donatione.§.pater. Aut pater
mortuus eſt,anteq̃ p ſe ſtudium compleret,& quaſi militiam adi
ꝑſceretur,& tunc non põt dici quaſi caſtrẽſe peculium,qa pſonæ
ↄdõ hoc nõ patit̃,vt dictũ eſt in 1.q. in prin. licet.n. reperias ↄceſſũ
aduocatis,& Doctorib.vt poſſint hẽe quaſi caſtrẽſe peculium,nõ
tñ reperitur ↄceſſum ſcholarib.nec debent gaudere eodem priui
legio,quo magiſtri,vt C.de ſtudiis lib.vrb.Romæ.l.vni.lib.11. Fa-
cit quod no.C.de iuriſd.om.iud.l.fi.& ideo tunc diſtiguendum,ſi
cut in alia ſimplici donatione,aut erat emancipatus tpe donatio-
nis,libris non ademptis,aut poſtea fuit emãcipatus, & ↄfirmatur
donatio,vt d.l.ſiue emancipatis.& d.§.pater.ita ꝙ non poſſet eam
reuocare,ſed tñ hoc eſſet ↄferendum fratrib. vt no. p Cy.in auth.
ex teſtõ.C.de coll.tñ hoc caſu ſpãli fauore ſtudẽtium ceſſauit col-
latio,l.q̃ pater.ff.fa.ere. Aut non fuit emancipatus,& tunc fuit ↄfir
mata morte,nec venit ↄferenda,C.fam. er.ſm opi.approbatam in
d.auth.ex teſtõ.C.de coll.& iſtam diſt.de filio addiſcente,& aduo
cato.facit Ia.de Belu.in quadam ſua diſputatione, quam ponit C.
de inoſ.teſt l.1.in fi.in ſol.ↄ̃rij.§.ornatricib.in l.legatis,de leg. a.co-
16 gitabitis.† Secundo quæro,quid ſi pater dedit filio pecuniã in ſtu-
dio,vtrum ſibi imputetur a fratrib.tpe diuiſionis? dices mi,ꝙ non,
d.l.quæ pater.ff.fam.er.ſed puto illam l.debere intelligi, qñ apud
patrem non erat aliquid,ꝙ eſſet filij:ſed ſi apud patrẽ eſſet aliquid
caſtrenſe,vel quaſi,vel ẽt aduentitium.puta bona materna ↄſiſtẽ-
tia in peculio, tũc in dubio dẽt intelligi eſſe pecuniã ipſius filij,ſed
ſibi debitam,vt ff.de neg.ge.l. Neſennius. Præterea pater eſt legiti-
mus adminiſtrator, & iõ p̃ſumit̃ in dubio facere adminiſtratorio
nomine.l. cũ pr̃.§.1.de admi.tut.& l.poſt mortẽ,qñ ex fac.tuto. &
ibi no. Nec ob.de dot.ꝓmiſſ.l.fi.quia illud in dote & donatione pp
nup.quod pertinebat ad officium paternum,pp quod poterat pa
ter cogi.l.qui liberos.ff.de ritu nup.ſed ad iſtas expẽſas nõ poterat
cogi pater, & iõ in dubio præſumit̃ in bonis filij. ad hanc rñſionẽ
17 facit quod not.in d.l.fin.ꝙ tene menti. Tertio quæro, pater † in-
cępit pro filio expendere in ſtudio,vtrum patre mortuo,dẽat ſtu-
c dium ꝑficere de communi,inuitis fratrib.[c] Et vr̃ ꝙ ſic,qa munera
cœpta dẽnt ꝑfici de communi, licet noua inchoari non poſſint,
vt l.ſi filius.§.idem ſcribit.ff.fa.er.& ꝙ no.p gl.ver.iniungẽtur. in l.
& qui originem.§.fi.ff.de mun. & hono.l.1.§.ſed ante.de coll.bo-
no.& ibi vr̃ tenere Dy.& ad munic.l. Lucius.§.idem rñdit. & ibi
ẽt p Dy.facit,ꝙ heres mandatarij,ſocij,& tutoris tenentur expedire
negotia cœpta,vt ff.pro ſoc.l.hæres ſocii.& C.de hær.tut.l.1.& de
his,qui not.in fa.l.furti.§.1. Sed ↄ̃trium puto verum.ſ.dua reueren-
tia do.Dy.nam factum patris erga filium initiatum eatenus obli
gat,quatenus de neceſſitate erat aſtrictus,vel obligatus, hoc pro-
batur ff.de mun.& bo.l.& ſi filium.ↄiuncta l.honores. §.ad decu-
rionatum filij.ff.de decurionib. Decurionatus eſt initium ad alias
dignitates,vt d.§.ſi is q.& tñ ſi pater aſſentit decurionatui, ſucceſ-
ſores non tenentur de aliis munerib.poſt mortem. Ita in propoſi-
to,licet pater conſenſerit filio in initio ſtudij, tñ quia pr̃ non tene-
batur de neceſſitate proſequi,non tenentur hr̃des patris.hoc pro-
batur expreſſe in d.l.ſi filia nupta.§.idem ſcribit. nam eatenus hr̃s
tenetur,quatenus iã pr̃ erat obligatus,ſed hic pater non poterat co-
gi ad proſecutionem ſtudij, ergo, &c. cum eiuſdem conditionis
ſit hr̃s,cuius defunctus,vt l.hæredem.ff.de reg.iu. Præterea,aut di
ces fratres teneri virtute obligationis in eos transfuſæ, & hoc eſt
falſum,vt s̃.dictum eſt:aut vigore cuiuſdam donationis confirma
tæ morte,quæ habet vim relicti.& hoc non poteſt,cum pro futu-
ro tpe nulla facta ſit traditio.l. Papinian.ff.de don.inter vir. & vxo.
18 Fateor tñ,ꝙ ſi aliquod debitum eſſet ↄ̃tractum occaſione ſtudij in
vita patris,dum tñ honeſte & licite, ꝙ fratres tenentur ſoluere de
communi,per iura s̃.alleg eſt.n.æs alienum patris. l. ſed Iulianus.
§.pe.& ibi no.in glo.in verbo,ſolebat.ff.ad Mac.& C.e.ti.l.Mace-
19 doniani. Sed pro † ſolutione ↄ̃rij dic, qñq; pater aliquid pro filio in
cipit vel filio incipienti conſenſit, ex quo & propter quod ad to-
tius actus conſumptionem, & pro toto tpe, pater erat obligatus,
& tunc onus tranſit in hæredes.l.ſi filia nupta.§.idem ſcribit. ff.fa.
er.& d.l.heres ſocij.cum ſi.qñque conſentit filio incipienti,ſeu in-
cipit ipſe aliquid pp qđ non obligatur ad totum, & tunc eatenus
tranſit obligatio in hęredes, quatenus ipſe defunctus tenebatur.
d.l.& ſi filium.de munerib.& honorib.& hic eſt caſus quæſtionis
20 noſtræ.† Deinde quæro,pone ꝙ pater filio accipienti vxorem fe-
d cit expenſas in nuptiis.[d] tempore diuiſionis frater vult quod pãni
& alia ornamenta veniant in diuiſionẽ,quid iuris? Circa primum
de

ADDITIONES.

a Vſusfructus. Vide Ale.de Imo.in l.filijs matrem.in add.ad Bar.C.de inoff.teſtam.
b Ber.Lan.Libros.Vide Bald.in conſil. 214.j.lib.& ibi an frater, mortuo patre, de-
beat manu teneri in ſtudio.
c Tho.D.Inuitis fratribus.Bald.in tract.qui ſupponitur de duobus fratribus ſimul
habitantibus,nu.19.tenet contrariam opinionem, quam iſte, hic dixit in apo-
ſti. ad Cyn. in l. Lucius Titius, in verſicu. vt de communi. ff. ad municip. & in
additio.ad Bartolum,in l.1.§.nec caſtrenſe, in fi.in verſicu. nec tenebuntur hæredes.ff.
de collat.bono.& in additi.ad Bald.in l.filiæ cuius,nume. 12. in ver. ad municip.
ff.de collat.
d Bar.Lan.Nupti,s. Vide Rom.conſil.472.

de expenſis in nuptiis dico, ꝙ alter frater debet facere de ſuo pro
prio, non de communi, niſi pater aliter cauerit teſtando. ff. de mu
nerib. & hono. l. 3. §. fin. & ibi gl. in ver. iniungentur. tangit iſtam
quæſtionem. Circa ſecundum † de veſtibus, & aliis ornamentis
21 vxoris fratris, vtrum veniãt in diuiſionem, & collationem? Doc.
dicũt aut quærimus de veſtib. nubdib. & aliis neceſſariis ad vſum
quotidianũ, & illæ non ſunt conferendæ, ſed ſunt propriæ mulie-
ris, & ab initio fuit donatio inter ſocerum, & nurum. l. ex annuo.
in prin. ff. de don. inter virum & vxo. & ad leg. Falcid. l. ſi vſusfru-
ctus. §. fi. cum ſua gl. & de pecul. l. peculium indicetur. aut de veſti-
bus, & aliis ornamentis precioſis, & feſtiuis, & talia qualia ſunt
veniant in collationem: remanſerunt. n. ſoceri, vt l. mortis cauſa.
§. fi. ff. de do. inter vir. & vxo. & de pecul. l. id veſtimentum. vbi vr̃
probari dicta diſtinctio. nec poteſt dici, ꝙ morte ſoceri prædicta
donatio fuerit confirmata, q̃a nõ fuerint res donatæ ad vſum tra-
ditæ. d. l. mortis cã. in fi. Præterea, poſito ꝙ fuerunt donatæ morte
ſoceri, conſtante mrĩmonio, non confirmarentur. l. cum hic ſta-
tus. §. oratio non ſolum. & §. ſeq. ff. de donat. inter vir. & vxo. Fa-
cit ad prædicta, l. fi. in prin. ff. ſol. matrim. & ibi conſuetum eſt dici
22 per Doct. † Deinde quæro, pater expendit in rebus filij de aduẽ-
titijs in quibus habebat vſumfructum, nunquid fratres poterũt
imputare hoc tempore diuiſionis? Et vr̃ ꝙ ſic. l. ſed cum fructua-
rius. ff. de vſufr. & quod dicitur de viro in l. vnica. §. ſed nec ob im-
penſas. de rei vxor. actio. reſpon. ſic Aut fuerunt expenſæ neceſſa-
riæ, & illæ non poſſunt imputari, quia pater habebat neceſſe face
re. l. 1. C. de bo. mat. & l. cum non ſolum, §. vbi autem. C. de bonis
quæ libe. Aut loquimur de impenſis vtilib. & quidem tunc ſi pa-
ter fecit, vel impendit animo repetendi, & hoc conſtat, hoc caſu
filio imputetur, arg. d. l. ſed cum. de vſufr. ſecundum iura hodier-
na, ſecundum quæ in aduentitijs inter patrem, & filium poteſt
conſiſtere ciuilis obligatio ẽt ex ipſo ꝯctu. d. l. cum non ſolum. §.
fi. & C. ad Treb. l. iubemus. Aut dubitatur quo aĩo fecerit, & tunc
aut impenſæ ſunt vſque ad fructuũ quantitatẽ: Et vr̃ pater ei do-
nare, nec ſibi imputabitur, vt eadem l. cum non ſolum. §. ſinau-
tem æs alienum. expendendo. n. in re filij videtur apud eum dimit
tere. Aut excedunt fructuum quantitatem, & nõ vr̃ donare ei in
dubio, ſed habere animum repetendi, niſi in cauſa alimentorum,
& ſumdi expendiſſet. l. alimenta. C. de neg. geſt. niſi modicitas im-
penſæ faceret præſumi donationem, vt ff. de impenſis. l. omnino,
& de don. inter vir. & vx. l. vtrum. aut facit impenſas voluptarias,
& tunc in caſibus, in quibus vtiles non repetuntur, nec volupta-
riæ: alias autem abraſio permitteretur ſine læſione prioris ſtatus,
vt l. in fundo. de rei vend. & d. §. ſed nec ob impenſas. Nec obſt. ꝙ
dicitur de fructuario, & de viro faciente neceſſarias impenſas, q̃a
vir habet dotem propter onera matrimonij, ideo non dẽt graua-
ri alio onere impenſarum: vſufructuarius ſimplex hẽt ex alia cã,
vt quia ex ꝯctu, vel quaſi: pater vero hẽt ex diſpõne legis, cũ hac
23 ꝯdõne, ꝙ ſuſtineat onera. † Deinde quæro, quid ſi pater dedit fi-
lio pecuniam, aut res, an ipſa veniant communicanda? Dic, aut
dedit ſibi, vt habeat in peculio profectitio, & communicat. l. cęte
ræ. ff. fam. erciſc. & C. de collat. ſi donatione. 2. reſpon. Aut dedit
animo donandi, & tunc aut præceſſerunt merita filij, & ſic dona-
uit filio, vt extraneo pp merita. & hic ſunt opi. gl. in ver. poſtulas.
in d. l. ſi donatione. tenet, ꝙ ab initio talis donatio non valet, ſed
morte confirmaretur. alia gl. in auth. vnde ſi parens, C. de inoffic.
teſtam. in ver. Falcidię. tenet, ꝙ ſtatim valet, & filio quęritur, ſicut
alia aduentitia. Et hanc puto veriorem, quia hoc vr̃ filius ſuis la-
boribus quæſiuiſſe ꝑpter ſeruitia, quæ patri fecit quaſi extraneo
cuicunque feciſſet, illud habuiſſet, & ſic eſt aduentitiũ. l. cũ opor-
tet. circa prin. C. de bon. quæ lib. & hoc tenebat Iac. Butr. Aut do-
nauit ſibi vt filio, non pp merita præcedentia, & tunc eſt ſimplex
donatio, quæ vtrum veniat conferenda, dic vt in auth. ex teſtã. C.
de colla. aut dubitatur, quo animo dederit, & tunc aut pater emit
nomine filij, & ſic ſibi tradidit, & his duob. caſib. præſumitur ani-
mo donandi, vt l. filię. ff. fam. erciſc. & l. 2. ff. ſi quis alte. vel ſibi. dixi
ſ. in 3. quæſtio. princip. & ſi præceſſerint merita, præſumitur vt ex
traneo, alias, vt filio, vt nota. in d. l. ſi donatione. Aut tradidit tñ,
non autem ſuo nomine emit, & in dubio videtur dare vt habeat
in peculio, vt l. quod fructuarius. in prin. ff. de acqui. re. domi. niſi
alia eſſent indicia, ex quibus eſſet aliter præſumendum, vt quia
tradidit filio eunti in caſtra. l. 1. in 2. reſp. C. de caſtren. pecu. lib. 12.
Aut nomine filij tantum emit, & non tradidit, & idem, quia non
videtur donare, ſed in peculium profectitium cõcedere. l. fi. ff. de
24 pecul. lega. † Deindo quæro, a quid ſi pater fecit filiũ ſtipulari ab
a aliquo debitore ſuo, an pater videatur facere hoc animo donãdi,
vel videatur vti ſolum miniſterio filij? & ꝙ non videatur donare,
facit l. ſi pater in princ. ff. de donationib. In contrarium facit d. l. fi.
ff. de peculio legato. & C. de caſtrenſi peculio. l. 1. Solu. Aut pater
nomine filij ſtipulatur, vel emit. & loquitur d. l. fin. de pecu. leg. q̃a
nunc nullus actus traditionis interuenit in filio, arg. l. Papinianus.
de donatio. inter virum & vxorem. Aut pater fecit ipſum filium
ſtipulari, vel emere, & tunc dicit Oldr. ꝙ inſpiciendus eſt nume-
rus liberorum, & quantitas patrimonij patris, & quantitas quam
filius ſtipulatus eſt, vel alius nomine ſuo contraxit, vtrum ſit par-
ua, vel magna, vt ſic his inſpectis, videatur donare velle vel non,
arg. ff. de leg. 3. l. ſi filio. de fundo inſtructo l. quæſitum. §. ſed & ip-
ſe Papinianus. & de dona. inter virum & vxorem. l. vtrum. & Iac.
de Are. in d. l. ſi pater. de donat. &c.

ADDITIO.

a Tho. D. Deinde quæro. Vide Bar. in l. fi. ff. de pecu. leg. & ibi Alex. in addi. qui po
nit plura ad materiam.

Explicit Tractatus de duobus fratribus inuicem habitantibus
expoſitus per Dominum Bartol.

# TRACTATVS D. BAL.

## DE PERVSIO.

*De duobus fratribus ſimul habitantibus.*

ADDITIO.

a Tho. D. Tractatus do. Bal. Vide quæ ſcripſi ſupra in tract. de duobus fratribus, & illud principium, videlicet, Et primo quæritur pater emit libros, vſque ad §. Primo quæro, quid ſi filius. non fuit impreſſum, ſed modo imprimitur, & iſtum tractatum perfectum inueni in 13. vol. conſilior. in ſtudio excell. Docto. Iac. de monte Sperello de Peruſio.

ET primo quæritur, Pater emit libros filio ſtudenti, deinde deceſſit pluribus relictis filijs. Quæritur, an hic filius debeat habere illos libros præcipuos, an debeat conferre fratribus? Glo. in ver. res comparauit. in l. filiæ. C. famil. erciſcundæ. dicit, quod debet habere præcipuos. Et videtur probare duabus rationibus. Prima, quia omni modo pro filio videtur hoc tacite velle, & quaſi vltimum iudicium conferre in eũ, d. l. filiæ. Secundo, ꝙ hic videtur operari fauor ſtudiorum. ff. famil. erciſcũ. l. quæ pater. Tertio videtur hic operari ratio, quia ob cauſam ſtudiorũ pater emit, & illa cauſa nondum ſit finita, ergo cohæredes ab eo non poſſunt amouere, ſeu auocare libros. ff. famil. erciſc. l. ſi filia nupta. §. ſi filius familias. Quarto, quia pater habet neceſſe emere libros pro filio, ex quo eum miſit ad ſcholas, vt not. C. ad Macedo. l. Macedoniani. Quinto, quia ſicut arma, quę dantur militi, ſunt præcipua eius. C. famil. erciſcun. l. ſi filius. ſic & libri, qui dantur ſtudenti. In contrarium videtur, quod ij libri empti ſint patris, ſicut reliqua empta per patrem, ergo pertinẽt ad omnes hæredes pro hæreditaria portione. ff. famil. erciſcun. l. cętere. Præterea, debet filius legitimam in partem ſuam computare, ſicut computat militiam ſibi emptam a patre. C. de inofficio. teſtamen. l. omni modo. §. 1. poſito quod iſta eſſet donatio, nõ eſt donatio ſimpliciter, ſed ob cauſam affectione meritam. Et idem imputatur in partem huius filij, ſicut donatio propter nuptias. C. de inoffic. teſtamen. l. quoniam nouella. Non obſtat l. ex parte. §. filius. ff. famil. erciſcũ. quia intelligitur in ſumptibus in ſtudio conſumptis, vt eſt victus, & veſtitus: ſecus in libris, qui extant, cum quales ſunt, tales debent ſibi imputare, uel conferre ſecundum Gul. primam opinionem tenet Dyn. ff. de collatio. bonorũ. l. 1. §. nec caſtrenſe. de hoc not. Cy. C. de colla. l. pactum quod dotali. verſ. ſed nunquid tenetur. ſed Bart. dicit, aut pater ſolum emit nomine filij, nec tradidit, nec expreſſit ſe donare filio, & tunc dicti libri ſunt proprij patris, vt l. 1. de caſtren. pecu. lib. 12. requiritur. n. traditio, vt videatur donare. C. ſi quis alteri, vel ſibi. l. 2. Aut emit nomine filij, & tradidit ſibi, vel ſe donare expreſſit, & tunc aut filius aduocatus eſt, vel Doctor, aut Scholaris. primo caſu, dicitur quaſi caſtren. quia Doctor vel Aduocatus dr̃ militare. C. de aduo. diuer. iudic. l. fori. & l. aduocati. ideo non conferunt. vt d. §. neque caſtrenſe, & C. famil. erci. l. ſi filius. Secundo caſu, aut compleuit ſtudium in vita patris, & ſic incipit quaſi militare, & efficitur quaſi caſtrenſe, & confirmatur illa donatio. ff. de dona. l. donatio. §. patri, & C. de donatio. l. emancipati. Aut pater deceſſit antequam filius ſtudium compleret, & militiam adimpleret, tunc non poteſt dici quaſi caſtrenſe, quia conditio perſonę non patitur, quia non reperitur in iure, ꝙ ſcholaris dicatur militare, ſed tantum magiſtri. C. de ſun. limi. l. ſecunda. lib. 11. facit quod no. C. de iuriſd. om. iud. l. fi. & ideo tũc debet diſtingui, ſicut fit in alia ſimplici donatione, quia aut erat emancipatus, aut poſtea emancipauit libris non ademptis, & nõ debet conferre, quia confirmata eſt donatio, & pater non poteſt reuocare, d. l. emancipati. & §. ſi pater. etiam niſi alia ſimplex donatio eſſet conferenda, quod not. Cy. C. de collatio. auth. ex teſtamento, hoc caſu tamen fauore ſtudij ceſſabit collatio. d. l. quæ pr̃. Aut non fuit emancipatus, & tunc ſi talis donatio fuit morte cõfirmata, non debet conferri, vt hic, ſi ſimpliciter reuocatur, tunc debet conferri, ſecundum Bart. ſed Oldra. dicit, ꝙ in dubio pater videtur donare. An autem ad vſum tantum ſit donatum, debemus recurrere ad coniecturas quę poſſunt percipi pro numero liberorum, & facultatum patris, arg. de leg. 3. l. ſi ſinę, vbi per Old.



Digitized by Google

& de fun. inſtruc.l.quæſitum.§.Papinianus.de dona.inter virum & vxo.l.vtrum negotium.§.1. Aut conſtat de donatione, & tunc ſi filius erat emancipatus, ſtatim valet donatio, aut poſtea emancipatur, & confirmatur emancipatio, & tunc aut eſt doctor, vel aduocatus viuo patre, & confirmatur quaſi tranſit in ſpeciẽ quaſi caſtrenſis peculij, aut pater primo decedit quam hoc contingat, & confirmatur donatio morte patris, niſi fuerit reuocata, d.l. fi. & omnibus iſtis caſibus iſte ſtudens habet libros præcipuos fauore ſtudiorum. Sed ſi non conſtat de donatione, licet conſtet de receptione, & aſſignatione, vr̃ tunc eſſe recurrendum ad diſtinctionem Oldr. & ſm eum vr̃ limitanda d.l.filiæ. Nam in parua expenſa præſumitur donatio, ſed in magna, quæ forte maiorem partem patrimonij eximit, quia forte habet multos alios filios, non præſumitur donatio, & hæc opinio vr̃ mihi multum æqua. Secũdo quæro, pater miſit filium ad ſtudium, & deceſſit, an debeat filius perficere ſtudium cõibus ſumptibus, an proprijs? Et vr̃, ꝙ cõmunibus, quia munera cœpta debent perfici de cõibus, licet noua non poſſint inchoari, ſ. famil. erciſc. l.ſi filia.§. idem ſcribit. & no. gl. de muner.& honor.l.qui originem.§. fin.de colla.bono. l.1.§.ſed an ij. Et ibi videtur hoc tenere Dyn. & ad municipales. l. Lucius Titius.§.idem reſpondit, & ibi per dominũ Franciſcũ, ꝙ hæres mandatarij, tutores, & ſocij tenentur expedire negotia cœpta. ff. pro ſocio.l.hæres ſocij, & de neg.geſt.l.nam & Seruius, §. ſi viuo. Contrarium determinat Bart. & reprehendit Dyn. Nam factum patris erga filium inceptum, eatenus obligat patris hæredem, quatenus ipſe pater erat de neceſſitate obligatus, probatur. ff. de mun.& hon.l.filium eunuchũ.l.honores.§. is qui. de decu. hoc modo decurionatus eſt principium ad alios honores, ſiue dignitates, d.§. is qui. tunc ſi pater conſenſit decurionatui, ſucceſſores non tenentur de alijs muneribus poſt mortem, ſic in propoſito, licet pater conſentiat in principio ſtudij, tñ poſtea non tenebat neceſſario proſequi, ergo nec eius hæredes. Præterea, hoc probatur expreſſe in d.l.ſi filia.§.idem ſcribit. Nã eatenus hæres tenetur, quatenus pater erat obligatus: ſed hic pater non poterat cogi ad proſequendũ ſtudium: ergo nec eius hæres, cum eadem cõditione ſit hæres, cuius erat defunctus, vt ff. de regu.iur.l. hæredẽ. Præterea aut dices fratres teneri vigore obligationis in eos tranſfuſæ. & hoc eſt falſum, vt dictum eſt ſupra: aut vigore cuiuſdam quaſi donationis, conſiderato ꝙ habet vim relicti, & hoc non poteſt eſſe, cum pro futuro tpe nulla ſit perfecta traditio, vt ff. de donatio. inter virũ & vxorem.l. Papinianus. fatetur tñ do. Bart. ꝙ ſi debitum occaſione ſtudij eſſet factum in vita patris, dum tamẽ eſſet honeſtum & licitum, ꝙ fratres tenentur ſoluere per iura ſuperius allegata, & ſic intelligitur. ff. ad Macedon.l.ſed & Iulianus. §. quod dr̃. & d.l. Macedoniani. & diſtinguendo ſic concludit. Aliquando pater aliquid incipit pro filio, ſeu filio incipiente conſentit, propter quod obligetur ad conſumandum totũ actum, & tunc tale onus tranſit ad hæredem.l. hæres ſocij. §.idem ſcribit. ff. pro ſoc. præallegata. Aliquando conſentit filio incipiente, ſeu ipſe incipit aliquid, ꝑꝑ quod non obligatur ad totum, & tunc catenus tranſit obligatio ad hæredem, quatenus ipſe defunctus tenebatur, vt l.ſi filius. & iſte eſt caſus quæſtionis noſtræ ſecundũ Bart. in ſuo trac. quod no. Concludo ergo, ꝙ ſi vult perficere ſtudiũ, expendat de parte ſua, non de parte fratrũ, quia ex operis initio non eſt contracta obligatio pro toto tpe, ſm eum. Quod ego concedo, ſ. ꝙ non ſit contracta obligatio pro toto tempore, & hoc dicit Dy. ſed hoc verum officio iudicis contineri, quia medium, & finem habet quodammodo probabilem, & quodammodo neceſſariam ꝯñam ad principium. Vnde ſicut ipſe pater cogitur alere filiũ in ſtudio, & emere ſibi libros, ex quo miſit eum ad ſtudiũ, vt nota. in l. Macedoniani. ita vr̃, ꝙ neceſſitas poſt mortem patris tranſmittitur ad hæredes. Non dico, ꝙ hęredes patris tenentur donare libros, quia nec pater tenebatur, ſed quod pater tenebatur emere, & ſibi mittere ad ſtudiũ & aſſignare ad vſum facti, retenta ſibi proprietate librorum pro hæreditaria parte, & hoc ſi ſtudens eſt ita pauper, ꝙ de ſua parte non poteſt habere ſumptus ſtudij: ſi enim ex proprijs redditibus haberet vnde ſtuderet, fratres etiam indiuiſam ſubſtantiam poſſidentes nihil tenentur cõferre de proprio, arg. ff. de petit. hæred.l.fi. Finaliter tñ puto, ꝙ opi. Bart. ſit verior de iure, quam opinio Dy. quia nec tempus ſtudij, nec eius ſumptus limitatur neceſſarium, & certum a iure. & ideo non poſſumus eam mereri in vita patris. Et licet opinio Dy. eſſet neceſſaria in ſumptibus ſtudij, tamen ſi iſte, peracto ſtudio intendit doctorari, quia eſt nouus actus, & de neceſſitate ſtudij non infertur, iſte qui vult doctorari tanquam aggrediẽs nouum actum debet doctorari proprijs ſumptibus, arg. ff. de lega. 3. l.legatis ſeruis.§.ſi ex officio. Tertio quæro, ſi pater fecit ſumptus in nuptijs pro filio capiente vxorẽ, & mortuo patre, alter frater vult quod pecunia expenſa, & alia ornamenta veniant in diuiſionem, vel ꝗ frater, pro quo iſti ſumptus ſunt facti, imputet in propriam partem, quæritur quid iuris? Reſpon. ꝙ licet pater expenderat in nuptijs filij, quatenus iſta expenſa conſumpta eſt, non debet filio imputari, & ſi alter frater vellet dicere, ego volo deducere vxorẽ, & tantumdẽ expendere de communi, non auditur, quia pater non expendit de cõi patrimonio liberorũ, ſed de ſuo proprio. in quo filij nondum habebant aliquod ius. & hoc eſt verũ, niſi pater aliter cauerit in teſtamento. ff. de muneribus, & honorib.l.3.§.fin. Sed circa veſtes & alia ornamenta vxoris, an veniant. dic, aut loquimur de veſtibus quotidianis, & neceſſarijs ad vſum quotidianum, & non ſunt conferendæ, & ſunt propriæ mulieris, & a principio tenuit donatio inter ſocerum, & nurum, vt ff. de donatio. inter virum & vxorem.l.ex annuo. & ff. ad legem Falcidiam.l. ſi dos ſocero. in fi. cum ſua gl. Aut loquimur de veſtibus & alijs ornamentis precioſis, & feſtiuis, & illa qualia nũc ſunt, ſũt cõferenda, nam remãſerunt patris, ff. de donationibus inter virũ, & vxorem, l. mortis ſuæ cauſa. §. fin. & probatur hæc diſtinctio. ff. de pecul.l.id veſtimentum. Nec poteſt dici, ꝙ donatio morte ſoceri ſit confirmata, quia non fuerunt res donatę, ſed ad vſum traditæ, vt d.l. mortis ſuæ cauſa. in fi. Præterea poſito, ꝙ fuiſſet donatio, non confirmatur morte ſoceri, conſtante matrimonio inter virum, & vxorem, ſiue filium. ff. de donationibus inter virum, & vxorem.l.cum hic ſtatus.§.ratio. & §. ſequen. facit ad prædicta. ff. ſolu. matr.l.penul. ſecundum Bart. & ff. commoda.l. ſi vt certo.§. interdum. plene dixi in d.l.penul.§.1. Quarto quæro, pater expendit in rebus aduentitijs filij, modo filius tempore diuiſionis habet res præcipuas, quæritur quid iuris de ſumptibus, an fratres poſſint eas ei imputare tempore diuiſionis? Reſpondeo ſecundum Bart. aut fuerunt ſumptus neceſſarij, quos pater habebat neceſſe facere, & tunc pater non poteſt repetere, nec hæredes eius poſſunt imputare. C. de bonis mater.l.1. & C. de bonis quę lib.l.fi. §.vbi autem. Aut non erant neceſſe patri, ſed permiſſa, vt quia in re filij plantauit vineã, vel domum ædificauit, vel fecit alios ſumptus: & tunc aut ad perpetuam vtilitatem, & habetur ratio huius ſumptus, quia ratione aduentitiorum inter patrem, & filium, poteſt conſiſtere ciuilis obligatio, alias ex quaſi contractu, vt d.l. fin. & C. ad Trebellianum. l. iubemus. Et hoc ſi pater fecit illud animo repetendi, ſecus ſi non ex animo repetendi, nolens filium ſibi obligare, argu. ff. de condi. indeb.l.ſi in area. & ff. communi diuidundo.l.in hoc iure. circa medium. Sed ſi dubitatur quo animo fecit, tunc dicit ipſe, quod paruos ſumptus dicitur facere animo donandi, argum. ff. de donationibus inter virum, & vxorem. l.ſi ſeruus communis. Sed in magnis, aut ſunt in quantitate fructuum, & tunc videtur ei donare, arg. d.l.fi.§.ſin autem æs alienũ. Nam expendere in re filij, videtur apud eum dimittere. Aut ſunt vltra fructuum quantitatem, & non videtur donare, & in dubio videtur habere animum repetendi, niſi in cauſa alimentorum, vel ſimile expendiſſet. C. de nego.geſt.l.alimenta. Sed ſi non ſunt ad perpetuam vtilitatem, ſed ad fructuum vtilitatem, hic nulla patri, vel hæredi eius competit repetitio, quia onera pertinent ad eum, & idem in eo quod expendit pro datijs, & collectis, cum habent vſumfructum. ff. de vſufruc. l.ſi pendentes.§.ſi quid. & ff. de impenſis.l.neque ſtipendium. Quinto quæro, quid ſi pater fecit filium ſtipulari ab aliquo ſuo debitore, an videtur hoc facere animo donandi, an videtur vti filij miniſterio? & ꝙ videatur donare, facit ff. de donatio.l. ſi pater. in princ.l. certi condictio. ff. de rebus credit. In contrarium facit ff. de pecul.l.fin. & C. de caſtrenſi pecul.l.1.lib.12. Solu. Oldr. & Bart. inſpici debet numerus liberorum, & quantitas patrimonij patris, & quantitas quam filius ſtipulatus eſt, vel alias contraxit, & quia aut eſt parua, vel magna, & his inſpectis videtur donare, vel non. argum. ff. de legat.3. l.ſi filiæ. cum ſimilibus. Et idem tenet Iac. de Are. in d.l.ſi pater. Non obſtat l.fi. de pecu. vel quia ibi nullus interuenit actus filij, vel traditionis in filium, ſed hic interuenit obligatio a filio contracta, quæ in iuribus pro quaſi traditione habetur, vt no. C. de dote cau. non nu.l.2. Sed ego puto vt videatur adhibitus filius miniſter, ſi eſt filius in poteſtate. Sed ſi eſt emancipatus, quia per eum non quæritur patri, videtur adhibitus vt commodum ſentiat, & ſic vt donatarius, vt d.l.auia §.fi. & argumen. ff. de donationib. inter vir. & vxo.l.mulier. Sed in dote, fauore dotis ne remaneat mulier indotata, nunquam filius præſumitur adhibitus ad ſtipulandum vt donatarius. ff. ſolu. mat.l.quæ dotis. ſed quando mandatum ſtipulationem præcedit, quia mandatum eſt procuratoris, & in dubio eſt ſimplex procurator, non in rem ſuam, nec præſumitur donatio. ff. mandati.l.idemque.§.ſi tibi, & facit quod not. C. de donat. inter vir. & vxo.l.ſi ſinj tui. & per Cyn. C. de iu. dot.l.2. & de leg.3. l.cum quis decedens.§.nuptura, per Dyn.

ADDITIO.

Vſque huc do. Bal.[9] recepilogauit aliquas quæſtiones tractatas per do. Bart. in ſuperiori tractatu, hic vero idem Bal. incipit quærere.

1 *Filius impẽdens circa perſonam patris eo viuo non petit a cohærede iudicio famil. erciſc. An actione neg. geſt. & num. 2.*

*Filius qui viuo patre res ipſius patris conſumpſit, ſurripuit, & dilapidauit, an patre mortuo tãto minus accipere debeat, & id quod conſumpſit in ſuam partem computare, ſi illi tuti ſunt filij hæredes, & nu. 34.*

3 *Pater ſi obligauit pro filio, an totum ſolui debeat de parte filij.*

4 *Pater ſi d.l. ſideuit, & conſumpſit bona aduentitia filij, an filius a*

*fratribus*

Digitized by Google

*fratrib. emendationem recipiat. In aduentitijs inter patrem, & filium, cadit efficax obligatio.*

5 *Legatum ſi ſit a matre, quæ prohibuit patri quæri vſumfructũ, an valeat & infra in tract. Bar. nu. 14.*

6 *Fratrum ſi vnus cum pecunia communi facit mercantiam, & lucretur, quando tale lucrum debeat alijs communicare, et quid de damno. num. 8. & 32.*

7 *Tutor negotians cum pecunia communi pupilli, quando teneatur lucrum communicare pupillo, & videatur nomine proprio, vel communi gerere, & quid de damno. nu. 8.*

9 *Fratrũ duorũ ſimul habitantium, ſi unus poſt mortem patris facit debitũ non ſoluitur de communi, niſi ratione cõmunis utilit. eis ſit contractũ.*

10 *Dos recepta per alterum fratrum non reſtituitur de communi, niſi probetur verſa in communi.*

11 *Condemnatio ſoluta per alterum fratrum non ſoluitur de cõmuni. nu. 30.*

12 *Frater debet militare ſuis ſumptibus, non de communi.*

13 *Frater maritat filiam de proprio, non de communi.*

14 *Fratres ſi ſtant ſimul, & vnus eorum lucratur, & neſcitur unde veniat, præſumitur de iure communi lucrari. & communicatur.*

15 *Fratres ſi ſunt ſocij omnium bonorum, lucra, & damna communicari debent.*

16 *Si unus ex duobus fratribus ſociis omnium bonorum emit gabellam, & promittit pœnam, alter qui non emit contrauenit, neuter ipſorum incidet in pœnam.*

17 *Fratres duo ſimul ſtantes, an videãtur contrahere ſocietatem, & quam.*

18 *Tutor authorans pupillo in his quæ fiunt per actum verbi debet loqui, ſecus in his quæ procedunt per actum fieri.*

19 *Fructus ex cultura prouenientes cultiuata per fratres, quorum unus habeat duos filios, debent per capita diuidi, & inf. nu. 35.*

20 *Si ex duobus fratrib. unus eſt diues, qui poſuit pecuniam in ſocietate. alter pauper, qui poſuit operam, & totum perijt, pauper tenetur ad dimidium pecuniæ.*

21 *Fratres ſimul habitantes ſi non negotiantur, non præſumuntur ſocij.*

22 *Fratres ſi ſimul habitant, vel patruus, & nepotes, & unus negotiatur, alter non, quando præſumantur ſocij, late ſup. n. 6. & 7.*

23 *Fratres præſumuntur ſocii quando ſimul habitant, & ſimul negotiãtur.*

24 *Damnum contingens in perſona unius ex fratribus caſu fortuito, an ſit commune.*

25 *Fratres ſeorſum habitantes, ſi ſimul negotiantur, præſumuntur ſocii.*

26 *Fratres ſeorſum habitantes, ſi viuo patre negotiantur, & lucrum communicant, an præſumantur ſocij.*

27 *Lucrum proueniens alteri fratri, vel ex ſucceſſione, vel propter ſtatutum, quod non communicatur.*

28 *Alter ex fratribus, ſi ſunt ſocij, poteſt capi pro debito alterius, ſi eſt contractum nomine ſocietatis.*

29 *Sumptus facti per alterum ex fratribus, tam in eius perſona, quam filii, vel filiæ, & ſunt ſocii omnium bonorum, fiunt de communi.*

30 *Condemnatio iniuſte facto debet de communi ſolui, ſi ſunt ſocii generales, ſecus ſi facta licite, quia de proprio condemnati, ſup. nu. 1.*

31 *Si pater fecit ſumptus pro vxore alterius ex filiis, vel ſoluit condemnationem pro filio, imputetur in eius partem.*

33 *Veſtimenta, annuli, & perlæ, quæ fecit pater nurui imputantur in partẽ filij, pro eo quod nunc valent, non pro eo quod fuerunt empta.*

36 *Filius expenſas, & lucrum vndecunque proueniens in paterna familia, id non repetit.*

37 *Frater præſumitur amicabilior fratri cum quo habitat, quam fratri cũ quo non habitat. & nu. 38.*

1 Primo quæro, † Quid ſi filius impendit circa perſonam patris eo viuo, an a cohærede recuperet? Reſpon. quod id, quod eo viuo geſtum eſt, non venit in iudicio familiæ erciſ. l. & puto. §. ſed & ſi. & l. qui hæres. §. penul. ff. famil. erciſc. Sed an poſſit recuperare per actionem negotiorum
2 geſt. dixi de nego. geſt. l. ſi filius pro patre. Sed quid, ſi filius † non geſſit negotia patris, ſed viuo patre, res patris dilapidauit. & conſumpſit, & ſurripuit, & luſit, & poſtea deceſſit pater oĩb. filiis hæredib. inſtitutis æqualiter: fratres dicunt, ꝙ tanto minus accipiat, & ſuam partem computet, an poſſint ad hoc eum cogere. Videtur quod non, quia damnum datum in vita patris non venit in iudicium familiæ erciſ. d. l. & puto. §. ſed & ſi. Item pater videtur ei remittere ex coniunctione perſonarum, vt de probationib. l. Procula. Et ideo videtur, quod licet pater nil dixerit in teſtamento, quòd fratres non poſſunt aliquid petere, dict. l. omnimodo. C. de inoff. teſt. in fi. l. In contrarium videtur. ff. de pac. l. tres. fratres. Sed dic ſecundum Guil. aut filius iſte erat emancipatus, & tunc ſiue conſideretur crimen, ſiue poena, ſiue obligatio, ſiue conſtitutio, oĩa iſta ſtatim ſunt nata, vt ff. de furt. l. ſi quis vxori. §. 1. iõ ſi actio fuerit quæſita patri ipſo moriente trãſiuit ad hæredẽ. ff. de priua. delic. l. 1. & iõ ad quemlibet ꝓ hæreditaria portione eſt q̃ſita. C. d̃ hæreditaria actio. l. ſi adulta. Sed ſi ille filius erat in ptãte, tũc actio non erat nata, ſed obligatio nãlis. l. ſerui, & filij. ff. de fur. & dicit ipſe Guliel. ꝙ cum nõ fuerit patri actio nata, ſed tñ filius nãlr obligatus, ꝙ hæredibus non tribuẽtur iure actionis, ſed ope exceptionis compenſationis, ſi forte alij percepiſſent fructus vltra q̃ deberent, & ideo ſi agant condictione indebiti, poterunt opponere compenſationem. ff. de cond. indeb. l. frater a fratre. in princ. ff. de compenſ. l. id quod nr̃. & ff. de neg. geſt. l. 3. §. pupillus. Et intelligo, ꝙ veniat in compenſatione ſolum ſimplum, non duplum, vel quadruplum. ſm Gul. arg. ff. pro ſocio l. ſi id quod. ff. famil. erciſcun. l. damno commiſſo. Non obſtat d. l. tres fratres. quia ibi factum fuit furtum poſt mortem patris, vt C. famil. erciſc. l. aduerſus. de quo per Guliel. in l. certi iuris. eo. titu.
3 † Sed quid ſi pater ſe obligauit pro filio, an totum ſolui debeat de parte filij? Reſpond. non, ſed omnes debent ſuſtinere, d. l. ſi filius. §. idem ſcribit. & §. Neratius. & ff. de munerib. & honoribus. l. 3. §. fi. ſm Guliel. in d. l. certi. hoc verum ſi pater ſuſcepit in ſe obligationem filii, ductus pietate paterna. C. de poſtli. reu. l. ſi liberum captum. Sed ſi ex neceſſitate dictante ſtatuto pater fuit captus pro filio, dic vt not. C. de decu. ſuper rub. lib. 10. tunc non præſumitur patris liberalitas erga filium, ſed præſumitur quædam neceſſaria geſtio negotiorum, arg. d. l. nam & Seruius. in prin. ff. de neg. geſt. Nam in neceſſitatib. nemo liberalis exiſtit. ff. de adim. leg. l. rem legatã. Ex iſta ergo geſtione eſt naturalis obligatio inter patrem, & filium, quæ trãſit ad hæredes. Et facit ad prædicta: ff. de lib. cau. l. igitur. in ſui ratione, & quod no. Doctores de eo, qui cogitur ſoluere condemnationem alterius, vt l. 2. §. fi. ff. de verb. obl. & quidam ponunt in
4 l. 4. §. Cato. eo. tit. † Sed quid ſi filius habeat bona aduẽtitia, & pater ea dilapidet, & ea cõſumat, & filius vult ea emendari a fratrib. an poſſit. Et vr̃ ꝙ non, quia non cadit inter patrem, & filium, etiã ex iuſta cauſa naturalis obligatio, & ideo lex ſtatuit, ꝙ tali pr̃i auferatur adminiſtratio, non autem interponatur cautio. l. Imperator. ff. ad Treb. & argu. C. de ſenten. paſſ. l. fi. In ɔ̃trium vr̃, nam inter patrem, & filium cadit efficax obligatio ex cauſa aduentitia, iuxta no. ff. de fideiuſ. l. ſi quis pro eo. §. 1. Hic ergo naturalis obligatio tranſit ad hæredem patris ſaltem in ſimplum. Si aũt pater nõ hẽt vſumfructum, quia ille qui legauerat prohibuerat vſumfructum quæri patri. C. de bo. quæ lib. auth. excipitur. & tunc, quia pater deliquit præciſe in re aliena, tenetur vt quilibet extraneus, & ſic tenetur filio emancipato, vt dixi. C. de do. l. ſi ſuperſtitis. Sed ſi pr̃ habet vſumfructum rei, tunc debet diſtingui modus dilapidationis, quia aut concernit ſolos reditus, aut rei perpetuam deteriorationem, vel intolerabilem etiam læſionem. Primo caſu, nõ tenetur pater, quia de eo, quod committit circa redditus, non tenetur filio reddere rõnem. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. cũ aũt. quia non tenetur hos fructus filio cõſeruare. Sed ſi pater rei ſubſtantiã diſſipat, tunc tenetur de eo reddere rationem, vt l. fi. § ſed cum ta cit. C. de bon. quæ lib. quia tenetur ſm iſtam rationem proprietatem ſeruare filio illæſam. ideo in matre dilapidante bona filij, ĩ quib. hẽt vſumfructum, diſtingue eo iure. C. de ſecun. nup. l. hac
5 edictali. §. oĩb. Sed iuxta prædicta † incidenter quæritur, mater reliquit filio legatum, & prohibuit patri quæri vſumfructũ, an põt hãc legem in legato ponere? Bar. mouet hanc quæſtionem in dicto tractatu. & gl. in Auth. vt lic. mat. & auiæ. dicit, ꝙ patri nõ quæritur vſusfructus, cum diſpoſitio valeat, quia per hoc non grauatur filius, imo eius conditio fit melior. ff. de vulg. & pup. l. cum ex filio. & C. de inof. teſt. l. filius matrem. Sed tex. in d. Auth. tam in rubro, quam in nigro, innuit expreſſe ɔ̃rium, quare Barto. dicit. Aut eſt filius inſtitutus ſub conditione, ſi pater renunciet vſumfructũ, & valet inſtitutio, d. l. filius matrem, & exiſtente condĩone per patris renunciationem, certum eſt, ꝙ pr̃m non quæritur amodo vſusfructus, quia pater renunciauit. Aut inſtitutio eſt pura, ſed per modum præcepti adiicitur, ne ad patrem perueniat vſusfructus, & tũc filio adeunte pater habebit vſumfructum in legato in quo teſtator nequiuit talem legem imponere. Nã non põt facere qs, quin leges habeant locum in ſuo teſtamento. ſic intelligit Barto. tex. d. auth. Sed dic, ꝙ iſta diſtinctio non eſt bona. quia ꝙ non poteſt fieri per modum diſtinctionis lege prohibente. nõ poteſt fieri per modum condõnis. ff. ad legem Falcidiam. l. Seius, & Augerius. Item in primo membro non dicit verum, quia cum conditio non ſit poteſtatiua, teſtm̃ eſt nullum rõne præteritionis, vel ſaltem oportet, ꝙ condõ remoueatur de medio, & inſtitutio remaneat pura. C. de inoffi. teſta. l. cũ in prioribus. Tenet ergo ſimpliciter gl. ꝙ licet vſusfructus quæratur patri teſtatore tacẽte, & rem admittente ex improuidẽtia legis, ſecus tñ eſt, ſi ipſe teſtator prouidet. d. auth. excipitur. Et ſi dicas, ẽt legitimæ non põt imponere legẽ. Reſpon. verum eſt de lege grauaminis, ſed fauoris ſic. Item non imponitur legitimæ, ſed patri, cui ab vxore non debetur legitima. & ita cõcludo. Circa ſecundam partem huius tractatus, ſci-
a licet de his, quæ contingunt poſt mortem patris, quæro primo [a]
6 † ſi vnus fratrum cũ pecunia hr̃ditaria facit mercantiam, & ex his lucratur, an debeat alij cõmunicare. Solu. huius quæſtionis patet ex his, quæ dixi. C. commu. vtriuſque iud. l. ſi patruus, quia viden
dum

ADDITIO.

a Th. D. Quæro primo. Vide Bar. in l. Titium, & Mæuium. §. altero. ff. de admi. tut. & tit. apoſtil. an ver. & ioc.

dum eſt, an faceret nomine cõi, an proprio. Et cum iſta quæſtio
de facto contigiſſet, dicit Bar. ꝙ fecit ſibi oſtẽdere librum rationũ
quo continebatur ſic in principio, Hic eſt liber mercantiæ Petri,
& fratrum de tali loco. Et ex hoc dicit apparere, ꝙ fecit nomine
communi mercãtiam, arg. ff. de neg. geſt. l. Neſennius. & ideo lu-
crum erit cõicandum. Sed ſi hoc nõ apparet, nec alteri fratri erat
tutor, vel curator, & tunc lucrum debet eſſe ſuum proprium. ff.
de adminiſtratio. tuto. l. Titium, & Meuium. §. altero. ſed ſi tutor
eſſet, vel curator, tunc lucra quæ faceret ex paterna pecunia, de-
bẽt eſſe cõia, ſecus de lucro, quod fiet ex pecuniis redactis ex mer
cantia, cum quibus aliqd ſibi emit. Nam pecunia redacta ex mer
cantiis cõibus non eſt communis, vt dicit gl. in d. l. ſi patruus. Et ꝑ
7 dicta, quæ dixi in tutore, & curatore, & dic tunc eſſe vera, ſi con
ſtat prius quod fecit nomine proprio. Nam in dubio præſumitur
facere nomine cõmuni rõne officii, & cõionis, arg. ff. qñ ex fac. tut.
l. poſt mortem. §. 1. quod hic aliter non examino, ſed Bar. in d. §. al
tero. dicit, ꝙ cum tutor facit id ad quod tenetur, nec ꝑ õt facere ꝓ
pupillo, præſumitur facere nomine communi, tamen tenetur no
mine communi. ſi non vult, præſumitur facere nomine proprio,
Sed tutor non tenetur facere negociationem, niſi teſtator ꝑcepiſ-
ſet, imo pecuniam ꝯuertit in emptionẽ ꝑdiorum. q̃ non ſibiacẽt
periculo caſus fortuiti, vt in Auth. vt hi qui ſe phib. res mi. ha. ob.
§. qñ autem. & ff. de adminiſtra. tut. l. ita autem. in prin. & regula
eſt, ꝙ qñ põt facere nomine ſuo, vel pupilli ſimpliciter faciẽdo, in
telligitur nomine ſuo. Nec obſtat d. l. poſt mortem, quia illud intel
ligitur qñ facit mẽtionem tutelæ ſecundum. Bar. Sed põt dici aut
iſte tutor negotiabatur negociationem inſolitam patri pueri, quia
pater pueri nũquam fuerit mercator, & tunc in dubio vr nomine
proprio gerere, quia in dubio non præſumitur in culpa, quia quę-
dam culpa eſt agere negotia inſolita. ff. de nego. geſt. l. ſi negotia.
Aut continuat negotia ſolita, non autem aggreditur inſolita, vt ſi
erant duo fratres, qui faciebant inſimul mercantiam, & vno de-
functo, alter continuat ſuperſtitibus filiis fratris indiuiſam ſubſtan
tiam poſſidentibus, & tunc vr eodem modo continuare, vt ff. de
neg. geſt. l. nam & Seruius. §. ſi viuo Titio. quia a primordio tituli
poſterior probatur euẽtus, vt C. de imp. lucra. deſcr. l. 1. lib. 10. ar-
gu. l. ſi vni. §. Neratius. ff. ꝓ ſocio. l. actione. §. morte. verſi. ſed quod
ex re. Sed ex re communi. non diſtinguitur, an ex prima inchoata
aliquid pertinenent an ex ſeq̃ius repetita, quia natura huius actio-
nis eſt, vt id quod poſteriori loco ſequitur ſemper loco prioris ſub
rogetur. ff. de pig. l. qui tabernam. in prin. Sed hic quæro, dictum
8 † eſt de lucro, quid de damno? Reſpõ. ſi proprio nomine facit, eſt
proprium, ſed ſi nomine communi, tũc eſt aggreſſus ſolita, diſcre-
te operando ſicut diligens paterfamilias, & tunc damnum eſt cõ
mune. quod incidit in re communi, aut inſolita inchoando, & tũc
imputet ſibi, d. l. ſi negotia. & no. in d. §. quoniam in gl. in ver. ne-
ceſſitatem. incip. quid ergo. Ita dicit Bart. in §. altero. In dubio au-
tem dicitur, quod quando vr facere nomine communi, idẽ eſt ac
ſi expreſſo nomine comuni negotiaretur. arg. ff. de mili. l. Lucius.
ſed ſi præſumeretur facere nomine propio, ſibi imputetur. Nam
ſicut non diuidit lucra, non debet communicare damnum, argu.
9 ff. pro ſoc. l. ſi non fuerint. §. Auſto. Et not. † quod de materia, duo
rum fratrum ſimul habitantium, not. in Spec. in titu. de iud. §. ſe
quitur. verſi. quid ſi duo fratres. vbi dicit, quod ſi ſunt duo fratres,
& vnus facit debitum poſt mortem patris, nõ debet ſolui de com
muni, niſi rõne communis vtilitatis ſit ꝯtum, vel ratione ſociera
10 tis. ꝙ nõ ꝑſumitẽ, niſi ꝓbet. † Itẽ dicit, ꝙ ſi vnus ex fratribus nõ re-
cepit dotẽ, nõ reficiet de communi, niſi quatenus ꝓbat verſum in
11 rebus communibus, vt eo. §. verſi. qd ſi cõmunione. Itẽ dicit, † ꝙ
ſi vnus ex fratribus ſoluit ꝯdẽnationẽ occaſione delicti damnum
12 eſt ꝓpriũ, nõ commune. eo. §. ver. qd ſi alter. Itẽ dicit, † ꝙ ſi vnus
militat, debet ſolidare ſuis ſumptibus, non de communibus. eo.
13 §. verſic. quid ſi vnus ex coheredibus. †. Item ꝙ ſi vnus fratrum ha-
bet filiã maritandã, debet eam de ꝓprio maritare, nõ de communi,
ni, eo. §. verſi. qd ſi vnus ex fratribus, niſi aliud inter eos eſſet con-
14 uẽtum, vt ff. pro ſoc. l. ſi ſocius pro filia. † Itẽ dicit, ꝙ ſi fratres diui
ſerunt, & quilibet ſtat per ſe, quilibet ſibi lucratur. mercatur, & ne
gociatur, ſed ſi ſtant ſimul, & alter eorum cum pecunia lucratur,
& neſcitur vnde veniat, præſumitur de communi euenisse, & lu-
crum dẽt communicari, eo. §. ver. vt aũt circa. Sed cur hoc? dic vt
dixi in d. l. ſi patruus. declarãdo intellectum illius l. & d. §. altero. &
vide Specu. in d. §. ſequitur. verſ. quid ſi alter. Et prædicta ſunt ve
15 ra, vbi nõ cõſtat de ſocietate inter eos ꝯtã. Sed vbi † apparet, ꝙ eſ
ſent ſocii omnium bonorum, idem ꝑ omnia dicẽdum eſſet, quod
in extraneis ſociis, quia eſſet participãdum lucrum, & damnum,
q̃ ius, & natura ſocietatis participari vult, vel iubet, vel ſuadet, ſi-
cut de dãnis conſtat. ff. pro ſoc. l. cũ duobus. §. damna. & §. quidã
ſagariã. & verſi. ꝑ contrarium quoque. & co. tit. l. ſi igitur. Sed de
lucris apparet in d. l. duobus. §. ſi duo fratres. i prin. & §. idẽ Papinia
nus. & §. ſi. ver. & Auth. ſimus. l. adeo. §. quod in aliena. cũ ſim. Sed
16 pone, † quod ſunt duo fratres ſocii omnium bonorũ, vnus emit
quandam gabellam a communi, & promittit certam pœnam, al-
ter frater venit contra illud ꝯtum, quæritur an per hoc incidat
in illam pœnam. Reſpon. non, quia ille qui contrauenit, non in-
cidit in penam, quia non obligatur. ff. pro ſoc. l. iura ſocietatis. &
ꝙ no. in d. §. ſequitur. verſic. quid ſi duo fratres. Sed alter qui eſt
obligatus, non incidit, quia non contrauenit, vt not. ff. de ali. ind. l.
17 quia etiam. §. opus. † Sed an duo fratres[a] ſtando ſimul videantur
a contrahere ſocietatem. Et reperitur quędam additio originaliter
ex dictis Iac. de Are. aliqualiter extenſa per Richar. & Oldr. eius
diſcipulos, qui dicunt, ꝙ duo fratres ſimul ſtando, communicãdo
lucra, tacite ſocietatem contrahere videntur, arg. ff. pro ſoc. l. cũ
n. Item ſicut tacito diſſenſu diſſoluitur, ita tacito cõſenſu ꝯſtitur.
ff. pro ſoc. l. itaque. Sed Barto. dicit, quando plures fratres ſtant ſi
mul, aut nullus negociatur, aut alter tantũ, alter non, aut omnes.
Primo caſu non poteſt dici contracta ſocietas, licet hęreditatem
paternam, & maternam teneant ſimul, & indiuiſim, vt d. l. ex par
te. §. ſi fratres. & ff. famil. erciſ. l. ex parte. §. ſi filius. Secundo caſu
idem. nam non poteſt videri contracta ſocietas. Nam ex hoc ille,
qui negotiatur, magis videtur donare, quam ſocietatem contra-
here, ergo non præſumitur talis donatio. ff. pro ſocio. l. qui ita. Ter
tio caſu dic, quod ſi alter eorum eſt pupillus, non poteſt dici cum
eo contracta ſocietas, quia hoc non poſſet expreſſe. ff. pro ſoc. l. vt
in cõductionibus. ergo nec tacite. ff. loc. l. qui ad certum. Sed quid
ſi vterq; eſt maior? Dic, quod ſi ponant lucrum in communi ꝙ
ex hoc præſumatur contracta ſocietas, non tamen omnium bo-
norum, vt quidam dicunt, ſed quæ ſunt illius mercantiæ, vide om
nino Bar. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua.
vbi tenet primo, ꝙ ſit contracta ſocietas. per rationes ſupra factas
per Doct. arg. l. in lege. ff. de ritu nup. & ff. de concub. l. in concubi-
natu. Item quia talis communicatio non poteſt intelligi aliter fie
ri, quam circa nomen. & ius ſocietatis, & ideo præſumitur ſocie-
tas, argu. ff. de acquir. hęre. l. pro hærede. §. Papinianus. Secundo,
quod non probetur ſocietas illius mercantiæ tantum, probatur,
quia actus noſtri voluntarij non extenduntur vltra ea, quæ gerun-
tur. ff. de itin. actuq; pri. l. 1. §. Iulianus. Sed Bar. in d. §. altero. & in d.
l. ſi patruus. dicit, quod omnia iſta ſunt notanda. Sed ego dico in
primo membro, quod ſi nullus negotiatur, poteſt ex actus appare
re ſocialis effectus, ſicut eſt inter nobiles, qui non faciunt mercan
tias quæſtuarias, tamen quæcunque bona, quæcunq; ſalaria, quaſ
cunque dotes acquirunt, in communi conferunt. Nemo enim
poteſt negare hic eſſe ſociales actus ex quibus pręſumitur intẽtio
& voluntas, vt dicit Iac. de Ar. & Old. ad qualitatem enim actuũ
decurritur. Talis enim præſumitur modus, qualis ex actibus po-
teſt colligi. ff. de acquir. hæred. l. ſi duos fratres. C. de inſti. & ſub-
ſti. l. reprehẽdenda vbi dicit glo. in ver. cõprobaſti. quod facto da-
tur voluntas intelligi, arg. Inſti. de re. diui. §. ceruos. Nam in brutis
animalibus actus, & cõſuetudo qualitatẽ naturalis inſtinctus oſtẽ
dunt. Similiter dico, quod ſi vnus negociatur alter non, tamẽ ille
qui non negociat omnia illa, quæ obueniunt ſibi, puta ex reditu-
bus, præbendis, vel donis, ponit in communi, & ſic faciunt hincin
de. Nam præſumitur ſocietas ex actibus reciprocis ſocialib. Idem
eſt etiam, ſi vnus negotiatur in vna arte mercantiam, alter in alte
ra, vt in aduocatione, vel tabellione, lucrorum communicatio,
ſocietatis inchoationẽ ſequitur. Nã ex ſui natura hi actus ſocieta-
tem inferunt, quia ordinantur per ipſam, & per hoc ab effectu ap
paret ſocietas. Item dicit, quod ſi vnus ſit maior, alter pupillus, ſi
pupillus habet tutorem qui communicat, & ei communicatur,
quod ſocietas contrahitur, quia poteſt contrahi cum authorita-
18 te tutoris. Et dicas, † quando tutor authorizatur, eſt opus quod
loquatur. ff. de autho. tut. l. 1. in ſi. Reſpon. illud eſt verum in his q̃
procedunt per actum verbi, ſed in his, quę dñr per actum fieri, nõ
eſt opus tutoris ſermone, vt ff. de ꝯhẽ. emp. l. filiulas. §. fundũ. Qđ
autem dicit Bart. ꝙ ſocietas tacite reſtringitur ad actus ſociales,
eſt verum in actibus vniformib. ſed in diſformib. licet varietatem
in ſe habentib. puta, quod per talem actum præſumantur ſocieta-
tes gñaliter ꝯtæ, qñ ſe indifferenter habẽt, & indiſtincte vnde ex
actib. ita promiſcuis indifferentibus, præſumo ſocietatem gñali-
ter ꝯtam. Item in prædictis non conſidero, an vnus plus lucretur
vel expendat quam alter, quia in ſocietate gñali hoc non attendi-
tur, ſed omnia ſunt æqualiter diuidenda, vt ff. pro ſoc. l. ſi ſocius ꝓ
b filia. Sed pone,[b] † quod erant duo fratres ruſtici, qui tenebant ter
19 ras ad laborandum, & vnus habebat duos filios laboratores, &
omnes laborabant, q̃ritur de fructib. ex cultura prouenitib. quo
modo diuidantur? Reſpon. in capita, quia ſocietas reſtringitur capita
eorum, qui operas ponunt in ſocietate pup. ponendo ergo quod oẽs
ſunt in eo actu laboratores, vel operarij, cuilibet dabitur pars, nec
debet nocere ſuis duob. filijs quod ſint filij, ex ſuis enim laboribus
ſibi quærere poſſunt. l. cum oportet. §. ſic enim. C. de bon. quæ
20 lib. † Sed pone, de facto duo erant fratres, vnus diues, alter pau-
per, poſuit diues in ſocietate quinque, pauper vero operam per-
ſonalem, & cum diu duraſſet ſocietas, vno ponente operam tan-
tum,

ADDITIONES.

a Sed an duo fratres. De veritate huius quæſtionis, vide Alex. in l. cum duob. §. Papinianus. ff. pro ſocio. & in l. 1 [illegible] in §. altero. in additione ad Bar. ff. de adm. tut. in verſi. contracta ſocietas. & dominum Peruſinum, con[illegible] fil. 122. in 2. vol. incip. circa præſente. in prin. & Iaſ. in l. [illegible]

b Sed pone. Vide Bal. [illegible] tract. [illegible]

Digitized by Google

tum,altero quinque, & omnia pereant, quæritur an iſte qui po-
ſuit operam tantum teneatur ad aliquid alteri, & quod teneatur ad
dimidiam capitalis amiſſi alteri fratri.facit l.cum duobus. §.ſi in
coeunda.ff.pro ſoc.& ſic tenet Iac.in l. 1.C.pro ſocio. licet glo.vi-
deatur ibi aliter dicere. Et ſi dicas,quod iſtud videtur iniquum quod iſte
perdat totam operam,& dimidium pecuniæ. Reſpon.illa opera
in ſocietate facta iam erat facta communis, vnde nil perditur quod
non ſit commune vni,ſicut alteri. Item talis opera eſt repetibilis.
ff.de condi.indeb.l.ſi non ſortem.§.libertus. Item non obſt. quod de-
bitor quantitatis reſpectu certę ſpeciei liberatur eius interitu. l.in
naue Saupheii. ff. loca. quia ſpeciale eſt in ſocietate quod periculum
caſus fortuiti ſit commune.d.§.ſi in coeunda, & d.§. ſitia.cum ſi.
21 † Sed an fratres qui ſimul habitant, ſi non negotiantur, præſu-
mantur ſocij? Reſpon.ſi nil negotiantur,non. quia tacite ſocietas
non poteſt intelligi vbi non eſt commercium, vt ff. pro ſoc.l.nec
22 adiecit.† Quæro,fratres patrueles,vel nepotes ſimul habitant, tamen
vnus negotiatur,alter non,an præſumantur ſocij? Reſpon.aut qui
negotiatur facit nomine proprio, vel communi, ſi proprio,non
videntur ſocij.ff.de admi.tutor.l.Titium,& Męuium. §.altero. ſi
communi iudicantur ſocij:ſed quid,ſi alter eorum eſt pupillus, qui
non poteſt contrahere ſocietatem? Dicit,Bar.non eſt ſocietas:quia
non poſſet expreſſe conſentire,ergo nec tacite. ff.loc.l. qui ad cer-
tum.ſed quod nomine pupilli fuerit vtiliter geſtum, poterit habe
23 re ratum.ff.de nego geſt.l.ſi pupilli.in prin.† Sed quid ſi fratres ſi-
mul habitant,& ſimul negotiantur? Reſpon.præſumuntur ſocij,
& ſi indifferenter omnia communicant, præſumitur ſocietas ge-
24 neralis.† Sed an damnum contingens in perſonam vnius ex fra-
tribus ex caſu fortuito;quia captus ab hoſtibus, vel ob eius male-
ficium ſoluit de communi: an erunt hęc damna communicāda?
25 dic vt l.cum duobus.§.idem Papinianus.& §.ſi.ff.pro ſoc. † ſed ſi
in vna ſpecie,ad vnam tantum pręſumuntur.ff.pro ſoc.l.cum duo
bus.§.duo.quod enim ex actibus pendet, ex actibus limitatur. ff.
de leg.i.l.de quibus,in fi.& ff.de itinere,actuque priui. l. 1. §. Iulia-
nus.ſed an fratres,qui habitant ſimul,& ſeorſum negotiantur, pręſ-
ſumantur ſocij? Reſpon.ſic:quia habitatio ſeorſum facta non de-
rogat ſocietati,vt ff.quod cuiuſque vni.no.l.1.in princ. Sed an fra-
tres,qui habitant ſeorſum,& negotiantur viuo patre, & lucrum
communicant,dicantur ſocij? Reſpon. aut referunt quęſtum ad
inuicem,aut patri. Primo caſu pręſumuntur ſocij, ſecundo non,
26 facit ad hoc.ff.de eden.l.prætor.§. 2. † Viſo autem quando pręſumun-
tur ſocij, videndum eſt quę veniunt communicanda. Et primo
quęro,ſi vnus fratrum ex ſucceſſione, vel ex ſtatuto dutis partem
lucretur,an debeat fratri communicare. Reſpondeo non.quia quando
lucratur aliquid viuo patre,debet tanquam aduentitium percipe-
re,tex.eſt C.de colla.l.ſi.multo magis patre mortuo,quia tunc eſt
plenior ſua acquiſitio,& facit ad hoc d.l.nec adiecit.& vide quod
27 no.per Cy. C.fam.erc.l.2.& quod no.ff.de caſt. pec.l.dotem. † Quæ
ro,quando fratres ſunt ſocij,an vnus poſſit capi pro debito alterius? Re
ſpondeo primo,aut debitum eſt contractum nomine ſocietatis,& vterq;
tenetur. Facit quod no.Cy.C.ſi cer.pet.l.cum te,& argu.ff.de pac.
l.item magiſtri,& quod no.ff.pro ſocio.l.3.in glo. Secundo aut eſt
contractum nomine proprio,& tunc alter non poteſt conueniri,facit, quod
28 no.ff.pro ſoc.l.ſi ſocij ſimus.† Sed an ſumptus a qui fiunt ex perſo
a na vnius fratris,vel filij vel filiæ ipſius debeant fieri de communi?
& loquimur in ſumptib.honeſtis. Reſpon.non, niſi ſint ſocij om-
nium bonorum.ff.pro ſocio.l.ſocius pro filia. Ex hoc apparet,quod fi
lius fratris debet ſtare in ſtudio ſumptib.patris,non de communi pa
b trimonio, ſimiliter debet dotare filiam de bonis paternis b, non
communib. Item ſi ducat vxorem,debet fieri ſumptus de ſua parte,
niſi ſint ſocij omnium bonorum.ff.de mune.& hono.l.& qui ori
29 ginem.§.fi.† Sed,an ſi vnus frater ſoluit condemnationem,tenea
tur alter contribuere iure ſocietatis? Reſpon.non,ſi fuerit licite con-
demnatus,ſecus ſi iniuſte:quia tunc debent ſolui de communi,ſi
erant ſocij generales:aliàs non,d.l.ſi fratres.§.idem Papinianus.&
§.per contrarium quoq;,cum gl.in ver.conſecutum.& §. cui congruit.
30 † Pone quod pater ſoluit condemnationem filij,vel ſumptus c fecit in vxo
c rem illius,puta in conuiuijs,an hoc imputandum ſit in partem il-
lius? Reſponſio in condemnatione eſt text.quod non. C.de captu.l.liber captus
ab hoſtib.quod no.ff.de cond inde.l.frater a fratre.& Guliel.& Ia
cob.de Are.in l.dominus.C.loca. Sed de ſumptib not.glo. in d.l.
& qui originem.§ fin.& quod talia non imputentur,facit ff.manda.l.
creditor.§. 1.& de nego.geſt.l. Neſennius, niſi filius habuiſſet pa-
trimonium ſeparatum a patre, de quo patrimonio præſumetur
31 pater impēdiſſe.ff.de petitio.hæred.l.fina. † Sed an ſingula d veſti-
d menta,annuli,& perlæ pretioſæ, quæ facit pater nurui, imputen-
tur in partem filij? Reſpon.ſic,in quantum valeant tunc, non in
quantum fuerunt emptæ: quia iſtæ res non præſumuntur dona-
tæ,ſed commodatę,vt ff.commoda.l.ſi vt certo.§.interdum. niſi
magna dignitas,& multitudo diuitiarum facerent præſumi con-
trarium.ff.de leg.3.l.ſi filiæ.de dona.l.ſi ſinus.& vide ad materiam
quod no.Specu.de iud.§.ſequitur. verſic. quid ſi duo fratres.cum
32 multis ver. ſeq. † Item vide Cyn. C.de rei vxo. actio. in l.vnica.§.
accedit.in vlt.q.vbi quærit,an frater,qui dotat ſororem, poterit in
33 partem illius imputare tempore diuiſionis. † Item vide Guli. in
l.fina.C.fam.erciſ.vbi tractat, an libri empti a patre ſint commu-
nicandi fratribus. Et quod not.glo. C.ad Maced.l. Macedoniani.
34 † Item vide quod not. Guli.C.famil.erciſc.l.certi iuris. & ibi glo.
vbi quærit, quid ſi vnus filiorum furatur grana patris, an patre
mortuo teneatur ſibi imputare in legitimam? Item de debitis quæ-
ſitis viuo patre, an eo mortuo debeant eſſe communia, hæc eſt
proprie materia.l.frater a fratre.ff.de cond.indeb.& C.fam.erciſ.
l.certi. Item vide Specu.titu.de teſte. §.j.ver. ſed nunquid. vbi di-
35 cit,quod frater poteſt eſſe teſtis pro fratre.† Item adde e quod dixi.ff.
e pro ſocio.l.ſi ſocietatem mecum.& ibi dixi,quod ſi ſunt fratres ruſti-
ci,& vnus habet filios quotidie laborantes in agro, qui commu-
niter laborant,alter non habet filios, quod ille qui habet filios, quia
plus ponit de opera, plus debet percipere in diuiſione fructuum:
& illud plus intelligatur arbitrio boni viri, per operarum qualita-
tē. Item de his quæ vnus filiorum lucratur viuo patre, quid iuris
ſit eo mortuo;vide.C.de bo.quæ lib.l.cum oportet.§.j.& dicit Ni
36 cola.† Mata.in d.l.cum oportet.quod quodcunq; lucrum ſit commu
ne ex opera quacunq;, ſi filius ponit in communi expendendo in
paterna familia,quod non repetit: quia apparet quod non voluit ſibi
quærere,ſed patri referre,argum. C.de bonis quæ lib.l.fin. in prin.
tamen non firmo præciſe. Item vide quod legitur,& not. C.com-
mu.vtriuſque iud. l.ſi patruus,& circa ea, quæ viuo patre contin-
gunt,vide ff.fami.erciſ.l.ſi.& l.ex parte. §.fina. Item vide l.cum al-
37 legas,C.de ca.pec.lib.12. vbi dicitur,† quòd frater habitans cum
fratre præſumitur amicabilior ſibi, quam illi cum quo non ha-
bitat. Item ſi vnus frater expendit in ædificijs, habuiſtis de nego.
geſt.l.ex duobus.in princ.

ADDITIONES.

a Sed an ſumptus. Vide Alexandr. de Imola,in conſilio 70. in 5.volum.incip.ca-
ſus talis eſt.

e De bonis paternis. Sed quid vbi ſunt plures ſocij omnium bonorum, an debeat
attendi,quod vnus faciat maiores expenſas in domo quam alius,vel quod vnus plus
lucretur quam alter,vide Bar.hic & vide Bal.in l.ſi patruus.C.commu.vtriuſque
iud.& Per.de Anch.conſi.303.incip.materia de qua quæritur non eſt noua. Lud.
Rom.in conſi.162.inci.in propoſito themate,in vlt.du.& plene per Iaſ.in l.vt ne
mini.C.de coll.

c Sumptus. Vide Bar.in l.ſi cum dotem.§.ſi poſt ſolutum.ff.ſol.mat.& ibi doctores,
& ibi apoſt.& Bal.in auth.ſi ex teſtō.C.de coll.& in auth.niſi rogati.C.ad Treb.
& in auth.ſi captiui.C.de epiſc.& cler.& in l.filij.C.fam.erciſ.& in l.2.§.j.ff.ſol.
mat.in l.cum ius.C.de inoſ.teſt.& Ale.in l.in quartam.ff.ad l.Fal.in ver.quantum.
& in ver.ad pecuniam.

d Sed an ſingula. Vide Ale.& in l.in reb.§.ſeruus.ff.ſol.mat.

e Item adde. Not.de duob.fratrib.qui habent filios & laborant.& adde Bald.ſupra
in iſto tractatu,in ver.ſed pone.& Bal.in l.ſi patruus.C.commu.vtri.iud.& in l.j.
in 9.q.C.pro ſocio. Ang.in l.ex duob.ff.de neg.ge.cum concor.de quib.per Iaſ.in
pe.col.C.de coll.cui adde Bart.in conſi.186.incip.Cucciarellus, & Bal.in conſil.
343.in 2.vol.inci.ille quærit.vide Age.de Are.in §.actionum.Inſti.de act.Pet.de
Vbal. dominum meum in iure canonico.Peru.in tract.de ſocietate,4.par.princi-
pali.& in q.7.& 9.in 6.parte,in 23.q.Et vide plene Ale.in conſi.77.in 5.vol.in-
ci.circa primum,& in conſi.135.in 2.vol.inci.titulus quæſtionis talis eſt,& in cō
ſil.96.in eo.vol.inci.habita ſuper narrans,& ita conſului in cauſa magna,in ciui-
tate Eugubij.

¶ Expletio Baldi ſuper Tractatu de duobus fratribus,
ſimul habitantibus.

# TRACTATVS
## DE TYRANNIA.


1 *Tyrannus a Tyro Græce,quod latine dicitur fortis,ſiue anguſtia.*
2 *Tyrannus eſt,qui communi Reipub.non iure principatur.*
3 *Verba Gregorij pro lege ſeruanda ſunt.*
4 *Superbia radix omnium malorum.*
5 *Tyrannus alius prouincialis,alius ciuitatis,alius ſimpſius.*
6 *Tentans vel procurans Tyrannidem punitur,licet non perfecerit.*
7 *Tyrannicus actus ſpecialiter conſiſtit in affligendo ſubditos.*
8 *Tyrannia non datur in vicinia,nec villa,vico,vel caſtro.*
9 *Aſſumens ſibi poteſtatem,vel præeminentiam in vicinia, vel parte ciui-
tatis quòd vniuerſitas nihil poſſit, niſi quantum ipſe velit, dicitur ty-
rannus.*
10 *Exiſtens in caſtro ita forti,quod ciuitati rebellat,dicitur tyrannus,& ita in
vico,& in villa.*
11 *Tyrannus in domo propria quis eſſe poteſt.*
*Si aliquis de domo facit contractum cum tali,reſcinditur.*
*Quis dolus,vel metus requiratur.*
*Abbas intruſus in monaſterio poteſt dici tyrannus in domo propria.*
12 *Tyrannus ciuitatis eſt,qui in ciuitate non iure principatur.*
*Tyrannus ciuitatis quotuplex ſit.*
13 *Tyrannus manifeſtus in ciuitate quis dicatur ex defectu tituli.*
14 *Tyrannus etiam dicitur electus a ciuitate in rectorem per metum, quando
ciuitas habet ius eligendi.*
15 *Violentia,vel metus,qualiter inferatur in populum.*


Facta

Digitized by Google

16 *Facta per modum iuriſdictionis a tyranno manifeſto, ex defectu tituli non valent.*

17 *Facta ab officialibus exiſtentib. in ciuitate, in qua ſit tyrannus, & quos ipſa ciuitas ſibi eligit tyranno patiente, quando ſint nulla.*

18 *Comparere in loco ſibi ſuſpecto, & coram iudice, & inimicis quis nō debet.*

19 *Reſtitutio in integrum competit illis, contra quos tempore tyranni aliqua iniuſtitia facta eſt.*

20 *Tyrannia finita, tempus petendæ reſtitutionis currit.*

*Geſta per contractum tempore tyranni manifeſti ex defectu tituli, quando valeant.*

21 *Rogatia maiaris dicitur iuſtus.*

22 *Contrahenti ignoranter cum tyrāno manifeſto ex defectu tituli ſubuenitur per titu'um, quod ſal tuto. autho.*

*Ignorare quem eſſe tyrannum, quomodo ſit poſſibile.*

23 *Soluens tyranno vel eius officialibus, quomodo ſit liberatus.*

24 *Debitor ſpeciei, ſpecie ſibi per vim ablata, ipſa iure liberatur.*

25 *Preconium factum a tyranno inducit iuſtum metum.*

26 *Si tyrannus patitur bona ciuitatis deperire, contra ipſam ciuitatem non præſcribitur.*

27 *Tyrannus ex parte exercitij, licet habeat titulum minus proprie, dicitur tyrannus.*

28 *Decem ſigna ad cognoſcendum tyrannum.*

29 *Occidere fratres, & potentes ciuitatis, & eos expellere, non eſt actus tyrāni, ſi ex iuſta cauſa hoc fit.*

30 *Conſeruare ciuitatem in diſcordia, depauperare ſubditos, & eos affligere in perſonis, & rebus, ſunt ſigna veræ tyrannidis.*

31 *Superior deponit Ducem, Marchionem, vel Baronem habentem iuſtum titulum, & tyranniam exercentem.*

32 *Tyrannus abſque titulo incidit in legem Iuliam maieſtatis.*

33 *Tyrannus exercitio, licet habeat titulum, quas pœnas incurrat.*

34 *Tres rationes, per quas Superior licite tyrannos creat vicarios, & dominos ciuitatum per eos tyrannizatarum.*

35 *Proceſſus factus per tyrannum habentem titulum, quando valeat.*

36 *Facta per tyrannum pendente proceſſu contra eum per ſuperiorem, quando teneant.*

37 *Tyrannus habens titulum ꝙ habeat beneficium, non pōt ei a populo addi aliquid iuriſdictionis, & ciuitatem ſubmittere, non poteſt.*

38 *Tyrannus tacitus, & uelatus quis ſit, & duo uelamina tyrannia.*

39 *Qui ſibi facit concedi titulum a ciuitate propria non habente poteſtatem concedendi, dicitur tyrannus ſine titulo.*

40 *Reſirmatus in officio a ciuitate habēte poteſtatem eligendi, quando dicatur tyrannus.*

41 *Qui ſe facit in confalonerium ciuitatis eligere, uel capitaneum, quando tyrannus dicatur, & quomòdo probetur talis tyrannus.*

42 *Facta tempore tyranni uelati quomodo ualeant, & communem utilitatem reſpiciant quo ad exiſtentes in ciuitate, & quid quo ad expulſos.*

43 *Rara reperitur aliquod regimen, in quo ſimpliciter ad bonum publicum attendatur.*

44 *Regimen bonum dicitur, in quo publica utilitas plus præualet, quam propria, e contrario ſi propria, malum.*

45 *Qui nullum titulū in ciuitate patitur ſibi concedi, ſed ita ordinauit regimē, quòd omnia procedunt ſecundum uelle ſuum, dicitur tyrannus, & quomodo probetur.*

1 a **Primo quæro,** † [a] Vnde dicatur Tyrannus, & dr̄a Tyros [b] Græce, Latine fortis ſiue an-
b guſtia, vnde fortes Reges, Tyranni vocabantur. Poſtea accidit tyrannos vocari peſſimos, & improbos Reges luxurioſæ dominationis crudelitatem, & crudeliſſimam dominationem in populis exercentes, a Tyros, quod eſt anguſtia: quia anguſtiant, & cruciant ſeruos ſuos, ſecundum Hugo. quod Tyrus interpretetur, vt dictum eſt, patet ex interpretationibus Bibliæ, vbi ſic habetur, Tyrus interpretatur, anguſtia vel tribulatio, ſiue ſaluatio, aut fortitudo, & hæc vtilia ſunt, cum quæritur de conditione Tyranni, & de modo probandi.

2 c **Secundo** quæro, qualiter † diffiniatur Tyrannus. [c] Greg. lib. 11. Moralium, ſic diffinit: Proprie Tyrānus is dr̄, qui communi Reipublicæ, non iure principatur. Sed ſciendum eſt, ꝙ omnis ſuperbus iuxta modum proprium tyrannidem exercet, nonnunquam alius in Repub. hic per acceptam dignitatis potentiam, alius in prouincia, alius in ciuitate, alius in domo propria, alius per latētem nequitiam hoc exercet, & cogitatione ſua non intuetur Deum, qui quantum mali valeat facere, & tamē deeſt ptās, fortis apud ſe tyrannus eſt, cui iniquitas dominatur intus: quia ſi externus affligit proximos, intrinſecus tn̄ habere ptātē ſuffi-
3 cit appetere, vt affligat. Hæc ſunt † verba Greg. ad literam, quæ ꝑ lege ſeruāda ſunt. 15. di. can. ſancta Rom. q̄ verba aliqualiter diſcutiamus, proprie tyrānus, &c. ſicut n. Rex, ſeu Imperator Romanorum eſt iuſtus, & verus, & vl̄s, ita ſiqs illum locū vult iniuſte obtinere, appellat̄ ꝓprie tyrānus, & de tali tyrāno hēmus. C. de ſacroſ. eccl. l. decernimus. & l. ol nouatione. & ibi no. communi. Reipub. & c. de repub. intelligit̄, vt l. cum q vectigal. ff. de ver. ſig. Non iure principatur, & c hoc ꝯtingit, q a caret titulo: quia eſt electus nō de iure, & reprobatus, vt ext. de ele. c. venerabilem. vel non electus coronatus, & poſtea reprobatus in iudicio, vt ext. de re iud. c. ad apoſtolicæ. lib. 10. & de Saul Rege. 1. Regū. 13. c. vbi ſemel ꝓpheta ſic ait, Stulte egiſti, nec cuſtodiſti mādata dn̄i Dei tui, quæ tibi præcepit, ꝙ ſi nō feciſſes, iam nunc præparaſſet dn̄s tuum Regnum. ſed nequaquam regnum tuum ꝯſurget, &c. Apparet ergo, ꝙ ꝑ ꝑ peccata Rex priuatur regno, & ex tunc eſt tyrannus: q a nō iure principatur. Sed ſuperius dixi de tyrāno vl̄i, hic de particulari, qui nō ita
4 ꝓprie tyrānus eſt. Oīs ſuperbus. &c. Superbia † eſt radix omnium malorum, quæ præcipue in tyrānis apparet. Et ſequuntur quinq;
5 ſpēs tyrannorum, quas proſequitur eo loco. † nam alius tyrānus generalis in cōi Rep. Romanorum, alius prouincialis, qui in ꝓuincia non iure principat̄, alius ciuitatis, alius vnius domus, alius ſuip ſius. Sed videndum eſt, an vnius viciniæ, & ĩ. dicam. Hic per acceptam dignitatis potentiam, hoc pōt determinare præcedentia, vel ſequentia. Alius in prouincia. In prouincia aliquis non iure principatur, vt ſ. dixi in cōi Repub. Eſt alius modus, ſiqs factus eſt præſes ad tempus, vel ad placitum, illo finito tempore ſucceſſorem non admiſit, hic tyrannus eſt, & in l. Iuliam maieſta. incidit, vt ff. ad l. Iul. maieſta. l. 1. Alius in ciuitate, de tyranno ciuitatis principaliter ĩ. tractabitur. Alius in domo, quo modo hoc poſſet eſſe, ĩ. dicam. Alius latentem nequitiam exercet apud ſe, & incognita eſt ſua tyrannia, quæ eſt in ſola cogitatione, & iſta non pertinet ad iuriſtam, quia cogitationis pœnam, nemo meretur, vt ff. de pœn.
6 l. cogitationis pœnam. Sciendum † tamen eſt, quòd ſi quis curauerit, ſeu procurauerit, licet non perfecerit, punitur, ac ſi perfeciſſet. ff. ad l. Iul. maieſta. l. 2. in fin. quod in hoc, & in quibuſdam alijs ſpeciale eſt: litera vero quæ ſequitur, loquitur de punitione, quæ fit in examinatione æterni iudicis: ideo hoc non expono, ſed dimitto Theologis. illud tamen excipio quod vobis expedit, habere poteſtatem appetit, vt affligat. Notandum eſt ſingulari-
7 ter, ꝙ actus tyrannicus ſpecialiter conſiſtit in affligendo ſubditos: dicitur enim tyrannus qui anguſtat, & cruciat ſuos, vt dictum eſt. Multi alij ſunt actus tyrannici, vt infra dicetur. Hęc ad literæ expoſitionem ſufficiunt.

8 **Tertio** † quæro, an in vna vicinia dicat̄ tyrannus? Reſpon. non, vt patet ex verbis Greg. qui hāc tyrannidis ſpeciem non poſuit, hoc probatur ratione. Nam regimen tyranni peſſimus eſt, vt dictum eſt. Oppoſitum enim eſt directe regimini quod eſt optimum. & enim eſt tyrannus qui non iuſte principatur, apparet quod vbi nō eſt regimen, nec principatus, merito ibi non cadit tyrannus: at in vicinia non conſueuit eſſe Rex, vel regimen aliquod per modum iuriſdōnis, ideo ibi non cadit tyrannus, vicinia enim non regitur per vnum, ſed per eum, qui totam ciuitatem regit, & licet in vicinia ſint aliqui magis potentes, qui alios opprimunt, non tamen ſunt tyranni, ſed ſunt alijs potentiores, de quibus loquitur ff. de alie. iud. mut. cau. fac. l. 4. in princ. & ff. de of-
9 fic. præſid. l. illicitas. §. ne potentiores. niſi poneres, † quod in vna vicinia, vel circa partem ciuitatis quis aſſumeret tantam præeminentiam, quod vniuerſitas ibi nihil poſſet, niſi quantum ipſe vellet, vt faciunt Romani nobiles: tunc enim recte dicuntur tyranni illius partis ciuitatis. Sed cōtra prædicta poſſet dici, communiter contingit, quod in qualibet ciuitate fit diuiſio per quarteria, & parochias, & in qualibet parte ſunt aliqui, qui vocantur capitanei, ſiue ſyndici, qui præſunt negotijs illius partis ciuitatis, de quibus no. ff. de pact. l. item magiſtri. certe, cum ibi ſit regimen, apparet, quod ibi poſſet eſſe tyrannus. Reſpon. tales nō habent iuriſdictionem, licet quandoque eis aliqualis prohibitio mittatur pro quibuſdam exactionibus fiendis, vt in maleficijs denunciandis. Iſti enim magis dicūtur famulari his, qui regunt ciuitates, quam ipſi regere, & ſic non principantur, ſed principantibus famulantur, vnde non poſſunt dici tyranni, ſed ſunt potentiores ratione officij, & poſſunt timorem incutere, & incidunt in conſtitutionem illam, ſi per impreſſionem. C. de his, quæ vi metuſue cauſa. & ff. de concuſ. l. 1. Præterea iſtorum potentiorum, qui ſunt in

ADDITIONES.

a Th. D. Primo quæro Dicit Bal. in l. decernimus. C. de ſacroſ. eccl. quod Bart. fecit iſtum tract. Tyrannid. valde verboſum, & adiit multa breuiter ad dicta Bar. hic & ibi vide Albe. de Roſa. & adde quod de poteſtate Tirannidis nunquam præſcribitur ſecundum Bal. in d. l. decernimus. & Alex. in ſua diſputatione quæ incipit. Sigiſmundus, poſita in l. ſi imperium. ff. de iur. om. iu. & quid ſi metus aſſum tēpore contractus, a Tyranno illatus ſi poſtea tradit rem ex interuallo, videtur ſuis eſſe metum ex quo non eſt purgatus vide Ang. in l. qui in aliena. in §. Celſus. ff. de acq. hær. & ibi vide Bar. Soc. in conſi. 25. incip. ſequendo in fi. & dicit S. Thomas de Aquino, in trac. de principibus, quod omnes Principes Italiæ ſunt tyranni præter Ducem Venetiarum.

b Tyros. Tyros Græce caſeus dicitur a Tyreo, quod cogere, coagulareque eſt ideo que neque fortem neque anguſtum eſſe ſignificat, ſecluſa metaphora, quare videtur Barto. quod de Tyro ciuitate ſubijcitur, nihil ad rem, ſuperbam quippe no uni qui Hiſtoricorum monimenta vel legerunt, vel etiam ab alijs audierunt.

c Tyrannus. Seneca in prouerbijs dicit, quod Tyrannus diſtat a Rege factis, non nomine, & circa Tyrānos vide pulchra poſita per Parid. de Put. in tract. de Syn. in tit. de exce. a Reg. c. Rex autem. & ſeq.

Digitized by Google

in vicinia maleficia poſſunt cito corrigi per eos qui regunt ciuita-
tes, ideo non poſſunt dici tyranni. Ideo beatus Grego. tyrannidē
10 in vicinia non poſuit. Eadem ratione † dico, quod in villis, vicis,
& caſtris, comitatibus alicuius ciuitatis, in quibus iuriſdictio nō,
exercetur de iure, nec de facto, ꝙ ibi nō poteſt eſſe tyrannus, licet
ſit aliquis potentior. ſi tamen eſſet ita fortis, ꝙ quis rebellaret ciui
tati & ſe ab ea defenderet, ita quod propter gētes ciuitatis male-
ficia ibi non poſſunt corrigi ſine magna difficultate, tunc poſſet
ibi eſſe tyrānus, de quo habemus. ff. ad legem Iuli. maieſt. l. 3. ibi,
aut arcem non tenuerit, & C. de fun. li. l. quicunque. lib. 11. facit
quod no. ff. qui ſatiſd. cog. l. 2. in princ. iuncta glo. 1. vbi dicitur,
quod non idoneus facilitate conueniendi eſt, qui eſt in loco, vel
caſtro munitiſſimo.

11 **Quarto** quęro, † an in vna domo poſſit eſſe tyrannus? Et
videtur, ꝙ nō, quia ibi non exercetur iuriſdictio
ergo, &c. vt dictum eſt. In contrarium ſunt verba Greg. relata ſ.
in 2. q. Reſp. in domo propria poſſet dici ꝙ paterfamilias aliquid
iuriſdictionis realis exercet, ius enim dicit in filio, & in ſeruo. l.
ſerui, & filij ff. de furt. & C. de pat. poteſt. l. cōgruentius. Item ma-
ior, ſeu antiquior domus habet quodam modo quandam iuriſ-
dictionem in vxorem, liberos, & ſeruos, & etiam antiquior fra-
ter, vel patruus in minores 25. annis, qui ſunt in illa domo. C. de
emenda. propin. l. vnica. mento, ſi in illa domo non iure principa-
tur, dicitur tyrannus. Et ideo ſi aliquis de familia faceret aliquem
contractum, vel aliquid aliud metu talis, qui eſt tyrannus in do-
mo, reſcinderetur, ſicut ſi factum eſſet metu tyranni, vt ff. qua. re.
act. non dat. l. 1. §. quæ onerandæ, & quod ibi no. Qualiter autem
probetur metu factum, ibi dixi. Si quis tamen in domo habet fra
trem, vel fratris filium minorem ſe, tamen maiorem 25. ann. tunc
antiquior non habet in illum illam poteſtatem, cum per ſeipſum
ſe regere debeat, vnde talis metus nō ſufficeret. deberet ergo pro
bari dolus, vel metus communis. ſi quis tamen geſta per talem
vellet reſcindere, non poteſt. Poſſumus etiam dicere tyrannum
in domo propria Abbatem monaſterij, ſi in eo non iure principa
tur, quia intruſus. vt extra, de præbendis, cap. cum qui. libro ſexto
vel licet habeat iniuſtum titulum tyrānice regit, vt dictum eſt ſ.
de tyranno.

12 **Quinto** quæro † de tyranno ciuitatis, quotuplex ſit eius
ſpecies. Reſpon. ex prędictis cōſtat, quod tyrānus
ciuitatis eſt, qui in ciuitate non iure principatur ſicut autem non
iure principatus multis modis contingit, ita multæ ſunt tyran-
norum ſpecies. Nam quidam eſt tyrannus manifeſtus, quidam
velatus, & tacitus. Item eſſe quem tyrannum manifeſte contin-
git quandoque ex parte exercitij, quandoque ex defectu tituli.
Item eodem modo tyrannus velatus eſt quandoque propter titu-
lum, quandoque propter defectum tituli. de quolibet ergo videa
mus.

13 **Sexto** quæro, † quis eſt tyrannus manifeſtus ex defectu ti-
tuli in ciuitate? Rñ. ille qui in ciuitate ſine iuſto titu-
lo manifeſte principatur, vt ex prædicta diffinitione patet. hoc au
tem contingit multis modis. Primo ſi ciuitas, vel caſtrum, in quo
manſerit, non hēt ius eligendi Rectorem, ſi aliquis in illa pro Re
ctore ſe gerit iſte tyrannus eſt, quia non iure principatur, & tene-
a tur [a] lege Iulia maieſta. ff. ad l. Iul. maieſt. l. 1. in fi. Item ſi finito of-
ficio, eo inuito, ad quem ſpectat, remanet in eodem, vt ibidē no-
14 tant. Sed ſi ponas, † ꝙ ciuitas vel caſtrum habet ius eligēdi ſibi
Rectorem & ciuitas ei aliquam iuriſdictionem dedit, licet per vim
non pōt dubitari, quia facta metu valent, licet reſcindātur per actio
nem qđ metus cā: ergo interim eſt Rector. nec pōt dici quod ſit
tyrānus ex defectu tituli. In ꝯtrium eſt veritas, nam iuriſdictio de-
bet transferri voluntarie, & ſi per metum fiat, non valet ipſo iure.
ff de iudi. l. 2. & no. ff quod met. cau. l. ſi mulier. §. ſi dos. Nunc au-
15 tem videndum † eſt qualiter violentia, vel metus inferatur in po
pulum? Rñ. ſi exercitus fiat ꝯ ciuitatem ſine conſenſu Superiorū,
d. l. 3. ad l. Iul. maieſta. vel ſi cum gente forenſi pugnādo expugna
uit ciuitatē, vt ff. ad l. Iul. de vi pub. l. 3. vet. in eadem cauſa. Sed ſi
cū hominib. eiuſdem ciuitatis facto rumore, & ſeditione ſe faciat
eligi in dñm, tūc plus dubitationis habet, quia maior pars vr̄ hoc
facere, quæ maior pars eſſe vr̄ ex eo ꝙ obtinet. Sed dicendum eſt
hoc caſu contingere quem non eſſe tyrannum manifeſtum ex
defectu tituli, ſed pp vim, & metum eſſe creatum. quid. n. ſi cum
modica gēte quis occupat fortilitia ciuitatis alicuius, quibus oc-
cupatis, iuſtus timor cadit in populum? Certe per metum crea-
tus eſt. arg. extra, de reſtu. ſpol. c. Piſanis. vel quid, ſi non cum ma-
iori parte populi ipſe obtinuit, ſed fuit gens vilis, & abiectæ con-
ditionis, vt communiter accidit. Certe ex hoc non dicetur factus
a maiori parte populi: tales enim non dicuntur eſſe decuriones,
vel de conſilio, vt de dign. l. nec quis. lib. 12. C. Item ſi hoc fecit
cum comitatenſibus, vt C. ne ru. ad vl. obſeq. deuo. libr. 11. l. 1. vel
pone cum modica gente eiuſdem ciuitatis eleuauit rumorem,
cum alij ſtarent ſeparati per domos, nam pauci viri præualent
multis ſeparatis. Certe iuſtus fuit timor in populo. Vel pone,
quod primo cum modica gente expulit, vel occidit vnum vel
plures ex maioribus ciuitatis, propter quod alius populus iu-
ſte timet, quia eſt ſcriptum. Percutiam paſtorem, & diſpergen-
tur oues. hunc eſſe iuſtum metum in populis, multis antiquis ap
probatur hiſtoriis, & ſpecialiter in libro Iudic. & ſimiliter dico, ꝙ
ſi facto rumore, vel ſeditione illicita, quis eligitur, eſt tyrānus ma
nifeſtus, & ex defectu tituli. caſus eſt expreſſus. q. 1. c. principatus.
& 14. q. 5. c. neque. n. vbi ēt dicitur, ꝙ ſi ex poſt facto bene regat, ty
rannus eſt. ꝙ intelligendum eſt, niſi ex poſt facto diſpenſetur, vt
in c. niſi cum pridem. de renun. Prædicta ēt vera apparent ex eo, ꝙ
appellando aliquos de ciuitate indebite, cum creatur electus, illi
expulſi poſſunt dici contempti: debuerunt enim vocari, vt C. de
decur. l. 2. lib. 10. ſic ergo electio facta ipſis contemptis, non valet [c]
extra, de electio. c. quod ſicut. & c. venerabilem. & c. bonæ. el 2. &
ſic eſt tyrannus manifeſtus ex defectu tituli. Apparet ergo ex præ
dictis modus probandi quem eſſe tyrannum.

**Septimo** quæro, an geſta per tales tyrannos manifeſtos,
ex defectu tituli, vel eorum tempore valeant.
16 Iſta quæſtio hēt multos articulos. † primo q̄ro [b] de his, quæ fiunt
b per modum iuriſdictionis, an valeant. Et conſtat, ꝙ ea quæ fiunt
per ipſos tyrannos tanquam iuriſdictionem habentes, ſunt ipſo
iure nulla. C. de ſacroſan. eccle. l. decernimus. vbi tex. dicit, infirma
tis funditus. quaſi dicat, fundamenta eorum ſunt nulla, & ſic nul-
lo tempore valuerunt. Idem de his, quæ fiunt ab officialibus po-
ſitis per ipſos eadē ratione. & ſic eſt expreſſum extra, de ſchiſma.
17 cap. 1. & in c. ordinationes. † Sed dubitandum eſt de his, quę fiunt
in ipſa ciuitate, vbi tyrānus eſt electus ab aliis officialibus, quos ip
ſa ciuitas ſibi eligit patiente tyranno. & dic, ꝙ non valeant per d.
legem, decernimus. vbi dicitur, nullum eſt ipſo iure quod factū
eſt tempore tyranni & hoc ſuadet ratio. Nullus enim officialis fit
in ciuitate libere, quando eſt ibi tyrannus & videtur factum ab ip
ſo tyranno. pro hoc extra, de præſcrip. cap. cum nobis. vbi dicitur
c quod tempore ſchiſmatis non poteſt agi, vel pſcriptio currere. [c]
Sed tēpore tyrāni poteſt dici tempus ſchiſmatis. Scindit. n. tyran
nus, & ſeparat communionem vniuerſalis Imperij, quod patet,
quia incidit in legem Iuliam maieſtatis, vt dictum eſt. In contra-
rium facit: nam in d. l. decernimus, non dicitur, ꝙ ſunt nulla niſi q̄
facta ſunt contra eccleſias, ergo alia videntur remanere valida. ꝑ-
terea inſurget iniquitas. Si enim in ciuitate durauit tyrannus lon-
go tempore, dicimus ne omnia celebrata, & acta in eorum cu-
riis, eſſe nulla? Durum videtur, ꝙ ſi aliqui proceſſus fiant contra
rebelles ſeu inimicos tyranni, ꝙ tales proceſſus ſint ipſo iure nul-
li. Nā non debet comparere coram iudice ſibi notorio inimico,
18 vel in loco notorio ſibi ſuſpecto, † vt ff. ad Trebellia. l. de ætate, &
ff. quib. ex cau. in poſ. ea l. Fulcinius §. 1. & de legationibus. l. ciē-
dum. & eſt expreſſum de re iudi. cap. paſtoralis, in clemen. Quæ-
dam vero ordinamenta, ſententiæ, & proceſſus fiunt contra ipſos
intrinſecos, & tunc plus dubitationis habet. Sed aduertendum in
homine libero, qui detinetur ab aliquo ſub patria poteſtate vel
dominica, ſi ſic exiſtens aliquid facit ſcienter, vt ff. de acquir. hæ-
redita. l. qui in aliena, §. 1. ita in propoſito, quædam facit ipſe popu-
lus nunc ſub poteſtate tyranni detentus, vt officiales a populo ele
cti, qui feciſſent in omnem euentum, etiam ſi in poteſtate ſua li-
bera eſſent, vt deciſiones quarundam cauſarum contrariarum,
* quas quilibet tyrannus patitur ire ſub regulis iuſtitiæ, & tunc illa
valent, quia voluntarie facta ſunt. Quædam ſunt, quæ facta non
fuiſſent, niſi propter tyrannum, & iſta non valent, tanquam facta
non libere, ſed per metum tyranni, niſi per iura prædicta. l. decer-
nimus. Certum enim eſt, quod contra eccleſias non fuiſſet diſpo
tum per alios, quam per prælatos iuſtos, ſi tyrannus non fuiſſet,
ideo dicuntur prędicta infirmata funditus ex qualitate factorum.
Iſta ponebantur ſicut dicimus in minore, qui fecit ea, quæ maior
19 diligens non fuiſſet facturus. Puto † etiam, quod ſi in cauſis, fiunt
iniuriæ per iudices his, quos tyrannus habet ſuſpectos, eis detur
reſtitutio ex clauſula generali, vt ff. ex quib. cauſis maio. l. 1. in fi. &
no. ad Treb. l. ſeruo inuito §. cum prætor, & puto, ꝙ tempus petē
dæ reſtitutionis currat, finita tyrānia, ſicut alias finita abſentia, vel
20 maiori ætate. facit extra, de præſcri. c. cum nobis. Secunda † inſpe
d ctio [d] circa prædicta eſt de his, quæ fiunt per modum contractus,
& hoc multipliciter. Nam quandoque ciuitas donat, vel aliqd cō
cedit ipſi tyranno, & tunc contractus eſt ipſo iure nullus. Nam ſi
non valet promiſſio facta illi, qui alios detruſit in carcerē, ab eo q
detētus eſt, ita nō valet promiſſio, vel aliqs ꝯtractus factus a populo
ipſi tyrāno, q a eum detinet captiuatū, & quodāmodo carceratū

Tyran-

ADDITIONES.

a Th. D. Tenetur. Vide Barth. Soci. in conſi. 22. incip. ſequendo ordinem. & Raph.
Cuma. in conſi. 158.

b Primo quæro. Vide Barth. Socin. in conſi. 22. inci. ſequendo.

c Currere. Vide Bar. in l. naturaliter. & ibi Alex. in add. ff. de vſuca.

* Iac. Menoch. Parti. conſ. 1. num. 65. lib. 1. Crau. in reſp. pro repl. ſatis. num. 59. verſi.
tertio in hoc.

d Secunda inſpectio. Vide Bar. in l. prohibere. §. plane. ff. de vi & vi arma. & in l. eū
te. C. de his quæ met. & Bal. in l. decernimus. C. de ſacroſan. eccle. & Pet. de An-
cha. in conſi. 300.

Tyrannus enim dr̃ tenere populum in ſeruitute, vt extra, de im-
mu.eccl.c.non minus. Poſſumus etiam dicere cõtractus eſſe nul
los, per l.1.C.de ꝯtrac.iudic. Si enim in vero iudice dictã contract*
annullantur, multo magis tyrãno iniuſte iudicante, arg.in Auth.
de reſti.& ea quæ pari.§.fi.& quod no.C.quando milit.tut. offic.
fun.pot.auth.ſacramẽtum. Qñq; ſiunt aliqui cõtus inter ipſum ty
rannum, & homines ſingulares ſub eo extantes, & tunc ẽt poteſt
dici ꝯctus nullus, per l.primam. C.de ꝯct.iud. Poteſt ẽt dici dictũ
ꝯctum annullãdum.l.ſi per impreſſionem. C.quod me.cã.maxi-
me ſi fecit rem ſibi vendi per impreſſionem.tunc.n.incidit in cõ
ſtitutionem illam, vt rem cogatur reddere, &c. Impreſſionẽ aũt
probabit quis, ſi ille tyrannus non permittebat rẽ colligi, vel poſ-
ſeſſori minabatur, niſi venderet, vel alios colores quærebat, vel
multa rogamenta fecit fieri ei, qui non habebat rem venalẽ. Ro-
21 gamẽ.n. † maioris, eſt iuſſus, vt ff.quod iuſſu.l.1.in princ.in glo.in
verſi.quemadmodum. Qñq; talis tyrannus contrahit cum ex-
traneis nomine ciuitatis, & tũc ſi quidem ipſam ciuitatẽ ſubmit-
tendo, vel obligando alteri, & non valet ipſo iure. C. ne quis lib.
inuit.ac. Reip.ger.cog.l.1.lib.11.& extra de ſchiſ.c.1. & de elect.c.
fundamenta.in 6.in fi. Qñq; ſubmittit ciuitatẽ alteri, ſed ꝯhit, ſi q-
dem in fauorem ciuitatis tyrannizare vr̃, ꝙ non valet, ſicut dici-
mus in malæ fidei poſſeſſore hæreditatis.l.ſi quid poſſeſſor. §. ſed
& ſi ipſi.ff.de petitione hæreditatis. Contrarium determinat Hoſ.
extra, de ſchiſmati.cap.1.ſ.ꝙ valeant quantum eſt in vtilitatem ci
uitatis, ſicut dicimus in pupillo, arg. C.de procu.l.non eo minus.
Sed ſi celebraret vnus ꝯctus, partim pro ciuitate, partim cõtra ci-
uitatem, tunc ſi quidem ſunt diuerſa capitula, & idem, quia valet
pro ciuitate. ff.de minoribus.l.ẽt.§.1. Si vero ſunt plura capitula
connexa ſimul, tunc ſi ciuitas reprobat, quatenus eſt contra ſe, nõ
poteſt approbare quatenus eſt pro ſe, vt ff.pro ſoc.l.de illo.§.fin.&
ff.de minori.l.ſi iudex.& l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ita tenent ip
ſe in d.cap.1.de ſchiſmati. Prædicta ſatis puto vera, & maxime
na in eo, qui non ignorabat talem eſſe tyrannum: hunc enim non
22 ſubuenitur per nt.quod ſal.tuto.autho. Si vero † poneremus ip-
ſum contrahentem ignoraſſe, ſubueniretur ei per reſtitutionem
ex illo titu. ꝙ ſal.tuto.autho.l.1.in fi.qñ aũt poſſibile ſit quẽ igno
rare factum ita notorium, ſicut eſt, quem eſſe tyrannum, no. ꝑ gl.
in verſic.niſi probare.9.q.1.c.ordinationes. Quandoque vero non
23 † contrahit tyrannus, ſed diſtrahit a per ſe, vel ſuos officiales, ſolo
a nem eorum quæ Reipublicæ debebantur recipiendo, an ſint libe
rati ſoluentes? Circa quod dicẽdum, ꝙ aliqñ ſoluunt illi, qui ſunt
debitores ciuitati contractu celebrato cum ipſo tyranno, tũc vr̃,
ꝙ ſoluentes ſint liberati.l.ſi vrbana.ff.de condit.indeb. Sed illa lo-
quitur, quando contrahit cum prædone.promittẽdo ſibi proprio
nomine: hic loquitur de eo qui ꝯhit cum tyranno nomine ciui-
tatis.vr̃ tñ.ꝙ ſibi poſſit ſolui ex ſuo contractu, ſicut ſeruo & filio,
vt ff.de pactis.l.ſi vnus.in prin. & de pecu.l.ꝙ ſeruus. & ff.de ſolu-
tio.l.quod ſeruus. Aliquando ſoluitur quod debetur ciuitati alio
modo, quam facto ipſius tyranni, & tunc vr̃. ꝙ ſoluens non libe-
ratur.d.l.ſi vrbana. Pro quo facit optime quod not. per Innoc.de
electio c.nihil. vbi videtur dicere, ꝙ ſoluẽs prælato intruſo ſine ali
b quo titulo, non ſit liberatus. Mihi autem vr̃. b ꝙ prædicta ſunt ve-
* ra in eo qui ſoluit prędoni, vel prelato intruſo, vel tyranno tali, qui
ſoluenti metum inferre nõ poteſt, nec terrorem minari, vt ſi de-
bitor erat alterius ciuitatis. Si autem poteſt ei metum. & vim in-
ferre, ſeu minacem ſeruorem ratione iuriſdictionis, etiam exer-
cet, licet de facto, vt quia erat ſubditus ſibi, tũc ſoluẽdo ei, vel ſuo
officiali, liberatur. vt l. Paulo Callimacho.§.fi.de leg.2.& de ann.
leg.l.liberto.§. Lucius.hoc etiam probatur ratione. Nam iſta vio
lentia exactionis, quæ fit a debitore, fit iniuria ciuitati, cuius ipſe
eſt debitor: ipſam enim ciuitatẽ tyrãnizat, & ideo culpa ipſius vi-
detur contingere, vt ff.loca.l. ſi merces.§.culpæ.& ſol.m.atrimo.l.
penult. Sed quando quantitas debita in genere perit culpa credi-
toris, debitor liberatur per exceptionẽ. l.qui decem, in princ.ff.de
ſolutionib. ſed ſi ſpecies eſſet debita, tunc minus dubij eſt, ꝙ libe-
raretur ipſo iure.d.l.qui decem. Pro hoc ſcilicet, quando ſpecies
24 debita vni auferi per vim, † facit optime ff.de periculo & comm.
rei.vend.l.lectos, & l ſequenti, & quod ibi no.de pignora.act.l.fin.
in fi.facit ff.de euictio.l. Lucius.de rei vend. l.item ſi verberatum.
§.1. Similem diſtinctionem facit text.ſ.aut vis infertur ab eo, qui
habet iuriſdictionem: aut non.ff.ſi quis cau.l.2.§.final. Sed forſan
poſſet dici, quòd ſi talis tyrannus eſſet talis conditionis, a quo ſi-
ne magna difficultate ſolutum poſſet repeti, tunc debitori ſoluen
ti non daretur exceptio, vt no.in d.l.2.in fi.ſecus ſi non eſſet facilis
repetitio, vt l.fi.de eo, per quem factum eſt.ſed (vt puto,) hæc d.ſ-
finitio habet locum quando alicui infertur violentia in iniuriam
ipſius, cui infertur: ſecus ſi in iniuriam ipſius creditoris ſui per p-
25 dictas rationes, & puto in prædictis, † quod quis habeat neceſſe
c dicere metum ſibi illatum a tyranno: ſufficit enim ſi legem c fe-
* cit, vel præconium, quod quilibet ſic ſolueret. Qui enim propter
prædictum præconium ſoluit, timuit iuſte ne mortis inferretur,
quod ſufficit vt dicit text.ff.quod falſo tutore authore. l.nouiſſi-
me.qui tex. multum facit ad excuſandum dictos debitores ſoluẽ
tes. Nam ibi cogebatur tutor in perniciem principalis, ſed hic de-
bitor in perniciem ciuitatis. Ex prædictis apparet, quòd exacto-
res. & alij poſiti ab iſtis tyrannis qui pecunias exigunt, & poſtea
expendunt eas ad mandatum tyranni, vel ipſo tyranno tradunt,
quòd ſint liberati. Quandoque tales tyranni, non contrahunt,
26 † nec diſtrahunt, & patiuntur bona, & iura ciuitatis deperire, &
præſcribi, tunc puto, ꝙ contra ciuitatem non præſcribatur, vt C.
de ſer.fu.g.l.1.ſm tertiam lecturam, & extra, c.cum nobis.de ꝑſcr.
& de reſcr.p.e.coram. Dico etiam, ꝙ ſi aliqua iuriſdictione com-
petente ipſi Ciuitati tyrannus vteretur, non autem a ciuitate, ſed
ab altero recognoſceret, ꝙ quantum ad ſe videretur vti nomine
alieno, ſed quantum ad ciuitatem vr̃ vti nomine ſuo, ſi per illum
vſum ciuitas retinet ius ſuum, vt no.colligitur de tun.actuq; pri-
ma.l.1.§.ſi tibi fundum.

27 Octauo quæro † de tyranno ex parte exercitij licet habeat
* titulum iuſtum, non minus proprie dicitur tyran-
nus,14.q.5.nec; enim. Dico, ꝙ iſte tyrannus eſt ex parte eius qui
opera tyrannica facit: nam & opera eius non cedit ad bonum cõ
mune, ſed ad proprium ipſius tyranni. Iſtud enim eſt non iuſte
principari, & hoc eſt de facto in Italia. Sed vt modus probandi fa-
cilius habeatur, ad actus magis particulares deſcendamus, qui
actus ponuntur in magna parte, ſcilicet in libro 1. huius volumi-
28 nis, qui actus conſiſtunt in hoc, quòd ſubditos affligat. † quos a-
ctus clarius enumerat egregius Plutarchus de regimine princi-
pum, per decem titulos. Primo enim eſt tyranni, potentes, & ex-
cellentes homines ciuitatis perimere, ne contra ipſum poſſint in-
ſurgere: videmus enim, quod proprios fratres, & conſanguineos
occidunt, quod ſignum eſt peſſimę tyrannidis. Secundo, ſapien-
tes diſcriminant, ne cognoſcentes eorum mala arguant, & popu
lum contra ipſum prouocent. Tertio quòd nedum diſciplinam,
& ſtudium perimunt, ſed etiam operantur ne fiant ſapientes. ſem
per enim timent per ſapientiam reprehendi. Quarto, quod ſoda-
litates, & congregationes etiam licitas non permittunt: timent
enim ne contra ipſum inſurgãt. Quinto, habet per ciuitates mul-
tos exploratores: cum enim cognoſcat ſe male gerere, ſemper cre-
dit, quod homines de eo male loquantur, & contra ipſum machi
nentur & ex hoc tales relatores libenter audit. Sexto, quòd tyran
nus conſeruat ciuitatem in diuiſione, vt quælibet pars de alia ti-
meat, & contra eum non inſurgat. Septimo, curat ſubditos facẽ-
re pauperes, vt ſic occupentur circa curas eorum, vnde viuant, &
contra eum non cõiungat aliud machinari. Octauo, procurat bel
la, & mittere bellatores ad partes extraneas, ita quòd interim non
cogitent contra eum, & quia propter bella homines depauperan
tur, & a ſtudijs auocantur, quod tyrannus quærit, & etiam vt ha-
beat bellatores pro ſe, quando expedit. Nono, ꝙ cuſtodiam ſui
non facit per ſuos, ſed per forenſes, timet enim de ciuibus. Deci-
mo, cum in ciuitate ſunt partes, ſemper adhæret vni, vt cum illa
29 aliam fugat. Ita dicunt dicta Plutarchi, quæ examinemus. † Pri-
mum excellentes, & etiam fratres perimere eſt actus tyrãnicus,
verum eſt, niſi ex iuſta cauſa, vt fecit Romulus de Remo, vt l.fin.
ff.de rerum diui. Quis enim dubitat, quod ſi aliquis in ciuitate po
tens ſit noxius, & ſeditioſus, de ciuitate debet expelli a quolibet
iuſto iudice, vt ff.de pęn.l.capitalium. §.ſolent. & l.ſi quis aliquid.
§.authores.eod.titu.de off.præſi.l.1.§.fi.tũc enim ſi cum iuſta cau
ſa fieret, non eſſet actus tyrannicus. Secundum, ſcilicet perimere
prudentes, ſimiliter intelligendum eſt ſine iuſta cauſa. Tertium,
quod diſciplinam, & ſtudium perimunt.iſtud intelligo de ſtudijs
ipſi ciuitati congruentib.vt ff.de excuſa.tut.l.ſi duas.§.eſt autem.
Si vero perimat ſtudium ad quod ciuitas nõ eſt apta, nõ eſt actus
tyrãnicus in 1.conſtit.ff.§.hæc aũt tria. Quartũ, ꝙ non permittunt
cogregationes, ẽt licitas, ſi ſemel delinquunt, certe poteſt de iure diſ-
ſoluere, vt ff.de re mil.l.3.§.ſi plures. Vidi enim prætextu religio-
nis aliquos congregari, & ſtatim ciuitatem turbare. Ex qualitate
ergo perſonarum comprehẽdit, an iuſtas ſodalitates diuidere ſit
actus tyrannicus. Quintum, ſ.vt habeant in ciuitate multos explo-
ratores, hoc poteſt eſſe actus iuſti rectoris, ſi ad finem debitum
fiat, vt ff.de offic.præfe. vrb.l.1.§.pen. Rectus enim iudex habet
exploratores, & corrigit delicta, & alia quæ iniuſte fiunt in ciui-
tate

ADDITIONES.

* Iacob. Menoch. Afflict.deciſ.69.nu.5.Soc.ſen.conſi.263.col.4.in fi.lib.2.
a Sed diſtrahit. Vide Bar.in l.creditor.ff.de ſol.& ibi Ald.in conſi.404.in 2.vol. factũ
tale proponitur. & in l.falſus procurator. C.de fur.& in l.nouiſſime. in princ. ff.
quod fal.tutore, & in l.ſi te bonis, vbi Pau.de Caſt.& Iaſ.C.de iu.delib. & Felin.
in c.1.de offi.deleg.& plene per Phil.Decium in conſi.25.incip. pro tenui facul-
tate.& Imo & Doct.in d.l.creditor.& ibi vide apoſt. Alc.& meam, in ver. illam
quæſtionem.
b Mihi autem videtur. Vide Bar.in l.ſi vrbana.in fi.ff.de condi.indebi. & ibi Alex.
in apoſ.& ibi dominum meum do.Iaſ.plene, & Felyn.in cap.fi.in fi.vbi plene.de
accuſatio.
* Iacob.Menoch.Afflic.deciſ.150.nu.11.& 12.
c Si legem. Vide plene per Alex.in conſi.37.incip.quoniam.in fi.in j.vol.
* Præconium. Et quando pręconium factum a tyranno inducat iuſtum metum. Vi
de etiam per Alex.de Imo.in conſi.57.1.volum.qui allegando Barto.hic hæc di
cta ſ.quitur.
* Iacob.Menoch.Ruyn.conſ.121.nu.5.lib.4.

tate. tyrannus vero habet exploratores eorum, a quibus ſtatus ei⁹
poſſet lædi, tunc refert ad propriam vtilitatem. Sextum, quod ty-
rannus ſtudet ciuitatem ſeruare in diuiſione, hic eſt actus tyran-
nicus, quoniam ad iuſtum iudicem pricipaliter ſpectat quietem
ciuium procurare, l. 1. §. quies. ff. de offi. præfe. vrb. & ff. de offi. præ
ſid. l. congruit, in princ. & in Auth. de mand. princ. §. deinde com
petens. vbi hoc magis expreſſe ponitur. Septimum, ꝙ curat ſub-
ditos facere pauperes, hic eſt ſimpliciter actus tyrannicus. Nam
rectus iudex nil poteſt ſibi debite accipere, nec debet ſubditos af
fligere grauaminibus realib. vel perſonalib. C. ad l. Iuliam repetū
da. l. iubemus. & l. fin. in Auth. de man. prin. §. illud nō. Octauum,
ꝙ procurare bella intrinſeca ſimpliciter, eſt actus tyrannicus: bel-
la vero intrinſeca quandoque poſſunt eſſe iuſta: bellum vero in-
iuſtum ſimpliciter eſt actus tyrannicus, vt in vſibus feudan tim.
hic finitur lex. c. domino guerram faciente. in princ. Nonum, qđ
cuſtodiam ſuam non faciat per ciues: hic autem actus poteſt eſſe
iuſtus. poteſt enim populus ita eſſe indominis, & ita peruerſus, ꝙ
dominus etiam iuſtus non poteſt de eo cōfidere, quod magis cō-
tingit in ciuitatibus, quæ de nouo recuperantur, & per iuſtos do-
minos, & ideo Imperatores quandoque expellebant homines
de vna ciuitate, & ponebant alibi, vt C. de iu. fiſ. l. 1 lib. 10. ſicut vide
mus iuſtos dominos quandoque facere munitiones, & fortilitia
in ciuitate, & iſta quidem iure reguntur, ſed talia in domino iu-
ſto caſualia ſunt, in tyranno communia. Decimum, adhærere vni
parti, & aliam opprimere, eſt ſimpliciter actus tyrannicus, cum
vltimus finis ciuitatis ſit quies, & pax ciuium, vt dictum eſt. Om-
30 nia ergo † prædicta ſunt ſigna ad probandum tyrānidē. ſed prin-
cipaliter illa duo, ſ. conſeruare ciuitatem in diuiſione, & depau-
perare ſubditos, & eos affligere in perſonis, & rebus, quod opti-
me probatur in capitulis ſupra relatis. Ex prædictis apparet quē
eſſe tyrannum.

31 **Nono** † quæro ſi aliquis eſt Comes, Dux, Marchio, vel Ba
ro, qui habet iuſtum titulum, & probetur tyrannus
exercitio, quid debet facere Superior? Reſpon. debet eum depo-
nere, quoniam qui talia agunt, detinēt populum in ſeruitute. ſed
ad ſuperiorem pertinet populum de ſeruitute eximere, vt C. de
offic. præfec. Afri. l. 2. In nomine Domini noſtri. in princ. vbi dicit,
32 fortiſſimos tyrannos deiecimus. Sed † in quam legem incidunt
hi, qui abſque iuſto tit. regnant? Certū eſt, ꝙ tenētur l. Iulia maie.
33 l. 3. ff. ad l. Iul. maieſt. de iſto vero tyranno, † qui habet iuſtum titu-
lum, ſed exercitio apparet tyrannus, dico, quod ex eo, quod ſubdi
tos affligit in corpore, incidit in l. Iuliam. de vi pub. Item ex eo, ꝙ
ciuitatem tenet in diuiſione, & ſic iudicia nō patitur fieri, vt opor
tet, incidit in eandē legē de vi publ. vt eo. tit. l. qui dolo malo. Item
a ex eo, a quod nouas exactiones, & noua vectigalia imponit, in eā-
dē legē incidit, vt eo. tit. l. fi. cuius legis pœna eſt deportatio. Inſti.
de pub. iud. §. item lex Iulia de vi. & ſic amittit omnia, quæ ſunt iu
ris ciuilis. l. quidam. ff. de pœ. & ſic tāquā infames perdunt digni-
tates, & iuriſdictiones vt expreſſe dicit ad l. Iul. de vi priu. l. 2. ī prin.
Item ex hoc incidit in l. Iuliam de ambitu, vt ff. ad l. Iul. de ambi-
tu. l. 1. §. 1. & in conſti. l. fi. C. noua vectig. Itē forſan incidit in pœnā
capitalem, vt C. de exac. tribu. l. 1. lib. 10. Dico etiam, ꝙ ſi exiſtētes
in tali tyrannide, quoquo modo publice, vel occulte machinētur
contra principem, vel eius officiales, ipſo iure ſunt rebelles Impe
rij, & dignitatem perdunt ſecundum legem nouam Theodoſij
Imperatoris.

34 **Decimo** quæro, quid dicemus † de his, quę videmus fe-
ciſſe ſummū Pontificem, & Imperatorem, & Le
gatos? Nam quoſdam, quos clare cognoſcebant eſſe tyrannos,
quos per tyrannidem detinebant, eos Epiſcopos, ſ. ſedis apoſtoli-
cę. vel Imperij conſtituebant Vicarios, vt fecit Clemens 6. in ciui
b tate Bon. de domino Thadæo de Pepulis, b & eius filijs. Hoc idē
fecit Carolus Imperator cum tyrannis in Lombardia. hoc idem
dominus Legatus cum multis tyrānis fecit in Marchia Anco-
nitana? Reſpond. præſumendum eſt, quod tales domini hoc ſi-
ne magna cauſa non faciunt, & poteſt eſſe duplex cauſa. Prima
c propter aliqua magna, & ardua, c quæ eis expedire incumbant. ſi-
cut enim diligens natura proijcit viliora, vt ſaluet pretioſiora. vt
ff. ad l. Rhod. de iactu. l. qui leuandæ. & diligens paterfamilias de-
bet præeligere, vt res pretioſiores ſaluas faciat, vt no. ff. commo-
dati. l. ſi vt certo. §. quod vero ſenectute. Sic etiam dominus iuſtus
cum vno tyranno pertranſit, & eum Vicarium facit, vt ea, quæ
ſunt magna, & ardua, reformare poſſet. Secunda ratio poteſt eſ-
ſe charitas, & dilectio eorum, qui ſunt ſub tyranno: ſicut enim vi-
demus naturaliter Phyſicos facere, quando vna infirmitas non
poteſt ſine magno periculo perſonæ curari, tunc ipſi procurant
ſuſtentare naturam, ne infirmitas procedat vlterius, ex quo con-
tingit, quod natura ſemetipſam adiuuat: ita quandoque rectus
Princeps facit, videns, quod quandoque vnus tyrannus non po-
teſt deponi ſine magno exterminio eorum, qui ſunt ſub tyran-
no, propter bonū eorum ipſum tyrānnum facit Vicarium, vt ex
hoc ille tyrannus minus timeat, minus populum grauet, & inte-
rim caſus occurrat, per quem ſuadente iuſtitia, ſine populi detri-
mento deponetur tyrannus, propter autem dictum ut . . . . .

tem dicti tyranni non deſinunt eſſe tyranni, ſi prædicta tyrannica
opera exercent. hæc enim quæ dicta ſunt in commiſſione eis fa-
cta non veniunt, ff. de cond. indeb. l. ſi procurator. ff. quæ in fraud.
cred. l. ſi pater.

35 **Vndecimo** quæro, † an proceſſus facti per ſupradictos
tyrannos, qui iuſtum habent titu. valeāt?
Et dico, ꝙ aut fecit proceſſus contra ſuos exititios, & rebelles, &
non valent, quia non debuerunt comparere coram iudice ſibi
notorie inimico, vt dictum eſt in præcedenti. Ea vero, quæ ipſe
d fecit contra intrinſecos, d valent, donec ipſi tolerantur cum ipſa
dignitate. l. Barbarius. ff. de officio præto. & C. de ſentētiis & inter
lo. l. ſi arbiter. & de teſt. l. 1. & extra. de reſtitut. in integr. c. ſciſcitata
& ibi per Innocen. de re iud. c. ad probandum. & hęc vera donec
36 tolerantur. Sed quid ſi iam † cœptus eſt proceſſus, ex quo ferenda
venit ſententia declaratoria contra talem tyrannum, an facta pē-
dente proceſſu ante ſententiam teneant? Reſpon. quando fit pro
ceſſus ex quo ferenda venit ſententia declaratoria, vt quia faciat
aliquod delictum, propter quod ipſo iure priuatus eſt iuriſdictio-
ne, vel dicitur ſeruus, vel infamis, tunc facta poſt proceſſum in-
choatum non valent, vt C. de teſtamen. l. 2. in fin. Nec vſque ad-
huc aliquis ſtatus controuerſiam mouit, vt ff. qui, & a quibus. l.
quæſitum. Si vero ſit proceſſus, ex quo priuandus venit per ſentē
tiam, tunc interim geſta per eum valēt, quia interim dignitatem
e retinet, e ff. ad municipa. l. Lucius. §. in quæſtionibus, & no. C. de
reis poſt. l. 1. lib. 10. & eod. modo, ſi quid contraheretur, vel ipſi ty
ranno ſolueretur, valeret, vt no. per Innocent. de electio. cap. ni-
hil, quod intellige, niſi faciat contractus ſubmittendæ ciuitatis.
37 vt infra dicam. & per hæc dico, † quod ſi aliquis eſt in nobili po-
teſtate, & habet iuſtum titul. licet reſpectu exercitij ſit tyrannus,
tamen habet beneficium. extra, de bapti. cap. 1. in clement. donec
in dignitate toleratur, ſecus ſi eſſet defectus tit. vt infra no. Idem
dico, quod poſtquam talis habens titu. deuenit ad tyrannidem ꝑ
modum exercitij, ſi aliquid ſibi plus iuriſdictionis concedi fece-
rit a populo, non valeret, quaſi populus per metum faceret, vt di-
ctum eſt in præceden. Item omnis contractus, quem faceret de
ipſa ciuitate ſubmittendo, vel obligando eam, non valeret: non
enim loco domini eſt, cum ipſam ciuitatem ſpoliat ſua liberta-
te, vt ff. de vſuca. pro empt. l. qui fundum. §. ſi tutor. expreſſius ex-
tra, de iureiuran. cap. intellecto. facit de electio. cap. fundamenta.
§. pen. l. b. 6.

38 **Duodecimo** Quæro † de tyranno tacito, & velato, vt
ille, qui ſub quodam velamine no iuſte
principatur in ciuitate. Iſtud autem velamen contingit duobus
modis. ſcilicet per titulum quem facit ſibi cōcedi. Sciendum eſt,
ꝙ ſupra dictum eſt, quod tyrannus proprie opponitur Regi, ſed
de Regia poteſtate eſt, quod ſit perpetuus. Item quod habeat
omnem iuriſdictionem, vt patet ex capitulis ſupra relatis. Ex his
duobus duo velamina tyrannica ſunt inuenta. Primum quod
quidam faciunt ſibi concedi iuriſdictionem, & finito tempore re
firmari, vt ſic regimē eius magis videatur iudicis, quam tyranni.
39 Sed circa hoc dico, † ſi quidem habeat iuriſdictionem & ſibi fa-
ciat ꝓcedi in ciuitate propria, titulus eſt nullus: nam nullus pōt ta-
lē iuriſdictionē habere, vt. C. de aſſeſſorib. l. in conſiliarijs. fallit in
vrbe Romana, vbi quis pōt eſſe prętor. l. a. C. de offic. prætor. & Se
nator per annum tantum, & non vltra. d. c. fundamēta. in fi. Item
fallit in defenſore ciuitatis, vt in Auth. de defen. ciui. §. ſed iterum.
ſed illi non habēt merum, & mixtum imperium, ſed nudam iu-
riſdictionem, & ſic de tali qui nullum titulum accepit, eſſet dicē-
40 dum idē, quod dictum eſt ſup. de tyranno ex defectu tituli. † Sed
ſi poneres ciuitatem ex priuilegio, vel conſuetudine, taliter quod
poteſtas populi concedēns non poſſet in dubium reuocari, & ſic
titulus primo loco conceſſus valeret: tunc vidēdum eſt, an ex eo
quod fecit refirmari, ſit tyrannus, quod vr̄ de iure communi, qa
talis refirmatio non valet, imo incidit in legem Iuliam de ambi.
vt C. ad l. Iuliam de ambi. l. 1. Sed ſi poneres, quod tāta eſſet pote-
ſtas dicti populi, quod poſſet contra dictam legem diſpēſare, tunc
uidendum, an tempore primi regiminis, ita ſe fortificauit quod
populus habeat neceſſe eum eligere pro ſequēti tempore, & tunc
uere tyrānus eſt electus per metum ex defectu tituli. Si uero eſſet
ſponte

ADDITIONES.

a Th. D. Item ex eo. Vide Alex. in l. imperium. ff. de iur. om. iud.
b De Pepulis. Vide Raph. conſ. 162. inci. viſa copia priuilegiorum, circa fi. & Bart. in l. ſi to præterito. ver. 7. eſt videndum. ff. de inte. rup. teſta. vbi dicit, ita fuiſſe determinatum Bononiæ per D. Thadeum de Pepulis, tunc do. Bon. & in l. 3. in 10. q. ff. de iu. codic.
c Aliqua magna & ardua. Vide plene per Fel. c. 1 poſtulaſti. de reſc. & vide Ale. de Imo. in conſ. 123. in 4. vol. in vlt. col. et adde, ꝙ illud conſi. eſt dom. Andr. Barb. Et adde Philip. Fran. in c. ſi gratioſe. in 6. & vide apoſtil. meam ad Bar. in l. authoritate. C. vnde vi.
• Iac. Menoch. Ruy. conſi. 105. nu. 3. & 2. lib. 3. conſi. 48. nu. 2. lib. 4.
d Contra intrinſecos. Vide Fel. in c. cum omnes. de conſti. & Iaſ. in l. Barbarius, in prima limitatione. ff. de offi. prætor.
e Retinet. Iaſ. in l. Barbarius. ver. quinto limita. ff. de offi. præto.

Digitized by Google

ſponte electus,ſed modo exercitio eſſet tyrannus,dic vt in præce-
41 den.Secundum velamen eſt, † quia quidam tyranni faciunt ſibi
fieri aliquem titulum, cui nulla quaſi iuriſdictio ineſt, puta facit
ſe creari vexilliferum,vel confalonerium,vel facit ſibi committi
cuſtodiam ciuitatis,vel facit ſe fieri Capitaneum ſtipendiariorũ,
vel gentis armigeræ, & ex hoc non dicunt ſe eſſe tyrannos, cum
ad tyrãnum debeat ſpectare omnis iuriſdictio, ſicut ad Regem:
non enim poteſt dici principalis, qui nullam, vel modicam iuriſ-
dictionem habet, certe ex illo titulo tyrannus non eſt, ſed ex hoc
quandoque in tantam venit potentiam, quòd officium ciuitatis
ordinat prout vult,quod officiales ei obediunt, vt domino: tunc
dico,ſi opera tyrannica facit,vel fieri facit,vere tyrannus eſt, nam
principaliter in ciuitate regimina obediunt,& non iure principa-
tur,quia opera tyrannica facit,& ſic eſt tyrãnus. Sed hoc qualiter
poterit probari,cum talis ſit velatus tyrannus & per ſe non facit,
in Palatijs raro intrat,ſed ſuis ſcriptis,& nũcijs regimina obediũt?
Reſpond.dura probatio eſt,cum quando fiunt prædicta,teſtes nõ
vocentur, & hoc conſiderans decretalis in certo caſu ſtatuit pro-
bari per alicuius iuramentum,vt extra, de reſcript.cap.1.lib.6.ſed
hoc non puto generale eſſe:ibi enim iurans nullo alio præiudicio
grauatur, & ideo puto hoc aliter probandum. ſciẽdum eſt enim,
quòd licet quidam actus per ſe directo probari non poſſint, pro-
bantur tamen,vt dixi in libro de alluuionibus,quæ licet videri nõ
poſſint,cum creſcunt,ex eo tamen quod factum eſt, ſequitur de
neceſſitate,quòd flumen attulit. Item licet filij generatio non vi
deatur, pro plena tamen probatione eſt, ꝙ natus eſt in domo ex
muliere cohabitante cum viro, vt ff. de his qui ſunt ſui, vel alie.
iur.l.filium. cum enim probatio faceret fidem iudici, iſta tamen
fidem iudici adducunt. ita in propoſito, ſi aliquis probauerit ciui
tatem eſſe in diuiſione,cum enim vna pars expulſa foris,& quòd
in ea fiunt maleficia, & enormia, nec puniuntur, & quòd ciues
multum grauantur,ſimilia pertinent ad actus tyrannicos, de qui-
bus diximus.Item quòd ille talis,qui habet illum titulum,eſt po
tentior homo, qui ſit in ciuitate, & eſt publica fama,quod facit
prædicta fieri, ſatis puto probatam tyrãnidem. Prædicti enim act⁹
ab alio quam a prædicto potentiore procedere non poſſent, ſatis
enim cum fama prædicta ad fidem iudicem inducunt, cui con-
gruit id quod dicimus in eo,qui iuſte principatĩ, ſufficit ꝙ ſic ha-
beatur, & ſic reputetur.l. Barbarius. ff.de offic.præt. eadem ratio-
ne multum facit,quòd quis tanquam tyrannus habeatur,& repu
42 tetur. An autem facta † tempore dicti tyranni valeant? a dico idẽ
a quod dixi de tyranno manifeſto,q facit fieri per officiales electos
a ciuitate. Et prædicta vera, quando maior pars populi opprimiĩ,
grauatur,vel male contentatur. Si enim aliqui extra ciuitatem tẽ
nerentur,vel aliqui in ciuitate eſſent malè tractati ad honores nõ
vocati,in alijs autem ciuitas bene regeretur, ad communem vti-
litatem bene attenderetur,tunc talis habens talem titulum,vel ſi
milem per excellentiam non eſſet tyrannus ſimpliciter loquen-
do,ſed per tale regimen communis vtilitas attenditur,quod dire
cte eſt oppoſitum tyranni:ſed in his, quæ fierent contra extrinſe-
cos, & inimicos illius hominis ſic præcellentis, licet bene regat
Rempublicam,puto dicendum idem, ac ſi à tyranno factum eſ-
ſet,nullus enim prohibet,ꝙ quis reſpectu terrarum dicatur tyran
nus, reſpectu vero communitatis iuſtus iudex, vt C.ſi qua præd.
pote.l.1. Propter quod ſciendum eſt, ꝙ ſicut raro reperitur vnus
homo ſanus per omnia, quin in corpore aliquos patiatur defect⁹:
43 † ita raro reperitur aliqđ regimen,in quo aliquid tyrãnidis nõ ſit.
magis enim diuinum eſſet quàm humanum, ſi illi,qui principã-
tur nullo modo proprium commodum, ſed communem vtilita
44 tem reſpicerent. Illud tamen † dicimus bonum regimen,& non
tyrannicum,in quo plus præualet communis vtilitas, & publica,
quàm propria regentium: illud vero tyrannicum, in quo propria
vtilitas attenditur. Et iſtud dicit Aegidius in 3.lib. de reg. princ.c.
11.& iſtud eſt præcipue aduertendum, quando tractatur de pro-
45 bando,an aliquis ſit tyrannus. Tertium velamen eſt, † quãdo qs
nullum titulum in ciuitate ſibi concedi patitur, ſed regimin a ci-
uitatis ita ordinat,quòd omnia procedunt ſecũdum velle ſuum,
iſtos eſſe tyrannos poteſt probari eo modo quo ſupra proxime di
ctum eſt,ſ.ꝙ ſit homo potentior,habens maiorem ſequelam. Itẽ
ꝙ eſt publica vox, & fama, & facit prædicta fieri, & multa opor-
tet quòd tempore tyrannidis fiant, propter quæ prauitas tyranni
latere non poteſt, & facilius apparebit modus probandi. De his
autem, quæ fiunt tempore talis tyrannidis, dico quod ſupra pro-
xime dixi. An autem in vicinia, vel certa parte ciuitatis poſſet eſ-
ſe tyrannus,ſupra dixi,&c.

ADDITIO.

a Valeant. Quod illegitime factum eſt a tyranno adueniente iuſto domino debere caſſari, Bar.per illum tex.& idem Bal.& Pau.de Cal.decernimus. C.de ſacroſan. eccl. Phil. Dec.plene in conſi.190.inci.in cauſa,in qua agitur.

Explicit tractatus de tyrannia do Bar.a Saxoferrato.

# TRACTATVS REPRESALIARVM.

1 *Repreſaliæ a quo tempore frequentari cœperunt.*
2 *Repreſaliæ, & ſi late accipi poſſunt, tamen ſunt, quando conceditur licẽtia capiendi perſonam, uel res alterius pro altero.*
3 *Repreſaliæ, ut ſint licitæ in foro conſcientiæ, requiritur authoritas ſuperioris, cauſa iuſta concedendi, & intentio iuſta, & recta.*
4 *Repreſaliæ de iure ciuili licitæ ſunt duobus concurrentibus, ſ. authoritas ſuperioris, & iuſta cauſa.*
5 *Repreſalias ius concedendi inductum uidetur de iure diuino, & de iure gentium.*
6 *Ciuitas poteſt bellum indicere ob tutelam unius ciuis.*
7 *Liberi debitores poſſunt capi, quãdo alia remedia ceſſant cõtra debitorẽ.*
8 *Statuta concedentia repreſalias ultra caſus a iure communi permiſſos, quando fieri poſſint, & ualeant, & nu. 10.*
9 *Statutũ Florentiæ, qđ mercatore fugiente, uxor, & liberi teneãtur, ualet.*
*Terræ, quæ ſubmittunt ſe protectioni ciuitatis certis pactis, non dicuntur ſubditæ, ſed fœdere æquali, & liberæ ſunt.*
*Statutũ cõcedẽs repreſalias ĩ ſubditos, an exerceri poſſit extra territoriũ*
11 *Statutum, quòd filii cedentis foro, uel rumpentis, quando poſſit contra filios extra territorium exerceri.*
12 *Statutũ, ꝙ homines unius uillæ, unus teneatur pro alio, non comprehendit illum, qui de nouo eſt effectus homo illius uillæ in debitis antiquis.*
13 *Statutum, ꝙ unus homo uillæ teneatur pro alio, intelligitur de debitis cõtractis intra territorium ſtatuentis.*
14 *Repreſaliæ per pactum, quando licite fieri poſſunt.*

a REpreſaliarum Materia, a nec freqn̄ẽs, nec quotidiana erat tẽpore, quo
in ſtatu debito Romanum vigebat Imperium: ad ip
ſum enim tanquam ad ſummum Monarcham habe
batur regreſſus, & ideo hanc mãm legum Doctores, & antiqui
1 iuris interpretes minime pertractauerunt. † Poſtea vero peccata
noſtra meruerunt,quod Romãnum Imperium proſtratum iace
ret per tempora multa, & Reges,& Principes,ac etiam ciuitates
maxime in Italia, ſaltem de facto in temporalibus dominum nõ
agnoſcerent,propter quod de iniuſtitijs ad ſuperiorem nõ poteſt
haberi regreſſus,cœperunt repreſaliæ frequẽtari, & ſic effecta eſt
frequens,& quotidiana mã. Ego itaque Bart.a Saxof.ciuis Peruſi
nus,minimus legum Doctor,cum ſpeculationib.ad ius ciuile ſpe
ctantibus operam dans ad communem vtilitatem, & maxime
vĩs ſtudij Peruſini, ſuper iſta mã libellum compoſui, quem cor-
rectioni cuiuſlibet melius veritatem intuentis ſuppono. mihi.n.
ſatis eſt,quod hic libellus alijs, quos Deus ſui gr̃a ſublimi manu,
ingenio & altius inueſtigandi mãm tribuat,ꝑ ſum itaq; libellum
ordine infraſcripto tranſcriptum vniuerſitati prædictę tradidi an-
no Domini a natiuitate 1354.die penul.menſis Febru.

De repreſalijs tractaturi, Quærit de aliquibus qõnibus, prin
cipaliter quas poſtea per particulares quæſtiones clare examina-
bimus. Prima qõ eſt,an repreſaliæ ſint licitæ. Secundo,quare poſ-
ſint concedi. Tertio,per quem iudicem repreſaliæ poſſint cõnce
di. Quarto,qualiter conceduntur. Quinto, quibus concedantur.
Sexto,contra quos concedantur. Septimo,conceſſæ contra quas
perſonas exerceantur. Octauo, contra quas res. Nono,qualiter
exerceantur. Decimo, de remedijs exactis,&c.

Quæſtio prima, An repreſaliæ ſint licitæ. Circa q̃ quærit,an ſint licitæ in foro ꝯſcię.
Secundo,an ſint licitæ in foro ciuili. Tertio, an ſtatuta poſſint fie-
ri licite vltra caſus a iure permiſſos. Quarto,an ſtatuta q̃ circa hãc
mãm repreſaliarum fiunt,poſſint exerceri extra territoriũ. Quin-
to,an per pactum repreſaliæ poſſint licite fieri.

Ad primum, An repreſaliæ ſint licitæ. Rñd.& ad declarationẽ huius tractatus,& totius qõ-
2 nis p̃mitto, quod rep̃ſaliæ p̃nt † multum late accipi pro omni eo
quod hẽt p̃tatem pſonam,vel res alterius capiendi, & ſic compre
henderent eum, qui habet poteſtatem capiendi ipſum principa-
lẽ debitorẽ,vel res ipſius,quod hic nõ intẽdo tractare,ſed ſolũ q̃ñ
conceditĩ licentia capiẽdi pſonam,vel res alterius ꝓ altero, & iſta
ſunt quæ in vulgari nr̃o vocant repreſaliæ:de iure vero communi
vocantĩ pignorationes, vt in Authẽ.ve non fiant pignora.& ext.de
iniur.& dam.dato.c.1.lib.6. Alibi vero vt Piſis aliter. Alibi autem
habent alia nomina, de quib.nõ curo, quia imponunĩ ad placitũ.
3 Prout ergo ad hoc nomẽ capitur vel exigatĩ,quæro † an ſint licitę ĩ
foro

ADDITIO.

a Th.D. Repreſaliarum materia, Iſte eſt tra. Bar.de quo meminit idẽ Bart.in l.nam Seruios.in prin.ff.de ne.geſt.& in l.prouinciales.ff.de ver.ſig.vbi dicit, intendere facere tract.de repreſalijs. Adde ꝙ iſtum trac.compoſuit Bar.anno Dñi.1354.

Digitized by Google

foro conſcientiæ. Et videtur ꝙ non, nam anima quæ peccauerit, ipſa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris. Eccleſiaſtici, 18. & ſic patet, quòd alius pro alio non poteſt capi. Præterea non licet in foro conſcientiæ facere id quod repugnat naturali rationi: ſed iſtæ repreſaliæ naturali rationi repugnant, vt extra, de iniur. & dam. da. c. 1. lib. 6. ergo non ſunt licitæ. In contrarium ꝙ ſunt licitæ, videtur authoritas Auguſtini in libro quæſtionum. Iuſta bella ſolent diffiniri, quæ vlciſcuntur iniurias, ſi gens, vel ciuitas plectenda eſt, quæ vindicare neglexerint, quod a ſuis improbe factum eſt, 23. quæſt. 2. c. dominus noſter. Secundo ad hoc vt repreſaliæ ſint licitæ in foro conſcientiæ, ſequitur primo authoritas ſuperioris, ſecundo cauſa iuſta concedendi, quia denegauit iuſtitiam. d. c. dominus noſter. Tertio requiritur, quod intentio ſit iuſta, & recta eius qui habet repreſalias. Vnde Auguſt. in l. cōtra Fauſtum. Nocendi cupiditas, vlciſcēdi crudelitas, implacatus, & implacabilis animus, feritas debellandi, libido dominandi, & ſi qua ſunt ſimilia. hæc ſunt, quæ in bellis culpantur, & ſic licet eſſet authoritas ſuperiorum, & iuſta cauſa, tamen animus iniquus faceret repreſalias illicitas in foro conſcientię. Hęc ſentit ſanctus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtio 40. c. 1. in foro autem ciuili de tali animo non curatur, quia de cogitatione non curatur. l. cogitationis. ff. de pœnis. in prædictis tamen eſt ſtandum Theo-
a logis. a

## Ad ſecundum.

An repreſaliæ ſunt licitæ in foro ciuili? & vr̃ ꝙ non, vt in Authen. vt non fiant pig. poſita. C. ne vxor pro ma. auth. ſed omnino. & in Auth. vt nulli iud. §. quia vero, poſita. C. de act. & obli. auth. imo. & ad idē. C. de decu. l. prouidendum. l. 10. vt nul. ex vica. pro alie. vica. debi. auth. habita. ibi, ex peruerſa conſuetudine, &c. Et vr̃, ꝙ ſint licitæ, cum gens, & populus iuſtitiā requiſitu facere neglexerunt, vt 23. q. 2. can. dñs. vbi hoc eſt expreſſum. & facit quod no. C. de iudę. l. nullus. ff. de incend. rui. naufrag. l. ne quid. ff. quod vi
4 aut clam. l. ſi alius. §. belliſſime. † & quod ibi no. Sol. Doc. omnes
* communiter in ſententiam iſtam inclinant, ꝙ ſi quid eſt intra illum hominem, vel populum qui iuſtitiā facere, & debitum reddere negligit, poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem, tunc repreſaliæ ſunt licitæ duobus interuenientibus. Primo requiritur ſuperioris authoritas, non enim licet alicui ſua authoritate ius ſibi dicere, vt iura vulgaria dicunt, & eſt expreſſum 30. q. 2. can. 1. Secundo, ꝙ ſuperioris authoritas interponatur ſibi ex iuſta cauſa: nam iſta decreta, niſi ex natura, & iuſta cauſa interponantur, ſunt ipſo iure nulla. l. cum vero. §. ſubuentum. ff. de fideicom. liber. & l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat. & per totum. Cauſa autem legitima eſſe vr̃, ꝙ dominus, gēs, vel populus requiſitus iuſtitiam facere neglexerit, d. c. olim. e. tit. in auth. habita. C. ne fi. p pa. in fi. & Iac. de Bel. in q. ſua diſputata quam ponit in Auth. vt non fiant pig. Hoc idē vr̃ tenere ſanct. Thom. de Aquino, vt dixi in præceden. q. Si bene
5 aduertantur prædicta, mihi videtur, † ꝙ ius concedendi repreſalias non iure ciuili, vel canonico ſit inductum, ſed magis iure diuino, d. c. dominus noſter, & de iure gentium quidam permittūt bella licita, l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu. & qđ ibi no. & bellum licitum eſt ex cauſis prædictis, quod etiam probatur, quia de iure gētium eſt, ꝙ id ꝙ quis ob tutelā ſui corporis fecerit, videt feciſſe iuſte, vt ff. de iuſtit. & iu. l. vt vim. corpus intelligo ſiue loquamur
6 de vno indiuiduo, ſiue de vno corpore mixto. Vnde † ob tutelā vnius ciuis, poteſt ciuitas indicere bellum, ſicut vnus particularis poteſt indicere bellum ꝯ omnes ob tutelam perſonę ſuæ, & ſuarum rerum, vbi ſuperioris copia, vel aliud remedium haberi non poteſt, vt dictis iurib. ff. quod vi aut clam. l. ſi alius §. belliſſime. & quod no. in d. l. nullus. C. de iudi. & quæ in frau. cred. l. ait prætor. §. ſi debitum. cum ſi. ergo, &c. & prædicta puto iuri gen-
7 tium, & veritati ciuili conſonare. † Nam vbi alia remedia ceſſant ꝯ debitorem, pñt capi homines liberi, in quibus debitor ius habebat, vt puta, liberi, caſus eſt ſingularis. ff. de acq. hęr. l. pro hærede. §. ſi quid tamen. & ibi no. in fi. glo. mag. Sed ciuitas, vel dominus iuſtitiam facere negligēs, vel recuſans, eſt debitor iuſtitiā poſtulantis, ergo homines ſubditi illi domino, vel populo capi poterunt. Pręterea, propter delictum domini negligentis facere iuſtitiam poteſt indici bellum ꝯ totam terram, & omnes gētes ſubditas ſibi, vt in authen. ſi vero dominus temporalis. C. de hęre. & ſic concluditur repreſalias eſſe licitas ex cauſis legitimis. De iſtis autem cauſis dicetur latius infra, in 2. q. princ. ſufficiant prędicta quantum ad hunc paſſum.

b
8
## Ad tertium,

[b] an † ſtatuta poſſint fieri licite vltra caſus à iure cōmuni permiſſos? Dico ꝙ ſi ſtatuta fiant contra terras, vel villas ſibi ſubditas, ꝙ tunc poſſunt fieri licite repreſaliæ per ſtatuta, etiam extra cauſas prædictas a iure communi permiſſas. Vnde ſi ciuitas ſtatuit, quod quilibet de villa poſſit capi pro debito alterius, vt C. de omni agro deſe. l. 1. l. 11. ſicut quandoque ſtatuitur, ꝙ vxor teneatur pro viro, vt C. in quibus cau. pig. ta. contrah. l. ſaus. & ꝙ filius teneatur pro patre, C. de primipi. l. fi. lib. 12. Et ſic patet, ꝙ ſtatuta communis Florētiæ, quę
c dicunt, ꝙ mercatore fugiente, [c] teneantur vxor & liberi, licet non ſint heredes, procedunt de iure communi, & intelligo terras ſub
9 ditas ſimpliciter, ita ꝙ ſint de comitatu. † Terrę vero quę ſubmit
* tunt ſe protectioni ciuitatis, certis pactis, ſubditæ non dicuntur, [d]
d ſed dicuntur terrę liberę fœderatę fœdere inæquali, de quibus loquitur lex, non dubito, ff. de cap. poſtli. reuer. & in illis puto idē
10 quod in aliis terris omnino liberis. † Si vero ſtatuta fiant in vna ciuitate ꝯ aliam terram liberam circa repreſalias concedendas, tunc aduertendum, quia in cauſis concedendarum repreſaliarū vertitur iuſtitia facta, ſeu iuſtitia denegata a terra contra quam repreſaliæ conceduntur, & circa hoc non poſſunt fieri ſtatuta. Nō enim vna ciuitas poteſt facere legem ſuper alteram, quia par in parem non habet Imperium, & quia non poteſt extra territoriū ſuum ſtatuere, quæ ſunt iuriſdictionis alterius, & non ſuæ, vt dicunt iura vulgaria. Secundo vertitur in cauſa, ſi ſuperioris copia haberi non poſſit, & circa hoc ſimiliter non poteſt fieri ſtatutum, puta, ſi ſtatutum diceret, quod repreſaliæ concedantur, nec teneatur quis ire ad ſuperiorem, vt extra, de iureiur. c. venientes. & ar. l. pen. ff. de aqua plu. arcē. Tertio vertitur in cauſa ſuperioris authoritas, id eſt authoritas ipſius ciuitatis concedentis repreſalias, & tunc circa hoc poteſt facere ſtatutum, an in talibus prædictis cōcedatur, & quo ordine. Nam cum iſta cauſa, & iſta inſtantia ſit ſua, poteſt circa hoc ſtatuere, cum quælibet ciuitas ſtatuta facere circa ordinationem, quæ in foro eius agitur, poſſit. ff. de teſtibus. l. 3. §. fi. C. de iura. calum. l. 2. §. fin. & quemadmodum teſtamenta aperi. l. 2.

11
## Ad quartum,

an † ſtatuta, quæ circa repreſalias fiunt in ſubditos, poſſint exerceri extra territorium? Exemplum. Dicit ſtatutum Florentię, qui rumpit, ſeu foro ceſſit, an filij vigore illius ſtatuti poſſint exigi extra territoriū? Reſpond. ſi quidem talis filius erat natus tempore quo pater rupit, fefellit, ſeu foro ceſſit in ciuitate Florentię, & tunc ſi quidem
e extra territorium Florentię [e] aliquis vellet exercere dictum ſtatutum faciendo executionem facti, hoc non poſſet: quia nec ſentētia vnius iudicis extra territorium executioni mandari debet abſque literis primi iudicis. l. a diuo Pio. §. 1. & ibi plene dixi. ff. de re iudic. & extra, de foro com. c. Romana. §. contrahentes. lib. 6. Sed ſi vellet quis extra territorium agere contra talem filium conditione ex illo ſtatuto, ordinarie hoc poſſet, quia actio vbique ſequitur eum, ꝯ quem competit, vt C. de prę ſcript. lon. tempo. l. fi. ſicut contra vnum ex contutoribus poteſt agi per tutorem, vbicunque ſortitur forum. l. hęres abſens. §. 1. coniuncto. §. fina. ff. de iudi. Credo tamen, ꝙ ſi talis filius ſortiretur originem propriam alibi, licet eſſet de Florentia ratione originis paternę, vel haberet
f domicilium alibi antequam pater rumperet, [f] ꝙ tunc ciuitas illa, in qua ſortitur forum ratione originis, vel domicilij ſimiliter ex vigore talis ſtatuti ciuis eius, vel incola ſubijceretur ſibi, poſſet eum defendere, quaſi pręueniſſet, & ſtatutum communis Florentiæ non poteſt habere effectum, quo talem ciuem ſubtrahat abſque facto ſuo, argumen. eius quod no. C. de incolis. l. ciues. li. 10. Si vero talis filius natus fuerit poſtea quam pater rupit, vel foro ceſſit, tunc ſtatutum non ligat eum, quia verba ſtatuti dicunt de filio eius eo tempore quo rumpit. l. in delictis. §. ſi extraneus,
12 ff. de noxalibus, & l. Titius. ff. de teſta. mili. Et idem dico, † ſi ſtatutum dicat, ꝙ homines vnius villę teneantur vnus pro alio. Nam ille, qui de nouo effectus eſt homo illius villę, non tenetur pro debitis antiquis, vt C. de decuri. l. prouidendum. lib. 10. quod no.
13 per Dy. ff. ad muni. l. incola. Item eſt aduertēdum, † ꝙ prędicta ſta
g tuta [g] facta in ſubditos, quod vnus teneatur pro alio, debent intelligi, ſi ſimpliciter loquantur de debitis ꝯtractis intra territorium ciuitatis. l. cum vnus §. is qui. ff. de bon. auth. iudi. poſſ. & in cap. vt animarum extra, de conſtit. lib. 6. & ideo ſtatutum Florentię, ſi ſimpliciter loquitur de filiis rumpentium, vel foro cedentium,

non

ADDITIONES.

a Theologis. Vide Rapi. Cum. in conſi. 140. inci. dominus iudicis. in fi. princ.
* Omnes. Adde & vide ad hoc dictum Bartoli, correctum in conſilio. 160. in 2. parte.
b Th. D. Ad tertium. Ad dicta per Bar. hic adde plures concor. per Alex. de Imo. in conſi. 42. in 1. vol. inci. ſuper præmiſſo themate, & do. Iaſ. in l. ſi quis. §. legis. C. de inoff. teſt. in l. de quibus. ff. de leg.
c Fugiente. Vide Alexand. in l. ſæpe. ff. de re iud. vbi plene examinat dicta per Bartol. hic.
* Iacob. Menoch. Soc. ſen. conſi. 271. col. fi. in princ. verſic. 4. & vlt. lib. 2.
d Subditæ non dicuntur. No. quod dicat Bar. hic, & idem ponit & ſequitur do. Mar. So. in conſ. 55. & Pe. de Anch. Poſt Pau. de Leaza. in cle. ne Romani. §. ſane. de elec. in fi. 6. q. vbi referunt fuiſſe de facto Bononiæ, Fede. de Sen. in conſi. 130. inci. factum tale eſt, quædam domus, & plura ponit Felin. in c. Rodulphus. de reſcrip. & in c. cum Bertholdus, de re iud. & vide etiam Felin. in c. poſtulaſti in quarta declaratione, de foro compet. & multa ad hoc ſcripſi in tractatu de Venetæ vrbis libertate, eiuſdem Imperij dignitate, & priuilegijs, in 10. priuilegio, in reſponſione ad 14. argu. quod Illuſtriſſimum dominium etiam de facto nunquam fuit ſuppoſitum Imperio Romano, quicquid ſcribat Blanchus Foroliuienſis, & Paulus Diac.
e Florentiæ. Vide Iaſ. in l. de quibus. ff. de leg.
f Rumperet. Vide Apoſt. ad Bartol. in l. prima. C. de ſum. Tri. & fi. catho. in ver. vlt. quarto.
g Prædicta ſtatuta. Vide Phil. Dec. in l. 1. ff. de bon. poſſ. contra tab. liber.

Digitized by Google

non habet locum in rumpentib. extra ciuitatem Florentiæ, cum ibi forte non haberent apothecam, vel ſtationem.

14 **Ad quintum**, an † per pactum repreſaliæ poſſint fieri licitæ: dicendum eſt, ſi quidẽ eſt pactũ priuatorum, tunc non valeret, vt expreſſum eſt in Authẽ. vt non fi. pig. §. 1. non. n. põt vnus paciſci, vt alius pro eo exigatur, vt ibi dicitur, quod intelligo ẽt ſi vnus paciſcatur, vt exigatur alius, in quo hẽt ius, vt patronus in liberto, & dñs in vaſſallo, & ſimi. vt C. ne fi. pro pat. l. fi. niſi eſſet talis dñs, qui poſſit condere legẽ, vt ĩ. dicam, licet per pactum fieri non põt, iudex tñ homines ſic conditionatos in ſubſidium capere põt, vt dixi ſ. in 1. q. circa fi. Si vero eſſet pactum vniuerſitatis, tunc ſi talis eſt vniuerſitas, quæ non poteſt legẽ condere, tunc idẽ quod ſ. dictum eſt de pacto priuatorum. Si vero talis ſit vniuerſitas, vel dominus, qui, vel quæ, poteſt legẽ condere, tũc per pactum põt fieri, quod vnus pro alio exigatur. Nam pactum eius qui põt legem condere, eſt lex, vt ff. de publica. l. Cæſar. & C. de do. inter vi. & vxo. l. pen. quod eſt notabile ad multa, & ſpecialiter ad ea quæ dixi. ff. de re. iudi. l. 4. §. ſi actor. Et ex prædictis patet quod ſtatutum ciuitatis, vel domini concedentis repreſalias nõ poſſit fieri hodie in extraneos, vt in præceden. dictum eſt, tamen per ſtatuta ciuitatis, contra quam conceduntur, poſſunt fieri licite vltra ius commune contra ſuos, &c.

1 *Repreſaliæ, vt concedantur, primo adeundus eſt iudex cauſæ, & denegata iuſtitia, requiritur iudex concedens repreſalias vt ſcribat.*
*Iudex non audit requirentem, quod ſcribat iudici rei, quod faciat iuſtitiam, alias concedentur repreſaliæ, niſi primo conſtet de iuſtitia denegata.*
2 *Ciuitas non poteſt ſtatuere, quod fiat requiſitio per litteras, & quod fiat iuſtitia alias repreſalia concedentur.*
3 *Requiſitio iudici qualiter fieri debeat, vt repreſalia poſſint concedi.*
4 *Poteſtas concedens repreſalias ſuccedit loco deficientis ſuperioris, & ſupra. nume. 1.*
5 *Pupilli, & miſerabiles perſonæ non coguntur litigare in foro aduerſarij, quinimo iudex eorum ſcribit iudici alterius ciuitatis, vt aduerſarium ipſorum cogat alibi litigare.*
6 *Perſonæ miſerabiles quæ dicantur.*
7 *Actor de iure canonico etiam poteſt trahere reum ad litigandum extra propriam diœceſim.*
8 *Ciuitas ad petitionem ſui ciuis, poteſt requirere aliam ciuitatem, vt compellat aduerſarium in ciuitate propria litigare.*
9 *Repreſaliæ, vt concedantur, quis requiratur, vt iuſtitiam faciat ad hoc.*
10 *Litigauit ſi quis in ciuitate, quæ habet iudices primæ, & ſecundæ appellationis, & contra iuſtitiam ſuccubuit, qualiter ei ſuccurratur.*
11 *Repreſaliæ non conceduntur pro modico, & niſi totaliter ius partis tollatur.*
12 *Copia ſuperioris quomodo intelligatur quod non poſſit haberi ad hoc, vt procedi poſſit ad repreſalias.*

**Secunda** Quæſtio principalis eſt de cauſis concedendarũ repreſaliarũ, & quia inter cetera requiritur, quod dominus, gẽs, vel populus requiſitus, iuſtitiam facere neglexerit, a ſeu recuſauerit, & ſuperioris copia haberi non poſſit, [a] ideo quæritur primo quis debeat requirere populum, dominum, ſiue gẽtem, vt faciant iuſtitiam. Secundo quæritur, an poſſit requiri, vt alterius iudicis iuriſdictionem proroget, vel arbitros eligat, cum ibi nequeat litigare. Tertio quæritur quis requiratur, vt iuſtitiam faciat. Quarto quæritur, quæ iuſtitia ſit ſufficiens cauſa concedendarum repreſaliarum? Quinto, quomodo intelligatur quod ſuperioris copia haberi non poſſit.

b 1 **Ad primum** [b] quæritur, quis † debeat requirere dñm populum ſeu gentẽ, vt faciat iuſtitiam? Rñ. poteſtas eius qui concedit repreſalias ſuccedit in loco ſuperioris deficiẽtis ſi eſſet, vt dictum eſt ſ. in q. 6. Sed ſuperior ſi eſſet, quis non poſſet adire, & conqueri de iniuſtitia iudicis, niſi primo ipſũ iudicẽ requiſiſſet, vt in Auth. vt diffe. iud. & de mand. Princ. §. ſit ſibi quoq; tertium, ergo, & modo iſta pars ad hoc vt poſſit petere repreſalias, dẽt prius adire iudicem primum, & ab eo iuſtitiam petere, vt dictis legibus, quæ ſunt notabiles ad hoc. imo dico quod ſi pars iret ad iudicẽ ſuum, & diceret, dñe, ſcribas tali iudici, quod faciat iuſtitiam alias concedat repreſalias, quod iudex eum audi-
2 re non debet. d. §. ſit tibi quoq; tertium. Dico ẽt, † quod ciuitas nõ poteſt de hoc facere ſtatutum, videlicet, quod ſufficiat requiſitio per litteras, & ſic vt faciat iuſtitiam, nam antequam iuſtitia ſit denegata, non pertinet ad cognitionem ſuperioris, & per cõñs nec alterius ciuitatis vbi deficit ſuperior, & ſic non poteſt hoc facere ſtatutum, facit quod dixi ſ. in q. 3. Itẽ quilibet reus, vel actor, debet
3 primo iudicem requirere. Ex prædictis apparet, † qualiter debet fieri dicta requiſitio, dẽt enim actor offerre libellum cum omnibus ſolẽnitatibus debitis, quando cauſa requirit libellum, vel implorare officium iudicis pro executione quando cauſa habet paratam executionem, vel reus debet modo debito exceptionem opponere, in caſu quando requiritur, quod vnius iudex ſcribat alteri iudici, ſcilicet, pro exequẽda ſententia ab eo lata, vt extra, de foro compet. cap. Romana. & dixi ſupra in q. 3. item in alio caſu quem vide infra prox.

**Ad ſecundum** Quæritur, an poſſit requiri, vt alter.[*] iudicis iuriſdictionem proroget, vel arbitros eligat, cum in dicta ciuitate nequeat actor litigare ſecu-
4 re. Rñd. vt dixi ſupra, proxi. † Poteſtas enim qui concedit repreſalias ſuccedit in locum deficientis ſuperioris. Videndum eſt ergo
5 ſi ſuperior hoc facere dẽret. Et reperio † de iure ciuili hoc debere ſeruari pro pupillis, viduis, & miſerabilibus perſonis, maxime ſi aduerſarij potẽtiam, perhorreſcũt. C. quãdo imper. int. pup. &
c miſe. per. cog. l. 1. in fi. Pro iſtis ergo perſonis [c] ciuitas earum perſonarum cogeret alibi litigare, cum tales miſerabiles perſonæ ipſius aduerſarij potentiam perhorreſcant, quod ſi non faceret, ſta-
6 tim apparet iniuſtitia. † Quæ autem intelligantur miſerabiles, declarat plene Azo in ſumma illius tituli. De iure vero canonico
7 † eſt latius introductum, vt vbicunque quis litigium haberet cũ domino, vel cum vniuerſitate terræ, ſeu ciuitatis, ſeu quomodocunque aduerſarij potentiam perhorreſcat, etiam ſi non ſit de dictis perſonis miſerabilibus, poſſet per ſuperiorem trahi extra propriam diœceſim, vt extra, de reſcript. c. ſtatutum. §. cum vero. lib. 6. Plus videtur vbicunq; actor, & reus ſunt diuerſarum ciuitatum actor poteſt trahere reum per ſuperioris reſcriptum extra propriã ciuitatem, dum tamen non trahat eum in ciuitatem ipſius actoris, vt dicto cap. ſtatutum. §. cum autem actor. quaſi præſumatur ſemper, quod forenſes cum ciue in ciuitate propria non litigant
8 ſecure, per quam decretalem dico, † quod vna ciuitas ad petitionem ſui ciuis poteſt requirere aliam, vt compellat aduerſarium extra ciuitatem propriam litigare, & maxime ad petitionem miſerabilium perſonarum. vel cum aduerſarij potentiam perhorreſcunt, vt ſ. dictum eſt, & ſuper hoc credo ciuitates poſſe facere ſtatuta. Et hic modus videtur mihi multum æquus, & iuri, & rationi conſonus.

d 9 **Ad tertium** [d] Quæritur, † quis requiritur, vt iuſtitiã faciat. Rñ. vt dictum eſt poteſtas cõcedẽdi repreſalias ſuccedit in locum deficiẽtis iudicis ſuperioris: ſed de iure antequam adeatur ſuperior, debet primo requiri iudex, ad quem ſpectat prima cauſa, & ipſo negligẽte, debet requiri proximus ſuperior qui primo præcipiat, vt iuſtitiam faciat, qui ſi non faciat, adeundus eſt princeps, vt in d. Auth. de man. princ. §. ſit ibi quoq; tertium, qui ſi non eſt proximus ſuperior, adeundus eſt epiſcop. antequã adeatur ad principẽ, vt in auth. vt diff. iud. in pri. Ex hoc vi. quod antequam quis adeat iudicẽ terræ ſuæ pro petẽdis repreſalijs, debet adire primum iudicem, & ipſo negligẽte ſuperiorem, ſcilicet populum, vbi populus dominatur, vel dominum, vel regem, vel principẽ, hoc autem non eſt indiſtincte verum. Nam illud, quod dicitur de adeundo epiſcopo, non arbitror opportunũ eſſe, quia vſus talẽ conſtitutionem non admittit, nec epiſcopi tali iuriſdictione vtuntur in partibus iſtis. Simile no. extra, de treuga & pa. c. 1. & de rebus eccl. non alie. c. 1. lib. 6. in eo quod dicit auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. non eſt de neceſſitate ſeruandum, facit quod dicta conſtitutio, vt diff. iud. nõ reperitur approbata ab eccleſia, ergo, &c. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, extra, de cõſtitu. ſed illud quod dixi de adeundo proximum ſuperiorem de populo vel domino videtur eſſe verum per dicta iura, quando populus iudex primus requiſitus denegat facere iuſtitiam nil faciẽdo, ita loquuntur dicta iura. Si vero iuſtitiam denegat pronunciã-
[*] do, [*] vel aliquid faciendo cõtra iuſtitiam, tunc ſi eſt iudex appella
[*] tionis, [*] ille proximior debet adiri, antequam ad auxilium ciuitatis, vel terræ propriæ, vel domini proprij recedat, vt ff. de app. l. 2. §. ſi quis in appellatione. Si vero iudicem appellationis non hẽret, vel appellari non poſſet, tunc recurreretur pro repreſalijs ad iudicem ſuum, eſt. n. quid imputetur illi populo vel dño, cur appellationis iudicem non conſtituit ipſe verò populus, vel dominus adeundus eſt, quia ꝫ, vel præter leges præteritas non põt facere lite pendẽte, vel finita, vt C. de tranſac. l. cauſas. & in Auth. in melius nõ fie. ſa. for. & dixi plene, ff. de iuſti. & iu. l. oẽs populi. eorum tamẽ eſt culpa, vt dictum eſt. Ex prædictis patet, quod ſi in ciuitate eſſet aliqd ſtatutum, quod manifeſtã iniquitatẽ contineret, ita qd ſi ciuis alterius ciuitatis litigaret certũ eſt eum pdere, non eſt neceſſe, quod iudex illius ciuitatis requiratur, ſed directo poterit quis requirere iudicẽ ſuũ, qui requirat illam ciuitatẽ, vt cum ſuo iuſtitiam faciat, & ita.

ADDITIONES.

a Th. D. Haberi non poſſit. No. quod vbi dominus negligens habet ſuperiorem a quo ſperare poteſt iuſtitiam, repreſaliæ, non ſunt licitæ. vide per Fel. in c. poſtulaſti. in 3. declaratione, de fo. comp. & pœnas hic.
b Ad primum. Vide plene per Bar. Soc. in conſ. 120. in 1. vol. incip. cum in præſenti. Adde quod dicta Bar. in hac q. 3. & 4. refert, & ſequitur dominus meus Soc. in cõſ. 121. 1. vol. & dupl. eſt in conſ. 231. vol. 2.
c Pro iſtis ergo perſonis. Vide D. Mat. Lau. in tract. de principibus. vbi ſequitur dicta per Bar. hic.
d Ad Tertium. Vide Bart. Soc. in conſ. 120. incip. cum in præſenti.
[*] Pronunciando. Adde, quod hoc idem conſulendo voluit, Cor. qui refert Bar. hic cũ concor. in conſ. 60. vol. 3.
[*] Exemplum. Adde tu, & vide Alex. de Imo. in conſ. 38. ver. excedit. vol. 1. qui allegat Bar. hic.

& iniquitatem illius ſtatuti quantum ad eiuem ſuum tollat. arg. C. de ſacroſan. eccl. auth. caſſa. & extra, de hære. c. ſtatutum ciuitatis. lib. 6. Sed circa † prædicta dubitat, pone, ꝙ ciuitas vna hēt iudices primæ, & ſecundæ appellationis. contingit, ꝙ quis litigauit ī cauſa principali, & in prima, & ſecunda cauſa appellationis ſuccubuit contra iuſtitiam, qualiter ſuccurreretur huic? Videtur enim deſtitutus omni auxilio. Nam ad principem non poteſt haberi regreſſus, quia non licet tertio prouocare, ergo nec ad ciuitatem propriam habere recurſum. ſed dicendum eſt, quòd ſi quidem eſſet ſententia lata ob gratiam partis, & inique, tunc poſſet peti reſtitutio, & ſic poſſet peti coram maiore, vt ff. de mino. l. præfecti, arg. C. de accuſ. l. abſentem. & ita poterunt peti repreſaliæ corā iudice proprio. Si vero ſententia eſſet lata ob gratiam, vel dictum eorum qui regunt ciuitatem, tunc ipſi parti tenerētur ad intereſſe, quod apparet, qui criminaliter puniuntur. l. pen. C. vt li. pend. & de his, quæ pœ. no. l. 1. & ſic per conſequens tenentur actione ī factum ad intereſſe, vt ff. ad l. Fal. l. qui nomine. & ff. pro ſoc. l. nec quicquam. Si vero ſententia eſſet lata iniq; ſolum ex iudicis motu, tunc non video remedium contra partem, vel ciuitatem, quia non eſt quid eis imputetur, ſed eſt remedium contra ipſum iudicem, qui iniquam proprio motu tulit ſententiam, de quo remedio dicam infra, &c.

Ad quartum quæritur, quæ iniuſtitia ſit ſufficiens cā ꝯcedendarum repreſaliarum? Reſp. ꝙ
31 primo † videndum eſt, ꝙ non ſit circa modicum. iſtud enim remedium repreſaliarum cum ſit odioſum, vt ex tra, de iniur. & dāno dato. c. 1. lib. 6. & ſit ſubſidiarium contra ius commune, vt dictum eſt, non debet dari pro modico, vt l. ſcio. ff. de in integ. reſti. & ff. de dolo, l. ſi oleum. §. fi. cum ſi. Secundo aduertendum eſt, ꝙ per prædictam iniuſtitiam ius partis totaliter lædatur, ſecus ſi lædatur aliqualiter. C. de preci. Imper. offeren. l. quoties. vt ſi totaliter iniuſtitiā non facit, vt C. de ſer. fug. l. mancipia. in fi. ff. de damno infe. l. 4. §. in eum. vel probationem non recipit, vt l. ſi quando. C. de teſtib. vel ſententiam diffinitiuā iniuſtam tulit, vt C. de pœn. iud. qui male iud. l. 1. & 2. Si partem grauaret ferendo aliquam interlocutoriam, tunc recurremus ad diſtinctionem, quæ fit, an ab interlocutoria poſſit appellari, vt eo caſu eſſet ſufficiēs cauſa, quo poſſit appellari de iniuſtitia ad petendas repreſalias, alias ſecus, Qualiter autem hæc iniuſtitia probetur, dicam infra, &c.

a Ad quintum quæritur, * quomodò intelligatur, ꝙ ſuperioris copia haberi non poſſit? Reſpond.
32 quandoque † non poteſt haberi copia ſuperioris de iure, nec de facto, quia non eſt, & tunc eſt clarum, vt d. c. dominus noſter. 23. q. 2. & quod no. C. de Iudæis. l. nullus. & ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. §. belliſſime. cum glo. ſua. Quandoque poteſt haberi copia de iure, ſed non de facto. Exemplum, Imperator eſt modo in Alemania, & de iure eſt ſuperior, tamen de facto in partibus iſtis ei non paretur. Vel pone, in Marchia eſt rector pro ſancta matre eccleſia, tamen de facto nil poteſt propter occupationem tyrannorū, ſic quòd videtur ſuperioris copia non haberi. Quandoque tamen
* non poteſt haberi copia de facto, nec de iure, Exemplum. * Aliquis tyrannus occupauit multas terras de facto, nam de iure, non eſt dominus, & puto recurrendum ad ea quæ no. Inno. in c. nihil. extra, de elec. videlicet, quòd aut tyrannus ille ſua authoritate occupauit, & tunc non habetur pro ſuperiore, & non valeret quod ab eo fieret, vt C. de ſacroſ. ec. l. decernimus. Aut fuit electus ab habentibus poteſtatem facere per vim, vel metum, & tunc aut hoc non eſt notorium, ſed pro vero domino ſe gerit, & ſic reputatur communiter, & tunc habetur pro ſuperiore, vt l. Barbarius. ff. de of. præt. Aut eſt publice notum, ꝙ eſt tyrannus, non dominus, & tunc non hr̄ pro ſuperiore, nec debet requiri. debet enim ſic reputari, licet non ſit, vt C. de teſta. l. 1. & per alia iura quæ alleg. Inn. in d. c. nihil, &c. Quandoque copia ſuperioris poteſt haberi de iure, & de facto, ſed haberi non expedit, quia forte expenderetur plus quam ſit id de quo contenderetur, vel forte paſſus iniuriam eſt pauper. tunc enim puto quòd non ſit neceſſe quòd adeatur ſuperior, imo ſit procedendum tanquam ſi ſuperioris copia non haberetur, arg. C. de anno. & trib. l. mediterraneæ. lib. 10. & ff. de pigno. act. l. ſi ſeruos. ſiue ex parte iudicis, ſiue ex pte ſuperioris adiri non poſſit, idem iuris videtur, vt l. 1. ff. de diuer. & tempora. preſc.

ADDITIO.

a Ad quintum quæritur. Vide d. Iaſ. in l. Barbarius. in 1. limi. de off. præt.
* Exemplum. Adde tu, & vide Al. de Imo. in conſi. 138. ver. excedit, vol. 3. qui alle. Bart. hic.

1 *Statutum, vel conſtitutio permittens repreſalias, condictione illius iuris aditur iudex.*
2 *Repreſaliæ de iure communi petuntur manu regia.*
*Repreſaliæ permittuntur de iure diuino, & de iure gentium.*
3 *Repreſalias concedens non debet habere ſuperiorem.*
4 *Poteſtas ciuitatis non recognoſcentis ſuperiorem de facto non concedit repreſalias, niſi ſtatuto caueretur, ſed regentes ciuitatem.*
5 *Ciuitas, quæ ſubeſt alicui Regi, vel principi, nō pot repreſalias cōcedere.*
6 *Superioris copia ex parte concedentis repreſalias quādo haberi nō poſſit, vt ciuitas ſubdita illas concedere poſſit.*

Tertia principalis quæſtio eſt, per quem iudicem repreſaliæ poſſunt concedi. Circa quod quæritur. Primo, quo iure adeatur quis, vt repreſalias concedat. Secundo, quis eſt ille iudex, cuius poteſtas debet implorari pro repreſalijs concedendis &c.

Ad primum quæritur, quo iure adeatur quis, vt repreſalias concedat. Rñ. † ſi quidem per ſtatuta terrarum, vel conſtitutiones dominorum aliquibus eſt conceſſa poteſtas, tunc iudex adibitur condictione ex alio ſtatuto, vel conſtōne, vel iudicis officium implorabitur, ſm quod ex illo ſtatuto, vel conſtōne præcipitur, l. vnica. ff. de cond. ex lege. & ibi plene dixi. Qualiter autem circa hoc ſtatutum factum eſt, probabiliter illud ignoro, vt extra, de conſtit. c. 1. lib. 6. Si vero quærimus
2 † de iure cōi, tunc aduertendum eſt, quòd de iſtis repreſalijs concedendis nulla iuris ciuilis conſtitutione cautum eſt, & rationes, & iura quæ ad hoc cogunt, ſunt magis de iure diuino, & de iure gentium, quo bella licite permittuntur, quam de iure ciuili, vt di ſi ſup. 1. q. 2. Sed illo iure gentium non erat actio, neq; iſtæ formulæ agendi, ſed omnia expediebantur manu regia. l. 2. in prin. ff. de orig. iu. Vnde dico, ꝙ etiam hodie vbi ex iuſta cauſa repreſaliæ poſtulantur de iure communi, non dicitur intentari actio, vel officium iudicis implorari, ſed magis dicitur requiri manus regia, ſeu poteſtas regia, ſecundum inſtituta iuris diuini, & gentium, ꝙ a iure ciuili non eſt immutandum.

Ad ſecundum quæritur, quis eſt ille iudex cuius poteſtas debet implorari? Rñ. ſi quidē per ſtatuta edita ab his, qui habent authoritatem circa hoc, aliqd
3 eſt geſtum, illi adeundi ſunt. Sed ſi de iure cōmuni † loquamur, tunc ſicut ex parte illius, contra quem repreſaliæ conceduntur, requiritur, ꝙ ſuperioris copia haberi non poſſit. vt dictum eſt. & ſic ex parte cōcedentis repreſalias requiritur, quòd ſit talis, qui ſuperiorem non habeat, quod probatur, nam concedere repreſalias eſt indicere bellum, licet quandoque iſtud bellum non indicatur ex parte indicentis, vel eius contra quem indicitur, quòd vni permittitur alios capere, i. particulares homines, & ſic in dubio ē particularis ex vtraq; pte, vt dicā ī. 8. q. 4. poſſet etiam eſſe vniuerſale ex vtraq; parte, ſed bellum iuſtum non poteſt indicere, niſi ille qui ſuperiorem non habet, vt ff. de cap. l. hoſtes. ergo nec cōcedere
4 repreſalias, ita tenet Inn. extra, de reſtitu. ſpo. c. olim. † Ex hoc ſequitur, ꝙ ſi eſt aliqua ciuitas, quæ ſolum de facto non recognoſcit ſuperiorem, & regitur per populum ſecundum ſuos ordines & ſtatuta, poteſtas, & rector illius ciuitatis non poſſet concedere repreſalias. niſi eis ſpecialiter aliquo ſtatuto eſſet permiſſum. Debet ergo adiri pro repreſalijs ipſe populus, vel ordo, vel apud quē
5 eſt omnis communis poteſtas, & hoc puto verum. † Itē ex prædictis ſequitur, quòd ſi eſt aliqua ciuitas, quæ ſubeſt alicui principi, ſeu Regi, quòd nec ipſa ciuitas, nec aliquis officialis principis, vel Regis, poteſt concedere repreſalias, ſed ipſe ſolus Princeps, vel Rex. Dico tamen, quòd in omnibus caſibus, in quibus dixi ſup.
6 2. q. 5. † ꝙ ſuperioris copia haberi non intelligitur ex parte ꝯtra quam conceduntur, in illis intelligendum eſt ſuperioris copiā nō haberi ex parte concedentis, & in illis caſibus ciuitas ſubdita Regi, vel Comes Regi ſubditus poſſet repreſalias concedere. Sicut enim quibuſdam caſibus propter vrgētem neceſſitatem permittitur aliquibus, quòd ius ſibi dicant, vt ff. quæ in frau. cre. l. ait prętor. §. ſi debitorem. & ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. §. belliſſime. & no. C. de iudæ. l. nullus. ita in propoſito ex dictis cauſis poterit ciuitas, vel dominus ſubditus concedere repreſalias, quia ſuperioris copiam non poteſt habere.

1 *Repreſaliæ ad hoc vt concedantur, ſufficit ꝙ petantur manu regia, nec aliqua ſolennitas iuris ciuilis requiritur.*
2 *Repreſaliarum concedendarum cauſa vera eſſe debet, & contra quos ꝯceduntur, ius ſaluum ſuæ defenſionis. & nu. 9.*
3 *Repreſaliarum ſufficit oſtendere ſolam conceſſionem abſque proceſſu.*
4 *Cautela, vt fiat proceſſus, & in ſcriptis redigatur, antequam concedantur.*
6 *Ordo impoſitus per ſtatutum in petendis repreſalijs, ille ſeruatur.*
7 *Statutum ſi concedit poteſtatem officiali concedendi repreſalias, tunc libellus datur, citatur pars, & lis conteſtatur.*
8 *Mandatum habens, poteſt comparere ad defenſionem eorum, contra quos repreſaliæ poſtulantur. Item quilibet de populo.*
9 *Repreſaliæ ſi petantur, quilibet de populo ciuitatis comparere poteſt, ne concedantur.*
10 *Defenſiones quæ opponantur hoc, ne ad repreſaliæ concedantur,*
11 *Repreſalias iure petendi, quo pacto quis renunciare poteſt.*
12 *Iuſtitiam denegatam modus probandi.*
13 *Index, populus, vel gens faciens iniuſtitiā, vel denegans iuſtitiam, obligatur parti ad intereſſe,*
14 *Libellus, quando repreſaliæ petantur, quid contineat.*
15 *Repreſaliarum cauſa conceditur captura, & detentio ex primo, & ſecundo decreto.*
16 *Liber homo in caſu neceſſitatis pro debito alieno capi poteſt.*

Quarta quæſtio principalis eſt, qualiter, & quo ordine repreſaliæ concedantur. Circa quod quæruntur plura. Primo, quo ordine concedantur à beo, qui nõ recognoſcit ſuperiorem. Secundo, quis ſit ordo, quñ petuntur ab his, quib. eſt cõceſſum per ſtatuta populi, vel per conſtõnes alicuius dñi. Tertio quęritur, parte requiſita quis põt comparere ad defenſionem, ne repreſaliæ concedant. Quarto ſi aliquis ꝯpareat, quib. defenſionibus vti poteſt. Quinto, qualiter iniuſtitia facta, vel iuſtitia denegata probatur. Sexto, an cum repreſaliæ conceduntur permittatur capi, & detineri, vt ex primo, aut ſecundo decreto, &c.

Ad primum quæritur, quo ordine concedantur quñ petunt ab eo, qui non recognoſcit ſupe-
1 riorẽ? Rñ. vt in præcedenti † qõne dixi. Iſto caſu non dř intentari actio, vel officium iudicis implorari, ſed magis dř requiri manus
a regia, aſeu ptãs regis, ſm inſtituta iuris diuini, vel gentium, ſed illo iure omnia erãt in ptãte regia, vel nullus ordo, nulla ſolemnitas requirebatur, ſed illud erat quod regi placebat, d. l. 2. in prin. ff. de origi. iu. facit ff. de conſtit. princ. l. 1. in princ. Vnde in propoſito dico, ꝙ nulla ciuilis ſolẽnitas requiratur, nec libellus, nec alius ordo, nec ſcriptura: ſolum ergo illud requiritur, quod ius gentium
2 requirebat. † ſ. ꝙ cauſa, propter quam repreſaliæ concedunĩ, ſit vera, alias fieret iniuria, & de iure gentium alterum alteri inſidiari
3 nefas eſt, l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. Item, ꝙ eis, ꝯ † quos concedunĩ ſit ſalua defenſionis facultas, quod eſt de iure naturali, vel gẽtiũ, quod per principem tolli non poteſt, vt extra de re iud. c. paſtora-
4 lis. § cæterũ. in cle. Vnde credo, † ꝙ ille q haberet repreſalias ſibi conceſſas a dño Papa, vel populo, cum non hř ſuperior, non hẽt de alio proceſſu, vel ordine docere, ſed ſufficit ſolam conceſſionem oſtendere, & oĩa alia præſumuntur recte acta, cum oĩa in poteſtate concedentis eſſent. & ſacrilegij inſtar eſt, & c. l. ſacrilegij. C. de diuer. reſcr. & l. 2. C. de cri. ſacrile. & hoc verum in territorio con-
5 cedentis. Sed periculum eſt primo, quia gens † illa ꝯ quam ſit hęc conceſſio repreſaliarum, poterit eodem iure vti ꝯ concedentes, per ti. ff. quod quiſq; iu. & de hoc dicam infra. Secũdo, quia ſi ex aliquo pacto probetur, de hoc cognoſcit coram arbitris, vel alio iudice non ſubdito ei cui conceſſit dominus probari quomodo iuſte eſſet proceſſum, ea iuſtitia quæ de iure gentium requiritur, vt ſup. dixi, alias appareret, ꝙ iniuſte eſſent conceſſæ, & ideo tutiꝰ eſt, quòd proceſſus fiat ſuper hoc, & redigatur in ſcriptis, vt ceſſet omnis ſcrupuloſitas, &c.

6 Ad ſecundum quæritur, quis ſit ordo, quñ repreſaliæ petuntur ab aliquib. qbus † eſt conceſſum per ſtatuta populi, vel per ꝯſtõnes alicuius dñi? Reſpon. ſi quidem per ſtatutũ imponitur, ordo ille eſt ſeruandus ſuper hoc enim ordine põt ſtatui, vt ſ. dixi in q. 3. Sed ſi circa ordinem nihil
7 eſt ſtatutũ, tunc procedit qõ. Pone ſtatutũ † eſt, ꝙ aliquis officialis habeat ptãtem concedendi repreſalias cuilibet iuſte petenti, cuius ordo ſeruabitur illo caſu? Et certe talis officialis habet poteſtatẽ a iure ciuili, quia talia ſtatuta ſunt iuris ciuilis, l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. & ipſius officialis officium implorabit, & ſic ſm ordinem ciuilem erit procedendum, vnde dandus erit libellus, pars citanda, & parte comparente lis conteſtanda ſm formam authẽ. offeratur. C. de li. conteſt. parte vero non comparente procedendum erit, ſicut contra cõtumacem de iure proceditur, quod declarabo inf. in vlt. q. huius quæſt.

Ad tertium quæritur, quis, parte requiſita, põt cõparere ad defenſionem, ne repreſaliæ ꝯcedant?
8 Reſpond. † partem requiri intelligo gentem, vel populum, cõtra quem repreſaliæ poſtulantur, quo caſu ad defenſionem põt comparere perſona quęlibet habens mandatũ ab illa gente, vel populo, & de hoc non eſt dubium. Secundo modo poteſt comparere quilibet de populo illo, vel gente, ꝯ quem, vel quam repreſaliæ poſtulãtur, quñ omnium intereſt, vt ff. de op. no. nun. l. in prouin-
9 ciali. § 1. Tertio † (vt puto) poterit comparere quilibet de populo illius ciuitatis a qua petuntur repreſaliæ. Nam eorum intereſt, ne repreſaliæ indebite concedantur, ne forte ciuitas, contra quã conceduntur, eodem iure vtatur, & faceret capi homines illius ciuitatis repreſalias concedentis.

Ad quartum quæritur, ſi comparet aliquis, quibus defenſionibus vtatur, ne repreſaliæ ꝯcedã-
10 tur? † Rñ. quædam ſunt defenſiones, quę cauſantur ex defectu iuris petentis, de quibus in præcedenti dictũ eſt. Quædam ſunt, quę cauſantur ex defectu perſonæ petentis repreſalias, de hoc dicetur ꝫ. Sunt ẽt quædam aliæ defenſiones. Primo, vt puta ſi paratus eſt emendare quod improbe factũ eſt, vt præallegato cano. dñs noſter. 23. q. 2. quod intelligo, ſi de hoc ſatiſdat idonee, ar. C. de bon. aut. iud. poſ. auth. & q iurat. Sedo ſi eſſet dubium, an eſſet denegata iuſtitia, tunc poteſt petere, ꝙ ſuper hoc dubio, an ſint concedẽdæ repreſaliæ, cognoſcatur, cum ibi non poſſit litigare ſecure, ſe-
11 cundum ea, q̃ dixi ſuper 2. q. 2. per eaſdem rõnes. Sed pone † vt de facto ſæpe accidit in his, qui eliguntur rectores alicuius ciuitatis, & promittunt non petere repreſalias, an poterit cõtra eos excipi de tali promiſſione? Videtur ꝙ non, ſicut non valet pactum ꝙ qs non poſſit laudum reducere ad arbitrium boni viri. Tu dic, vt ſ. dictum eſt ſæpius. Iſta enim petitio repreſaliarum ſuccedit in loco deficientis iuriſdictionis ſuperioris. & ideo repreſaliæ ſi petuntur, quaſi inique ſit condemnatus, vel inioſte, & ſic habet recurſum ad ciuitatem ſuam. ſicut haberet ad iudicem appellationis, & tunc poteſt opponi de pacto: ſicut enim poteſt iuri appellandi renunciari, vt C. de temp. ap. l. fi. & ff. a quib. ap. non licet. l. 1. §. ſi qs ante ſententiam. ita & huic iuri, quod ſuccedit in locum eius. Si vero petat repreſalias propter aliam iniuſtitiam ſibi factam, vel iuſtitiam denegatam, & tunc non poteſt opponi de primo pacto, quia iam non valet pactum, per quod remittitur delictum futurum. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pactis. l. conuenire. de pact. dot. &c.

12 Ad quintum quæritur, qualiter iuſtitia denegata, probetur? Reſpondeo † per acta, vel per teſtes. primo ſcilicet, quòd poteſt requiri iudex primus, vt actorum copiam faciat, quod ſi non faciat, iſtud eſt iniuſtitiam facere, C. vt lite pend. l. 2. Eſt etiam alius modus multum expeditus, videlicet, ꝙ factis omnibus requiſitionibus debitis, vt ſup. dictum eſt, tunc ille, qui patitur iniuſtitiam, vel ſe pati dicit, adeat iudicem a quo intendit petere repreſalias, qui iterum mittat nuncium, vel ambaſciatorem, & huic iuſtitiam faciat, nec relationi talis nuncij, vel ambaſciatoris ſtabitur, vt in Auth. vt diff. iud. §. j. vbi dicitur, ꝙ ſtatur literis eius, cui hoc fuerit commiſſum. ſic ergo idem erit in propoſito, &c.

Ad ſextum quæritur, an cum repreſaliæ conceduntur, permittatur capi, & detineri, vt ex primo,
13 aut ſecundo decreto. Circa quod ſciendum eſt, † ꝙ iudex, gẽs, vel populus, qui facit iniuſtitiam, vel denegat iuſtitiam, obligatur parti ad intereſſe, vt Inſti. de obli. quæ ex quaſi delicto. in princ. & ff. de var. & extraor. cog. l. ſi iudex. C. de teſta. l. ſi quando. in fi. C. de ſeruis fug. l. mancipia. in fi. ff. de magiſt. conuen. l. 1. in princ. de dam.
14 infec. l. 4. §. in eum. Vnde libellus, † qui datur quando repreſaliæ conceduntur, primo debet continere, qualiter factæ fuerunt requiſitiones debitæ, & ſunt iuſtitia denegata, propter quod partis intereſt in tanta quantitate, quare petit dictos officiales communes, & homines ipſius ꝯdẽnari in quantitate prædicta, ſibique cõcedi licentiam capiendi, & detinendi homines dictæ terræ, & res ipſorum uſque ad ſatiſdationem dictę quantitatis. tunc ſi quis cõpareret, & ordinarie litigaretur, ſententia, quæ daretur pro actore dictæ repreſaliæ, haberet vim executionis rei iudicatæ, & illud poſſet fieri, quod fieret de rebus quæ in cauſam iudicati caperen-
15 tur, & ordo eſt manifeſtus. Si vero nullus compareret, † tunc debeat dari primo licentia capiendi, vel detinendi, vt ex primo decreto, vt tædio affecti veniant reſponſuri, tunc ſi in contumacia perſeuerauerint, perquiſita veritate, dabitur licentia capiendi ex ſecundo decreto, ſicut in alijs cauſis, iura ſunt vulgaria. Nec mirum ſi in cauſam iudicati capiuntur liberi homines, in quos ciuitas illa contra quam conceduntur repreſaliæ ius habet, quia hoc
16 fit alias in caſu neceſſitatis. l. pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de acqui. her. in fi. gl. mag. & ibi no. Sed ſi ſtatutum aliter diſponeret, tunc illud eſſet ſeruandum. Poſſunt enim ſuper his, quæ expediẽda ſunt ſuper concedendis repreſalijs, ſtatuere, vt in præcedentib. dictum eſt, &c.

ADDITIO

a Th. D. Manus regia. No. quod dicit Bar. hic, ꝙ ille qui non recognoſcit ſuperiorem, non teneatur ſeruare ordinem, & ꝙ nulla ſolennitas requiritur, nec libellꝰ, nec alius ordo, nec ſcriptura, & ꝙ habens repreſalias ab eo, non debet de alio proceſſu docere, ſed ſufficit ſolam conceſſionem oſtendere, omnia alia præſumuntur tanquam manu regia facta. Ita dicit Bal. conſil. 112. in 2. vol. inci. Quatuor ad probandum. in prin. & all. Bar. hic, & inducit dominos Venetos, qui nõ recognoſcunt ſuperiorem, qui conceſſerunt repreſalias contra do. Malateſtã de Arimino.

1 *Repreſaliæ conceduntur incolis, qui munera, & grauamina cum ciuitate ſoluunt.*
2 *Priuilegia alicuius artis quis non habet, ſi artem non exercet.*
3 *Repreſaliæ conceduntur ciuibus non ſubiectis, & factiones communis nõ facientibus ex priuilegio.*
4 *Ciuis non faciens factiones ex contumacia, ſi petit repreſalias, ciuitas poteſt eas ei denegare, alios autem conqueri non poteſt.*
5 *Repreſalias petens probat duo, ſcilicet ſe incolam, & munera ſubire.*
6 *Prælaturam habens in ciuitate, an dicatur ciuis.*
7 *Ciuitas an poſſit concedere repreſalias ciui ſuo ex conuentione contra ciuitatem originis, & nu. 9. vbi quod ſic.*
8 *Ciuitatis poteſtas eſt maior in ciuem, quam poteſtas patris in filium.*
10 *Repreſaliæ non conceduntur foreuſibus.*
11 *Repreſaliæ non poſſunt concedi ei, qui poſt factam iniuſtitiam effectus eſt ciuis, vel incola.*
12 *Poteſtas, ſtipendiarii, & ſcholares habentur pro ciuib. in loco vbi exercent officium, ſtipendium merentur, & ſtudent, non quo ad omnia.*
13 *Repreſaliæ, quando & quo caſu poſſunt prædictis concedi.*
14 *Statutum ꝙ ciues vnius ciuitatis tractentur, vt ciues, quomodo intelligatur, & quando repreſaliæ talib. concedi poſſunt cõtra tertiam ciuitatẽ.*

Quinta principalis quęſtio eſt, quibus repreſalię ſunt concedendæ. Circa quod quęruntur plura. Primo, an repre-

Digitized by Google

repreſaliæ ſint ꝯcedendæ incolis. Secdo an ciuib. non ſubiectis iuriſdõni ſeculari, vel non facientib. factiones cõis. Tertio quæritur, an ciuib. nřis ex ꝯuẽtione poſſint ꝯcedi repreſaliæ ꝯ ciuitatem originis, vel eꝯ. Quarto quæritur, an ei, qui poſtq̃ paſſus eſt iniuriã factus eſt ciuis, ſint repreſaliæ ꝯcedẽdæ. Quinto q̃rit. qd de his, q pro ciuib. hñt. ex lege, vel ſtatuto. Sexto quęrit, quid ſi ciues vnius ciuitatis in alia ciuitate debent tractari, vt ciues illius ciuitatis, an ibi poſſint petere repreſalias contra certam ciuitatem, vel non, &c.

a
## Ad primum
a quęritur, cum repreſaliæ ſint ꝯcedẽdæ, an ſint ꝯcedendæ incolis? Rñ. ſi quidem
1 †eſt talis icola, q munera, & grauamina ciuitatis q̃ colit, ſubit, tũc ei ſunt ꝯcedẽdę repreſalię ex cauſis legitimis: ſi vero nõ ſubijt * ibi munera, & grauamina, nec ad ea ſcribi ſe fecit, tunc ei non ſunt ꝯcedendæ repreſaliæ. Hoc probatur p regulam iuris, q ſentit onus, dẽt ſentire commodum, & eꝯ, vt C. de fur. l. manifeſtiſſimi. §. ſed cũ in ſcda. ff. de reg. iu. l. ſm nãm. ext. de reg. iu. e. q. ſentit. li. 6. Scdo per l. qui prætextu. C. de ſacroſ. eec. & C. de colleg. l. i. li. 11. Tertio, quia illi proprie dicuntur municipes, q munera ſimul ſubeunt, vt d. l. ad munic. l. j. in prin. ergo ei, q non ſubit munera, non compe-
2 tunt priuilegia municipum. Quarto, †quia non hẽt quis priuilegia alicuius artis, vel ciuitatis, vel officij. niſi qui re ipſa illud geſſerit, vt C. de conſul. l. nemini. lib. 12. Facit ff. de excu. tu. l. ſi in prin. & C. de teſt. mil. l. ex eo tpe. & C. de teſta. mil. l. ſeminaris, & l. ne quidam. Quinto, quia inter ciuem, & incolam tacite celebratur qdam ꝯtractus vltro, citroq; obligatorius. eſt. n. incola obligatus ad munera. ff. ad muni. l. 1. in prin. & l. incolæ. iam eſt ciuitas ad defenſionem, & protectionem ipſius, & idem in quolibet dño, vel rectore. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. preſi. ille autem, qui non implet ꝯtractum ex parte ſua, non poteſt petere, q ſibi impleatur vt ff. de act. em p. l. Iulianus. §. offerri. vnde ille, qui munera non ſubijt, non poteſt petere repreſalias.

## Ad ſecundum
quęrit. an ciui non ſubiecto iuriſdõni ſeculari, vel non facienti factiones
3 communis, ſint repreſaliæ concedendæ? Rñ. †Quidam ſunt ciues non ſubiecti iuriſdõni, & non faciẽtes factiones communis ex priuilegio, vt clerici, vt C. de ep. & cle. l. a. auth. ſtatuimus & auth. ſiuẽ nulla cõitas. Item alij priuilegiati pp dignitatem ſecularem, C. vt ſena. vel cla. l. 2. & ff. de vac. mu. p totum, & iſtis ſunt ꝯcedẽdę repreſaliæ, ne priuilegium in eorum fauorem conceſſum, redunde in odium. l. q fauore. C. de leg. l. nulla. ff. e. facit auth. ſed epalis dignitas. C. de epi. & ele. & in corpore, vnde ſumit, facit ẽt. C. de decur. l. neque Dorotheum. li. 10. vbi Imperator interpretatur legem, q̃ dicebat, q filij ſequuntur matrem, ſi non ſequuntur patrẽ. Ex quo intelligatur, ſi non ſequuntur patrem priuilegio d. l. neque Dorotheum. ver. 1. Et de clericis expreſſum. 80. di. c. Maximus. Si vero
4 ex quadam †contumacia non faceret factiones, tunc ciuitas ſua, a qua peteret repreſalias, poſſet ei denegare, vt ff. ex qb. ca. ma. l. ſed & ſi p prętorem. §. ſed & ſi dum decreto. ſi. ſi ciuitas taceret alius non poſſet de hoc conqueri, ar. C. de iure emph. l. 2. & quod no. ff. ſi ager vect. vel emph. l. 1. & 2. ubi dr, q pp penſionem non ſolutã, licet dño volenti eum expellere, q. d. extraneus non poteſt de hoc ꝯqueri, & hoc dixit gl. parua. in l. 2. ff. ſi ager vect. Sed dices tu, quare in præcedenti q. dictum eſt, incolam non ſubeuntem munera eſſe repellendum a petitione repreſaliarum? Rñ. ſola voluntate in ciue perficitur oblo inter eum, & ciuitatem, quæ mutari non põt. l. aſſumptio. ff. ad munic. ſed incola non, niſi recipiatur a ciuitate, l. 1. in pri. ff. ad muni. ibi recepti in ciuitatem, & c. põt. n. ciuitas non eum recipere, ar. ff. de leg. l. ſi. Vides ergo, q ille qui petit repreſalias, vt ciuis, dẽt probare ſe ciuem, & ad hoc cõſulo, q fiat ſpãlis ar
5 ticulus. Si vero †petit repreſalias, dẽt probare duo. ſ. ſe incolam, &
6 ſe ſubire munera, vel feciſſe æſtimum, & ſimi. Hic autem poſſet dubitari, vtrum forenſis, qui habet in hac ciuitate prælaturam, vel eccleſiam, vel eſt hic monachus, dicatur ciuis huius ciuitatis, & quis de aliquo ei faciente hic reſidẽtiam, & hoc plene dixi in lec. ff. ad munic. l. 1.

7
## Ad tertium
q̃ritur, †an ciuib. nřis in ꝯuentione poſſint concedi repreſaliæ ꝯ ciuitatem originis, vel eꝯ. Et vř q non, p regulam poſitã. ff. de vſuf. l. ſeruo. §. rer. & de ver. ob. l. liber hõ. in princ. vbi vř, q ex quo facto quęritur mihi ius, ex eodem, ſi agatur, & fiat metu, non obligor. ita in propoſito ſi p aliam ciuitatem huic ciui fieret iniuria, ciuitati originis quæreret ius concedendi repreſalias, ergo ex eo, q iſta ciuitas facit cum illo ſuo ciue originario, ꝯ eum non põt agi, & ſic repreſaliæ concedi. Secundo probatur, quia duab. ciuitatib. ad idem concurrẽtib. præfertur ciuitas originis, & ſic ꝯ eam non ꝑſit concedi repreſalię. Tertio ſic. Nõ eſt dubium, q ciuitas originis poterat ſtatuere in ſuum ciuem, antequam efficeretur ciuis ex conuentione alterius ciuitatis, & alia ciuitas de hoc non potuiſſet conqueri, vnde ciuis, p conuentionem poſtea factam non poterit iuri originalis ciuitatis, ſeu originis ꝑiudicare, ipſa ciuitate originis non ꝯſentiẽte, vt ff. de pac. l. ſi. & l. ſi vnus. §. ante oĩa. e. ti. C. res inter al. acta, p totum. Quarto probatur a ſimili, fructuarius põt nunciare nouũ in opus aduerſus oẽs præter dñm, vt l. in ſi. ff. de ope. no. nun. ita ciuitas, quæ hẽt ciuẽ ex conuẽtione poterit concedere repreſalia aduerſus oẽs, præterq aduerſus dñm. ff. de pub. l. pe. Quinto, qa ſi q̃ iniuſtitiam ciuitas originis fecit, vř ſibi magis fce ſe. q̃ alij ciuitati, vt ff. ad l. Aqu. l. legis, Aquiliæ actio debitori. Sexto vř caſus ff. ad muni. l. de iure. quod de his, quæ quæruntur inter ciuitatem, & ſuum ciuem. ſolum coram iudice ſuæ ciuitatis agitur. Et ſic cõcluditur, q ſicut ſi ciuitas originis faciat iniuſtitiam, alia ciuitas non poterit impedire: ita eꝯ q ciuitas originis non poteſt ſe impedire de his quæ facit ciuitas extra conuẽtiones. Septimo, quia repreſalię ſunt quoddam remedium extraordinarium, ſed tale remedium non dẽr dari ꝯ ciuita-
8 tem originis, qa †ciuitatis ptãs eſt maior in ciuẽ ſuum, quam ptãs patris in filium. l. a. ff. de iuſt. & iu. & l. poſtliminium. §. filius quoq; familias. de cap. Sed ꝯ patrem auxilium extraordinarium non datur, vt C. qui. & aduer. quos, l. ſin. ergo nec ꝯ ciuitatem originis. Eꝯ vř, q vna poſſit ꝯ aliam repreſalias concedere. Primo, qa qñ ſunt duo, qui habent vnum ſubditum, quilibet põt defendere eum ꝯ iniuriam, quæ ei infertur ab alio. Exẽplum, pater hẽt filium ſubditum, & ciuitas ſil. d. l. a. ff. de iu. & iu. & l. poſtliminium. §. ſi filius. de cap. ſed ſi pater delinquit in filium, ciuitas punit eum, vt ff. & C. ad leg. Pom. de parr. Et ſi ciuitas procederet ꝯ eum filium, pater admitteretur pro ſuo intereſſe ad defenſionem filij, vt C. de accu. l. ſi cuiuſdam. & ar. ff. de ap. l. non tm. & l. Lucius. e. n. ita in propoſito vna ciuitas ꝯ aliam ad defenſionem ſui ciuis poterit concedere repreſalias. Secundo ſic. Qñ ſunt plures, qui hñt ius in re, licet vnum ius ſit potẽtius altero, tñ ẽt ille qui hẽt ius debilius, poterit agere ꝯ illum, qui habet ius potentius, ſi rem illam damnificat. l. item Mela. §. ſi. & l. ſeq. & l. ſi dñs ſeruum, ff. ad l. Aqu. ita ẽt in propoſito, ciuitas, quæ hẽt illum ciuem ex conuẽtione, licet hẽt illud ius debilius, quam ciuitas originis, tñ pro eius defenſione poterit ſibi concedere repreſalias. Tertio ſic. Licet duo ſint dñi eiuſdem perſonæ, tñ ſi vnus in illa delinquat, põt ab alio coerceri, vt ff. ad l. Aqu. l. ſed & ſi cõem ſeruum. ita in propoſito. Quarto ſic. pro propulſanda iniuria põt quis cõuocare amicos, vt de vi, & vi arm. l. 3. §. eum igit. & ibi no. & no. extra, de homic. c. ſignificaſti. ergo multo magis paſſus iniuriam poterit conuocare ciuitatem, cuius eſt
9 ciuis. Sol. Dicendum eſt, †q vna ciuitas ꝯ aliam poterit repreſalias concedere. q probař, quia ptãs concedendi repreſalias ſuccedit in locum ſuperioris, vt dictum eſt ſ. in i. q. & 2. non eſt dubium, q ſi ciuitas mea mihi fecit iniuſtitiã, poſſum adire ſuperiorem, vt ff. q me. cau. l. metum. §. animaduertẽdum, & de dolo. l. ſed ex dolo. §. j. ita ergo in propoſito. & ad hoc concludebant oẽs rõnes factę p hac parte. Præterea ptãs ciuitatis, vel alia quæcunq; tunc attendit, cum bene gerit, vel iuſtitiam facit, non cum aliquem ſpoliat, vel facit iniuſtitiam, vt ff. p emp. l. q fundum. §. tutor. & de fur. l. interdum. §. qui tutelam. & ibi no. vnde in propoſita qõne, qñ ciuitas facit iniuſtitiam ciui ſuo, non vtitur ptãte, quam hẽt in eum. Sicut ergo ꝯ ciuitatem extraneam, ita ꝯ illum poſſunt licite repreſaliæ concedi, alijs concurrentib. de quib. in præcedentib. dictum eſt. Et per hoc apparet reſponſum quaſi ad omnia allegata in ꝯtrium. Non ob. ff. ad muni. l. de iure, quia illud eſt verum, q primo debet agi coram illo iudice, tamen ſi denegat facere iuſtitiam vel facit iniuſtitiam, & non habetur copia ſuperioris, recurritur ad remedia repreſaliarum.

## Ad quartum
quęritur, an ei, q poſtq̃ paſſus eſt iniuſtitiam, factus eſt ciuis, ſint repreſaliæ ꝯce
10 dendæ: ad cuius declarationem primo ſciendum eſt, †q repreſaliæ non ꝑſit ꝯcedi forenſib. Nam ꝯceſſio repreſaliarum eſt quodã modo iuriſgẽtium, vt dixi ſ. 3. q. 2. & 3. q. i. ſed illud, q quis facit ad tutelam corporis ſui, fit licite, vt l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. & intelligo, ſuum corpus, ſiue loquamur de corpore indiuiduo, ſiue de corpore mixto, ut de vna ciuitate, vel collegio. Iſta. n. appellantur corpora, vt ff. quod cuiuſq; vni. no. l. j. in prin. & de colle. illic. l. 1. & ſuper iii. no. vnde ciuitas pro eo, q eſt de corpore ſuo, defendendo ab iniurijs poteſt concedere repreſalias, non pro eo, q eſt extra corpus ſuum. Pro hoc eſt quod dr in decretis. 2. q. j. c. multi. circa medium. ibi, quid. n. mihi de his, qui foris ſunt iudicare. q. d. de his, q ſunt extra noſtrum corpus non pertinet ad nos iudicare. Hoc præ
11 miſſo, ei, †qui tempore denegatæ iuſtitiæ erat forenſis, licet poſtea efficiatur ciuis, vel incola, nõ poſſunt de iure concedi repreſaliæ: intelligitur de ciue tpe factæ iuſtitiæ, nec tale ius tranſit ad nouam ciuitatem. ff. de ſer. corrup. l. doli. §. ſi. & l. j. §. ſi ſeruus, ff. depoſi. & de actio. & obl. l. quæcunque. & ibi ſunt concor. in glo. &c.

Ad

ADDITIONES.

b Th. D. Ad primum. Vide Bar. in l. j. ff. ad munc. in ver. 1. ex iſta. & ibi vide Alex. in add. & ibi apoſt. meam. & Bar. infra. in 1. q. 7. q. prin. & Ale. de Imo. in conſi. 41. in 7. vol. ex multis quæ in themate in 3. col. & ſe. & Bap. de S. Seue. in l. 1. C. de ſum. tri. & ſi. catho.

* I. c. Menoch. Late Bar. Soc. inter conſi. Mar. ſen. conſil. 129. col. 3. verſi. 3. reſpondetur. lib. j.

Bar. i an. l. Subijt. Adde, quòd hoc dictum refert, & ſequitur præceptor meus. Soc. conſi. 391.

* Iac. Men. Ruyn. conſi. 130. num. 23. lib. 4.

a **Ad quintum** Quærit̃,ª qd de his,ꝙ pro ciuib. hñt ex le
ge,vel ſtatuto quoad qd, vt ptãs ſtipen-
12 diarij,ſcholares,& ſiles? Circa ꝙ eſt ſciendũ, ꝙ ptãs alicuius ciui-
tatis efficit̃ ciuis illis ciuitatis,ſeu ꝓ ciue hr̃,vt li.x.C.de incolis.l.ci
ues,& ibi no.ꝑ gl.Item milites,ſeu ſtipẽdiatij hñr ꝓ ciuib.in loco,
vbi ſtipẽdium merent̃,& ibi forum ſortiunt̃,ut ff.ad mun.l.muni
ceps.& no.in d.l.j.ciues,& ff.de iud.l.hr̃s abſens,§.j.in 2.gl.magna.
b Item ſcholaresᵇ in terra ſtudij, licet ibi nõ efficiant̃ ciues, vt l.lex
Cornelia.§.domũ.ff.de iniu.& C.de incol.l.3.li.x.ff.de iud.l.hr̃s ab
ſens,§.j.in gl.ſi ꝑverbo domicilium,& tñ in dicta terra hñr,& ꝓte
gunt̃ a rectore ipſius terrę,ut ciues,ut in j.ↄſtõne. ff.§. pe. & C.ne
ſi.ꝓ patre,auth.habita. Aduertendum ẽt,ꝙ ꝑdicti nõ hñr,ut ciues
quoad oĩa,ſed quoad qd. Nã ptãs,uel rector huius ciuitatis nõ p̃t
hic ↄueniri,niſi ꝓ his,q̃ hic ↄ̄xit uel rõne officij,ut l.2.§.legatis.ff.
de iud.ibi,uel ſi q iudicãdi cã accerſiti ſunt,ↄiũcto §.oẽs.in ea.l. Et
idem intelligo de ſtipendiarijs , & ſcholarib. Et ita dẽt intelligi ꝙ
no.in d.l.hr̃s abſens,§.j.in 2.gl.mag.ff.de iud.l.ꝙ ſcholares ſortiun
13 tur ibi forum pro his,quæ ibi ↄ̄xerunt. Hoc præmiſſo,† ſicut præ-
dicti hñt ius ciuis limitate , ita hñt limitate ius petendi repreſalias
in terra prædicta. Nam ſi ptãs in his, quos ſecum ducebat cã offi-
cij,uel milites in his,quæ cauſa militiæ , uel ſcholares in his, quæ
cauſa ſtudiorum ſecum ducebant,uel reducebant,paſſi ſunt iniu
ſtitiam,uel iniuſtitia denegata ſunt eis,quia quo ad illos ciues non
ſunt,ergo &c.ut ſ̃.proxim.dixi.

14 **Ad ſextum** Quęrimr,ſi ciues unius ciuitatis in alia de
bẽt tractari, vt ciues illius ciuitatis ex pa-
cto,uel ſtatuto,an ibi poſſint petere repreſalias ↄ̄ tertiam ciuitatẽ.
Circa ꝙ ſciendũ eſt,ꝙ ꝑ prædicta uerba.ſ.tractent̃ ut ciues, nõ effi
ciunt̃ ciues,ar.ff.de uer.ſig.l.mortis appſone,& ꝙ ibi no.ꝑ gl.& Ia.
de Are. Item prædicta uerba hoc important,ut in his,quæ ibi tra-
ctare p̃nt,alias de iure addat̃ iſta qualitas,ſ.ꝙ tractentur ut ciues,ꝙ
c prodeſt ad multa,ꝑꝑ ſtatuta,q̃ faciunt dĩamᶜ inter ciues,& fore-
ſes. Hoc patet ex tenore ipſorum uerborum,q̃a nullam ptãtẽ dãt,
ſed ſolum modificant,ꝙ tractentur ut ciues. Simile dicit lex,ꝙ tu
tor loco dñi hr̃ . ꝙ intelligitur in his, quæ de iure facere põt,ut ff.
pro empt.l.qui fundum.§.ſi tutor. Sed ſi alias in dicta ciuitate non
poterat petere repreſalias,ergo nec modo poterit. Dico tñ,ꝙ poſ-
ſent eſſe uerba ita late concepta, & poſſet eſſe tanta confœderatio
duarum ciuitatum,ꝙ eſſent quaſi , ut unum corpus, & quælibet
ciuitas poſſet de ciue alterius ciuitatis,ſicut de proprio ſuo ciue fa
cere,ut ff.de cap.l.non dubito,& tunc poſſet petere ibi repreſalias,
ſicut ciuis illius ciuitatis.hoc autem tactum eſt.

ADDITIONES.

a Th.D. Ad quintum quæritur. Vide Bar.in l.ſi maritus.§.j. ff.de adul. & ibi Ale.in addi.ff.de adult.& ibi vide apoſt.meam,Bart.in l.hæres abſens.§.proinde. & ibi Alex in add.ff.de iud.
b Scholares. No.quod dicit Bar.hic,quod ſcholaris non poteſt in loco ſtudij conueniri ex contractib.geſtis,& vide Philip.Franc.in c.Romana.§.nec etiam . de foro comp.lib.6.
c Differentiam. Vide in l.maritus.§.legis Iuliæ.ff.de adult.

1 *Repreſalia contra rectorem ciuitatis forenſem, qui iniuſtitiam fecit,quando concedi poſſunt.*
2 *Officialis,qui fecit iniuſtitiam,de qua durante officio poterat conueniri , ſi conueniretur in loco proprio,debet ad locum officij remitti.*
3 *Repreſalia contra officiales,& poteſtates facientes iniuſtitiam,quando cõcedi poſſunt.*
4 *Conſilium,vt officiales poteſtatis non teneantur pro iniuſtitia per poteſtatẽ facta,& contra eos repreſalia non concedantur.*
5 *Repreſalia contra conſules , & priores ciuitatis facientes iniuſtitiam concedi poſſunt.*
6 *Repreſaliæ poſſunt concedi contra ſingulares homines ciuitatis .*
7 *Homo liber pro alio capi poteſt neceſſitate exiſtente.*
8 *Repreſalia poſſunt concedi contra terras ſubditas ſimpliciter , non ſi ſunt ſubdita quo ad quædam.*
9 *Repreſalia poſſunt concedi contra certum genus hominum ciuitatis denegãtis facere iuſtitiam.*

**Sexta** principalis qõ eſt,ↄ̄ quos repreſaliæ ↄcedantur. Circa
quod quæritur primo, an ↄ̄ rectorem ciuitatis foren-
ſem,qui iniuſtitiam fecit,uel iuſtitiam denegauit,poſſint ↄcedi re
preſaliæ. Secundo,an ↄ̄ officiales dicti ptãtis,ſeu rectoris,poſſint re
preſalię ↄcedi. Tertio,an ↄ̄ ↄſules,ſeu priores ciuitatis poſſint rep̃-
ſalię ↄcedi. Quarto quęrimr,an ↄ̄ ſingulares hoĩes,qui nihil habẽt
facere in regimine,uel in officio ciuitatis poſſint repreſaliæ ↄcedi.
Quinto , utrum repreſaliæ poſſint concedi ↄ̄ homines terrarum
ſubditarum quo ad quædam,non tñ ſimpliciter. Sexto,utrum re-
preſaliæ poſſint concedi ↄ̄ certum genus hominum ciuitatis de-
negantis facere iuſtitiam.

**Ad primum** q̃ritur , an ↄ̄ rectorem ciuitatis forẽſem
q iniuſtitiam fecit repreſalię poſſint ↄce
di. Ad quod dicit Iac.de Bel.in qõne ſua, q̃ ponit in Auth. ut non
ſi.pign.ꝙ ↄ̄ eum concedi poſſint,ar.ff.quod quiſq; iur.l.j.extra,de
1 ſen.excom.c.Romana.§.caueant.li.6. Mihi aũt vr̃ † ſic dicendum.
Aut ptãs fecit talem iniuſtitiam,pro qua non põt ↄueniri durante
officio,vt ff.de iud.l.pars literarum.de inrem.l.nec magiſtratib. &
tunc ↄ̄ eum non p̃nt ↄcedi repreſalię. Rõ,quia nec iudex ſuperior
hẽt durãte officio,in cuius locũ ſuccedit,ius ↄcedendi in eum re-
preſaliãs,vt dictum eſt,& finito officio,non p̃nt ſibi ↄcedi, niſi re-
quiſito iudice,qui hẽt eum ſiudicare,ſicut in quolibet alio priua-
to debitore,vt dictum eſt ſ̃.2.q.1. Iudex aũt terræ propriæ ipſius re
2 ctoris dẽt requiri,vt j.dicam. Aut rector † ille fecit talem iniuſtitiã
de qua durante officio põt ↄueniri, & tunc, durante officio pote-
runt repreſalię ↄ̄ eum ↄcedi eadem rõne,pręcedentib.ſolẽnitatib.
requiſitis. Iudex aũt ciuitatis propriæ illius ptãtis,ſeu rectoris non
dẽt requiri,quia ibi talis cã non dẽt agitari , imo ad locum officij
oporteret remitti,vt C.vbi de rõcin.agi opor.l.2.& C. vt oẽs iudi.
tam ciui.quam cri.poſt depo.admi.& c.l.vnica. & in Auth.vt iud.
ſine quoquo ſuff.§.neceſſitatem.

**Ad ſecundum** Quærit̃,an ↄ̄ officiales,ptãtes,ſeu re
ctores,poſſint ↄcedi repreſaliæ? Ia.
3 de Bel.in prædicta qõne dicit,ꝙ ſic. Ego † dicoq̃ſiq; ſunt aliq offi-
ciales,qui expreſſe iuuerunt rectorem ad talem iniuſtitiam faciẽ-
dam,& ↄ̄ illos ſine dubio p̃nt ↄcedi repreſaliæ , vt l.nullam . C.de
a exerc.& exac.lib.12. Quidam ſunt,ª qui expreſſe ↄ̄dixerunt & ↄ̄ il
los non p̃nt repreſaliæ concedi, vt C.de app. l.qm̃ iudices,& l.oẽs
4 iudices.in fi.de decur.lib.10. Et iõ conſilium † eſt pro officialib.q̃n
talia occurrunt,ꝙ proteſtentur,ꝙ non conſentiunt,ꝙ illa,q̃n fiunt
non fiũt de iure.& de hoc fiat inſtrũm,hoc ibi vr̃ requiri.d.l.qm̃ iu
dices. Quidam ſunt officiales,qui nec conſentiunt,nec ↄ̄dicũt, q̃a
forte ſunt abſentes,vel ignorantes,ↄ̄ illos non p̃nt ↄcedi repreſalię
l.1.in prin.ff.de magi.cõue.ibi,p̃ſtes,q non ↄ̄dicunt nec ↄſenuũt,
& tunc eſt aduertẽdum,ꝙ quidam ſunt officiales ad ea, quæ ſunt
mere facti,nec conſilia requiruntur,vt notarij,berouarij, & ſiles,
& tũc ẽt ↄ̄ hos non p̃nt ↄcedi repreſalię, quia nõ p̃nt reſiſtere dño
ſine dedecore.iõ reſiſtere non tenentur.l.vnica. §. officium. C.vt
oẽs iud.tam ciui.quam cri. Nec ob.ꝙ gl.ibi,in ver.debito tñ hono
re.dicit eſſe correctum,quia verum eſt in caſu illo , quia quilibet
põt reſiſtere fugienti,non aũt alijs caſib.ibi notatis. Quidam ſunt
officiales,qui adhibentur ad conſentiendum,& ↄ̄ iſtos,ſi non ↄ̄di-
cunt,p̃nt concedi repreſaliæ.d.l.qm̃ iudices.cum ſi.& hoc,ſi ſciue
runt,alias nõ eſt quid eis imputetur. Sed ſi dubitatur, an officialis
fuerit p̃ñs,vel abſens,& vtrum fuerit ſciens,vel ignorans,quid pręſumatur in dubio,cogita per te ipſum.

5 **Ad tertium** † Quęritur,an ↄ̄ conſules,ſeu priores ciui-
tatis iuſtitiam denegãtes poſſint ↄcedi re-
preſaliæ. Ia.de Bel.in q.ꝑdicta diſputata per mira alle.ſ̃.in hac q.1.di
cit,ꝙ ſic,quod intelligo verum ↄ̄ priores,vel conſules præſentes,ſe
cus ↄ̄ abſentes,vt d.l.j.in prin.ff.de mag.conu.tunc ↄ̄ illos abſentes
non poſſunt concedi repreſalię,tanquam contra conſules,ſeu prio
res,ſed tanquam contra quoſlibet alios de populo, vt dicã j.prox.

b **Ad quartum** ᵇquæritur,an ↄ̄ ſingulares homines, q
nihil hñt facere i officio, vel regimine
ciuitatis,p̃nt repreſaliæ ↄcedi ? Iac.de Bel.in prædicta diſputatione
dicit,ꝙ nullo mõ p̃nt ↄ̄ tales repreſaliæ concedi , quia pro debito
ciuitatis non tenentur hoĩes ſingulares, vt ff.quod cuiuſq; vni.no.
l.ſicut municipium.§.ſi quid vniuerſitati.quod me.cau.l.metum.
§.animaduertendum.& de dolo.l.ſed & ex dolo.§.1.& de reg.iu.
l.aliud.§.refertur.& extra,de ſen.excom.c.Romana. §.vniuerſita-
6 tem.li.6. Sed mihi vr̃ ↄ̄rium per d.c.dñs noſter,23.q.2. vbi dr̃, gẽs,
vel ciuitas plectenda eſt.tota ergo gens ciuitatis plectitur. Prætere-
rea,licet ſñia excommunicationis non poſſet ferri in vniuerſitatẽ
vt d.c.Romana.tñ fertur ſñia interdicti, quæ ligat in quolibet po-
pulo ẽt innocentes,vt c.ſi ſñia.extra,de ſen.excom.lib.6. Si ergo p̃t
hoĩb.ſingularib.ꝑꝑ.delictum interdici eccleſiacum ſacrm̃. & ſe-
pultura,multo magis p̃nt eorum bona tpalia auferri, & ꝑnt capi,
ꝑꝑ quod interdicitur ei vti propria libertate,hęc.n.aĩam nõ ligãt.
Præterea,concedere repreſalias eſt quaſi quoddam bellum parti-
culare indicere,vt ſ̃.dictum eſt in præcedentib. ſed in illo bello ẽt
innoxij capiuntur,ergo,&c. Hoc probatur in d.c.dñs noſter. Pręte-
7 rea,licet ille,† qui capitur,vt innocens,tñ ciuitas hẽt ius meum,&
ex cã neceſſitatis põt capi,vt dixi ſ̃.j.q.2.ꝓ hoc,in v.ſi.ſen.& de ſtat.
ↄ̄.libertatem eccleſiæ.§.j.& §.ſi vero aũs,& C.de ſacroſ.ecc.auth.
caſſa.ibi,bona eorum ꝑ totum noſtrum imperium ab omnib.oc
cupentur.& C.de hæred.auth. ſi vero dñs, & ſic ↄ̄ omnes poſſunt
concedi,& ita de conſuetudine obſeruatur . Sunt tñ quidam,qui
capi

ADDITIONES.

a Tho.D. Quidam ſunt. Vide per Bar.in l.quoniam iudices.& ibi Alex.in addit.C.de appell.
b Ad quartum . Vide Paul.de Caſt.in conſil.314.incip.ſi ſuper eo quod primo loco,in ſecundo dubio.& ibi videas omnino.qui concludit in iure , quod repreſaliæ non extendũtur ad filios,& perſonas natas poſt repreſalias,& vide Alexan.de Imo.in l.ſi quis inique.m.§.fin.in addit. Bartol.quæ incip. facta.ff quod quiſque iuris.

Digitized by Google

capi non poſſunt vigore repreſaliarum, ſic generaliter conceſſarum, de quibus dicemus inf. in ſeo. q. prin.

a **Ad quintum** [a] ꝗritur, vtrum repreſaliæ poſſint concedi ꝯtra hoĩes terrarum ſubditarum, quo
8 ad quædam, non ſimplr? † Rñd. ꝗdam ſunt terræ ſubditæ alicui dño, terræ vel ciuitati, vel principi ſimplr, ſed in quibuſdam ſunt priuilegiatæ, vt habeant certas iuriſdõnes, & exceptiones, vt ſunt multæ in multis regnis, & contra iſtos ꝓſit concedi repreſaliæ, qa vere ſubditæ ſunt, ar. l. Titius. C. de ope. lib. de lib. cau. l. fi. Quædã ſunt terræ, quæ ſimpliciter ſunt liberę, ſed ſe ſubmiſerunt quo ad quædam, vt ſunt multæ terræ ſubditæ huic ciuitati, & contra iſtas non poſſunt concedi repreſalię propter delictum ciuitatis, vel domini, qui eas habet ſubditas, quia illæ ſunt liberæ, vt ff. de cap. l. nõ dubito. Propter delictum tamen ipſarum terrarum ſubditarum poſſunt concedi, ſicut poſſet eis iuſtum bellum indici, ſi denegarent tranſitum per territorium eorum 12. q. 2. c. notandum. &c.

9 **Ad ſextum** ꝗritur, vtrũ † repreſalię poſſint ꝯcedi ꝯ certũ genus humanũ ciuitatis denegãtis facere iuſtitiam? Ad qd dico, ſicut iudex. q exequit̃ ſñiam, dẽt capere res, ꝗ non ſunt in ꝯtrouerſia, ſi põt, ita ꝯcedens repreſalias (ꝗtum põt) cũ minori ſcãdalo põt ꝯcedere, vt capiat certũ genus hominum vel res, vel ꝙ quilibet hõ ciuitatis ꝯ quem cogatur ſoluere certam quantitatem, cũ tranſit ꝑ pſona, vel ꝓ æſtimatione rerũ. Et hæc oĩa vidi obſeruari de facto ſecundũ diuerſitatẽ locorum.

ADDITIO.

a Ad quintum. Vide Bar. in l. non dubito. ff. de cap. & poſt. reuer. & ibi Alex. in addit. & ibi vide meam apoſt. facit quod conſuluit Bal. in fauorem forenſium in conſi. 131 in 2. vol. inci. quatuor. in fi.

1 *Repreſaliæ conceſſa contra ciuitatem poſſunt exerceri contra eius incolas ſubeuntes tamen munera.*
2 *Homines de Florentia, & homines Florentini, idem important.*
3 *Repreſalia, an poſſint concedi contra ciues alibi moram trahentes.*
*Ciuis Florẽtinus alibi habitãs, dicitur Florẽtinus, ſi ſui ſubeũt ibi munera.*
4 *Repreſaliæ non poſſunt concedi contra ciuem ciuitatis concedentis, qui ẽt ſit ciuis ciuitatis, contra quam conceduntur.*
5 *Repreſalia non conceduntur contra mulieres, vt perſonaliter capiantur.*
6 *Repreſalia contra clericos exerceri non poſſunt.*
7 *Repreſalia non exercentur contra ſcholares, nec contra nuncios, nec famulos eorum.*
*Non exerceatur contra ſcriptores, & bidellos & nu 8.*
*Non exercentur cõtra patrẽ ſcholaris viſitantẽ filium in ſtudio & n. 9.*
10 *Scholarem eſſe probatur ex qualitate rerum, quas defert ex conſuetudine eundi, & redeundi.*
11 *Repreſalia non exercentur contra ambaſciatores.*
*Ambaſciatorẽ quẽ eſſe probatur per literas. Non exercentur contra teſtes, qui cauſa teſtimonij accedũt, vel cõtra eos, qui inuiti trahũtur, nec contra eorum famulos, & n. 12. Contra euntes ad nundinas in loco nundinarum non exercentur, in alio loco ſic, & n. 13. Non exercentur cõtra tenentes hoſpitium in loco vbi ſunt indulgentiæ & nu. 14. Nec contra euntes ad indulgentiã, nec contra eorum famulos & n. 15. Nec contra nauigantes vi ventorum impulſos in aliquem locum. & n. 16. Nec contra eos, qui in ius vocari non poſſunt de iure communi, & nu. 17.*

**Septima** Principalis qõ eſt, ſi repreſaliæ ſimplr cõcedantur ꝯ hoĩes, & perſonas alicuius terrę, ꝯ quas pſonas poſſint exerceri. Circa quod ꝗruntur plura. Primo, an ꝯ incolam ciuitatis poſſint repreſaliæ exerceri. Scdo, an ꝯ ciues illius ciuitatis alibi morã trahentes. Tertio, an ꝯ ciues illius ciuitatis, qui ſunt ciues, vel incolæ illius ciuitatis ꝯcedentis. Quarto, an ꝯ mulieres poſſint repreſalię exerceri. Quinto, an poſſint exerceri ꝯ clericos. Sexto, aut poſſint exerceri ꝯ ſcholares. Septimo, an poſſint exerceri ꝯ ambaſciatores. Octauo, an ꝯ euntes ad nundinas poſſint repreſaliæ exerceri. Nono, an ꝯ euntes ad indulgentiã. Decimo an ꝯ nauigantes qui vi ventorum impelluntur in aliquem locum. Vndecimo, an contra eos, qui in ius vocari nõ poſſunt repreſaliæ exercere poſſint. Modo veniamus ad ſingula per ordinem.

a
1 **Ad primum** [a] ꝗrit, an ꝯ incolas ciuitatis poſſint repreſaliæ exerceri. Ad † declarationem huius qõnis præmittendum eſt repreſalias conceſſas ſimplr, vt ꝯ hoĩes Florentinos, vel contra hoĩes, & perſonas de Florentia. Et ſciẽdũ eſt, ꝙ iſta verba, hoĩes de Florẽtia, vel hoĩes Florẽtinos, idem important, vt ff. de excu. tu. l. ſed & reproban. §. amplius. & ibi no. per
b gl. ſup verbo, Cumanus. ſed iſta verba, hoĩes Florentinos, [b] referuntur ad municipes ciuitatis, vt ff. ad munic. l. 1. ibi, Campanos, Puteolanos, & c. in verſ. ſeq. Sed verbũ municipes, eſt genus ad ciues, & ĩcolas, vt no. C. de incolis. l. ciues. li. x. & probatur. ff. ad munic. l. filijs. §. municipes. apparet ergo, quòd virtute illorũ incolæ comprehendant, quod intelligo de incolis ſubeũtibus ibi munera, vt ff. ad munic. l. 1. ibi, recipit in ciuitatẽ, &c. & dixi ſup. 4. q. 1. ſecus ſi munera nõ ibi ſubeant, & hoc eſſe verum apparet, quia poteſtas ciuitatis, ſi non vult, quem admiſit reijcere poteſt. l. fi. ff. de le. Sed illud, quod quis poteſt acceptare, antequam acceptet, nõ dicitur in bonis ſuis, ita incola antequam recipiatur ad munera, non dicitur proprie ciuis illius ciuitatis, & ſic contra eum nõ poterunt repreſaliæ exerceri, &c.

c
2 **Ad ſecundum** [c] ꝗrit, † an ꝯ ciues illius ciuitatis alibi morã trahentes poſſint repreſalię exerceri ſemper retento eodẽ themate, quod repſaliæ ſunt cõceſſæ ꝯ Florentinos, vel hoĩes de Florentia, eſt dubiũ: vtrum ex eo, ꝙ ciues de Florentia alibi habitant, deſinant eſſe Florentini, vel
* de Florentia? Vr̃ ꝙ non, quia origo non mutatur. l. aſſumptio. ff. ad munic. Nec obſt. ff. de verbo. ſig. l. prouinciales. quia ſubaudit̃ ibi, tñ, ſm primam lec. glo. & hęc eſt vera opi. Vel ſm alios, aut repſalię ſunt conceſſæ ꝯ hoĩes de vna prouincia, vt ꝯ Marchianos, & tunc qui non habitat in prouincia, dr̃ prouincialis. d. l. prouinciales. aut ꝯ hoĩes de vna ciuitate, & procedit p̃cedẽs opinio. Ita ſentit glo. in ver. non eos. in d. l. prouinciales. ꝗ primo non placet. non .n. video rõnem diuerſitatis inter ciuitatẽ, & prouinciam. vel ſm alios. Aut habitat in alia ciuitate eiuſdem prouinciæ, & tũc remanet Florentinus: aut in alia ciuitate alterius prouincię, & tunc ſecus. d. l. prouinciales. Et ita ſentit gl. in verbo, nõ mutat. C. de ado. l. in adoptionem quidem. quod nõ placet eadẽ rõne. Alij dñt, aut loquimur ſm propriam ſignificationẽ vocabuli, & remanet Florentinus, vt d. l. aſſumptio. aut ſm cõem vſum loquẽdi, & non eſt Florentinus, quia ibi non habitat. d. l. prouinciales. & ita dicebat d. Ia. de Are. & Old. ſed cõis vſus loquendi præualet omni ꝓpriæ ſignificationi, vt l. librorum. §. quod tñ Caſſius. de leg. 3. ergo talis alibi habitans non poterit capi pro repreſalijs. Alij dicunt ꝙ hæc verba, Florentinus. & de Florentia, debent intelligi de eo, qui ibi conuerſatur, & moratur, ar. l. 1. §. beſtias ff. de poſtu. & magis debemus inſpicere accidẽs, ꝗ originem, & ita ꝯcluſit dñs Lamb. de Rampoinibus. Ego † alias in diſcurſu lectionis, in d. l. prouinciales.
3 ff. de verb. ſig. dicebam, ꝙ ille talis qui alibi moratur, nõ poteſt capi tanquam Florentinus, quia ipſe non fuit in culpa, ar. l. 1. in prin. ff. de mag. conue. quod eſſet verum ſine dubio, ſm opi. Ia. de Bel. quam reprobaui ſ. 6. q. prin. q. 4. & iſto modo vr̃ ſic dicendum ꝙ Florentinus, ſiue de Florentia eſt, qui inde eſt municeps, vt dixi ſup. prox. q. & intelligitur de municipe proprie, qui ibi munera ſubit. Aut ergo aliquis habitabat alibi, & Florentiæ munera non ſubit per ſe, nec per patrem, nec per fratres, nec per alios, & non dr̃
* Florẽtinus proprie. Aut ibi ſubit [*] munera per ſe, vel per patrẽ vel
* per fratres, vel per alios, & tunc licet alibi moretur, Florentinus eſt. d. l. 1. ff. ad municip & de excu. tu. l. ſed & reprobari. §. amplius. & vr̃ hoc expreſſum. C. de agri. & cenſi. l. cum ſcimus. §. illud. lib. 11. illud autem, ꝙ dicit Ia. de Are. de communi vſu loquendi eſt facti, ideo ꝙ hic talis vſus loquendi non eſt, &c.

4 **Ad tertium** ꝗrit, † an repſaliæ poſſint exerceri ꝯ ciues illius ciuitatis, q ſunt ciues, vel incolæ illius ciuitatis ꝯcedentis? Vr̃, ꝙ ſic, quia pñt exerceri ꝯ nõ ſubditum ciuitati ꝯcedẽti, multo magis ꝯ ſubditũ. Præterea dñs põt petere vt vſufructuario denegetur ius vtẽdi fruẽdi ꝓp eius ꝯtumaciã, et eꝯ. l. ſi ꝓprietarius. ff. de dam. inſe. & l. hoc amplius. §. fi. cũ l. ſeq. eo. ti. ita hic poterit capi ꝓp ius, quod hẽt in eo ciuitas, ꝯ quã ſunt ꝯceſſę, licet ẽt hẽat in eo ius ciuitas ꝯcedens. In ꝯrũ vr̃, ꝙ iſtud ius cõcedendi repreſalias eſt inductũ in defectũ iuriſdictionis, quam ordinarij debẽt exercere, vt in præcedentibus pluries eſt dictũ: ſed ciuitas ꝯcedẽs põt in ſuũ ciuem exercere iuriſdictionem ordinarie, ergo ꝯ eum non extẽduntur repreſalię. Pro hoc vr̃ caſus. ff. ſi quis teſtam. libe. eſſe. iuſ. fue. l. 1. §. habet itaque. ar. l. ſerui, & filij. in princ. ff. de fur. Pręterea ciuitas concedẽs repreſalias tenetur ciuẽ vel incolam ſuum defendere ab iniurijs, quę inferuntur per aliũ, vt dixi ſ. q. 1. ergo ipſa ciuitas ciui ſuo non deberet inferre violentiam, licet ſit ciuis alterius ciuitatis, ar. ff. de euic. l. vendicantem.
d Pręterea [d] quando ciuitas aliquid concedit, intelligitur concedere, vt ille cui conceditur, contra ſe non vtatur, vt l. in fraudem. §. neque inſtrumẽta. ff. de iure fiſci. & l. ſi peculium. §. ſicut autem. de pec. leg. ſed ciues poſſent capi, ergo videretur ꝯceſſiſſe ꝯ ſeipſam. Pręterea in conceſſione ſubintelligitur ſine iniuria priuatorũ ꝯcedẽtis, vt C. de emã. li. l. nec auus. & l. 2. §. merito. & §. ſi quis a principe, ff. ne quid in loco pub. multo magis ĩtelligit ꝯcedere ꝙ exerceantur repreſalię ſine ipſius ciuis iniuria, quia ſi ciuis caperetur, læderetur Reſpu. cuius intereſt locupletes hr̃e ſubiectos. Et iſtud puto verum etiam ſi talis ciuis fuiſſet particeps criminis. Nam ex vigore talium repreſaliarum ſimpliciter cõceſſarũ non

poſſet

ADDITIONES.

a Th. D. Ad primum. Vide Bar. in l. 1. ff. ad muni. & ibi Ale. in add. & Bar. ſup. in q. pri. & in l. prouinciales. ff. de verb. ſign. & ibi Ale. in add. & Fran. de Aret. in l. 2. in prin. ff. de verb. ob.
b Florentinos Vide Alex. in rub. ff. ſol. ma. & in l. 1. de leg. 1.
c Ad ſecundum. Vide Ang. de Are. in §. pauonũ. in fi. Inſt. de rer. di. & Bar. in l. prouinciales. & ibi Alex. in addi. & ibi apoſt. meam. de ver. ſig. & Pet. de Anc. in cap. ſtatutum. §. cum vero. & ibi Phil. Franc. de reſcr. lib. 6.
* Iaco. Menoc. Ruy. conſi. 120. num. 7. lib. 4.
* Ia. M. Rub. conſi. 77. in fi. Soc. ſen. conſi. 232. col. fi. circa fin. lib. 2.
* Subdit. Adde, ꝙ hoc idem conſulendo, tenet Soc. referendo argum. hic in conſil. 292. vol. 2.
* Iacob. Menoc. Soc. vbi ſupra.
d Th. D. Præterea. Vide Alex. in conſi. 22. in 7. vol. inc. conſideratis. in fi.

poſſet capi,ſed deberet ſpecialiter concedi, vel contra talẽ ciuem
ordinarie procedi per ciuitatem concedentem repreſalias.

5 **Ad quartum** † quęritur, an repſaliæ poſſint exerceri ꝯ
mulieres. Vr ꝙ ſic. Sicut.n. in bello capi
untur mulieres,& hñt poſtliminiũ.l.1. C.de poſtli.reuer. cũ ſi.ita
in hoc particulari bello. Sed dico, ꝙ in perſona capi non poſſent.
C.de of.diue.iud, auth.ſed hodie.de cuſt.reo.auth. ſed nouo iure.
licet enim quaſi de iure gentium concedantur, tamen debent ci
uil ter intelligi.ar.l.ſi cui ſimplici.ff.de ſer.rit.gene.&c.

6 **Ad quintum** † quęritur, an poſſint exerceri ꝯ clericos?
Tex.eſt expreſſus,ꝙ non, in c.& ſi pr
gnorationes. extra,de iniu.& dam.da.libro 6. Sed quid de clericis
ꝯiugatis non euntibus in habitu? Rñd. tũc priuilegio clericorum
non gaudent,vt extra,de cler.coniug.c.1.lib.6. dubitatur, quid ſi
vnus epſ nõ facit iuſtitiã de clericis, & ad ſupiorẽ nõ põt hñri re-
curſus,forte quia ille epſ eſt tyrãnus, vel ſchiſmaticus, vtrum tũc ꝯ
clericos illius epi poterũt ꝯcedi, & exerceri repſaliæ authoritate
iudicis ſecularis.vel alterius epi? Vr ꝙ ſic, qa d.c.& ſi pignoratio-
nes.loquitur qñ repreſaliæ conceduntur propter delictum laico-
rum. In hoc autem ſtandum Canoniſtis,quibus relinquo.

7 **Ad ſextum** † quęritur,an a ꝯ ſcholares poſſint exerceri re
a preſaliæ? text.eſt, ꝙ non,in auth.habita. C.
ne fi.pro pa. ſiue iam applicuerit ad ſtudij locum, ſiue peregrine-
tur ſtudij cã. Sed nunquid prædicta hñt locum in ciuitatib.nõ ha
bentibus priuilegia ſtudij? Reſp.aut loquimur de in alia ſciẽtia ſtu
dentibus,quam legali,& tunc talis ſciã poſſit vbiq; doceri,vt ff.de
excu.tu.l.ſi duas.tũc autem credo idem in omni ciuitate, quia d.
auth.habita.loquitur gñalr. Aut loquimur de ſtudentib.in ſciã le
gali.& tunc illa non poteſt legi in ciuitatibus non priuilegiatis, &
ſi alibi docetur,delictum eſt, vt in prooemio fforum.§.hęc autem
tria.& ideo in alijs ciuitatibus non hñet locum tale priuilegium,
& hoc de iure ſtricto. Dñt tñ quidam Doctores, quod illi. §.hæc
aũt tria.eſt hodie derogatum per deſuetudinem, cum & in ciui-
tatibus non priuilegiatis doceãtur iura,& ꝙ hodie rõ iſtius.§.ceſ
ſet.quia cum multi ſciant hodie iura,nõ eſt dubium, nec timor,
ꝙ tradetur adulterina ſciã. Ideo æquum putarẽ ꝙ euntes ad talia
ſtudia gauderent hoc priuilegio, & quod dico de ſcholarib.idem
puto de nuncijs,& famulis eorum.d.aut.habita. ibi, eorum nun-
8 cij,&c.& idem † de ſcriptoribus,& bidellis.& ſi quidem neceſſa-
rij ſunt in ſtudio,ar.ff.in prooemio,circa fi.vbi eodẽ modo conce-
duntur iuriſdõnes,vt in alijs,ar.ff.de teſt.mil.l.1.& de bo.poſ.ex te
9 ſtam.mil.l.vnica.& C.de teſt.mil.l.ſeminarijs.& † idẽ de patre, qui
iret ad videndum filios in ſtudio.no.ff.de iudic.l.2. §.idem Clau-
10 dio.in gl.ſup ver.venerat.† Sed qualiter probabit,ꝙ ſit ſcholaris,
vel ꝙ vadat cauſa ſtudij? Ego rñdeo,ex qualitate rerum, quas de-
fert, & ſimilibus, ar.ff.de re mil.l.non omnes. §.a Barbaris.itẽ ex
conſuetudine eundi,& redeundi ad ſtudium.ar.l.naturalẽ. §. ſer-
uos.ff.de acq.re.do.& ex multis alijs, quæ diligens iudex,qui ſup
hoc cognoſcit, poterit inuenire.

11 **Ad ſeptimum** † quęritur, an ꝯ ambaſciatores poſſint
repreſaliæ exerceri? Rñ.non, vt l.ſan-
ctum.ff.de re.di.de leg.1.l.fi.& l.2.§.legati.ff.de iu.& hoc verum
quod non pñt capi in ciuitate,ad quam ſunt deſtinati, nec in alia,
p quam tranſitum facerent.d.§.legatis.& ibi no.in glo.ſuper ver-
bo,deſtinati.ꝙ aũt ſint legati,probabitur per literas ſuæ ambaſcia
12 te,vel alio mõ legitimo.l.vnica.C.de man.prin. Et idem † videtur
dicendum de his,qui cã teſtimonij,vel alias trahuntur inuiti,vel
deſtinati ſunt in aliam ciuitatem, & idem de ſeruitoribus prædi-
ctorum,ar.eorum quæ ſup.proxime dicta ſunt.

13 **Ad octauum** † quæritur, an ꝯ euntes ad nũdinas poſ-
ſint repreſaliæ exerceri? Rñ.in loco,ſeu
territorio eius,qui tenet nundinas, non pñt ꝯ venientes ad nundi
nas repreſaliæ exerceri,caſus eſt C.de nundi.l.vnica.& ſi vadẽs ad
nundinas tranſit p alienũ territoriũ, an poſſint repreſaliæ exerce-
ri,non reperio prohibitum, licet ſit ar.ꝯ id quod ſ. proxime dixi.
& aliud in illis qui neceſſario munere funguntur, hi autem volũ
tarie vadant ad nundinas. Qualiter autem probabitur, ꝙ quis va-
dit ad nundinas? Reſpon. vt ſup.in præcedentib.dixi.

14 **Ad nonum** † quæritur,an ꝯ euntes ad indulgentiã poſ-
ſint repreſaliæ exerceri? Rñ.non,vt C.cõia
de ſucceſ.auth.oẽs peregrini.ibi, libere hoſpitentur,&c. & tenet
glo.in ver.ob aliam cãm venerit.l.a.§.legatis.ver.nam Celſus. ff.
de iu.& in ſignũ huius pp eorũ ſecuritatem,vt cognoſcantur qui
ſunt peregrini euntes ad indulgentiam,portent baculum,& peru
lam,ſicut legati oliuam portabant, vt l.ſanctum ff.de rer.di.et idẽ
15 puto de famulis,& de ſeruitoribus eorum. Et idem † puto de his,
qui vadunt ad loca,vbi ſunt iſtæ indulgentiæ gñales, vt ibi teneãt
hoſpitium in ſeruitium peregrinantium,ar.eorum quæ dixi circa
ſcholares de ſcriptoribus,& bidellis,& ſimil.

16 **Ad decimum** quæritur,† an ꝯ hoĩes nauigantes, qui
vi ventorum impellũtur in aliquem
locum,poſſint repreſaliæ exerceri? Et puto ꝙ non, & hoc per au-
thent.naugia.C.de fur.quæ hoc expreſſe vult. C.de naufr.l.1.&
de nauf.l.1.l.2.l.1.t. Ad hoc etiam facit optime l.Caſa. ff.de publica.

17 **Ad vndecimum** quęritur,† an ꝯ eos qui in ius vocati
ſunt,poſſint exerceri repreſaliæ?
Rñd.nõ,vt ſunt hi qui ponuntur in l.2.& 3.ff.de in ius voc. Si.n.eſ
ſent condemnati,ipſi non poſſunt capi, multo magis pro debito,
vel delicto alterius. Eſt.n.captio quædam citatio realis, & ideo ſi
aliquis de ciuitate ꝯ q̃ conceſſæ ſunt repreſaliæ, eligeretẽ Poteſtas,
non poſſet hic capi pp officium. Idem,ſi aliquis duceret vxorem
de vna ciuitate ad aliam ad faciendum nuptias. Idẽ,ſi alias iret ab
vna ciuitate ad aliam ad funus conſanguinei. Idem,ſi eſſet furio-
ſus,vel infans,vel impubes. Contra eos enim non poſſent repreſa
liæ exerceri,vt d.l.2.& 3.& l.impubes.de in ius voc.&c.

A D D I T I O

a Ad ſextum quæritur. Vide Fel.in c.2.de foro comp.

1 *Repreſalię quando poterunt exerceri contra res perſonarum, contra quas non poſſint exerceri.*
2 *Res aliorum portatę per eos, contra quos repreſalię exerceri non poſſũt, poterunt pro repreſaliis capi.*
3 *Res exiſtentes in territorio ciuitatis,contra quam conceſſę ſunt repreſaliæ,non poſſunt capi,& duci ad ciuitatem concedentem.*
4 *Res exiſtentes in territorio alterius ciuitatis, etiam ſcribendo iudici illius ciuitatis,non poſſunt capi pro repreſaliis.*

**Octaua** Principalis quõ eſt, ſi repreſaliæ ſimplr concedãtur
circa quas res poterunt exerceri? & quia dubitatũ
eſt ꝙ pñt exerceri in rebus, & ꝯ res mobiles, & immobiles, & ſe
mouentes hominum,& perſonarum illius loci, ꝯ quem repreſa-
liæ ſunt conceſſæ,q̃ reperiuntur in territorio ciuitatis cõcedentis,
quædam tñ pñt occurrere dubia,quæ examinãda ſunt. Primo du
bitatur,an res dictarum perſonarũ, ꝯ quas nõ pñt exerceri repre-
ſaliæ,poſſint pro repreſalijs capi. Secundo quæ ſint dictæ perſonæ
ꝯ quas non pñt exerceri. Tertio,an poſſint capi res exiſtentes ĩ ter
ritorio ciuitatis,ꝯ q̃ conceduntur repreſaliæ,& duci ad ciuitatem
concedentem. Quarto,an poſſint capi res exiſtentes in territorio
alicuius tertiæ ciuitatis,ſcribendo iudici illius ciuitatis,&c.

**Ad primum** quærit, vtrum res dictarum perſonarũ,
ꝯ quas non pñt exerceri repreſaliæ, poſ-
1 ſint p repreſalijs capi.† Ad quod dico,quædam ſunt perſonæ, con
tra quas non pñt exerceri repreſaliæ,ſolum rõne perſonæ, vt quia
mulier,infans,vel furioſus, vel ſimilis, & tũc ſine dubio ꝯ res eo-
rum poterunt exerceri, vt l.ſatis.ff.de in ius voc. & ĩ Auth. vt nul.
iud.§.neceſſarium vero credimus, ver.ſi vero mulier poſt legiti-
mam. Intellige tñ ꝙ non capiuntur res eorũ taliter, vt per hoc vi-
derentur teneri perſonæ. Non.n.poſſet mulier ſpoliari veſtimen
tis,vel alijs rebus ſine quibus honeſte viuere nõ poſſet, vt l.in ea-
dem.§.ſi ff.ex quib.cau.maio.& quod ibi no. Quædam ſunt per-
ſonæ,contra quas non dñt exerceri repreſaliæ ex certa cauſa,vt cõ
tra ſcholares,vel ambaſciatores,vel ſimiles, & tunc ꝯ res eorum,
quas portarent, vel haberent neceſſarias ad illam cauſam, nõ dñt
exerceri repreſaliæ,ſed contra alias ſic.l.publicanus.§.de rebus. ff.
de public.facit quod dixi ſup.prox.q.circa ſcholares,&c.

2 **Ad ſecundum** quæritur, † quid ſi dictæ perſonæ, ꝯ
quas nõ poſſunt exerceri repreſaliæ
portẽt res aliarum perſonarum,an ꝯ eas poſſint exerceri? Rñ.ſi q-
dem portẽt dictas res neceſſarias ad ſuũ vſum,vt equum ad equi-
tandũ,& ſimilia,de quibus in l.in lege cenſoria.ff.de verb.ſign.&
tunc non poſſunt capi, vt dixi ſ. in q.præcedenti, circa ſcholares.
Si vero non eſſent eis neceſſariæ,tunc poſſunt capi,nec eſt qui re-
pugnet.l.ſacroſan.de ſacroſ.eccl.

3 **Ad tertium** † Quærit, an poſſint capi res exiſtentes in
territorio ciuitatis,ꝯ quam repreſaliæ cõ-
ceduntur,& duci ad ciuitatem ꝯcedentẽ? ſi quidẽ repreſaliæ ſimplr
ſunt ꝯceſſæ,tñ intelĺr data ptãs vtendi in territorio concedentis:
Non.n.vltra extenditur ſimplex ꝯceſſio.l.cum vnus.§.is cuius, ff.
de bon.auth.iud.poſſid.& extra,de ꝯſt.c.vt animarum lib.6. Præterea
ꝯceſſio repreſaliarum ẽ quoddã bellũ particulare ꝯceſſum priua
to ꝯ priuatos,vt dem̃ eſt ſ.16.q.4. ſed ſi equitaret in territorio ci-
uitatis,ꝯtra quam eſſet bellum vñe, & ꝯ ipſam ciuitatẽ, ergo &c.
Præterea aggredi in territorio, alterius ciuitatis eſt cauſa maioris
tumultus,ergo non videtur conceſſum in dubio. l.non eſt ſingu-
lis.ff.de re iu. Concludo ergo,ꝙ ſolũ in territorio ꝯcedentis pñt re
preſaliæ ꝯcedi,alias exerceri. nec poteſt quis aggredi territorium
alterius,niſi hoc ſit expreſſum p verba hoc de neceſſitate impor-
tãtia. Qui ergo vult, facit hoc exprimi ſpecialiter in conceſſione.

4 **Ad quartum** Quæritur,† an poſſint capi res ſita ĩ ter-
ritorio alterius tertiæ ciuitatis,ſcribẽdo
iudici illius ciuitatis. Rñ.licet de iure cõi in executione iniæ, hoc
permittatur.l.a diuo Pio.§.1.ff.de re iud.& ff.de bo.auth.iu.poſſ.l.
cum vnus.§.pen.cum ſi. tñ cum repſaliæ ſint quoddam bellum,
vt dictũ eſt,qs non põt cogere alium ad bellũ, niſi ſibi ſubditũ, in
vſib.feu.l.vt nt.hic finit lex Corra.c.año guerram. & quis non co-
gitur aliũ iuuare,niſi eũ,cui ſubeſt, vt l.culpa caret, & quod ibi not.
ff.de reg.iur.& per Dy.ext.de reg.iu.c.non eſt ſine culpa.l.b.6. niſi
forte

A D D I T I O.

a Iacob.Menoc.Bologn.conſ.20.

Digitized by Google

forte eſſet ciuitas fœderata, quæ deberet facere, guerrã, & pacem, ad petitionem hoc ſcribentis, per ea quæ dicta ſunt. & ar. ad hoc optimum. ff. de cap. & poſt. re. l. non dubito. circa finem.

1 *Capere homines, & res vigore repreſaliarum, propria authoritate quis poteſt quando copia iudicis haberi non poteſt.*
2 *Perſona capta pro repreſalijs debet ad iudicem duci.*
3 *Res captę pro repreſalijs poßunt per capientem retineri.*
4 *Res pro repreſalijs captę venduntur, & æſtimantur iudicis authoritate.*
5 *Repreſalię poßunt exerceri die feriato ob neceßitatem hominum, in ferijs autem in honorem Dei poßunt ex cauſa.*
6 *Repreſalię ſi conceduntur per habentem poteſtatem legis condendę, poßunt concedi, vt exerceantur etiam diebus feriatis in honorem Dei.*
7 *Cognitio ſummaria, vel ordinaria, an requiratur, quando quis vult defendere ſe, & res ſuas occaſione repreſaliarum captas.*

Nona Qõ principalis eſt, qualiter repreſalię exerceantũ. Circa φ quæruntur multa. Primo, an quis poſſit capere hoĩes, & res uigore repreſaliarum p̄ ſe, an p̄ miniſtros iuſtitiæ, & ſuos. Secũdo, ad hoĩes, & res captas teneatur quis iudici p̄ſentare, an uero poſſit in ſuo priuato carcere retinere. Tertio, qualr̃ res captæ vẽdantur, & æſtimentũ. Quarto, an repr̃ſaliæ poſſint exerceri die feriata, uel non. Quinto ſi aliquis uult defendere ſe & res ſuas occaſione repreſaliarum captas, qualis cognitio debeat adhiberi.

1 Ad primũ Queritur, † anqs capere poſſit hoĩes, & res uigore repreſaliarum p̄ ſe, an uero p̄ miniſtros? Et uĩ φ per ſe, ſicut in bello per ſe hoĩes, & res capiũtur. Sed certe, ut dixi ſ. 8. q. 4. uerba iſtius ↄceſſionis dẽnt intelligi ciuiliter, a & ĩõ puto, φ nõ poſſit capere hoĩes, nec res ſua authoritate.* l. miles. §. qui iudicari. ff. de re iud. & de re. iu. l. non eſt ſingulis. φ tenet Iac. de Bel. in Auth. vt non ſi. pig. in qõ. quam ibi ponit. φ intellige ſi põt haberi copia iudicis, qui cõcedat ſuos miniſtros, alias poſſet capere ſua authoritate, vt l. ait prætor §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. cred. & C. de decu. l. gñali. lib. 10. & ff. quod vi, aut clam. l. ſi alius. §. eſt & alius. & φ ibi no. Eſt ergo tutius, vt eſſent p̄dicta, φ in ↄceſſione expreſſe ponatur. φ ille cui ↄceduntur repreſaliæ, poſſit homines & res capere per ſe, & ſua authoritate, & c.

Ad ſecundum Quæritur, an hoĩes, & res captas teneat qs iudici p̄ſtare, an vero poſſit 2 in ſuo priuato carcere retinere? Ia. de Bel. in qõne prædicta dicit, φ dẽt iudici p̄ſtare. d. l. non eſt ſingulis, & ne fiant illicitę exactiones, vt l. illicitas. ff. de of. præſi. & ne inde naſcatur iniuriãdi occaſio, & c. vt l. meminerint. C. vnde vi. Ergo qñ capitur p̄ſona, puto eum verum dicere, vt captus dẽat duci ad iudicem, caſus eſt in d. l. gñ. li. C. de decur. li. x. & no. in l. j. C. vbi decu. vel c. lior. & Inſti. de act. in pri. & in vſib. feu. de pace iura. fir. c. 1. niſi exp̄ſſe dicatur in ↄceſſio 3 ne, φ poſſit in ſuo priuato carcere retinere. Qñ vero † capiuntur, dico φ res capiuntur, vt in cãm iudicati, vel vt primo, vel ſecũdo decreto ſm ea quæ dixi ſ. q. 3 & tunc non eſt dubium, φ res dẽnt remanere penes capiẽtem, vt l. is cui. §. quæ legatorum. ff. vt in poſ. le. & p̄ hoc non eſt neceſſe plus ire ad iudicem, ſed ſufficit prima conceſſio. Qualiter autem vendantur, vel æſtimentur, vt ſi quis accipiat in ſolutum, dicam ſtatim.

4 Ad tertium † Queritur, qualr̃ res captæ vẽdantũ, & æſtimẽtur, vt ſibi qs accipiat in ſolutum? Rñ. venditio non pot propria authoritate fieri, vt d. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. Item æſtimatio dẽt fieri per iudicem, vt l. 2. in fi. C. de iure do. impe. reqritur ergo in oĩb. prædictis authoritas iudicis. Et ſemper intelligo, niſi aliud in ↄceſſione exprimatur. Dico ẽt φ in comparatione eius, quod quis recipit, dẽt fieri detractio expenſarum factarum in prædictis, vt l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. ff. ad l. Falc. l. quantitas patrimonij.

b 5 Ad quartum Quæritur, an repreſaliæ † poſſint exerceri capiendo hoĩes, & res dies feriata, ẽt in honorem Dei? Ad φ dico, φ dieb. feriatis ob neceſſitatem hominum p̄nt repreſaliæ exerceri, ſicut ẽt põt fieri executio rei iudicatæ, vt extra. de iud. c. fi. lex. n. ſolum prohibet, ne illo tp̄e quis cogatur venire ad iudicium ad litigandum, vt ff. de fer. l. 1. ſed in executione iudicati non eſt litigium, ergo, & c. Si vero quærimus de dieb. feriatis in honorem Dei, tunc eſt dubium p̄ l. dies feſtos. C. de fer. Tñ putarem ſic dicendũ eſſe, φ poſſibile eſt repreſalias ↄcedi ↄ̃ hoĩes alicuius terræ, ſi hoc ſeruaretur, φ dieb. feriatis nõ p̄nt capi, nunquam caperentur, & ſucceſſio repreſaliarum eſſet inutilis, φ poſſet ↄtingere, vel p̄p̄ longinquitatem, & diſtãtiam loci, & ſic hoĩes perraro veniunt, vel p̄p̄ paucitatem populi ciuitatis, vel terræ, ↄ̃ quam ſunt ↄceſſę, ita φ ſunt cauti, & nõ venirẽt niſi dieb. feſtiuis, & iſto caſu poſſent exerceri die feriata in honorem Dei, vt ff. de fer. l. 1. & 2. C. de fer. l. 2. Si vero iſtud periculum nõ ſub eſt, tunc tali tp̄e non p̄nt repreſaliæ exerceri, vt d. l. dies feſtos. facit φ no. p̄ gl. in ver. fideiuſſionis. in d. l. dies feſtos, in 2. gl. ibi, dum dicit, niſi timeatur de eius receſſu, quæ vĩ probare hanc diſtinctionẽ, & hoc erit in æſtimatione iudicis, vt l. de pupillo. §. ſi qs ritos. ver. 6 toties. ff. de ope. no. nun. Tutius eſt ergo facere † hoc exprimi in ↄceſſione, φ p̄nt eas exercere dieb. feriatis & in honorẽ Dei, φ põt fieri, qñ ↄceditur p̄ eum, q habet p̄tãtem ↄdendi legem, vt per populum, vel dñm, ar. C. de fer. l. prouinciarum, ſed ſi concederetur per alium iudicem, non valeret dicta expreſſio, vt ff. de fer. l. 1. arg. C. de f. r. l. a nullo. in fi. niſi quatenus fieret ex cauſa legitima, ſecũdum diſtinctionem ſupra dictam & c.

7 Ad quintum Querit̃, ſi alicuis † vult defendere ſe, & res ſuas occaſione repreſaliarũ captas, qualis cognitio dẽat adhiberi. Ad φ dic, φ ſi quidem poſt capturam eſt facta perfecta executio, vel q̃a res vẽdita, vel data in ſolutum. ſm ea quæ dixi ſ. ea. q. 3. tunc adhibetur cognitio ordinaria, nec hẽt locum officium iudicis in hac cognitione, vt ff. de re iud. l. a diuo Pio. §. ſi poſt addictum. Si vero p̄ſona, vel res adhuc dura c capta. nec eſt facta executio, tunc ille, q vult p̄ſonam, & res defendere, iudicis officium implorabit, p̄ φ fiet ſibi editio oĩum actorũ quorum vigore captus eſt ipſe vel res eius, vt C. de eden. l. is apud quem. vt ibi. pen. l. 2. ff. de eden. l. 1. §. edenda. ſemper edenda ſunt, q̃ acta ſunt in abſentem. vt d. l. is apud quẽ. ſm ſecundam lec. Quib. adhibitis põt opponere qs vel ex parte cãę iniuſtæ, vel ex defectu ↄcedentis, vel modi, uel ex eorũ defectu p̄ſonæ, vel rei captę, quæ capi nõ poterat, vt ex prędictis patet, & in hoc ẽt adhibebitur ſummaria cognitio, vt ff. de re iud. l. a diuo Pio. §. ſi ſuper reb. Sed dubitatur an ſuper hoc poterit impetrare cognitionem extra illum locum ſm ea quæ dixi ſ. 2 q. Rñ. ſi quidem vellet hoc impetrare ſuper cognitione, quę adhibetur officio iud. nõ poſſet, q̃a ſm hoc diuideret continentiam cauſæ. l. nulli. C. de iud. hoc n. pertinet ad officium iudicis exequentis. in d. §. ſi ſuper reb. & ſi ſuper hoc vellet principaliter agere competentib. actionibus, poſſet ſecundum ea quæ dicta fuerunt ſ. 2. q. 2.

ADDITIONES.

a Th. D. Sua authoritate. No. hanc deciſionem Ba. & per ipſam cõſuluit Pa. de Ca. conſ. 3 : 4. inci. ſuper eo quod primo loco. in 3. dubio. vbi videas.

b Th. D. Ad quartum. Vide Ale. de Imo. in l. illuſt. in add. Bar. ff. de do. in ver. præter ea ſolennitas feriarum. & in l. 3. §. ſed excipiuntur. ff. de ferijs. in add. in c. Addo in quantũ. & Bal. in l. milites. C. de teſt. mil. & facit φ debitor ſuſpectus de fuga, põt per iudicem perſonaliter capi, & incarcerari tempore feriato in honorẽ Dei, ſm gl. ſi in l. fi. ver. fideiuſſoris. C. de fer. quem Bal. l. & alij ibi ſequuntur. & illum pro ſingularẽ ẽt allegat Bal. in c. fi. ext. de fer. vbi ampliat ẽt ſi ferię eſſent ſolenniſſimę vt Natiuitatis, vel Paſchæ Dñi, cum concor. de quib. per d. Iaſ. in l. 2. ff. de iuri. omn. iu. & in l. 2. §. fi. ff. e. & in l. plerique. ff. de in ius vo. & d. Io. Bap. de S. Seue. plene in trac. de debi. fu. in 8. q. & Ale. in l. diuus. ff. de fer. & glo. illam etiam reputat ſing. Ang. de Are. in §. 1. Inſt. de act. & vide quæ no. Bal. per illam gl. in l. fi. C. de exhib. reis. Et adde Iaſ. vbi ſupra.

1 *Exacto pro repreſalijs quando ſuccurratur in propria ciuitate cõtra illum, cuius occaſione conceßę fuerunt repreſalię.*
2 *Contra officialem negligẽtem facere iuſtitiam, quomodo ſuccurratur pro repreſalijs exacto.*
3 *Exactus non poteſt capere homines, & res illius ciuitatis, in qua exactus fuit pro repreſalijs.*
4 *Titulus, quod quiſque iuris, non habet locum in executione facti.*

Decima principalis qõ eſt de remedijs exacti per repreſalias, circa φ quęruntur plura. Primo qrĩt, an exacto ſuccurratur in ciuitate p̄p̄ria ↄ̃ illum priuatum, cuius occaſione ſunt ↄceſſę. Secũdo an exacto ſuccurrat ↄ̃ rectorẽ, q neglexerit facere iuſtitiã, cuius occaſione fuerunt repreſaliæ ↄceſſæ. Tertio, an talis exactus poſſit ſine alia ↄceſſione capere hoĩes, & res ciuitatis, in qua captus fuit exactus occaſione repreſaliarum, & c.

a 1 Ad primum a quęritur, † an exacto ſuccurrat in ciuitate p̄p̄ria, ↄ̃ illum priuatũ, cuius occaſione ↄceſſę ſunt repr̃ſalię. Ia. de Are. tãgit hoc. ff. de verb. ob. l. 2. §. fi. & dicit φ tunc exacto ſuccurrit ↄ̃ illum. p̄ tex. l. j ff. de neg. ge. & l. licet. § fi. ff. nau. cau. ſtab. l. ſi vero. §. cũ aut legis. ff. de his q deie. vel effu. Sed ↄ̃trium vr̃ determinatum p̄ gl. in ver. φ accepit. in l. ſi qs. dolo. §. 1. ff. de rem. Nam iſte nõ exigit p̄p̄ delictũ illius priuati, ſed p̄p̄ delictum totius ciuitatis denegãtis facere iuſtitiam, vt in p̄cedentib dictum eſt. & iõ ſic dico. Aut rep̄ſaliæ ſunt ↄceſſę ↄ̃ ipſum iudicẽ, vel officialẽ, q non fecit iuſtitiã, φ põt fieri, vt dixi ſ. 6. q. 1. & ille eſt exactus: aut eſt exactus alius de p̄p̄lo nõ officialis. Primo caſu, aut ille officialis nõ fecit iuſtitiã. ſ. faciẽdo aliquid iniuſtum, aut denegãdo facere iuſtitiam. Primo caſu illi officiali nõ ſuccurritũ ↄ̃ illum principalẽ debitorẽ, vt no. in d. l. ſi quis dolo. §. 1. Scdo caſu, ſuccurrit ei ↄ̃ principalem debiturẽ, tex. eſt no. C. de exact. trib. l. in ſi opinatores. l. fi. li. x. Scdo, qñ exactus eſt alius de p̄p̄lo, eſt vera opi. Ia. de Are. p̄ alle. per eum. p̄p̄ quod puto, φ ille captus ſoluens põt petere, φ ſibi cedãtur actiones ↄ̃ illum principalem debitorem. vt l. licet. §. fi. ff. nau. caup. ſtab. ad ſimilitudinem correi, fideiuſſoris, & eius, qui exactus eſt per hypothecariam, & c.

2 Ad ſecundum q̃rit̃, † an exacto ſuccurrat ↄ̃ rectorem, q neglexerit facere iuſtitiã. Ad φ rñdetur, φ ſicut ↄ principalem debitorem ſuccurritur, vt dixi ſ. prox. q. ſic ↄ̃ officiales, & ſi ipſi ſint debitores, vt ſ. probatum eſt in præ-

ADDITIO.

a Tho. D. Ad primum. Adde Bar. in l. item & Seruius. in prin. ff. de neg. g. & vide Alex. in l. Iedi, §. circa me. ff. de cond. ob. cau. & in l. 1. §. item ex facto, ff. de ver. ob. & ibi apoſt.

præcedentib. ſed hoc fiat cum ordine. Primo. n. conueniendus eſt ipſe principalis debitor, quo exiſtente non ſoluendo, vel non reperto peruenitur ad illum, qui principaliter iuſtitiam facere neglexit, vt l. 1. in prin. ff. de magi. conu. & C. de conu. fiſ. debi. l. quoniam Auge rio. lib. 10. & ipſo iudice non exiſtente ſoluendo venitur ad alios officiales, quia requiſiti, cum poſſent alios cogere ad faciendum, alij ſoluere neglexerunt, argum. l. 2. §. nunc tractemus, ff. de tri. & rat. & diſtrah.

3 **Ad tertium** Quæritur, an talis † exactus poſſit ſine alia conceſſione capere homines, & res ciuitatis, in qua captus fuit exactus occaſione repreſaliarum: Et vr quod ſic per ii. ff. quod quiſq; iuris. Præterea, vt dictum eſt, repreſaliæ ſunt quodam bellum, licet eo ipſo quod vna ciuitas, quæ pôt bellum indicere, contra aliam ciuitatem, & facit illam ſibi hoſtem, eo ipſo illa contra quam indicitur, vr illam indicentem etiam ſibi hoſtem facere, vt ff. de capt. l. hoſtes. & ſic ab vtraq; parte ſunt captiuitates, & poſtliminia. Contrarium puto verum. † Nam ii. ff. quod quiſq; iu. loquitur in iuris execu-
4 tione, vt ſi ciuitas vna conceſſit repreſalias contra aliam ex cã nõ legitima vel modo nõ legitimo, ex eadem cã, vel eodem modo poterit concedi contra aliam, nõ aũt habet locum in executione facti. Nam ſi vna ciuitas aliquid facit de facto, non pôt priuatus eodem modo facere de facto: tunc. n. permittitur vindicta, & vindicatio, quod non licet. l. ſcien-tiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. Non ob. quod dr, quod ſtatim ex vtraq; parte bellum vr indictum, quia illud procedit, quando bellum ex vtraque parte indicitur vr: hic autem ex parte indicentis vni perſonæ tm̃ conceditur, non autem cuilibet de populo, & ſic non poteſt intelligi ex aduerſo, quod quilibet de populo poſſit capere, propter quod populus concedens repreſalias hoc facit, ſupplens defectum ſuperioris, vt dictum eſt ſ. in 1. q. prin. Sicut ergo ſi ſuperior hoc conceſſiſſet, alius non poſſet ſua authoritate capere, ita ex aduerſo, nec hoc caſu. Ille ergo, qui eſt exactus, ſi paſſus eſt iniuſtitiã, petat a terra ſua repreſalias more legitimo, alias ſua authoritate non poteſt exercere, &c.

Explicit Tract. Repreſaliarum editus a do. Bar. a Saxoſer. leg. Doct. Peruſino.

# TRACTATVS
## DE INSIGNIIS ET ARMIS.

1 *Inſignia conceſſa dignitati, vel officio, portat ille qui habet dignitatem illã, vel officium, alij non.*
2 *Inſignia ſingularis dignitatis, puta, Regis, nemo defert, nec rebus ſuis depingere facit principaliter, acceſſorie ſic.*
3 *Habentes ex conceſſione inſignia, & arma, illi ſoli illis vtuntur.*
*Arma Bar. & ſucceſſorũ ex conceſſione, eſt Leo rubeus cum duabus caudis in campo aureo.*
4 *Quilibet poteſt ſibi aſſumere arma, & inſignia illa portare, & in rebus proprijs impingere.*
5 *Portãs arma, vel inſignia vnius, quo, & quãdo poſſit prohiberi, et per quẽ.*
6 *Aſſumens arma, vel inſignia alterius, quæ portauit ab antiquo, ſi ille veriſimiliter non lęditur, nec iniurietur, licite aſſumit, & portat.*
7 *Faciens ſignum vnius artificis, quod facit in gladijs & alijs operibus, licite prohibetur ab illo, & etiam a quolibet tertio.*
8 *Notarius non poteſt aſſumere ſignum alterius, & ſi aſſumit prohiberi pôt.*
9 *Habere arma ex conceſſione principis prodeſt, quia alijs præfertur, & non poteſt ab alio prohiberi.*
10 *Arma ſeu inſignia domus tranſeunt in oẽs deſcendentes de illa agnatione.*
11 *Baſtardi non vtuntur inſignijs de iure, licet de conſuetudine non ſeruetur in Tuſcia.*
12 *Signum ſocietatis ſocietate diuiſa apud quem remanere debet.*
13 *Inſignia, ſeu arma, qualiter ſint pingenda, inſigenda, ſeu portanda.*
14 *Animalia quæ portantur in armis, ſi depinguntur in vexillis, facies dẽt reſpicere haſtam, ſecus ſi pars animalis portaretur.*
15 *Animalia quando deſignantur, debent deſignari in nobiliori actu eorum, etiam quo magis ſui vigorem oſtendunt.*
16 *Leo, Vrſus, & ſimilia ſunt pingenda erecta, eleuata, & ore mordaci, ac pedibus.*
17 *Equus deſignandus eſt rectus, & eleuatus quaſi ſaliens.*
18 *Agnus deſignatur, quaſi plane ambulans per terram.*
19 *Pes dexter debet antecedere, quando animal deſignatur.*
20 *In vexillis inſpicitur illa pars, quæ reſpicit portantem, non pars conuerſa.*
21 *Facies animalis depicti in vexillis cubarum, non debet reſpicere cubam.*
22 *Si duo animalia inuicem ſe reſpicientia portantur pro inſignijs, non refert quo modo pingantur in vexillis.*
23 *Inſignia conſiſtentia in varietate diuerſorum colorum, quo depingantur.*
*Locus prior, & ſuperior, nobilior eſt poſteriore, & inferiore.*
*Color nobilior debet poni prope haſtam.*
24 *Aureus color nobilior eſt cæteris, & per eum figuratur Sol.*
*Nil nobilius luce.*
25 *Color rubeus, ſeu purpureus repreſentat ignem, & eſt nobilis.*
26 *Azureus color eſt tertius, & repræſentat aerem.*
27 *Color albus eſt nobilior nigro, & color niger eſt infimus.*
28 *Arma, quæ portantur in veſtibus, ſuperior pars debet reſpicere caput, inferior pedes.*
*Nobilior pars armorum debet reſpicere latus dextrum.*
29 *Arma quæ pingẽda ſunt, a parte poſteriore hominis, pars nobilior debet reſpicere latus ſiniſtrum hominis.*
*Mos ſcribendi noſter, quare ſit nobilior more ſcribendi Hebræorum.*
*Bartolus didicit literas Hebraas.*
30 *Litera & arma in ſigillis per conuerſum inciduntur.*
31 *Arma in clypeo depingenda, nobilior pars debet reſpicere partem clypei, quæ in portando reſpicit latus dextrum.*
32 *Arma depingenda in coopertorijs equorum nobilior pars reſpicere debet caput equi.*
33 *Arma quomodo pingantur in coopertorijs lectorum, in parietibus & alijs locis ſtabilibus.*

**HOrum** Gratia de inſignijs, & armis, quæ quis in vexillis, & clypeis portat, videamus.
1 † Primo, an hoc ſit licitum, & eo caſu, quo eſt licitũ, qualiter ſint pingenda, & portanda. Circa quod dico, quod quædã ſunt inſignia dignitatis, vel officij, quæ portare pôt quilibet hñs illam dignitatẽ, vel officium, vt inſignia conſularis, & legatorũ, vt l. 1. ff. de off. proc. & leg. & de re. di. l. ſanctũ. ſicut de facto videmus hodie inſignia epiſcoporũ, & iſta pôt portare quilibet hñs illam dignitatẽ, vt d. ll. alijs aũt portare non licet imo portans incurreret crimẽ falſi, vt ff. de falſis. l. eos.
a §. fi. & ideo puto, quod ille qui portat inſignia doctoratus, a cum nõ ſit do-
2 ctor, teneatur illa pęna. † Quædã ſunt inſignia cuiuslibet ſingularis dignitatis, vt videmus, quod quilibet Rex, quilibet princeps, & cæteri potentiores hñt arma ſua, & inſignia, & iſta nemini alteri licet defer-
b re, vel ſuis reb. depingere, b vt C. de his qui pę. no. l. j. & no. ĩ Auth. de man. prin. §. pe. quod intellige principaliter, ſed acceſſorie non eſt prohibitum, vt puta in ſignum ſubiectionis ſuperponere inſignijs proprijs inſignia alicuius Regis, uel comitatus. hoc de conſuetudine obſerua-
3 tur. Quædam ſunt inſignia † ſeu arma priuatorum hominum, ſeu nobilium, uel popularium. de iſtis quidam reperiuntur, qui hñt arma, & inſignia, quæ portant ex conceſſione Imperatoris, uel alterius dñi, ut uidi concedi multis a Sereniſſ. Principe Carolo IIII. Rom. Im-
c peratore, necnon Rege Bohemię, & mihi tunc Conſiliario c eius conceſſit inter cętera, ut ego & cæteri de agnatione mea Leonem rubeum cum caudis duab. in campo aureo portaremus, & iſtis licet portare talia inſignia, nec eſt dubiũ. De principis. n. poteſtate diſputare, ſacrilegium eſt, ut C. de cri. ſacri. l. 2. ad idẽ. C. ut nem. ſine iud. auth. in rub. & nig. ſine. n. iudicis authoritate prohibetur, ergo cum
4 iudicis authoritate permittitur. Arma aũt † quidam & inſignia ſibi aſſumunt propria authoritate, & iſtis an liceat, uidendum eſt. & puto quod licet. ſicut. n. noĩa inuẽta ſunt ad cognoſcendum hoĩes. C. de ingen. ma. l. recognoſcẽdos. ita ẽt iſta inſignia ad hoc inuenta ſunt. ff. de re. di. l. ſanctum. ſed talia noĩa cuilibet licet imponere ſibi ad placitũ. d. l. ad recognoſcendos. & ff. de fal. l. falſi nominis. in principio iſta inſignia cuilibet portare, & impingere licet in ſuo. non ta-
d men in alieno, d ut C. ut nem. lice. ſine iud. autho. ſig. l. 2. & ibi glo. in uerbo alienis. & facit c. dilecta. & ibi glo. in uer. unum corpus.
5 extra, de exceſ. prælato. Sed quæro, unus † portat certa arma, uel inſignia, alius uult portare eadem, an liceat, uel prohiberi poſſit? Videtur

ADDITIONES.

a Th. D. inſignia doctoratus. No. quod ſi quis non eſt doctor. & portat inſignia doctoratus, tenetur pęna falſi. Adde Bar. in l. eos. §. fi. ff. de fal. & in l. reo datur. C. de [illegible] & medi. li. 10. cum concor. de quibus per Fel. in proœ. Greg. Cui adde d. Fel. in c. vt apoſtolicæ. de priui. li. 6. faciunt no. per Doc. in l. Barbar. & ibi vide Iaſ. de off. præ. Limitata tñ præfatam concluſionẽ Alex. in d. l. eos. in add. Bar. ſi doctorẽ [illegible] appellat, & aliquẽ actum facit doctori conuenientem, quia tunc tenetur pęna falſi, alias non. & adde quod ita vr eſſe de mente Bal. in l. qui prætextu. C. de ſacroſ. ec. & in ſpẽ Lud. Ro. in l. qui in aliena. §. qui interdũ. ff. de acq. hęr. & d. Mat. in c. de Perus. in rep. rub. C. de teſt. mil. Secundo limita, ſi fuiſſet priuatus doctoratu, & vteretur inſignijs doctoratus, quia tunc extra ordinem dẽt puniri, per ea quæ no. Bar. de notarijs in l. data opera. C. qui ac. non poſ. cum concor. de quib. per Iaſ. in l. ſciendum. §. fi. ff. qui ſatiſ. cog. & ſcripſi plene in trac. de præſtan. Doc. lib. 4. de inſignijs doctoratus in 11. q. prin.

b Depingere. Vide Iaſ. in l. j. C. vt nem. pri. in prin. vbi dicit, quod inſignia principis nõ dẽnt depingi, niſi ſuper reb. quæ ſunt principis. prout videmus in armis S. Marci, quæ non pinguntur ſuper oſtium domus, niſi ſint illuſt. Io.

c Tunc conſiliario. Vide Mat. Lau. in ſuo trac. de leg. maxime principium, in concluſione 35. in fi. vbi dicit, quod Bar. in legatione, qua vſus fuit ad Imperatorem Carolũ quartum Pliſis nomine cõis Peruſij, impetrauit arma de quib. hic. ſed vide Bart. hoc dicentem in l. Gallus. §. forſitan. in 3. q. ff. de lib. & poſt. quemon alle. d. Mat. dicit Ang. de Peruſ. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. ma. quod Carolus quartus, quñ aſſumpſit Bar. in ſuum conſiliarium, fecit illum illuſtrem. de quo per Iaſ. in l. j. ñ. de off. eius cui mandata eſt iuriſ.

d Non tn in alieno. Vide Pa. de Ca. d. Ale. & d. Iaſ. in rub. C. vt nem. lic. ſine iud. auth. vbi ponunt caſum, qui fuit de facto de quadam fraternitate, quæ fecit depingere arma in vna poſſeſſione, ſuper qua habuerunt ſententiam & pendebat appellatio, quod non poterat, &c.

Videtur,quod poſſit portare, quia quilibet poteſt ſumere nomē
alterius.ff.ad Treb.l.facta §.ſi in danda,ver.ſi vero nominis. de le
ga.2.l.cum filius.§.pater.& poſſunt eſſe plures eiuſdem nominis,
vt l.duo ſunt Titii.de teſt.tut.& de lega.2.l. ſed & ſi quis ſeruum.
§.ſi inter duos.ergo poteſt quis ſumere arma aliena, & plures eã-
dē inſignia portare,vel rebus imponere poſſunt, cũ vtrumq; fiat
ad cognoſcendum. Econtra videtur de regu. iu.l. id quod noſtrũ.
ſi enim prius eſt noſtrum,ſine facto noſtro a nobis auferre non po
teſt.Sed hoc non bene facit, loquitur enim in his quibus plures
inſolidum vti non poſſunt,alias ſecus,vti in vſu plateę,balnei,thea
tri, vt l. ſi vt certo.§. ſi duobus vehiculum. ff. commo. Præterea
ſignum,quod portat alius,non eſt vnum & idem,imo ſunt diuer
ſa,habentia tamen eandem ſimilitudinem. Ad deciſionem ergo
prædictorum præmitto,quod ſignum alienum portare prohibe-
re poteſt ille cuius eſt ſignum,ſeu petere quod prohibeatur, ſi ex
hoc ipſe iniurietur, quia forte ille eum vituperoſe portat , ſeu tra-
ctat.C.de epi.aud.l.minæ.& eſt expreſſum extra,de exceſ. præl.c.
dilecta.ar. C.de iudæ.l.iudæos,quos. Secundo de hoc poteſt con-
queri quilibet tertius qui læditur , & ad ipſius petitionem poteſt
prohiberi ne portet.C.de his quæ pę.no.l.1. & ibi no.& in Auth.
de man.princ.§.pęn. Tertio ſi iudex ex officio ſuo videret ad hoc
• ſcandalum poſſe eſſe,& diſſenſionem ſubditorum, poteſt prohi-
bere.arg.C.de lati.li.toll.l.1.§.ſed qui domini.vbi circa eos qui pi
leati incedunt,lex Iul.ſtatuit ne populus deciperetur,expreſſius ex-
6 tra,de iudi.c.in nonnullis.His præmiſſis † in q. præmiſſa diſtingui-
tur,quod ſi vnus aſſumit arma,quæ alius portauit ab antiquo, &
illius non intereſt,nec ex hoc veriſimiliter lędi poteſt. Exemplũ,
vnus Theutonicus tempore indulgentiæ iuit Romam, vbi repe-
rit quendã Italicum portãtem arma antiquorum ſuorum , & in-
ſignia,volebat de hoc conqueri.Certe non poterat: tãta eſt enim
diſtantia inter vtrumque locum, ſiue domicilium , ꝙ ex hoc ille
primus lædi non poſſet.& in his,in quibus quadam publica facul
tate quis occupat ſibi vſum,non licet queri, niſi ex magna cauſa,
7 vt ff. ne quid in flumi.publ.l.1.§. ſunt autem qui putãt.† quando-
que poteſt contingere,quod alterius poteſt multum intereſſe,qd
enim ſi odij plenus cuius vitæ multi inſidiantur,aſſumat arma &
inſignia hominis quieti,& pacifici? Certe illius intereſt,& poterit
facere eum prohiberi,ſi vituperoſe portet , vt dictum eſt: multo
fortius poteſt peti prohibitio, ne ex hoc propter vnionem armo-
rum,alius pro alio occidatur,vel iniurietur. Item,ſi ex hoc pudor
primi aliquo modo lædatur.arg.d.l.minæ.& l.iudæos & per offi-
cium iudicis ad quem ſpectat quies popularis,vt ff. de off.præfe.
vrb.l.1.§ quies. Quandoque poteſt contingere quod multorum
de populo intereſt.Ponamus exemplum in alijs inſignijs , quam
in his quæ portãt pro armis. Pone quendam fabrum eſſe doctiſ-
ſimum,qui in gladijs.& alijs operibus ſuis facit certa ſigna,ex qui
bus opus ipſius magiſtri eſſe cognoſcitur,& per hoc tales merces
• melius venduntur,& auidius emũtur,tunc puto. quod ſi alius fa-
ceret tale ſignum,poſſet prohiberi, quia ex hoc populus læderé-
tur,acciperetur enim opus vnius pro opere alterius arg.l.1.de La
8 ti.lib.toll.& de iudæ. ca. in nonnullis. † Et eadem ratione dico de
a inſignijs,quibus vtuntur notarij.ᵃ C.de aſſeſ.& do.l.nemo. §. nec
callidis.& in Auth.de iuſt.cau.§.ſed & ſi inſtrumenta.verſic.opor
tet.& quod ibi no.vbi ſi alius ſignum alterius acciperet, poſſet ꝓ-
hiberi.Item de ſignis,quibus vtuntur fabricatores chartarum de
papiro,in ſimilibus per eaſdem rationes, & hoc ſimiliter expedi-
9 tur iudicis officio,vt dictum eſt.† Sed ſecundum hoc quæro, qd
releuet habere iſta arma ex cõceſſione Principis? reſpõdeo mul
tum. Primo,quia eſt maioris dignitatis,ſicut dicimus in teſtamē-
to facto coram Principe.C.de teſt.l.omnium. Secundo,quia non
poſſunt ab alio prohiberi illa portare. C. de iureiur. l. ſecunda, &
ff.de mu.l.minor autem magiſtratus.in princ.§.2. Tertio, quia ſi
duo aſſumpſerunt eadem arma,ſeu eadem inſignia, nec de prio-
ritate,nec de poſterioritate appareret, præfertur ille qui a Princi-
pe habuit.l.ſi duas,ff.de exeu.tut. Quarto, quia ſi eſſet in exercitu,
vel alio loco,& quæreretur quis deberet præcedere. ᵇ debẽt præ-
ferri illius arma,quæ a Principe ſunt conceſſa. ff.de albo ſcri.l.fin.
C.de conſi.l.1.lib. 12.& extra,de ma.& obe.c.per tuas. & arg.l.ſi
duas.ff.de excu. tu. Et prędicta intelligo cęteris paribus, ſcilicet,
quod alias illi,qui habent arma,ſint æqualis dignitatis , alias præ-
cederent arma illius,qui eſſet in maiori dignitate. arg. ff. de albo
10 ſcrib.l.1.& C.de conſul.l.1.lib.12.Quæro,qualiter iſta † arma,vel
• inſignia tranſeant in ſucceſſorem. Reſpon. quædã ſunt vnius do-
mus ſeu agnationis , & iſta tranſeunt in omnes de illa agnatione
deſcendentes,ſiue ſint hæredes patris,vel aui eorum, ſiue non,ar.
ff.de relig.l.familiaria.& l.ſeq.nec per diuiſionem poteſt aſſigna
re vni,ar.C.de relig.l.ſi ſepulchrum,ad cognatos vero, vel affines
11 non pertinent,vt C.de religio. l. ius familiarium . † Ex hoc poſſet
c quæri , an baſtardi,ᶜ vel ſpurij poſſint vti illis inſignijs.& videtur
quod non quaſi non ſint de familia,vel agnatione , vt l. pronun-
ciano.ff.de verb.ſign.contrarium tamen obſeruatur in Tuſcia de
conſuetudine cui ſtandum eſt. Quandoque tamen multiplicen-
tur hi,qui portant talia inſignia,vel arma,& cõſuetum eſt per ali-
quos aliquid apponi vitra, vt ab alijs dignoſcantur, & diceretã-
tur, quod licet,ſicut nomini additur pronomen . Quædam vero
ſunt inſignia alicuius ſocietatis aliquorum negotiatorum, & hic
cum ſocietas ad hæredem non tranſit , non eſt tractandum. Sed
• apudᵃ quem remanebit ſignum † ſocietate diuiſa,quod enim om
12 nes vtantur eo ſigno,non eſt æquum,vt dictum eſt. Reſpon.l.ſi q
• dem erat vnus in ſocietate,qui erat capitaneus, & quaſi magiſter
ſocietatis,ſicut dicitur in ſimili.ff.de lega. 2.l.peculium. §.1.tunc
apud eum debet remanere ſignum , quia ipſe erat inter cæteros
maioris honoris.arg.ff.de fundo inſtru.l. fin. Si vero hic non erat,
tunc apud eum remanebit,qui erat ſocius maioris quantitatis,vt
ff.famil.erc.ſcun.l.ſi quę ſunt cautiones.Quid ſi omnes ſunt ęqua-
les?tunc ſorte dirimendum eſt,d.l.ſi quæ ſunt cautionis. Puto ta-
men,quod ſi diſſoluta ſocietate remanet negotiator, debet rema
nere ſignum , hoc ideo quia aliorum non intereſt. Item,q; quã-
uis diſſoluta ſocietas ſit, tamen negotiatio remanet penes illum,
ergo iniquum eſt , quod ſignum , quod erat acceſſorium nego-
tiationi,ſeparetur ab ea,arg.C.communia vtriuſque iud. l.poſſeſ-
ſionum.Quædam vero ſunt ſigna artificis cuiuſlibet , ſeu peritiæ &
hic aduertendum,quandoq; ſunt ſigna quædam artificij,in quib.
principaliter operatur qualitas loci. Exemplum,in Marchia An-
chonitana eſt quoddam nobile caſtrum,cuius nomen Fabrianũ,
vbi artificium faciendi chartas de papiro principaliter viget , ibi-
que ſunt ędificia multa ad hoc,& ex quibuſdam artificijs melio
res chartę veniunt,licet etiam in alijs faciat multum bonitas ope
rantis , & vt videmus hic, quodlibet folium chartæ habet ſuũ ſi-
gnum , per quod ſignificatur cuius ędificij eſt charta . Dic ergo,
quod iſto caſu apud illum remanebit ſignum, apud quem rema
nebit ædificium ipſum,in quo fit.ſiue iure proprietatis , ſiue iure
conductionis,ſiue in mala fide remaneat,toto tempore , quo te-
neat, non poteſt prohiberi vti ſigno . ſicut in cęteris iuribus reali-
bus.arg.ff.de ſer.ruſticorum prędiorum.l.via conſtitui.§. fin.& ff.
ſi ſer.vē l.2.§.fi.& l.ſeq.& quemad.ſer.amit.l.vſusfructus. & l.ſeq.
& idem in conductione talium officiorũ.arg. ff.loca.l. ſed addes.
§.illud.& l.videamus.§.Item proſpicere. Quędam vero ſunt inſi-
gnia artificij,in quo principaliter bonitas artificij operatur vt vi-
demus in ſignis , quę apponuntur in ſpatis, gladijs , & alijs operi-
bus metallaris.& iſto caſu omnes qui ſtãt in vna ſtatione,poſſunt
vti iſto ſigno , quaſi magiſter principalis iſtius ſtationis approbet
illa opera,vt in Auth. de tab.§.nos autem. & no. in glo.in ver. ip-
ſis per ſe.quæ incipit,& caue tibi.in fi.glo.Si vero ſeparentur , tũc
ſignum debet remanere apud ipſum qui principaliter erat in ſta-
tione,ar.ff.de fund.inſtr.l.fi.& ſ.dixi.Sed ſi forte omnes erãt ęqua
les vbi ſimul cum conueniunt,apud quem remaneat illud ſignum,
ſorte dirimetur,vt d.l.ſi quæ cautiones.famil.erciſc.

13 Secundo principaliter † eſt vidēdum,qualiter iſta arma,
ſeu inſignia ſunt pingenda inſigen. & portan-
da. Ad quod ſciendum eſt,ꝙ quãdoque portãtur in vexillis,& vehicu
lis,quandoque in veſtibus hoīs,quandoque in clypeis, quandoq; in coopertis le-
ctorum, & ſimilibus locis ſtabilibus. Circa quodlibet prædicto-
rum aliqua videamus. Circa quod ſciēdum eſt,quod inſignia,quandoq;
ſumuntur ex aliqua re exiſtente,vt multi aſſumunt aliquod aīal,
vel caſtrũ,vel mōtem,vel florē, vel aliquod ſimile: quandoq; iſta inſi-
gnia non aſſumuntur ex aliqua re exiſtente,ſed ſunt ſigna ſimpli-
cia,i.variationes quorundam colorum,vel per dimidia,vel quar-
teria,vel per aliquas lineas rectas tranſuerſas,vel ſimiles, quãdoq;
14 mixtũ ex vtroque. His pręmiſſis, videamus, † qualiter portentur
in vexillis illa ſigna,quæ ſignificant aliquam rem pręexiſtentem.
Ad quod dico,ꝙ ars imitatur naturã,inquãtum pot, vnde illa in-
ſignia debent eſſe ſecundum naturam rei,quam ſignificant, & non
aliter.ar.l.ſi pater.in fi.& l.ſeq.ff.de adop.& de ſta.ho.l.non ſunt li-
beri. De natura aũt vexilli cum portatur in haſta, ſm illum vſum
ad quem vexillum deſtinatur, haſta præcedit, vexillum ſequitur.
Vnde

ADDITIONES.

• Ray.conſi.99.in fi.lib.1.& Benue.Stracha,in trac.de mercatura.2.par.nu.92.93.
96.97.& late Tiraq.de nobil.c.6.nu.17.Alb.conſ.71.col.1.&.2. I.M.

• Alc.lib.5.par.iur.cap.13.in fi. I.M.

a Notarij.Vide plene per Fel.in proœ.Greg.

b Præcedere.Facit quod dicit d.Ab.in c.per tuas.de maio.& obe.quod miles crea-
tus a maiori præcedit militem creatum a minori,quamuis prius,idem dicit Fra.
Tig.in l.1.de albo ſcrib.Secundo facit quod Doctor creatus ab Imperatore prece
cedit Doctorem creatum ab alio inferiori,licet prius ſecũdum Lud. Ro.in l.ſi ve
ro.§.de viro.in 49.fallen.ff.ſol.mat.quem refert,& ſequitur. Alex. in l.2.§.prius.
ff.de vulg.& pup.& ibi vide Iaſ.Adde Matheum de peruſio in repe.rub.de teſt.
mil.& Mar.Lau.in ſuo tract.de dign.in concl.15.& eundem in conclu.32. Ter-
tio facit quod dicit Fran.Tig.in d.l.1.ff.de albo ſcri.q.de cannonico facto a Papa,
debet præferri canonico facto ab inferiore de quo per An.Sic.in c.quod clericis.
de fo.cōp.& Fely.in d.c.2.per tuas. de ma.& obe.de quibus plene ſcripſi in tract.
meo de præſtan.doc.lib.1.in 17.q.3.q.princ.& in 9.lib.15.q.prin.

• Cur.Iun.conſi.177.in fi.Paril.conſ.29.nu.2.lib.1. I.M.

c An baſtardi.Vide plene de hac q.per d.Nico.de Vbald. auditorem Rotæ digniſſi
mum,in ſuo tract.de ſucceſ.ab inteſt.

• Sed apud.Adde & vide ad hanc materiam d.Pet.de Vbal.in tract.de duob.fra.in
11.parte.prin.11.quæro.vbi late examinat.

• Benue.vbi ſupra nu.97. I.M.

non habet locum in rumpentib. extra ciuitatem Florentiæ, cum ibi forte non haberent apothecam, vel ſtationem.

14 **Ad quintum,** an † per pactum repreſaliæ poſſint fieri licitæ. Rñ. ſ. dictum eſt, ſi quidē eſt pactū priuatorum, tunc non valeret, vt expreſſum eſt in Authē. vt non ſi. pig. §. 1. non. n. pōt vnus paciſci, vt alius pro eo exigatur, vt ibi dicitur, ꝙ intelligo ēt ſi vnus paciſcatur, vt exigatur alius, in quo hēt ius, vt patronus in liberto, & dñs in vaſſallo, & ſimi. vt C. ne ſi. pro pat. l. ſi. n. ſi eſſet talis dñs, qui poſſit condere legē, vt ꝭ. dicam, licet ꝑ pactum fieri non pōt, iudex tñ homines ſic conditionatos in ſubſidium capere pōt, vt dixi ſ. in 1. q. circa ſi. Si vero eſſet pactum vniuerſitatis, tunc ſi talis eſt vniuerſitas, quæ non poteſt legē condere, tunc idē quod ſ. dictum eſt de pacto priuatorum. Si vero talis ſit vniuerſitas, vel dominus, qui, vel quæ, poteſt legē condere, tūc per pactum pōt fieri, ꝙ vnus pro alio exigatur. Nam pactum eius qui pōt legem condere, eſt lex, vt ff. de publica. l. Cæſar. & C. de do. inter vi. & vxo. l. pen. quod eſt notabile ad multa, & ſpecialiter ad ea quæ dixi. ff. de re iudi. l. 4. §. ſi actor. Et ex prædictis patet ꝙ ſtatutum ciuitatis, vel domini concedentis repreſalias nō poſſit fieri hodie in extraneos, vt in præceden. dictum eſt, tamen per ſtatuta ciuitatis, contra quam conceduntur, poſſunt fieri licite vltra ius commune contra ſuos, &c.

1 *Repreſaliæ, vt concedantur, primo adeundus eſt iudex cauſæ, & denegata iuſtitia, requiritur iudex concedens repreſalias vt ſcribat.*
*Iudex non audit requirentem, quod ſcribat iudici rei, quod faciat iuſtitiam, alias concedentur repreſaliæ, niſi primo conſtet de iuſtitia denegata.*
2 *Ciuitas non poteſt ſtatuere, quod fiat requiſitio per litteras, & ꝙ fiat iuſtitia alias repreſaliæ concedentur.*
3 *Requiſitio iudici qualiter fieri debeat, vt repreſaliæ poſſint concedi.*
4 *Poteſtas concedens repreſalias ſuccedit locū deficientis ſuperioris, & ſupra. nume. 1.*
5 *Pupilli, & miſerabiles perſonæ non coguntur litigare in foro aduerſarij, quinimo iudex eorum ſcribit iudici alterius ciuitatis, vt aduerſarium ipſorum cogat alibi litigare.*
6 *Perſonæ miſerabiles quæ dicantur.*
7 *Actor de iure canonico etiam poteſt trahere reum ad litigandum extra propriam diœceſim.*
8 *Ciuitas ad petitionem ſui ciuis, poteſt requirere aliam ciuitatem, vt compellat aduerſarium in ciuitate propria litigare.*
9 *Repreſaliæ, vt concedantur, quis requiratur, vt iuſtitiam faciat ad hoc.*
10 *Litigauit ſi quis in ciuitate quæ habet iudices primæ, & ſecundæ appellationis, & contra iuſtitiam ſuccubuit, qualiter ei ſuccurratur.*
11 *Repreſaliæ non conceduntur pro modico, & niſi totaliter ius partis tollāt.*
12 *Copia ſuperioris quomodo intelligatur quod non poſſit haberi ad hoc, vt procedi poſſit ad repreſalias.*

**Secunda** Quæſtio principalis eſt de cauſis concedēdarū repreſaliarū, & quia inter cetera requiritur, qd dominus, gēs, vel populus requiſitus, iuſtitiam facere neglexerit, ſeu recuſauerit, & ſuperioris copia haberi non poſſit, [a] ideo quæritur primo quis debeat requirere populum, dominum, ſiue gētem, vt faciant iuſtitiam. Secundo quæritur, an poſſit requiri, vt alterius iudicis iuriſdictionem proroget, vel arbitros eligat, cum ibi nequeat litigare. Tertio quæritur cuius requiratur, vt iuſtitiam faciat. Quarto quæritur, quæ iuſtitia ſit ſufficiens cauſa concedendarum repreſaliarum? Quinto, quomodo intelligatur, ꝙ ſuperioris copia haberi non poſſit.

b
1 **Ad primum** [b] quæritur, quis † debeat requirere dñm populum ſeu gētē, vt faciat iuſtitiam? Rñ poteſtas eius qui concedit repreſalias ſuccedit in loco ſuperioris deficiētis ſi eſſet, vt dictum eſt ſ. in qō. Sed ſuperior ſi eſſet, quis non poſſet adire, & conqueri de iniuſtitia iudicis, niſi primo ipſū iudicē requiſiſſet, vt in Auth. vt diffe. iud. & de mand. Princ. §. ſit ſibi quoq; tertium, ergo, & modo iſta pars ad hoc vt poſſit petere repreſalias, dēt prius adire iudicem primum, & ab eo iuſtitiam petere, vt dictis legibus, quæ ſunt mirabiles ad hoc, imo dico qd ſi pars iret ad iudicē ſuum, & diceret, dñe, ſcribas tali iudici, quod faciat iuſtitiam, alias concedat repreſalias, quod iudex eum audire non debet. d. §. ſit tibi quoq; tertium. Dico ēt, † quod ciuitas nō
2 poteſt de hoc facere ſtatutum, videlicet, quod ſufficiat requiſitio ꝑ literas, & ſic vt faciat iuſtitiam, nam antequam iuſtitia ſit denegata, non pertinet ad cognitionem ſuperioris, & per ꝯñs nec alterius ciuitatis vbi deficit ſuperior, & ſic non poteſt hoc facere ſtatutum, facit quod dixi ſ. in q. 3. Itē quilibet reus, vel actor, debet
3 primo iudicem requirere. Ex prædictis apparet, † qualiter debet fieri dicta requiſitio, dēt enim actor offerre libellum cum omnibus ſolēnitatibus debitis, quando cauſa requirit libellum, vel implorare officium iudicis pro executione, quando cauſa habet paratam executionem, vel reus debet modo debito exceptionem opponere, in caſu quando requiritur, quod vnius iudex ſcribat alteri iudici, ſcilicet, pro exequēda ſentētia ab eo lata, vt extra, de foro compet. cap. Romana. & dixi ſupra in q. 3. item in alio caſu quem vide infra prox.

**Ad ſecundum** Quæritur, an poſſit requiri, vt alter. [*] iudicis iuriſdictionem proroget, vel arbitros eligat, cum in dicta ciuitate nequeat actor litigare ſecu-
4 re. Rñd. vt dixi ſupra. proxi. † Poteſtas enim qui concedit repreſalias ſuccedit in locum deficientis ſuperioris. Videndum eſt ergo
5 ſi ſuperior hoc facere dēret. Et reperio † de iure ciuili hoc debere ſeruari pro pupillis, viduis, & miſerabilibus perſonis, maxime ſi aduerſarij potētiam perhorreſcūt. C. quādo impera. int. pup. &
c mi. ſe. per. cog. l. 1. in ſi. Pro iſtis ergo perſonis [c] ciuitas carum perſonarum cogeret alibi litigare, cum tales miſerabiles perſonæ ipſius aduerſarij potentiam perhorreſcant, quod ſi non faceret, ſta-
6 tim apparet iniuſtitia. † Quæ autem intelligantur miſerabiles, declarat plene Azo in ſumma illius tituli. De iure vero canonico
7 † eſt latius introductum, vt vbicunque quis litigium habere cū domino, vel cum vniuerſitate terræ, ſeu ciuitatis, ſeu quomodocunque aduerſarij potentiam perhorreſcat, etiam ſi non ſit de dictis perſonis miſerabilibus, poſſet per ſuperiorem trahi extra propriam diœceſim, vt extra, de reſcript. c. ſtatutum. §. cum vero. lib. 6. Plus videtur vbicunq; actor, & reus ſunt diuerſarum ciuitatum actor poteſt trahere reum per ſuperioris reſcriptum extra propr. ſ. ciuitatem, dum tamen non trahat eum in ciuitatem ipſius actoris, vt dicto cap. ſtatutum. §. cum autem actor, quaſi præſumatur ſemper, quod forenſes cum ciue in ciuitate propria non litigant
8 ſecure, per quam decretalem dico, † quod vna ciuitas ad petitionem ſui ciuis poteſt requirere aliam, vt compellat aduerſarium extra ciuitatem propriam litigare, & maxime ad petitionem miſerabilium perſonarum, vel cum aduerſarij potentiam perhorreſcunt, vt dictum eſt, & ſuper hoc credo ciuitates poſſe facere ſtatuta. Et hic modus videtur mihi multum æquus, & iuri, & rationi conſonus.

d
9 **Ad tertium** [d] Quæritur, † quis requiritur, vt iuſtitiā faciat. Rñ. vt dictum eſt poteſtas cōcedēdi repreſalias ſuccedit in locum deficiētis iudicis ſuperioris: ſed de iure antequam adeatur ſuperior, debet primo requiri iudex, ad quem ſpectat prima cauſa, & ipſo negligēte, debet requiri proximus ſuperior qui primo præcipiat, vt iuſtitiam faciat, qui ſi non faciat, adeundus eſt princeps, vt in d. Auth. de man. princ. §. ſit ibi quoq; tertium, qui ſi non eſt proximus ſuperior, adeundus eſt epiſcop⁹, anteq adeatur ad principē, vt in auth. vt diff. iud. in pri. Ex hoc vr̄, quod antequam quis adeat iudicē terræ ſuæ pro petēdis repreſalis, debet adire primum iudicem, & ipſo negligēte ſuperiorem, ſcilicet populum, vbi populus dominatur, vel dominum, vel regem, vel principē, hoc autem non eſt indiſtincte verum. Nam illud, quod dicitur de adeundo epiſcopo, non arbitror opportunū eſſe, quia vſus talē conſtitutionem non admittit, nec epiſcopi tali iuriſdictione vtuntur in partibus iſtis. Simile no. extra, de treuga & pa. c. 1. & de rebus eccl. non alie. c. 1. lib. 6. in eo quod dicit auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. non eſt de neceſſitate ſeruandum, facit ꝙ dicta conſtitutio, vt diff. iud. nō reperitur approbata ab eccleſia, ergo, &c. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, extra, de cōſtitu. ſed illud quod dixi de adeundo proximum ſuperiorem de populo vel domino videtur eſſe verum ꝑ dicta iura, quando populus iudex primus requiſitus denegat facere iuſtitiam nil faciēdo, ita loquuntur dicta iura. Si vero iuſtitiam denegat pronunciā-
[*] do, [*] vel aliquid faciendo cōtra iuſtitiam, tunc ſi eſt iudex appella-
[*] tionis, [*] ille proximior debet adiri, antequam ad auxilium ciuitatis, vel terræ propriæ, vel domini proprij redeat, vt ff. de app. l. 2. §. ſi quis in appellatione. Si vero iudicem appellationis non hēret, vel appellari non poſſet, tunc recurreretur pro repreſalijs ad iudicem ſuum, eſt. n. quod imputetur illi populo vel dño, cui appellationis iudicem non conſtituit ipſe vero populus, vel dominus adeundus eſt, quia ꝯ, vel præter leges præteritas non pōt facere lite pendēte, vel finita, vt C. de tranſac. l. cauſas. & in Auth. in me. lius nō ſie. ſa. for. & dixi plene, ff. de iuſti. & iu. l. oēs populi. eorum tamē eſt culpa, vt dictum eſt. Ex prædictis patet ꝙ ſi in ciuitate eſſet aliqđ ſtatutum, ꝙ manifeſtā iniquitatē cōtineret, ita qd ſi ciuis alterius ciuitatis litigaret certū eſt eum ꝑdere, non eſt neceſſe, ꝙ iudex illius ciuitatis requiratur, ſed directo poterit quis requirere iudicē ſuū, qui requirat illam ciuitatē, vt cum ſuo iuſtitiam faciat, & im.

ADDITIONES.

a Th. D. Haberi non poſſit. No. ꝙ vbi dominus negligens habet ſuperiorem a quo ſperare poteſt iuſtitiam, repreſaliæ, non ſunt licitæ. vide per Felin c. poſtulaſti. in 3. declaratione, de fo. comp. & pœnas hic.

b Ad primum. Vide plene per Bar. Soc. in conſ. 120. in 3. vol. incip. cum in præſenti. Adde ꝙ dicta Bar. in hac q. 3. & 4. refert, & ſequitur dominus meus Soc. in cōſ. 121. ... vol. & dupl. eſt in conſi. 131. vol. 2.

c Pro iſtis ergo perſonis. Vide D. Mar. Lau. in tract. de principibus. vbi ſequitur dicta per Bar. hic.

d Ad Tertium. Vide Bart. Soc. in conſi. 120. incip. cum in præſenti.

* Pronunciando. Add., ꝙ hoc idem conſulendo voluit, Cor. qui refert Bar. hic cū conco. ... in conſil. co. vol. 3.

* Exemplum. Adde ... & vide Alex. de Imo. in conſ. 138. ver. excedit. vol. 1. qui al... ſe. Bar. hic.

& iniquitatem illius ſtatuti quantum ad ciuem ſuum tollat. arg. C. de ſacroſan. eccl. auth. caſſa. & extra, de hære. c. ſtatutum ciuita-
10 tis. lib. 6. Sed circa † prædicta dubitat, pone, ꝙ ciuitas vna hēt iudices primæ, & ſecundæ appellationis. contingit, ꝙ quis litigauit ī cauſa principali, & in prima, & ſecunda cauſa appellationis ſuccubuit contra iuſtitiam, qualiter ſuccurreretur huic? Videtur enim deſtitutus omni auxilio. Nam ad principem non poteſt haberi regreſſus, quia non licet tertio prouocare, ergo nec ad ciuitatem propriam habere recurſum. ſed dicendum eſt, quòd ſi quidem eſſet ſententia lata ob gratiam partis, & inique, tunc poſſet peti reſtitutio, & ſic poſſet peti coram maiore, vt ff. de mino. l. præfecti, arg. C. de accuſ. l. abſentem. & ita poterunt peti repreſaliæ corā iudice proprio. Si vero ſententia eſſet lata ob gratiam, vel dictum eorum qui regunt ciuitatem, tunc ipſi parti teneretur ad intereſſe, quod apparet, qui criminaliter puniuntur. l. pen. C. vt li. pend. & de his, quæ pœ. no. l. 1. & ſic per conſequens tenentur actione ī factum ad intereſſe, vt ff. ad l. Fal. l. qui nomine. & ff. pro ſoc. l. nec quicquam. Si vero ſententia eſſet lata iniq; ſolum ex iudicis motu, tunc non video remedium contra partem, vel ciuitatem, quia non eſt quid eis imputetur, ſed eſt remedium contra ipſum iudicem, qui iniquam proprio motu tulit ſententiam, de quo remedio dicam infra, &c.

## Ad quartum

quæritur, quæ iniuſtitia ſit ſufficiens cā ꝯcedendarum repreſaliarum? Reſp. ꝙ
11 primo † videndum eſt, ꝙ non ſit circa modicum. iſtud enim remedium repreſaliarum cum ſit odioſum, vt extra, de iniur. & dāno dato. c. 1. lib. 6. & ſit ſubſidiarium contra ius commune, vt dictum eſt, non debet dari pro modico, vt l. ſcio. ff. de in integ. reſti. & ff. de dolo, l. ſi oleum. §. ſi. cum ſi. Secundo aduertendum eſt, ꝙ per prædictam iniuſtitiam ius partis totaliter lædatur, ſecus ſi lædatur aliqualiter. C. de preci. Impera. offeren. l. quoties. vt ſi totaliter iniuſtitiā non facit, vt C. de ſer. fug. l. mancipia. in ſi. ff. de damno infe. l. 4. §. in eum. vel probationem non recipit, vt l. ſi quando. C. de teſtib. vel ſententiam diffinitiuā iniuſtam tulit, vt C. de pœn. iud. qui male iud. l. 1. & 2. Si partem grauaret ferendo aliquam interlocutoriam, tunc recurremus ad diſtinctionem, quæ ſit, an ab interlocutoria poſſit appellari, vt eo caſu eſſet ſufficiēs cauſa, quo poſſit appellari de iniuſtitia ad petendas repreſalias, alias ſecus, Qualiter autem hæc iniuſtitia probetur, dicam infra, &c.

a

## Ad quintum

quæritur, a quomodo intelligatur, ꝙ ſuperioris copia haberi non poſſit? Reſpond.
12 a quandoque † non poteſt haberi copia ſuperioris de iure, nec de facto, quia non eſt, & tunc eſt clarum, vt d. c. dominus noſter. 23. q. 2. & quod no. C. de Iudæis. l. nullius. & ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. §. belliſſime, cum glo. ſua, Quandoque poteſt haberi copia de iure, ſed non de facto. Exemplum, Imperator eſt modo in Alemania, & de iure eſt ſuperior, tamen de facto in partibus iſtis ei non paretur. Vel pone, in Marchia eſt rector pro ſancta matre eccleſia, tamen de facto nil poteſt propter occupationem tyrannorū, ſquòd videtur ſuperioris copia non haberi. Quandoque tamen
* non poteſt haberi copia de facto, nec de iure. Exemplum. * Aliqs tyrannus occupauit multas terras de facto, nam de iure, non eſt dominus, & puto recurrendum ad ea quæ no. Inno. in c. nihil. extra, de elec. videlicet, quòd aut tyrannus ille ſua authoritate occupauit, & tunc non habetur pro ſuperiore, & non valeret quod ab eo fieret, vt C. de ſacroſ. ec. l. decernimus. Aut fuit electus ab habentibus poteſtatem facere per vim, vel metum, & tunc aut hoc non eſt notorium, ſed pro vero domino ſe gerit, & ſic reputatur communiter, & tunc habetur pro ſuperiore, vt l. Barbarius. ff. de of. præt. Aut eſt publice notum, ꝙ eſt tyrannus, non dominus, & tunc non hr̄ pro ſuperiore, nec debet requiri. debet enim ſic reputari, licet non ſit, vt C. de teſta. l. 1. & per alia iura quæ alleg. Inn. in d. c. nihil, &c. Quandoque copia ſuperioris poteſt haberi de iure, & de facto, ſed haberi non expedit, quia forte expenderetur plꝰ quam ſit id de quo contenderetur, vel forte paſſus iniuriam eſt pauper. tunc enim puto quòd non ſit neceſſe quòd adeatur ſuperior, imo ſit procedendum tanquam ſi ſuperioris copia non haberetur, arg. C. de anno. & trib. l. mediterraneæ. lib. 10. & ff. de pigno. act. l. ſi ſeruos. ſiue ex parte iudicis, ſiue ex pte ſuperioris adiri non poſſit, idem iuris videtur, vt l. 1, ff. de diuer. & tempora. preſc.

ADDITIO.

a Ad quintum quæritur. Vide d. Iaſ. in l. Barbarius. in 1. limi. de off. præt.

* Exemplum. Adde tu, & vide Al. de Imo. in conſi. 138. ver. excedit, vol. 3. qui alle. Bart. hic.

---

1 *Statutum, vel conſtitutio permittens repreſalias, conditione illius iuris aditur iudex.*

2 *Repreſalia de iure communi petuntur manu regia.*
*Repreſalia permittuntur de iure diuino, & de iure gentium.*

3 *Repreſalias concedens non debet habere ſuperiorem.*

4 *Poteſtas ciuitatis non recognoſcentis ſuperiorem de facto non concedit repreſalias, niſi ſtatuto caueretur, ſed regentes ciuitatem.*

5 *Ciuitas, quæ ſubeſt alicui Regi, vel principi, nō pot repreſalias cōcedere.*

6 *Superioris copia ex parte concedentis repreſalias quādo haberi nō poſſit, vt ciuitas ſubdita illas concedere poſſit.*

## Tertia

principalis quæſtio eſt, per quem iudicem repreſaliæ poſſunt concedi. Circa quod quæritur. Primo, quo iure adeatur quis, vt repreſalias concedat. Secundo, quis eſt ille iudex, cuius poteſtas debet implorari pro repreſalijs concedendis &c.

## Ad primum

quæritur, quo iure adeatur quis, vt repreſalias concedat. Rñ.
1 † ſi quidem per ſtatuta terrarum, vel conſtitutiones dominorum aliquibus eſt conceſſa poteſtas, tunc iudex adibitur conditione ex alio ſtatuto, vel conſtōne, vel iudicis officium implorabitur, ſm quod ex illo ſtatuto, vel conſtōne præcipitur, l. vnica. ff. de cond. ex lege. & ibi plene dixi. Qualiter autem circa hoc ſtatutum factum eſt, probabiliter illud ignoro, vt extra, de conſtit. c. 1. lib. 6. Si vero quærimus
2 † de iure cōi, tunc aduertendum eſt, quòd de iſtis repreſalijs concedendis nulla iuris ciuilis conſtitutione cautum eſt, & rationes, & iura quæ ad hoc cogunt, ſunt magis de iure diuino, & de iure gentium, quo bella licite permittuntur, quam de iure ciuili, vt dixi ſup. 1. q. 2. Sed illo iure gentium non erat actio, neq; iſtę formulæ agendi, ſed omnia expediebantur manu regia. l. 2. in prin. ff. de orig. iu. Vnde dico, ꝙ etiam hodie vbi ex iuſta cauſa repreſaliæ poſtulantur de iure communi, non dicitur intentari actio, vel officium iudicis implorari, ſed magis dicitur requiri manus regia, ſeu poteſtas regia, ſecundum inſtituta iuris diuini, & gentium, ꝙ a iure ciuili non eſt immutandum.

## Ad ſecundum

quæritur, quis eſt ille iudex cuiꝰ poteſtas debet implorari? Rñ. ſi quidē per ſtatuta edita ab his, qui habent authoritatem circa hoc, aliqd eſt geſtum, illi adeundi ſunt. Sed ſi de iure cōmuni † loquamur,
3 tunc ſicut ex parte illius, contra quem repreſaliæ conceduntur, requiritur, ꝙ ſuperioris copia haberi non poſſit, vt dictum eſt. & ſic ex parte cōcedentis repreſalias requiritur, quòd ſit talis, qui ſuperiorem non habeat, quod probatur, nam concedere repreſalias eſt indicere bellum, licet quandoque iſtud bellum non indicat vſr ex parte indicentis, vel eius contra quem indicitur, quòd vni permittitur alios capere, i. particulares homines, & ſic in dubio ē particularis ex vtraq; pte, vt dicā 3. 8. q. 4. poſſet etiam eſſe vniuerſale ex vtraq; parte, ſed bellum iuſtum non poteſt indicere, niſi ille qui ſuperiorem non habet, vt ff. de cap. l. hoſtes. ergo nec cōcedere
4 repreſalias, ita tenet Inn. extra, de reſtitu. ſpo. c. olim. † Ex hoc ſequitur, ꝙ ſi eſt aliqua ciuitas, quæ ſolum de facto non recognoſcit ſuperiorem, & regitur per populum ſecundum ſuos ordines & ſtatuta, poteſtas, & rector illius ciuitatis non poſſet concedere repreſalias, niſi eis ſpecialiter aliquo ſtatuto eſſet permiſſum. Debet ergo adiri pro repreſalijs ipſe populus, vel ordo, vel apud quē
5 eſt omnis communis poteſtas, & hoc puto verum. † Itē ex prædictis ſequitur, quod ſi eſt aliqua ciuitas, quæ ſubeſt alicui principi, ſeu Regi, quòd nec ipſa ciuitas, nec aliquis officialis principis, vel Regis, poteſt concedere repreſalias, ſed ipſe ſolus Princeps, vel Rex. Dico tamen, quod in omnibus caſibus, in quibus dixi ſup.
6 2. q. 5. † ꝙ ſuperioris copia haberi non intelligitur ex parte ꝯtra quam conceduntur, in illis intelligendum eſt ſuperioris copiā nō haberi ex parte concedentis, & in illis caſibus ciuitas ſubdita Regi, vel Comes Regi ſubditus poſſet repreſalias concedere, Sicut enim quibuſdam caſibus propter vrgētem neceſſitatem permittitur aliquibus, quòd ius ſibi dicant, vt ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. ſi debitorem. & ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. §. belliſſime. & no. C. de iudæ. l. nullus. ita in propoſito ex dictis cauſis poterit ciuitas, vel dominus ſubditus concedere repreſalias, quia ſuperioris copiam non poteſt habere.

1 *Repreſaliæ ad hoc vt concedantur, ſufficit ꝙ petantur manu regia, nec aliqua ſolennitas iuris ciuilis requiritur.*

2 *Repreſaliarum concedendarum cauſa vera eſſe debet, & contra quos obceduntur, ius ſaluum ſuæ defenſionis. & nu. 5.*

3 *Repreſaliarum ſufficit oſtendere ſolam conceſſionem abſque proceſſu.*

4 *Cautela, vt fiat proceſſus, & in ſcriptis redigatur, antequam concedantur.*

6 *Ordo impoſitus per ſtatutum in petendis repreſalijs, ille ſeruatur,*

7 *Statutum ſi concedat poteſtatem officiali concedendi repreſalias, tunc libellus datur, citatur pars, & lis conteſtatur.*

8 *Mandatum habens, poteſt comparere ad defenſionem eorum, contra quos repreſaliæ poſtulantur. Item quilibet de populo.*

9 *Repreſaliæ ſi petantur, quilibet de populo ciuitatis comparere poteſt, ne concedantur.*

10 *Defenſiones quæ opponantur hoc, ne ad repreſaliæ concedantur,*

11 *Repreſalias iure petendi, quo pacta quis renunciare poteſt.*

12 *Iuſtitiam denegatam modus probandi.*

13 *Iudex, populus, vel gens faciens iniuſtitiā, vel denegans iuſtitiam, obligatur parti ad intereſſe.*

14 *Libellus, quando repreſaliæ petantur, quid contineat.*

15 *Repreſaliarum cauſa conceditur captura, & detentio ex primo, & ſecundo decreto.*

16 *Liber homo in caſu neceſſitatis pro debito alieno capi poteſt.*

**Quarta** quæſtio principalis eſt, qualiter, & quo ordine repreſaliæ concedantur. Circa quod quæruntur plura. Primo, quo ordine concedantur ab eo, qui nõ recognoſcit ſuperiorem. Secundo, quis ſit ordo, qñ petuntur ab his, quib. eſt cõceſſum per ſtatuta populi, vel per conſtõnes alicuius dñi. Tertio quæritur, parte requiſita quis põt comparere ad defenſionem, ne repreſaliæ concedantur. Quarto ſi aliquis cõpareat, quib. defenſionibus vti poteſt. Quinto, qualiter iniuſtitia facta, vel iuſtitia denegata probatur. Sexto, an cum repreſaliæ conceduntur permittatur capi, & detineri, vt ex primo, aut ſecundo decreto, &c.

**Ad primum** quæritur, quo ordine concedantur qñ petunt ab eo, qui non recognoſcit ſupe-
1 riorẽ. Rñ. vt in præcedenti † q̃one dixi. Iſto caſu non dr̃ intentari
actio, vel officium iudicis implorari, ſed magis dr̃ requiri manus
2 regia, aſeu p̃tãs regis. † in inſtituta iuris diuini, vel gentium, ſed illo
iure omnia erãt in p̃tãte regia, vel nullus ordo, nulla ſolemnitas
requirebatur, ſed illud erat quod regi placebat, d.l.2. in prin. ff.
de origi. iu. facit ff. de conſtit. princ. l.1. in princ. Vnde in propoſito
dico, ꝙ nulla ciuilis ſolẽnitas requiratur, nec libellus, nec alius ordo,
nec ſcriptura: ſolum ergo illud requiritur, quod ius gentium
2 requirebat. † ſ. ꝙ cauſa, propter quam repreſaliæ conceduntur, ſit vera,
alias fieret iniuria, & de iure gentium alterum alteri inſidiari
3 nefas eſt. l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. Item, ꝙ eis, ꝯ † quos conceduntur
ſit ſalua defenſionis facultas, quod eſt de iure naturali, vel gẽtium,
quod per principem tolli non poteſt, vt extra de re iud. c. paſtoralis.
4 § cæterũ. in cle. Vnde credo, † ꝙ ille q̃ haberet repreſalias ſibi
conceſſas a dño Papa, vel populo, cum non hr̃ ſuperior, non hẽt de
alio proceſſu, vel ordine docere, ſed ſufficit ſolam conceſſionem
oſtendere. & oĩa alia præſumuntur recte acta, cum oĩa in poteſtate
concedentis eſſent. & ſacrilegij inſtar eſt, &c. l. ſacrilegij. C. de
diuer. reſcr. & l.2. C. de cri. ſacrile. & hoc verum in territorio con-
5 cedentis. Sed periculum eſt primo, quia gens † illa ꝯ quam fit hęc
conceſſio repreſaliarum, poterit eodem iure vti ꝯ concedentes,
per n. ff. quod quiſq; iu. & de hoc dicam infra. Secũdo, quia ſi ex
aliquo pacto proberetur, de hoc cognoſcit coram arbitris, vel alio
iudice non ſubdito ei cui conceſſit dominus probari quomodo
iuſte eſſet proceſſum, ea iuſtitia quæ de iure gentium requiritur,
vt ſup. dixi, alias appareret, ꝙ iniuſte eſſent conceſſæ, & ideo tutꝰ
eſt, quòd proceſſus fiat ſuper hoc, & redigatur in ſcriptis, vt ceſſet
omnis ſcrupuloſitas, &c.

**Ad ſecundum** quæritur, quis ſit ordo, qñ repreſaliæ
6 petuntur ab aliquib. quibus † eſt conceſſum per ſtatuta populi, vel per ꝯſtõnes alicuius dñi? Reſpon. ſi
quidem per ſtatutũ imponitur, ordo ille eſt ſeruandus. ſuper hoc
enim ordine põt ſtatui, vt ſ. dixi in q. 3. Sed ſi circa ordinem nihil
7 eſt ſtatutũ, tunc procedit q̃õ. Pone: ſtatutũ † eſt, ꝙ aliquis officialis
habeat p̃tãtem concedendi repreſalias cuilibet iuſte petenti, quis
ordo ſeruabitur illo caſu? Et certe talis officialis habet poteſtatẽ
a iure ciuili, quia talia ſtatuta ſunt iuris ciuilis, l. omnes populi. ff.
de iuſti. & iu. & ipſius officialis officium implorabit, & ſic ſcdm ordinem
ciuilem erit procedendum, vnde dandus erit libellus, pars
citanda, & parte comparente lis conteſtanda ſcdm formam authẽ.
offeratur. C. de li. conteſt. parte vero non comparente procedendum
erit, ſicut contra cõtumacem de iure proceditur, quod declarabo
inf. in vlt. q. huius quæſt.

**Ad tertium** quæritur, quis, parte requiſita, põt cõparere ad defenſionem, ne repreſaliæ ꝯcedantur?
8 Reſpond. † partem requiri intelligo gentem, vel populum, cõtra
quem repreſaliæ poſtulantur, quo caſu ad defenſionem põt comparere
perſona quælibet habens mandatũ ab illa gente, vel populo,
& de hoc non eſt dubium. Secundo modo poteſt comparere
quilibet de populo illo, vel gente, ꝯ quem, vel quam repreſaliæ
poſtulãtur, qm̃ omnium intereſt, vt ff. de op. no. nun. l. iu prouin-
9 ciali. §. 1. Tertio † (vt puto) poterit comparere quilibet de populo
illius ciuitatis a qua petuntur repreſaliæ. Nam eorum intereſt,
ne repreſaliæ indebite concedantur, ne forte ciuitas, contra quã
conceduntur, eodem iure vtatur, & faceret capi homines illius
ciuitatis repreſalias concedentis.

**Ad quartum** quæritur, ſi comparet aliquis, quibus defenſionibus vtatur, ne repreſaliæ ꝯcedã-
10 tur? † Rñ. quædam ſunt defenſiones, quę cauſantur ex defectu iuris
petentis, de quibus in præcedenti dictũ eſt. Quædam ſunt, quę
cauſantur ex defectu perſonæ petentis repreſalias, de hoc dicetur
ĩ. Sunt ẽt quædam aliæ defenſiones. Primo, vt puta ſi paratus eſt
emendare quod improbe factũ eſt, vt præallegato cano. dñs noſter.
23. q. 2. quod intelligo, ſi de hoc ſatiſdat idonee, ar. C. de bon.
aut. iud. poſ. auth. & q̃ iurat. Scdo ſi eſſet dubium, an eſſet denegata
iuſtitia, tunc poteſt petere, ꝙ ſuper hoc dubio, an ſint concedẽdæ
repreſaliæ, cognoſcatur, cum ibi non poſſit litigare ſecure, ſe-
11 cundum ea, q̃ dixi ſuper 2. q. 2. per eaſdem rõnes. Sed pone † vt de
facto ſæpe accidit in his, qui eliguntur rectores alicuius ciuitatis,
& promittunt non petere repreſalias, an poterit cõtra eos excipi
de tali promiſſione? Videtur ꝙ non, ſicut non valet pactum ꝙ qs
non poſſit laudum reducere ad arbitrium boni viri. Tu dic, vt ſ.
dictum eſt ſæpius. Iſta enim petitio repreſaliarum ſuccedit in loco
deficientis iuriſdictionis ſuperioris. & ideo repreſaliæ ſi petuntur,
quaſi inique ſit condemnatus, vel iniuſte, & ſic habet recurſum
ad ciuitatem ſuam, ſicut haberet ad iudicem appellationis,
& tunc poteſt opponi de pacto: ſicut enim poteſt iuri appellandi
renunciari, vt C. de temp. ap. l. fi. & ff. a quib. ap. non licet. l. 1. §. ſi qs
ante ſententiam. ita & huic iuri, quod ſuccedit in locum eius. Si
vero petat repreſalias propter aliam iniuſtitiam ſibi factam, vel
iuſtitiam denegatam, & tunc non poteſt opponi de primo pacto,
quia iam non valet pactum, per quod remittitur delictum futurum.
l. ſi vnus. §. illud. ff. de pactis. l. conuenire. de pact. dot. &c.

12 **Ad quintum** quæritur, qualiter iuſtitia denegata probetur? Reſpondeo † per acta, vel per teſtes.
puto ꝯ ĩ, quòd poteſt requiri iudex primus, vt actorum copiam
faciat, quod ſi non faciat, iſtud eſt iniuſtitiam facere, C. vt lite
pend. l. 2. Eſt etiam alius modus multum expeditus, videlicet,
ꝙ factis omnibus requiſitionibus debitis, vt ſup. dictum eſt, tunc
ille, qui patitur iniuſtitiam, vel ſe pati dicit, adeat iudicem a quo
intendit petere repreſalias, qui iterum mittat nũcium, vel ambaſciatorem,
& huic iuſtitiam faciat, nec relationi talis nuncij, vel
ambaſciatoris ſtabitur, vt in Auth. vt diff. iud. §. 1. vbi dicitur, ꝙ ſtatur
literis eius, cui hoc fuerit commiſſum. ſic ergo idem erit in
propoſito, &c.

**Ad ſextum** quæritur, an cum repreſaliæ conceduntur, permittantur capi, & detineri, vt ex primo,
13 aut ſecundo decreto. Circa quod ſciendum eſt, † ꝙ iudex, gẽs, vel
populus, qui facit iniuſtitiam, vel denegat iuſtitiam, obligatur parti
ad intereſſe, vt Inſti. de obli. quæ ex quaſi delicto. in princ. & ff. de
var. & extraor. cog. l. ſi iudex. C. de teſta. l. ſi quando. in fi. C. de ſeruis
fug. l. mancipia. in fi. ff. de magiſt. conuen. l. 1. in princ. de dam.
14 infec. l. 4. §. in eum. Vnde libellus, † qui datur quando repreſaliæ
conceduntur, primo debet continere, qualiter factæ fuerunt requiſitiones
debitæ, & fuit iuſtitia denegata, propter quod partis intereſt
in tanta quantitate, quare petit dictos officiales communes,
& homines ipſius ꝯdẽnari in quantitate prædicta, ſibique cõcedi
licentiam capiendi, & detinendi homines dictæ terræ, & res
ipſorum uſque ad ſatiſdationem dictę quantitatis. tunc ſi quis cõpareret,
& ordinarie litigaretur, ſententia, quæ daretur pro actore
dictæ repreſaliæ, haberet vim executionis rei iudicatæ, & illud
poſſet fieri, quod fieret de rebus quæ in cauſam iudicati caperen-
15 tur, & ordo eſt manifeſtus. Si vero nullus compareret, † tunc debeat
dari primo licentia capiendi, vel detinendi, vt ex primo decreto,
vt tædio affecti veniant reſponſuri, nunc ſi in contumacia
perſeuerauerint, perquiſita veritate, dabitur licentia capiendi ex
ſecundo decreto, ſicut in alijs cauſis, iura ſunt vulgaria. Nec mirum
ſi in cauſam iudicati capiuntur liberi homines, in quos ciuitas
illa contra quam conceduntur repreſaliæ ius habet, quia hoc
16 fit alias in caſu neceſſitatis. l. pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de acqui.
her. in fi. gl. mag. & ibi no. Sed ſi ſtatutum aliter diſponeret,
tunc illud eſſet ſeruandum. Poſſunt enim ſuper his, quæ expediẽda
ſunt ſuper concedendis repreſalijs, ſtatuere, vt in præcedentib.
dictum eſt, &c.

ADDITIO

2 Th. D. Manus regia. No. quod dicit Bar. hic, ꝙ ille qui non recognoſcit ſuperiorem, non teneatur ſeruare ordinem, & ꝙ nulla ſolennitas requiritur, nec libellꝰ, nec alius ordo, nec ſcriptura, & ꝙ habens repreſalias ab eo, non debet de alio proceſſu docere, ſed ſufficit ſolam cõceſſionem oſtendere, omnia alia præſumuntur tanquam manu regia facta. Ita dicit Bal. conſil. 112. in 2. vol. inci. Quatuor ad probandum. in prin. & all. Bar. hic, & inducit dominos Venetos, qui nõ recognoſcunt ſuperiorem, qui conceſſerunt repreſalias contra do. Malateſti de Arimino.

---

1 *Repreſaliæ conceduntur incolis, qui munera, & grauamina cum ciuitate ſoluunt.*
2 *Priuilegia alicuius artis quis non habet, ſi artem non exercet.*
3 *Repreſaliæ conceduntur ciuibus non ſubiectis, & factiones communis nõ facientibus ex priuilegio.*
4 *Ciuis non faciens factiones ex contumacia, ſi petit repreſalias, ciuitas poteſt eas ei denegare, alios autem conqueri non poteſt.*
5 *Repreſalias petens probat duo, ſcilicet ſe incolam, & munera ſubire.*
6 *Prælaturam habens in ciuitate, an dicatur ciuis.*
7 *Ciuitas an poſſit concedere repreſalias ciui ſuo ex conuentione contra ciuitatem originis, & nu. 9. vbi quòd ſic.*
8 *Ciuitatis poteſtas eſt maior in ciuem, quam poteſtas patris in filium.*
10 *Repreſaliæ non conceduntur forenſibus.*
11 *Repreſaliæ non poſſunt concedi ei, qui poſt factam iniuſtitiam effectus eſt ciuis, vel incola.*
12 *Poteſtas, ſtipendiarij, & ſcholares habentur pro ciuib. in loco vbi exercent officium, ſtipendium merentur, & ſtudent, non quo ad omnia.*
13 *Repreſaliæ, quando & quo caſu poſſunt prædictis concedi.*
14 *Statutum ꝙ ciues vnius ciuitatis tractentur, vt ciues, quomodo intelligatur, & quando repreſaliæ talib. concedi poſſunt cõtra tertiam ciuitatẽ.*

**Quinta** principalis quæſtio eſt, quibus repreſaliæ ſunt concedendæ. Circa quod quæruntur plura. Primo, an
repre-

Digitized by Google

repreſaliæ ſint ꝯcedendæ incolis. Scđo an ciuib. non ſubiectis iu-
riſdõni ſeculari, vel non facientib. factiones cõis. Tertio quæritur,
an ciuib. nr̃is ex ꝯuẽtione poſſint ꝯcedi repreſaliæ ꝯ ciuitatem ori
ginis, vel eꝯ. Quarto quæritur an ei, qui poſtq̃ paſſus eſt iniuriã fa-
ctus eſt ciuis, ſint repreſaliæ ꝯcedẽdæ. Quinto q̃ri, qd de his, q pro
ciuib. hñr. ex lege, vel ſtatuto. Sexto quęrit, quid ſi ciues vnius ciui
tatis in alia ciuitate debent tractari, vt ciues illius ciuitatis, an ibi
poſſint petere repreſalias contra certam ciuitatem, vel non, &c.

a Ad primum a quęritur, cum repreſaliæ ſint ꝯcedẽdæ,
b an ſint ꝯcedendæ incolis? Rñ. ſi quidem
1 †eſt talis icola, q munera, & grauamina ciuitatis q̃ colit, ſubijt, tñc
* ei ſunt ꝯcedẽdę repreſalię ex cauſis legitimis: ſi vero nõ ſubijt * ibi
munera, & grauamina, nec ad ea ſcribi ſe fecit, tunc ei non ſunt ꝯ-
cedendæ repreſaliæ. Hoc probatur p regulam iuris, q ſentit onus,
dẽt ſentire commodum, & eꝯ. vt C. de fur. l. manifeſtiſſimi. §. ſed
cũ in ſcda. ff. de reg. iu. l. fin nãm. ext. de reg. iu. c. q. ſentit. li. 6. Scđo
per l. qui prætextu. C. de ſacroſ. ecc. & C. de colleg. l. j. li. 11. Tertio,
quia illi proprie dicuntur municipes. q munera ſimul ſubeunt, vt
d. l. ad munic. l. j. in prin. ergo ei, q non ſubit munera, non compe-
2 tunt priuilegia municipum. Quarto, †quia non hẽt quis priuilegia
alicuius artis, vel ciuitatis, vel officij: niſi qui re ipſa illud geſſerit, vt
C. de conſil. l. nemini. lib. 12. Facit ff. de excu. tu. l. fi. in prin. & C. de
teſt. mil. l. ex eo tpe. & C. de teſta. mil. l. ſeminaris. & l. ne quidam.
Quinto, quia inter ciuem, & incolam tacite celebratur qdam ꝯ-
tractus vltro, citroq; obligatorius. eſt. n. incola obligatus ad munera.
ff. ad muni. l. 1. in prin. & l. incola. iam eſt ciuitas ad defenſionem,
& protectionem ipſius, & idem in quolibet dño, vel rectore. l. illi-
citas. §. ne potentiores. ff. de off. preſi. ille autem, qui non implet ꝯ-
tractum ex parte ſua, non poteſt petere, q ſibi impleatur vt ff. de act.
emp. l. Iulianus. §. offerri. vnde ille, qui munera non ſubijt, non po-
teſt petere repreſalias.

Ad ſecundum quęrit, an ciui non ſubiecto iuriſdõ-
ni ſeculari, vel non facienti factiones
3 communis, ſint repreſaliæ concedendæ? Rñ. †Quidam ſunt ciues
non ſubiecti iuriſdõni, & non faciẽtes factiones communis ex pri
uilegio, vt clerici, vt C. de ep. & cle. l. 2. auth. ſtatuimus & auth. ĩtẽ
nulla cõitas. Item alij priuilegiati pp dignitatem ſecularem, C. vt
ſena. vel cla. l. 2. & ff. de vac. mu. p totum, & iſtis ſunt ꝯcedẽdę rep-
ſaliæ, ne priuilegium in eorum fauorem conceſſum, redundet in
odium. l. q fauore. C. de leg. l. nulla. ff. e. facit auth. ſed epalis digni-
tas. C. de epi. & cle. & in corpore, vnde ſumit, facit ẽt. C. de decur.
l. neque Dorotheum. l. 10. vbi Imperator interpretatur legem. q̃
dicebat, q filij ſequuntur matrem, ſi non ſequuntur patrẽ. Ex quo
intelligatur, ſi non ſequuntur patrem priuilegio d. l. neque Doro-
theum. ver. 1. Et de clericis expreſſum. 80. di. c. Maximus. Si vero
4 ex quadam †contumacia non faceret factiones, tunc ciuitas ſua, a
qua peteret repreſalias, poſſet ei denegare, vt ff. ex qb. ca. ma. l. ſed
& ſi p pretorem. §. ſed & ſi dum decreto. ſi. n. ciuitas taceret alias
non poſſet de hoc conqueri, ar. C. de iure emph. l. 2. & quod no. ff.
ſi ager vect. vel emph. l. 1. & 2. ubi dr̃, q pp penſionem non ſolutã,
licet dño volenti eum expellere, q. d. extraneus non poteſt de hoc
ꝯqueri, & hoc dixit gl. parua. in l. 2. ff. ſi ager vect. Sed dices tu, qua
re in præcedenti q. dictum eſt, incolam non ſubeuntem munera
eſſe repellendum a petitione repreſaliarum? Rñ. ſola voluntate ini
cin ꝑficitur oblo inter eum, & ciuitatem, quæ mutari non põt.
l. aſſumptio. ff. ad munic. ſed incola non, niſi recipiatur a ciuitate,
l. 1. in pri. ff. ad muni. ibi recepti in ciuitatem, &c. põt. n. ciuitas non
eum recipere, ar. ff. de leg. l. fi. Vides ergo, q ille qui petit repreſa-
lias, vt ciuis, dẽt probare ſe ciuem, & ad hoc cõſulo, q fiat ſpãus ar
5 ticulus. Si vero †pent repreſalias, dẽt probare duo. ſ. ſe incolam, &
6 ſe ſubire munera, vel feciſſe æſtimum, & ſimi. Hic autem poſſet
dubitari, vtrum forenſis, qui habet in hac ciuitate prælaturam, vel
eccleſiam, vel eſt hic monachus, dicatur ciuis huius ciuitatis, &
quis de aliquo ei faciente hic reſidẽtiam, & hoc plene dixi in lec.
ff. ad munic. l. 1.

7 Ad tertium q̃ritur, †an ciuib. nr̃is in ꝯuentione poſſint
concedi repreſaliæ ꝯ ciuitatem originis,
vel eꝯ. Et vr̃ q non, p regulam poſitã. ff. de vſufr. l. ſeruo. §. rlr. & de
ver. ob. l. liber hõ. in princ. vbi vr̃, q ex quo facto quęritur mihi ius,
ex eodem, ſi agatur, & fiat meni, non obligor. ita in propoſito ſi p
aliam ciuitatem huic ciui fieret iniuria, ciuitati originis quæreret
ius concedendi repreſalias, ergo ex eo, q iſta ciuitas facit cum illo
ſuo ciue originario, ꝯ eum non põt agi, & ſic repreſaliæ concedi.
Secundo probatur, quia duab. ciuitatib. ad idem concurrẽtib. præ
fertur ciuitas originis, & ſic ꝯ eam non pñt concedi repreſalię. Ter
tio ſic. Nõ eſt dubium, q ciuitas originis poterat ſtatuere in ſuum
ciuem, antequam efficeretur ciuis ex conuentione alterius ciuita
tis, & alia ciuitas de hoc non potuiſſet conqueri, vnde ciuis, p con
uentionem poſtea factam non poterit iuri originalis ciuitatis, ſeu
originis ꝑiudicare, ipſa ciuitate originis non ꝯſentiẽte, vt ff. de pac.
l. ſi. & l. ſi vnus. §. ante oia. e. t. C. res inter al. acta, p totum. Quarto
probatur a ſimili, fructuarius põt nunciare nouum opus aduerſus
oẽs præter dñm, vt l. in ſi. ff. de ope. no. nun. ita ciuitas, quæ hẽt ciuẽ
ex conuẽtione poterit concedere repreſalia aduerſus oẽs, præterq̃
aduerſus dñm. ff. de pub. l. pe. Quinto, qa ſi q̃ iniuſtitiam ciuitas ori
ginis fcerit, vr̃ ſibi magis fcc ſſc. q̃ alij ciuitati, vt ff. ad l. Aqu. l. legis,
Aquiliæ actio debitori. Sexto vr̃ caſus ff. ad muni. l. de iure. quod
de his, quæ quæruntur inter ciuitatem, & ſuum ciuem. ſolum co-
ram iudice ſuæ ciuitatis agitur. Et ſic cõcluditur, q ſicut ſi ciuitas
originis faciat iniuſtitiam, alia ciuitas non poterit impedire: ita eꝯ
q ciuitas originis non poteſt ſe impedire de his quæ facit ciuitas
extra conuẽtiones. Septimo, quia repreſalię ſunt quoddam reme-
dium extraordinarium, ſed tale remedium non dẽt dari ꝯ ciuita-
8 tem originis, qa †ciuitatis ptãs eſt maior in ciuẽ ſuum, quam ptãs
patris in filium. l. 2. ff. de iuſt. & iu. & l. poſtliminium. §. filiusquoq;
familias. de cap. Sed ꝯ patrem auxilium extraordinarium non da
tur, vt C. qui. & aduer. quos. l. fin. ergo nec ꝯ ciuitatem originis. Eꝯ
vr̃. q vna poſſit ꝯ aliam repreſalias concedere. Primo, qa qñ ſunt
duo, qui habent vnum ſubditum, quilibet põt defendere eum ꝯ
iniuriam, quæ ei infertur ab alio. Exẽplum, pater hẽt filium ſubdi-
tum, & ciuitas ſi. d. l. 2. ff. de iu. & iu. & l. poſtliminium. §. ſi filius.
de cap. ſed ſi pater delinquit in filium, ciuitas punit eum, vt ff. & C.
ad leg. Pom. de parr. Et ſi ciuitas procederet ꝯ eum filium, pater
admitteretur pro ſuo intereſſe ad defenſionem filij, vt C. de accu.
l. ſi quidam. & ar. ff. de ap. l. non tm̃. & l. Lucius. e. t. ita in propo-
ſito vna ciuitas ꝯ aliam ad defenſionem ſui ciuis poterit concede
re repreſalias. Secundo ſic. Qñ ſunt plures, qui hñt ius in re, licet
vnum ius ſit potẽtius altero, tñ ẽt ille qui hẽt ius debilius, poterit
agere ꝯ illum, qui habet ius potentius, ſi rem illam damnificat. l.
item Mela. §. fi. & l. ſeq. & l. ſi dñs ſeruum, ff. ad l. Aqu. ita ẽt in pro-
poſito, ciuitas, quæ hẽt illum ciuem ex conuẽtione, licet hẽt illud
ius debilius, quam ciuitas originis, tñ pro eius defenſione poterit
ſibi concedere repreſalias. Tertio ſic, Licet duo ſint dñi eiuſdem
perſonæ, tñ ſi vnus in illa delinquat, põt ab alio coerceri, vt ff. ad l.
Aqui. l. ſed & ſi cõem ſeruum. ita in propoſito. Quarto ſic, pro pro
pulſanda iniuria põt quis cõuocare amicos, vt de vi, & vi arm. l. 1.
§. cum igit. & ibi no. & no. extra, de homic. c. ſignificaſti. ergo mul
to magis paſſus iniuriam poterit conuocare ciuitatem, cuius eſt
9 ciuis. Sol. Dicendum eſt, †q vna ciuitas ꝯ aliam poterit repreſalias
concedere. q probat, quia ptãs concedendi repreſalias ſuccedit in
locum ſuperioris, vt dictum eſt ſ. in 1. q. & 2. non eſt dubium, q ſi
ciuitas mea mihi fecit iniuſtitiã, poſſum adire ſuperiorem, vt ff. q
me. cau. l. metum. §. animaduertẽdum, & de dolo. l. ſed ex dolo. §.
j. ita ergo in propoſito. & ad hoc concludebant oẽs rõnes factę p
hac parte. Præterea ptãs ciuitatis, vel alia quæcunq; tunc attendit,
cum bene gerit, vel iuſtitiam facit, non cum aliquem ſpoliat, vel
facit iniuſtitiam, vt ff. p emp. l. q fundum. §. tutor. & de fur. l. inter-
dum. §. qui tutelam. & ibi no. vnde in propoſita q̃ne, qñ ciuitas fa
cit iniuſtitiam ciui ſuo, non vtitur ptãte, quam hẽt in eum. Sicut
ergo ꝯ ciuitatem extraneam, ita ꝯ illum poſſunt licite repreſaliæ
concedi: alijs concurrentib. de quib. in præcedentib. dictum eſt. Et
per hoc apparet reſponſum quaſi ad omnia allegata in ꝯrium.
Non ob. ff. ad muni. l. de iure, quia illud eſt verum, q primo debet
agi coram illo iudice, tamen ſi denegat facere iuſtitiam vel facit
iniuſtitiam, & non habetur copia ſuperioris, recurritur ad reme-
dia repreſaliarum.

Ad quartum quęritur, an ei, q poſtq̃ paſſus eſt iniuſti-
tiam, factus eſt ciuis, ſint repreſaliæ ꝯce
10 dendæ: ad cuius declarationem primo ſciendum eſt, †q repreſa
liæ non 1 ñ ꝯcedi forenſib. Nam ꝯceſſio repreſaliarum eſt quodã
modo iuriſgẽtium, vt dixi ſ. 3. q. 2. & 3. q. 1. ſed illud, q quis facit ad
tutelam corporis ſui, fit licite, vt l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. & intelli-
go, ſuum corpus, ſiue loquamur de corpore indiuiduo, ſiue de
corpore mixto, ut de vna ciuitate, vel collegio. Iſta. n. appellantur
corpora, vt ff. quod cuiuſq; vni. no. l. j. in prin. & de colle. illic l. 1. &
ſuper iu. no. vnde ciuitas pro eo, q eſt de corpore ſuo, defendendo
ab iniurijs poteſt concedere repreſalias, non pro eo, q eſt extra cor
pus ſuum. Pro hoc eſt quod dr̃ in decretis. 2. q. j. c. multi. circa me
dium. ibi, quid. n. mihi de his, qui foris ſunt iudicare. q. d. de his, q
ſunt extra noſtrum corpus non pertinet ad nos iudicare. Hoc præ
11 miſſo, ei, †qui tempore denegatæ iuſtitiæ erat forenſis, licet
poſtea efficiatur ciuis, vel incola, nõ poſſunt de iure concedi repre
ſaliæ: intelligitur de ciue tpe factæ iuſtitiæ, nec tale ius tranſit ad
nouam ciuitatem. ff. de ſer. corrup. l. doli. §. fi. & l. 1. §. ſi ſeruus, ff. de
poſi. & de actio. & obl. l. quæcunque. & ibi ſunt concor. in glo. &c.
Ad

ADDITIONES.

b Th. D. Ad primum. Vide Bar. in l. j. ff. ad munic. in ver. 1. ex iſta. & ibi vide Alex. in
add. & ibi apoſt. meam. & Bar. infra. in 1. q. 7. q. prin. & Ale. de Imo. in conſi. 41. in
7. vol. ex multis quæ in themate. in j. col. & ſe. & Bap. de S. Seue. in l. 1. C. de ſum.
t. i. & fi. catho.

* Iac. Menoch. Late Bar. Soc. inter conſi. Mar. ſen. conſil. 129. col. 3. verſ. 3. reſpondetur. lib. 3.

Bar. i. an l. Subij. Adde, quòd hoc dictum refert, & ſequitur præceptor meus. Soc.
conſi. 291.

* Iac. Men. Ruyn. conſi. 120. num. 13. lib. 4.

a **Ad quintum** Quæri͂,ᵃ qd de his,q pro ciuib. hn͂t ex le
ge,vel ſtatuto quoad qd, vt ptās ſtipen-
12 diarij,ſcholares,& ſiſes? Circa ꝙ eſt ſciendū, ꝙ ptās alicuius ciui-
tatis efficit̃ ciuis illius ciuitatis,ſeu ꝑ ciue hr̃, vt l.i.x.C.de incolis.l.ci
ues,& ibi no.ꝑ gl. Item milites,ſeu ſtipēdiarij hn͂t ꝓ ciuib. in loco,
vbi ſtipēdium merent̃,& ibi forum ſortiunt̃,ut ff.ad mun.l. muni
ceps.& no.in d.l.j.ciues,& ff.de iud.l.hr̃s abſens,§.j.in 2.gl.magna.
b Item ſcholaresᵇ in terra ſtudij, licet ibi nō efficiant̃ ciues, vt l.lex
Cornelia.§.domū.ff.de iniu.& C.de incol.l.3.li.x.ff.de iud.l.hr̃s ab
ſens,§.i.in gl.ſuꝑ verbo domicilium,& tñ in dicta terra hn͂t,& ꝓte
gunt̃ a rectore ipſius terræ,ut ciues,ut in j.ꝗſtōne. ff.§. pe. & C.ne
fi.ꝓ patre,auth.habita. Aduertendum ēt,ꝙ p̄dicti nō hn͂t,ut ciues
quoad oīa,ſed quoad qd. Nā ptās,uel rector huius ciuitatis nō p̄t
hic ꝯueniri,niſi ꝓ his,q̄ hic ꝯ̄xit uel rōne officij,ut l.2.§.legatis.ff.
de iud.ibi,uel ſi q iudicādi cā acceſſiti ſunt,ꝯiūcto §.oēs.in ea.l. Et
idem intelligo de ſtipendiarijs, & ſcholarib. Et ita dēt intelligi ꝙ
no.in d.l.hr̃s abſens,§.j.in 2.gl.mag.ff.de iud.ſ.ꝙ ſcholares ſortiun
13 tur ibi forum pro his,quæ ibi ꝯ̄xerunt. Hoc præmiſſo,† ſicut præ-
dicti hn͂t ius ciuis limitate, ita hn͂t limitate ius petendi repreſalias
in terra prædicta. Nam ſi ptās in his, quos ſecum ducebat cā offi-
cij,uel milites in his,quæ cauſa militiæ, uel ſcholares in his, quæ
cauſa ſtudiorum ſecum ducebant,uel reducebant,paſſi ſunt iniu
ſtitiam,uel iniuſtitia denegata fuit eis,quia quo ad illos ciues non
ſunt,ergo &c. ut ſ̄.proxim.dixi.

14 **Ad ſextum** Quæritur,ſi ciues unius ciuitatis in alia de
bent tractari, vt ciues illius ciuitatis ex pa-
cto,uel ſtatuto,an ibi poſſint petere repreſalias ꝯ̄ tertiam ciuitatē.
Circa ꝙ ſciendū eſt,ꝙ ꝑ prædicta uerba.ſ.tractent̃ ut ciues, nō effi
ciunt̃ ciues,ar.ff.de uer.ſig.l.mortis appſone,& ꝙ ibi no.ꝑ gl.& Ia.
de Are. Item prædicta uerba hoc important,ut in his,quæ ibi tra-
ctare p̄nt,alias de iure addat̃ iſta qualitas,ſ.ꝙ tractentur ut ciues,ꝙ
c prodeſt ad multa,pp ſtatuta,q̄ faciunt dr̃iamᶜ inter ciues,& foren-
ſes. Hoc patet ex tenore ipſorum uerborum,qa nullam ptātē dāt,
ſed ſolum modificant,ꝙ tractentur ut ciues. Simile dicit lex,ꝙ tu
tor loco dn̄i hr̃. ꝙ intelligitur in his, quæ de iure facere pōt,ut ff.
pro empt.l.qui fundum.§.ſi tutor. Sed ſi alias in dicta ciuitate non
poterat petere repreſalias,ergo nec modo poterit. Dico tñ,ꝙ poſ-
ſent eſſe uerba ita late concepta, & poſſet eſſe tanta confœderatio
duarum ciuitatum,ꝙ eſſent quaſi, ut unum corpus, & quælibet
ciuitas poſſet de ciue alterius ciuitatis,ſicut de proprio ſuo ciue fa
cere,ut ff.de cap.l.non dubito,& tunc poſſet petere ibi repreſalias,
ſicut ciuis illius ciuitatis. hoc autem tactum eſt.

ADDITIONES.

a Th.D. Ad quintum quæritur. Vide Bar.in l.ſi maritus.§.j. ff.de adul. & ibi Ale.in addi.ff.de adult.& ibi vide apoſt.meam,Bart.in l.hæres abſens.§.proinde. & ibi Alex in add.ff.de iud.

b Scholares. No.quod dicit Bar.hic,quod ſcholaris non poteſt in loco ſtudij conueniri ex contractib.geſtis,& vide Philip.Franc.in c.Romana.§.nec etiam. de foro comp.lib.6.

c Differentiam. Vide in l.maritus.§.legis Iuliæ.ff.de adult.

1 *Repreſaliæ contra rectorem ciuitatis forenſem, qui iniuſtitiam fecit, quando concedi poſſunt.*
2 *Officialis, qui fecit iniuſtitiam, de qua durante officio poterat conueniri, ſi conueniretur in loco proprio, debet ad locum officij remitti.*
3 *Repreſaliæ contra officiales, & poteſtates facientes iniuſtitiam, quando concedi poſſunt.*
4 *Conſilium, vt officiales poteſtatis non teneantur pro iniuſtitia per poteſtatē facta, & contra eos repreſaliæ con concedantur.*
5 *Repreſaliæ contra conſules, & priores ciuitatis facientes iniuſtitiam concedi poſſunt.*
6 *Repreſaliæ poſſunt concedi contra ſingulares homines ciuitatis.*
7 *Homo liber pro alio capi poteſt neceſſitate exiſtente.*
8 *Repreſaliæ poßunt concedi contra terras ſubditas ſimpliciter, non ſi ſunt ſubditæ quo ad quædam.*
9 *Repreſaliæ poſſunt concedi contra certum genus hominum ciuitatis denegātis facere iuſtitiam.*

**Sexta** principalis qō eſt,ꝯ̄ quos repreſaliæ ꝯcedantur. Circa
quod quæritur primo, an ꝯ̄ rectorem ciuitatis foren-
ſem,qui iniuſtitiam fecit,uel iuſtitiam denegauit,poſſint ꝯcedi re
preſaliæ. Secundo,an ꝯ̄ officiales dicti ptātis,ſeu rectoris,poſſint re
preſaliꝗ ꝯcedi. Tertio,an ꝯ̄ ꝯſules,ſeu priores ciuitatis poſſint rep̄-
ſaliꝗ ꝯcedi. Quarto quæritur,an ꝯ̄ ſingulares hoīes,qui nihil habēt
facere in regimine,ucl in officio ciuitatis poſſint repreſaliæ ꝯcedi.
Quinto, utrum repreſaliæ poſſint concedi ꝯ̄ homines terrarum
ſubditarum quo ad quædam,non tñ ſimpliciter. Sexto,utrum re-
preſaliæ poſſint concedi ꝯ̄ certum genus hominum ciuitatis de-
negantis facere iuſtitiam.

**Ad primum** q̄ritur, an ꝯ̄ rectorem ciuitatis forēſem
q̄ iniuſtitiam fecit repreſaliꝗ poſſint ꝯce
di. Ad quod dicit Iac.de Bel.in qōne ſua, q̄ ponit in Auth. ut non
fi.pign.ꝙ ꝯ̄ eum concedi poſſint,ar.ff. quod quiſq; iur.l.j.extra,de
1 ſen.excom.c.Romana.§.caueant.li.6. Mihi aūt vr̃ †ſic dicendum.
Aut ptās fecit talem iniuſtitiam,pro qua non pōt ꝯueniri durante
officio,vt ff.de iud.l.pars literarum.de iureiu.l.nec magiſtratib. &
tunc ꝯ̄ eum non p̄nt ꝯcedi repreſaliꝗ. Rō,quia nec iudex ſuperior
hēt durāte officio,in cuius locū ſuccedit,ius ꝯcedendi in eum re-
preſalias,vt dictum eſt,& finito officio,non p̄nt ſiſr ꝯcedi, niſi re-
quiſito iudice,qui hēt eum ſindicare,ſicut in quolibet alio priua-
to debitore,vt dictum eſt ſ̄.2.q.3. Iudex aūt terræ propriæ ipſius re
2 ctoris dēt requiri,vt j̄.dicam. Aut rector† ille fecit talem iniuſtitiā
de qua durante officio pōt ꝯueniri, & tunc, durante officio pote-
runt repreſaliꝗ ꝯ̄ eum ꝯcedi eadem rōne,pręcedentib.ſolēnitatib.
requiſitis. Iudex aūt ciuitatis propriæ illius ptātis,ſeu rectoris non
dēt requiri,quia ibi talis cā non dēt agitari, imo ad locum officij
oporteret remitti,vt C.vbi de rōcin.agi opor.l.2.& C. vt oēs iudi.
tam ciui.quam cri.poſt depo.admi.& c.l.vnica. & in Auth.vt iud.
ſine quoquo ſuff.§.neceſſitatem.

**Ad ſecundum** Quærit̃,an ꝯ̄ officiales,ptātes,ſeu re
ctores,poſſint ꝯcedi repreſaliæ? Ia.
3 de Bel. in prædicta qōne dicit,ꝙ ſic. Ego † dico q̄n̄q; ſunt aliq offi-
ciales,qui expreſſe iuuerunt rectorem ad talem iniuſtitiam faciē-
dam,& ꝯ̄ illos ſine dubio p̄nt ꝯcedi repreſaliæ, vt l.nullam. C.de
a exerc.& exac.lib.12. Quidam ſunt,ᵃ qui expreſſe ꝯ̄dixerunt & ꝯ̄ il
los non p̄nt repreſaliæ concedi, vt C.de app. l.qm̄ iudices,& l.oēs
4 iudices.in fi.de decur.lib.10. Et iō conſilium †eſt pro officialib.qn̄
talia occurrunt,ꝙ proteſtentur,ꝙ non conſentiunt,ꝙ illa,qn̄ fiunt
non fiūt de iure.& de hoc fiat inſtrm̄,hoc ibi vr̃ requiri.d.l.qm̄ iu
dices. Quidam ſunt officiales,qui nec conſentiunt,nec ꝯ̄dicūt, qa
forte ſunt abſentes,vel ignorantes,ꝯ̄ illos non p̄nt ꝯcedi repreſaliꝗ
l.1.in prin.ff.de magi.conuc.ibi,p̄ntes,q non ꝯ̄dicunt nec ꝯſentiūt,
& tunc eſt aduertēdum,ꝙ quidam ſunt officiales ad ea, quæ ſunt
mere facti,nec conſilia requiruntur,vt notarij,berouarij, & ſiſes,
f An frater. Vide Ang. de Are. in §. ſed ſi quis. ver. quid in fratre. Inſt. de act. Alex. in l. 1. ff. ſol. mat. & vide Barto. in l. ſi quis a liberis. §. verum. de lib. agno. & in l. quamuis. ff. ſo. matr. gl. & Bart. in l. parentum. C. de alen. liber. & in l. 2. vbi pup. educ. debe. Quid autem in fratre vterino? dic quod Cyn. poſt multa in l. 1. de libe. agnoſ. tenet idem, quia non reperitur prohibitum, quod intellige ſano modo verum eſſe, vbi frater non habet vnde aliunde ſe alat, vt no. glo. in l. qui filium ſu per ver. hæc aliter. quæ inci. ideſt aliunde. ff. vbi pup. educ. & cum frater aliter conſulere non poteſt, id eſt, cum ab alio ali non debet. d. l. qui filium. Sed pone, quod frater habet patrem diuitem, & fratrem diuitem, a quo debet petere alimenta? Dic quod a patre, idem ſi haberet auum diuitem, & patrem diuitem, debet a proximiori ali, vt no. Cyn. in l. 1. C. de alendis lib. Sal. in l. fin. C. eo. & per Bart. in l. pen. eod. tit. & idem de patre, & filio diuite quod pater filium alit, vt l. pe. ff. de lib. agnoſcen. Præterea ratio eſſe debet, quia horum alimentorum præſtatio deſcendit ex charitate ſanguinis, & ex æquitate, vt no. tex. in l. ſi quis a libe. in ver. & magis. ff. de liberis agnoſcen. & ſic horum alimentorum præſtatio eſt facienda ſecundum proximiorem gradum magis ſtrictum petenti. vt d. l. pen. & petitur tam a genere maſculino, quam fœminino. vt d. l. penult. ſed tunc deſcendit ad lineam fœmininam in ſubſidium, ſcilicet aliis non extantibus proximioribus, & idem eſt cenſendum de alimentis fœminæ, cum alii proximiores non ſuperſint, ſed tantum frater, per iura ſuperius allegata, & ea quæ notat etiam Bartol. in d. l. pen. ad prædicta quoque facit notab. quæſtio do. Dy. in l. alimenta. C. de negotiis geſtis. vbi vide omnino, an frater teneatur alere fratrem exiſtentẽ in medio. An autem ſi pater egenus habeat fratres qui tenentur eum alere, & habet hæredes extraneos filii, & habet matrem, ad quem pertinet onus alimentandi, vide Bar. in l. ſi quis a liberis. §. an in ſcriptum. ff. de lib. agno.

g Filium naturalem. An autem pater teneatur alere filium prodigum, vide Bal. argumen. illius tex. in cap. pe. de conſue. quod pater poteſt denegare alimenta filio prodigo. & vide l. pen. ff. de iure do. & glo. in l. iniquum. C. qui accu. non poſ. & Bal. in l. fi. C. de do. promiſ. & Io. And. in c. Quintauallis. de iureiur. & Bart. in l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens, & ibi apoſt. ff. de libe. agnoſ. quando pater poteſt denegare alimenta filio, & ibi, an alimenta ſint de iure naturali, an autem filio robuſto, & ſano poſſit pater denegare alimenta, quando filius nihil vult operari. vide Bartol. in l. 1. in fin. C. de mendi. vali. lib. 11. & l. ſi quis a liberis. §. ſed & ſi filius. ff. de lib. agnoſc. An autem pater teneatur alere filium diuitem, vide Ale. in l. 1. ſolu. mat. An autem pater teneatur alere filium inceſtuoſum, & filios ex damnato coitu, vide eundem Alex. in l. 2. in princ. in vlt. col. ff. de in ius vocan. & Bart. in l. ſi quis a liberis. §. verum. ff. de lib. agnoſcen. An autem pater teneatur alere filium ſpiritualem, quem de ſacro fonte leuauit. dicit Bal. forte quod ſic, ſicut adoptiuum, vt ipſe not. in auth. niſi rogati. C. ad Trebellian. & Doct. in l. ſi quis. §. verum. ff. de libe. agno.

Digitized by Google

28 † de bonis alicuius, vel aliquo modo coniunctus non præſtet ali-
menta alicui, an poſſit ab eo repetere, vide. ff. nego. geſto. l. Neſen
nius. & C. de tranſact. l. de alimentis. & C. de nego. geſto. l. alimen-
29 ta. † quomodo alimenta poſſint peti pro futuro tempore, vide
in d. l. alimenta. C. de nego geſto. & l. non quemadmodum. ff. de
30 iudic. Item not. † ſpeciale in alimentis, quia ſi per triennium præ-
ſtentur, inducũt perpetuam obligationem ad ea præſtanda in fu-
turum, vt l. j. C. de fideicommiſſ. & l. ſi certis annis. C. de pactis.
31 † Quæro, teſtator legauit alimenta, & plura alia legata fecit, dein-
de in alio teſtamento, & codicillis legata emendauit, dicendo,
quæ legaui volo pro tertia tantum parte præſtari, an hoc refertur
ad legatum alimentorum. caſus notabilis, quod non in l. libertis
quos. §. poſthumis. ff. de alimen. & cib. lega. & eſt caſus notabilis
32 in l. Caius. ff. de annuis lega. † Quæro, debetis mihi alimẽta in æſti-
matione, de præſentibus non eſt dubium, vt ipſa ſpecies debea-
tur, vt d. l. legatis. ff. de alimen. & cib. lega. & l. verbo victus. de ver
bo. ſignificat. & l. prima. C. de ero. mil. anno. libr. 12. de præteritis
autem alimentis videtur idem, per legem, cum vnus. §. verbis. &
l. libertis. §. manumiſſis. ff. de alimen. & cib. lega. vbi text. denotat
alimenta præteriti temporis peti poſſe. In contrarium videtur, q̃d
æſtimatio ipſa peti poſſit, vt l. ſi vſusfructus mihi in biennium. ff.
de vſufructu lega. Vnde vt prædicta iura concordentur. diſtingue,
quod quædam ſunt alimenta de præterito tempore, & ipſa non
petentur, vt habitatio. nam impoſſibile eſt dari habitationem prę
teriti temporis, & ideo tenetur pro ipſa habitatione petere æſti-
mationem, vt d. l. ſi vſusfructus. Quędam ſunt quæ non pereunt, ta
men expedit nobis quod præſtentur, vt medicinæ, quibus anno
præterito indigebam, & tunc nõ egeo, quia ſum ſanus, & pro iſtis
etiam peteretur æſtimatio, vt dicta. l. ſi vſusfructus. & l. patronus
qui operas. & l. libertis. in fi. de ope. libe. quæ bene probant. Quæ-
dam ſunt, quæ expediunt nobis, vt hodie dẽtur, ſicut heri, vt fru-
mentum, vinum, oleum, carnes, veſtes, & ſimil. quæ anno præteri
to dare debuiſti. Et de iſtis dico petẽdum, quod debitum fuit, vt
d. l. libertis. §. manumiſſis. & l. cum vnus. §. verbis. ff. de alimen. &
cib. lega. petitur autem pro his præteritis, nõ etiam petẽdis, caſus
eſt not. in l. nulli. C. de ero. mili. an. lib. 12. Verum quia multoties
petimus ęſtimationem alimẽtorum & aduerſarius reſiſtit, & ſic
33 deueniunt ad tranſactionem, ideo videndum eſt † qualiter ſuper
alimentis debitis tranſigatur. Et dic, q̃ aut alimenta debentur ex
vltima voluntate, aut ex contractu inter viuos, & iſto vltimo ca
ſu poteſt ſemper creditor tranſigere, & paciſci. l. cum hi. §. plane.
ff. de tranſactio. Si ex vltima voluntate, & tunc aut vult tranſige-
re ſuper alimentis præteritis, aut futuris, de præteritis poteſt tran-
ſigi. dicta. l. de alimentis. C. de tranſact. & no. in d. l. cum hi. in ſecũ-
da gloſ. Super futuris vero alimentis non poteſt tranſigi ſine de-
creto prætoris, vt l. cum hi. in princ. ff. de tranſactio. Ratio, quare li
cet tranſigi ſuper alimentis eſt, quia ceſſat ratio, ne fame pereat
34 alimentandus. Sed quæ eſt ratio, † quod ſuper alimentis debitis
ex contractu licet tranſigere, non ſuper debitis ex vltima volunta
te? Reſpon. ratio eſt multiplex. Prima eſt duplex, ſcilicet fauor ali
mentorum, & vltimæ voluntatis, vt l. alio. & l. ſemos. & l. Mela. ff.
de ali. & cib. lega. & l. fin. C. de neceſ. ſeru. In alimentis vero ex cõ-
tractu inter viuos eſt vnus tantum, ſ. fauor alimentorum. Item ali
menta mihi debita ex contractu inter viuos debentur mihi ex
mea induſtria, & ſi fui diligens in quærendo ea, ita præſumor dili-
gens in retinendo, ſed alimenta mihi debita ex vltima voluntate
non debentur mihi ex mea induſtria, ſed ex aliena prouiſione. &
ideo ceſſat præſumptio in remittendo, vt probatur Inſtit. de ver-
35 borum obligat. §. ex conditionali. † Item ſicut non poteſt tranſi-
gi ſine prætore ſuper alimentis ex vltima voluntate debitis, ita nõ
poteſt paciſci, vt no. in d. l. cum hi. in ſecunda glo. in ver. alimento-
36 rum. ff. de tranſact. Et intellige † deberi alimenta ex vltima vo-
luntate, ſiue debeant ex teſtamento, ſiue ex donatione cauſa mor
tis, ſiue relinquantur ab eo, cui mortis cauſa aliquid eſt relictum,
vel cauſa conditionis implendæ. d. l. cum hi. §. ſecundo, & tertio,
& debet prætor decretum interponere, dicta l. cum hi. §. cauſę hu
iuſmodi. Cauſas autem iuſtas, quæ debeant mouere prætorem, vi
37 de vt ibi habetur in §. ſequenti. Si vero ſine † prætore trãſigat ſu-
per alimentis, & meliorem facit conditionem ſuam, tenet tran-
38 ſactio, alias non, vt dicta. l. cum hi. §. quid ergo. Item †. ſi pluribus
alimenta relinquuntur non poterunt ſine prætore inter ſe tranſi-
gere, quia durat ratio prohibitionis, vt dicit l. cum hi. §. ſi vni, alias
ſecus, vt l. voluntas. C. de fideicom & de tranſactione ſuper alimẽ
tis fienda, dic plene, vt d. l. cum hi. ff. de tranſactio. per totam legẽ.
39 Quæro, † relictum eſt aliquid ad pauperum alimenta, an ciuitas
habeat petitionem illorum alimentorum? Dic quod ſic cum di
catur relictum in honorem ciuitatis, vt l. ciuitatibus. poſt princ. ff.
de legatis 1. Guliel. in Spec. de inſtrumen. edit. §. nunc vero ali-
40 qua. verſic. ſed nunquid quilibet de populo. Quæro, an † extra-
neus hæres filij teneatur alere patrem egenum? Dic quod ſic p
41 tex. in l. ſi quis a liberis. ff. de libe. agno. Et ſimiliter † monaſterij
ſuccedẽs monacho tenetur alere patrem monachi, cum ſit ſuus
hæres cuiuſdam ſemimortui, vt no. in auth. ſi qua mulier. C. de ſa-
42 croſan. eccle. † Quæro, an ſit par. & eadẽ neceſſitas alimenta præ-
ſtandi venientibus per ſexum fęmininum, ſicut venientibus per
ſexum maſculinum? Tex. videtur velle quod non, in l. penul. ff. de
liberis agnoſc. vide in l. ſi quando negotium. vbi gloſ. no. quæ in-
cip. no. in argumen. pro ſubdito. C. de ordi. cogni. & ibi allegan-
43 tur multa iura, † Item monachus alendus eſt ab abbate, dum pẽ
det quæſtio, an ſit monachus, vel non, & cauſa cognita. præſtabũ-
tur, vt extra, de accuſatio. cap. ex parte. & l. ſi inſtituta. §. penult. ff.
de inoff. teſtamen. Quid autem in cauſæ cognitione verſetur, vi-
44 de in d. cap. ex parte. Quæro, † aliquis non habet vnde ſe alat, niſi
vẽderet aliquam ſuam rem, quæ tamen eſt ad petitionem iudicis
ſequeſtranda. Dic, quod propter alimenta vendi poteſt, & vide
45 text. in l. final. C. de ordine cognitio. Quæro, † an vaſallus tenea-
tur alere dominum egenum. Certe ſic, alias poſſet dominus, cui
alimenta denegantur, auferre ei feudum, vt in uſib. feudo. de for.
46 fide. ca. 1. Quæro, † tutor denegat alimenta pupillo, an ſit iuſta cau
ſa remouendi eum. Reſpon. ſic, & etiam puniendus eſt, ut l. ſi. ubi
pup. edu. deb. & l. 1. §. tutor qui ad alimẽta. ff. de ſuſpect. tuto. Quæ-
47 ro, † an ſententia lata ſuper alimentis ſit interlocutoria, uel diffi-
nitiua? Reſpondeo, quod eſt diffinitiua, ut dicta l. ſi quis a liberis.
§. ſi quis ex his. de liberis agnoſcen. Quæro, an a ſententia lata ſu-
per alimentis poſſit appellari? Dic quod ſic. Dom. Franc. Tig. de
Piſ. dicit oppoſitum, quia iterum prouideri poterit, quod cum ſit
informata conſcientia iudicis per alimentarium, tamen ſenten-
tiam pro eo tulit, facit interim alimenta præſtari, ut dicta l. ſi quã-
do negotium, quæ communiter intelligitur, quando pars petens
alimenta intentionem ſuam fundauerat, & iudicis conſcientiam
48 informauerat: Quæro, † an maritus teneatur alere uxorem. Quã-
do habet ab ipſa dotem, non eſſet dubium, quod teneatur eam
alere, quia dos tenetur, & debet reſeruari oneribus matrimonij,
ut lege, pro oneribus. C. de iure dotium. Sed quando uxor nul-
a lam habet dotem a dico idem, ſi ipſa marito operatur, & idem in
hærede mariti diſſoluto matrimonio, ut no. glo. in uerbo. eſſe de-
bet. l. ſicut patronus. ff. de ope. libe. alias ſi ei non operaretur, cre-
do eam non alendam, niſi ipſa eſſet furore detenta, uel ſi maritus
eam expulerit, cum tunc non ſtet per ipſam quo minus operetur
marito, ut l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeuiſſimo. ff. ſoluto ma
trimonio. & no. per Cyn. in lege, quod in uxorem. C. de nego. geſt.
49 Quæro, † quid econtra, an uxor teneatur alere uirum egentem?
Specul. tenet, quod ſic, in titu. qui filij ſint legiti. § 1. uerſi. quid ſi
mulieri. & uide etiam. C. de iure dotium. leg. ubi. ff. ſoluto matri-
50 monio. l. ſi conſtante, in prin. Quæro, an uxor † habeat bona uiri
b obligata pro reſtitutione? b Iacob. de Are. dicit, quod ſic per l. Lu
cius. ff. qui potior. in pigno. habean. oppoſitum tamen tenet do.
Franc. Tigri. de Piſis, per l. 1. ff. ſoluto matrimonio. Quæro, an tu-
tor teneatur alere pupilli matrem, & ſororem egentes? dic, quod
ſic, ut leg. 1. §. ſed nonnullos. ff. de tute. & ratio. diſtrahen. Quæro,
51 † tutor eſt pauper. nec habet unde ſe alat, an debeat ali de bonis
pupilli? Tex. uidetur quod ſic, in l. 1. §. ſi pupilli. ff. de tute. & ratio.
diſtra.

ADDITIONES.

Th. D. Iſtæ ſunt additiones Ang. de Peru. quas inueni in 20. li. conſi. poſt Trac. Bar.
de alimentis, manuſcriptum.

Adde prædictis, quod poteſtas, & alij maiores officiales tenentur alere eorum iu
dices, & quod officiales ſi infirmentur, eis medicinas dare, & expẽſas tantum cõ-
decentes facere, inſpectis conditionibus, qualitatibus, & grauibus perſonarum
ad recuperationem ſanitatis. Ita dicit Cyn. in l. quod in vxorem. C. de nego. geſt.
quem ſequitur ibidem Bald. & no. per Bart. in l. legatis alimentis. ff. de ali. & cib.
leg. & per eundem in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo. ff. ſol. matr. in fi. lec.
illius l. & no. per Spec. in ti. qui fi. ſint le. §. 1. ver. ſed nunquid is, qui tenetur præ-
ſtare alimenta. Item do. Bar. in quodam ſuo tract. dicit, quod per alimenta educa
tionis, vel victus, debentur medicinæ, cum non ſit poſſibile ſine eis vitam ſuam
ducere. Pro quo eſt textus in d. c. ſin autem. ibi, alimenta præſtare, & medicina eis
ſuccurrere, & no. in fi. in l. indignum, iuncta gl. ff. de his qui. vt indi. Item no. quod
per diarium, cibarium, ſolus cibus debetur, non autem veſtimenta, habitatio, vel
alia ſupra dicta, vt l. diarij. ff. de ali. & cib. leg. & quod appellatione cibi, etiam po
tus intelligitur, vt l. & ſi. non ſunt. §. ſi cui eſcarium. de au. & argen. leg. & l. 1. de
ali. & cib. le. & cum debentur cibaria, medicinæ non debentur, quia cum ſolum ci
bare, & non alimentare tenetur, quorum appellatione veniſſent prædicta, & ita
refert Bar. conſuluiſſe. Idem dicunt Franc. Tig. & Ioan. de Lign. de quo no. in ſi.
in l. ſed ſciendum. ff. ad Treb. ibi, impendiorum quoque quæ ad iter explicãdum
& ibi, ſed & ſalutis, ac dignitatis, &c. & no. in d. l. idemq; ⁊ ait idem Labeo. ff. de mã,
& in fin. in l. ſumptus. ff. de pac. in l. qui proprio. §. litis impẽſa. ff. de procur. &.
no. in l. 1. §. item ſumptus litis. ff. de tu. & rat. diſtra. Nam cibaria congrua debeu-
tur in obſequium aliorum exercentibus, vt no. Spec. de ſalarijs. §. ſequitur. verſic.
quid ſi aduocatus aliquo caſu. & ver. & ſunt hæc in argumentum cum. ſi. Idem
no. in teſtibus, qui in obſequium alicuius teſtificantur, vt eius ſumptibus produ-
cantur, & alantur, vt no. in l. quoniam, C. de teſt. & l. eos. C. de ap. & in l. ſi quis
ex ſignatoribus. ff. quemadmodum teſta. aper. cum ſi. vide in fin. ff. de lib. exhib.
l. ſi quis a liberis, in prin. ibi, quorundam ægritudini. & cum æquitate hæc res de-
ciditur. Ang. de Vbal. de Peruſio.

a Nullam habet dotem. Vide Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo. ff.
ſol. mat. in conſi. 26. in 6. vol.

b Pro reſtitutione. Vide Bar. in l. Lucius. ff. de ali. & cib. leg. & Pau. de Caſt. conſi. 8.
inc. quo ad primum.

Digitized by Google

52 diſtra. Vltimo † quæro, an ª alimenta ſint præſtanda de pecunia
a redacta ex venditione rerum, an ex fructibus earundum? dic, quod ex fructibus, & reditibus debent alimenta præſtari, vt l. 3.
b §. Modeſtinus. ff. vbi pup. edu. debe. ff. ad Trebellia. l. Imperator. ᵇ in fine. &c.

ADDITIONES.

a Vltimo quæro. Vide Bar. in l. Imperat. in fi. ff. ad Trebel. & d. Vitalem in ſuo trac. clauſularum. in clauſo. an iuri alimentorum poſſit renunciari. vbi plene examinat dictum Bar. & quomodo intelligatur.

b Imperator. Hic finit tractatus Barto. ſiue Nicolai d. Alex. de Peru. cui fecit additiones d. Ang. de Vbald. de Peruſio. Alium quoque alimentorum tractatum fecit d. Petrus de Vbald. frater ipſius Ang. & Bald. maximus Canoniſta, quem poſuit ſuper cap. cum haberet. de eo, qui dux, in matr. quam pol. per adul. incip. tract. de alim. 4. ſimpliciter videamus. quibus adde ſupra dicta, & etiam, quod ſi creditor fecit aliquem incarcerare, & non eſt ſoluendo; tenetur præſtare alimenta debitori in carceribus, ſecundum Bal. in tract. de carceribus. & Ang. de Are. in §. fi. in fi. Inſt. de act. & no. quia pluries practicaui in Romandiola, & etiam Venetijs diebus proximis elapſis coram Reueren. do. Ceſa. Bachono, Vicario Reueren. do. Hiero. Quirini, Patriarchæ Venetiarum, Vicario digniſſimo, & compatre meo.

Adde etiam dominos de Rota, in deciſ. 145. in antiqu. incipiente, not. quod accuſato de crimine, vel ſuper bonis, pendente lite adminiſtrantur alimenta. Item in cauſis alimentorum proceditur ſummarie, vide text. gloſ. & Barto. in dicta l. ſi quis a liberis. quod limita in alimentis de futuro, ſecus, de præteritis ſecundum Barto. in lege, de alimentis. C. de tranſa. & ibi vide Iaſon. & eundem Iaſonem in lege, cum hi in princ. poſt Albe. de Roſa. ff. de tranſact. & Pet. de Anch. in cle. 1. de iure patron. Item in cauſis alimentorum proceditur diebus feriatis, vide Alex. in l. prima, ff. ſolu. mat. & ibi vide, quod alimenta cum maiori facilitate præſtantur, & alia priuilegia alimentorum ponit Bar. in l. Mela. in prin. ff. de alim. & cib. leg.

Adde etiam, quod vbi relinquitur pecunia pro alimentis, videtur eſſe de mente teſtatoris, quod de emolumento percipiendo ex illa pecunia legata præſtentur, tex. eſt in l. diuus. & ibi. Alex. ff. ad legem Falc. Item alimenta legata Titio, & familiæ, quæ & quibus veniant. vide Alexan. in conſilio 178. in 6. volumine incipiente, videtur forſan. in princip. Item iudex, nemine inſtante, & petente, ex officio ſe interponit fauore alimentorum. l. diuus. & ibi Alexan. vbi videas. ff. ad legem Falc. Item alimentorum onus ſequitur bona ad quemcunque tranſeat. l. 1. in princi. & ibi Barto. ibi princip. & circa medium. & in l. ſolent. ff. de ali. & cib. le. Imo. & Pau. de Caſtr. in l. nihil proponi, de leg. 1. verſicul. & ſi contra fiat. Item alimenta per teſtatorem relicta Titio, ſi non petijt ab hærede, & iuſſu ſuis ſumptibus non poteſt illa petere. Vide Pau. de Caſt. de vidua. in l. diuortio. ff. ſolu. matrimo. Et Felinum plene in cap. ex parte. in fi. de accu. quod no. quia practicaui in cā Federici de Superchijs, de Caſtromedij de Piſauro. Itē, an ille qui tenetur præſtare alimenta, ſufficiat ſibi dare præbēdam, vel ponere ipſum in hoſpitali ad alimentandum. vide Car. Alexan. in cap. cum haberet. de eo, qui dux. in matr. quam pol. per adult. & an ſi quis tenetur quem alimentare, teneatur ad mercedes magiſtrorum. vide Bal. in l. qui filium. ff. vbi pup. edu. deb. Item legatum alimentorum eſt arbitrarium, etiam ſi hæres non confecit inuentarium, quia non debetur in ſolidum, nec vltra vires hæreditatis, Bal. in l. voluntatis. ver. nunquid ergo propter. C. de fideicom. in conſi. 115. in 4. volum. & taxatio iſtorum alimentorum debet fieri ex fructibus hæreditatis, vt per Doct. in l. Imperat. ff. ad Treb. et tenet Bald. in d. l. voluntatis. In alimentis præſtandis debet haberi ratio ad bona emphyteutica. Item ad legitimam ipſius filij debentis. Item etiam debet deduci æs alienū, vt plene per Alexan. in conſi. 100. in 1. uol. incip. ſuper primo caſu. Item debet haberi conſideratio, ne filius fame pereat, ut prouideatur filio et hæredi, ſicut et legatario, uel uxori in dictis alimentis taxandis, uide plene per Bal. in d. conſil. 95. ubi omnino uideas.

Explicit tractatus de alimentis, editus per do. Bart. a Saxoferrato excellentiſſimum legum Doctorem, &c.

# TRACTATVS
## QVAESTIONIS VENTILATAE
### CORAM D. IESV CHRISTO.

Inter Virginem Mariam ex vna parte, & diabolum ex alia parte.

1 *Chriſtus humani generis verus eſt ſaluator authorizans.*
2 *Iudices interdum ſecundum iura vtuntur mera iuſtitia, quandoque iuris rigore, uel etiam æquitate, prout perſona, locus, cauſa, & tempus deſiderant.*
3 *Qui male agit, odit lucem.*
4 *Iudicium quot, & quibus perſonis conſtet.*
5 *Mores mulierum leuiter offenduntur.*
6 *Mulieres ab omnibus officijs publicis abſtinere debent, tamen pro miſerabilib. perſonis pupillis, & uiduis ad poſtulationis officium admittuntur.*
7 *Nulla dierum præſcriptio iuuat malæfidei poſſeſſorem, quia hi vere poſſident, quorum nomine poſſidetur.*
8 *Patres comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obſtupuerunt.*
9 *Remedium ordinarium vbi habet locum, non eſt recurrendum ad extraordinarium.*
10 *Quibus dolis, & laqueis, vel inſidijs ad fallendum genus humanum vtatur Cacodæmon.*
11 *Angelus, qui peccauit, iuſto Dei iudicio fuit puniendus.*
12 *Deus, ( vt omnium in ore verſatur ) creauit hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*
13 *Qui occaſionem damni dat ( vt regula canit ) damnum dediſſe videtur.*

NOſtis Fratres chariſſimi, qualiter Satanas proditoria miniſteria Iudæ procurauit, & ipſe Iudas magiſtrum ſuum Prophetam, qui filium. Dei ſe dicebat, morti tradi fecerit. Noſtis etiam, qualiter genus humanū ab ortu, & creatione mundi, fuit damnatum propter inobediētiam Euæ, ac poſtea fuit ſaluatum per Virginem Mariam glorioſam, nam mulier damnauit, & mulier ſaluauit. Cogitauit itaque nequitia infernalis, ac etiam ineſtrenata cupiditas Iter ſe cum aſtutia, conuocato, habitoque diabolicę fraudis conſilio, qualiter poſſit genus humanum in ſuam priſtinam reducere ſeruitutem, & intuens ille fraudulentus machinator naturam mulieris debiliorem exiſtere viri, ſuggeſſit vxori Pilati volenti impedire mortem Chriſti, & dum a ſomno diſcederet, eius viro Pilato dixit hæc verba, Multa enim paſſa ſum hac nocte, &c. & profecto, cum Iudæi viderunt Deum Saluatorem noſtrum, multa miracula facientem, dicebant. Expedit. vt vnus homo moriatur pro populo, Alij autem dicebant, non expedit Chriſtum mori, vt voluit inferre mulier Pilati. quia ſolatium eſt miſeris ſocios habere penarū, vt ff. qui, & a quib. l. proſpexit. 19. quæſtio. 3. c. memoria. volebant ipſi Iudęi ipſis ſtantibus in Iudaica perfidia, vt totus populus Chriſtianus deperiret faciens ad inſtar canis, qui dum iacet in paleis, aſino ibidem exiſtente non comedit paleas, nec quod aſinus comedat vult conſentire, vnde in hoc dubio exiſtens Pilatus, dixit: Quod ſcripſi ſcripſi, ut probatur ſecunda, quęſtione prima. canone, multi corriguntur. & ita fuit crucifixus, mortuus, & ſepultus, argumen. l. diſtinctio. canone, ponderet. vnde cogitauit malitia, & nequitia infernalis, longo ac malitioſo ponderato conſilio, quod procuratorem mitteret ad preſentiam Ieſu Chriſti ſufficienter inſtructum. Accedat quod legitur 13. quæſtio. 2. canone, inſſit. circa principium. ad petendum, quod genus humanum ad ipſius priſtinam reduceretur ſeruitutem, alias non valuiſſet procurator, ut extra, de procurato. c. 1. & C. de ſatiſdan. l. vnica. Nec miremur, ſi dicimus, quod dęmon ad pręſentiam ſu-
1 perioris poteſt accedere, † quia loquimur verum eſſe Chriſtum humani generis ſaluatorem authorizantem. Quia ſicut ſcitis, dæmon vbicunque eſt præſentialiter, potentialiter cruciatur, quia pœna ipſum comitatur, ſicut lepra leproſo eſt infixa, & ſicut vanus caſto, vel tuba præconis, laneis, vel pellibus, vel frumento. & licet dæmon ſit vbique, vt dictum eſt ſupra præſentialiter, hæc ſua tamen pęna nullatenus in aliquo releuatur. quia propter eius immenſam ſuperbiam ad pęnam inferni perpetuam extitit condemnatus. Procurator legitime conſtitutus, & aſſuetus ad præſentiam Chriſti accedens, dixit. Creator coeli, & terræ, ego ſum damnatus, & procurator nequitiæ infernalis, vnde coram vobis compareo, & ad informationem veſtram placeat aliquantulum me audire, quia ſi vobis placeat, quædam breuiter explanabo. Reſpond. dominus, Tu ſcis quod merita cauſarum partium aſſertione panduntur, vt C. ſi per vim, vel alio modo. l. Iuper. in fi. & extra, de accuſa. c. qualiter, & quando. 2. vnde a te nullatenus volumus informari. Recolimus enim, dum per mundum ambulabamus, qualiter nos informare volebas, dum dixiſti nobis, Dic quod lapides iſti panes fiant. dixiſti quoque, ꝙ mirabilia nobis dares, ſi te adoraremus. Dixit dæmō p̄dictis auditis, Domine Deus, vos eſtis iuſtitia, vt 45. diſtin. c. commiſimus. vnde a vobis iuſto iudice, peto mihi iuſtitiam exhiberi. peto namq; genus humanum in ius vocari, cum ab ea parte ius incipiat, vt Inſtitu. de pę. tem. li. §. fin. & extra. de prob. cap. quoniam contra falſam, & ipſum genus humanum coram vobis compareat ad tertiam diem vtilem ad reſpondendum mihi procuratori nequitiæ infernalis. Et ecce procuratorium meum, vel mandatum, quod coram vobis allego & produco, cum alias admitti non debeo. l. 1. C. de procurat. & extra de procu. c. 1. Quo inſpecto, cum diabolus non careret in iudicio omni calumnia, dixit Dominus, de die agatur. Reſpon. dæmon. Ad diem craſtinam fiet dilatio. Tunc reſpondit Ieſus. Tu ſupra dixiſti de trib. dieb. vtilib. quomodo ergo reuocas quod dixiſti: Tu bene noſti experientiam facti. l. 2. in princ. C. vt in poſſ. leg. & ſcis, quod longa via eſt a terra vſque ad cęlum, quam viam tu bene expertus es, dum per ſuperbiam tuam de cęlis noſtra authoritate cecidiſti. Vnde cum diſcordes ſimus in aſſignatione diei, non tibi, ſed nobis, vt iudici, eſt diem partib. aſſignare, vt ff. qui ſatiſd. cogan. l. de die, in princ. & arg. extra, de iure patr. cap. cum autem. & extra, de oth. deleg. de cauſis. Ideo nos tibi & humano generi aſſignamus tertiam diem vtilem, vt diem Veneris ſancti, quia in ea die in crucis patibulo mortem ſuſtinuimus acriter corporalē. Reſpondet dæmon, ea dies vbique locorum eſt antiquus, & celebris, vt ext. de fo. comp. ca. fi. ſic et iura per ora Principū diuinitus promul-

promulgata teſtantur, vt C.de præſc.lon.tempo.l. fin. & probatur
C.de vete.iu.enucl.l.1.quare citatio, & quicquid ex ea ſequeretur
non valeret, & nullius eſſet momenti. arg.extra, de no.ope.nunc.
c.2.ff.de reg. iur. l.cum principalis. Rñ. Ieſus, nos iura condimus.
& authoritatẽ damus iuribus, non iura nobis, quare volumus ci-
tationem valere, vt Inſti.de iu.natur.§.ſed & quod princip. Non
obſt. ꝙ talis dies Veneris ſancti ſit iuridice feriatus, & dixit Ange
lo Gabrieli Ieſus præcipiendo, notificare eum tuba ferrea, vt ext.
de appella.c.cum parati.& C.de fer.l.dies feſtos, vt ad dictum diẽ
genus humanũ veniat reſponſurum corã nobis procuratori ne-
quitiæ infernalis. Quib.peractis receſſit Dæmon ad inferos, cum
talib.nouis, qualia ſuperius audiuiſtis, & omnia geſta per Ieſum,
& cũ diabolis ſocijs ſuis infernalib.reuelauit. Videres aũt Dęmo-
nes, ꝙ nullum grauamen, nullamq; iniuriã in dũm inuenerit, ha-
bito conſilio eorum ſtatuerunt eundem procuratorem ad diem
ſtatutum mittere, vt viderent iuſtitiam iudicantis, qua die ſancta
adueniente cogitans demon, ꝙ maior erat contumacia actoris,
quam rei, arg. C.de iud.l.properandum. §.& ſi quidem, & §.ſeq.
& ꝙ in regno cœlorum habebat inimicos, comparuit tẽpeſtiue,
vt loquamur more humano. in loco, vbi, ſeu in quo pro tribuna-
li Ieſus ſtare conſueuerat, vt ff. de iuſt.& iu.l.ius plurib.§.alia.& ff.
quis ord.in bon.poſ.ſerue.l.2.quia in domo Dei mãſiones multæ
ſunt, facit pro hoc gl.no.89.diſt.no.ad hoc in gl.ſuper verbo, & po
tiores.& eſt tex.de pæ.diſ.4.c.a. nouit.verſ.in domo patris mei, &c.
facit etiam quod hř. Io.14.c. Adueniente itaq; die Veneris ſancti,
ſtatim comparuit dæmon dicens, Dñe Deus, ego ſum ille dãna-
tus, qui habeo conqueri coram vobis ꝯ genus humanum. Dixit
Dñs, Vade, & expecta, tu ſcis, ꝙ totus dies cedit humano generi,
vt in Auth.de iud.§.ſedebunt, & Inſti.de inuti.ſtipu.§. pen. Expe-
ctauit ergo dæmon vſque ad horam nonam, & videbat (vt more
humano loquamur) alios litigantes euntes, & redeuntes, vnde ia
tis dolebat, quia ipſe ſolus audiri nõ poterat. Quapropter aſſum-
pta audacia iterato dixit. O pater, qui es ſumma iuſtitia, ego me
pñto coram te ꝯ genus humanum. Cui Dñs Deus ait, O impor-
tune, & proterue, nonne dixi tibi, ꝙ tota dies cedit humano gene
ri? & ſic expectauit dæmon vſq; ad noctis tenebras, vt ext.de offi.
dele.c.conſuluit.& cępit vociferari diabolus dicens, Vbi eſt iuſti-
tia tua Dñe, quam ẽt in cęlis vix inuenio? Dixit dñs, Veni maledi
cte, qa iam eſt hora, vt te audiamus, & exhibuit ſtatim citationẽ,
qua exhibita, exclamatum extitit per Angelũ Gabrielẽ, ſi eſt ibi
aliquis pro genere humano. Verũ tñ quilibet obmutuit. Tunc di
xit Dæmon, Nemo credat, quod ego velim procedere niſi curia-
li modo, quo poſito conſtat de contumacia gñis humani, quare
cũ ſuper hoc dicant iura qualiter iudices agere debeant, nõ tñ ſta-
tim ſñiam excõicationis fulminare, vt vos ſcitis, ego non peto
hoc, ſed peto tñ literas quib. contineatur, quod ego ſufficienter
comparui, nemine pro humano gñe comparente. Neſcio igitur
quid minus poſſim petere, vt ff. de ſer. vrb. præd.l.quidam Iberus.
quia ſicut ego alias dixi, curialiter agere propono, veruntñ non
quærebat dęmon, niſi caute ꝙ redigere poſſit in priſtinã ſeruitu-
tẽ, & in primęuam obedientiam, ad quam vt noſtis, fueramus ꝯ-
demnati per factum Euæ. Rñ. Dñs qui nouit abſcõdita tenebra-
2 rum.† Tu ſcis, ꝙ iudices qñq; ſm iura vtuntur mera iuſtitia, & ri-
gore iuris, qñq; æquitate ſm perſonas, cãs, loca, & tpa, vt legitur
ext.de homi.c.ſicut dignum.C.de legi.& conſti.l.1.& 43.diſtin.c.
dñs. Vnde cum ęquitatẽ añ oculos habeamus, vt ff.de eo, qđ cer.
lo.quod ſi Epheſi.in fi.volumus ipſa æquitate ſuadente præſentẽ
diem in diem craſtinam prorogare, quam tibi, & humano gene-
ri aſſignamus ad comparendum legitime coram nobis, ipſamq;
prorogamus, vt ſuperius eſt expreſſum, ꝙ de iure poſſumus, vt ex
tra, de offi.deleg.c.conſuluit. Exclamauit voce magna dęmon, &
dixit, Domine vbi eſt iuſtitia tua? Iam enim bis per ea, quæ video
in exercenda iuſtitia defeciſti. dixit Dominus, Eijcias eum foras,
nonne tibi diximus, quod volumus æquitatem ſeruare? & ipſe
dęmon ſic eiectus de Regno Cœlorum ad inferos rediens, pri-
mo dura ſocijs ſuis retulerat, modo retulit duriora. Veruntamen
dixerunt dęmones adinuicem. Si æquitate penſata Dominus Ie-
ſus iudex noſter proceſſiſſet, certe te procuratorem nequitiæ in-
fernalis totaliter audiuiſſet. Ex quo enim æquo quis vtitur nemi-
ni facit iniuriam, vt ff.de aqua plu.ar.l.1. Sed ex quo te audire no-
luit, à iuris tramite diſcedere non tardauit, vnde poſtquam res ſic
ſe habet, craſtina die ad Ieſum iudicẽ noſtrum hora tempeſtiua
dirigas greſſus tuos. Sero aũt facto, fuit magnus rumor in cœlis,
qualiter genus humanum erat in contumacia, chorus ſanctorũ
examinauit dicens, Domine Ieſu Chriſte Rex gloriæ, & mundi
ſaluator, nõ eſt bonum humanum genus deperire: ſcis enim niſi
fuiſſet clemẽtia tua, qui æquitate penſata, diem prorogaſti in diẽ
ſequentem, qualiter genus humanũ firmaſſet pedes ſuos in inſta
bili gradu, & ſic finaliter clamauit voce magna chorus ſanctorũ
in fauorem humani generis, qui rumor aſcendit ad aures Beatæ
Mariæ Virginis, quo audito, & intellecto, ipſa amariſſime fuit tur
bata. Et inquirens, quod erat innouatum, nec poterat innouari
dilatione pendente, vt C.de ora.l.ſiue pars. dixit publice, quod vo
luiſſet eſſe aduocata humano generi, quo audito omnis chorus
cœleſtis magno gaudio fuit repletus. Mane autem redit procura
tor nequitiæ infernalis tempeſtiue ſubditus ad conſiſtorium, &
iudicem, & cum cordis amaritudine vidit Chriſtum cũ magni
tudine ſedente pro tribunali. Poſtea autem aduocata humani ge-
neris cum comitiua gloriæ cœleſtis, & cum multitudine Ange-
lorum alta voce canentium, Aue regina cœlorum, & ad ipſam
magnanimandam erant interpretes humani generis, & dicebãt,
mater miſericordię, nos qui ſumus humanum genus, ab hoſte
maligno protege. Quibus auditis aduocata vltra proceſſit, & ſe-
dit ad dexteram filij ſui Dei patris omnipotẽtis, & turbata valde,
vt eius facies indicabat allocuta eſt filium ſuum dicens. Audi fili
mi, audio genus humanum vocatum ad præſentiam veſtrã, qua-
re ſi eſt aliquis, qui contra genus humanum cauſam ſe habere di
cat, aſſurgat. Dixerunt Angeli, ò aduocata humani generis, vide
verſutum procuratorem nequitiæ infernalis damnatum ex eius
immenſa ſuperbia, dum inter nos reſidentiã faciebat: ipſe enim
eſt ille, qui non ceſſat infeſtare iudicem cõtra genus humanum.
Qui ſtatim cum vocatus fuit, cito cõparuit demiſſa facie, & ani-
mo petulanti. Quo audito, diabolus Beatam Virginem aduoca-
3 tam humani generis eleuatis oculis, non audebat aſpicere. †quia
qui male agit, odit lucem, vt extra, de offi. deleg.c.conſuluit.& ff.
de vent.inſpi.l.1.circa medium. Virgo enim Maria ipſum procu-
ratorem nequitiæ infernalis cum horribili oculo reſpiciebat, &
magnam perturbationem eius facies indicabat Dixit autem do-
minus dæmoni. Modo dicas quicquid habes dicere cõtra genus
humanum, Reſpon. Dæmon, Sancte pater non moueat te caro,
& ſanguis tuus, nec etiam amor matris tuæ, arg. ex.de præb.c.gra-
ue.ibi, carnalitatis ſequentes affectum, &c. ſed ſola iuſtitia, qa vos
eſtis iuſtitia, vt 13.diſ.c.Deus noſter. vos enim eſtis charitas, æqui-
tas, & veritas, & vos dicitis, via, veritas, & vita vbique locorũ ſum.
4 ergo faciatis quod ſcribitur Ioan.c.1. Dixitque dęmon.† Ego di-
cam cauſam meam, ſed non video cum quo loquar, quia vt ſcis,
iudicium conſtat ex trib. perſonis, vt extra, de verb. ſig.c.forus.&
C. ad l. Corn. de ſal. l.vbi. perſonam autem rei, ſeu conuenti non
video, quomodo ergo cauſam dicam? quia non habeo reſpondẽ-
tem legitimum, nec quis ſit legitimus contradictor, vt per Cy.in
l.fi.C.de edi.diui Adr.tol. Reſpon.beata Maria Virgo, Dictum dę
monis facit pro me: dicit enim ꝙ iudicium conſtat ex trib.perſo-
nis, ſ.iudicis actoris, & rei. Sed ego nõ video pſonã actoris, qđ eſt
primum fundamentum, vt ff.ſi pars hære.p.l.1.§.1.& ff.de iu.co-
di.l.quidam referunt. cum ſi.ergo dęmon audiri non dẽt. & pro-
nunciari, & declarari peto cum inſtantia quantum poſſum. ipſe
enim quod de ſeipſo deberet dicere, de alijs atteſtatur, quod eſt ꝯ
l.in arenam.in fi.C.de inoffi.teſt. Reſpõ.dæmon. fundata eſt a mo
do perſona actoris, ſ. ex procuratorio meo iam ſ. alleg. & produ-
cto ſcripto manu notarij publici anno Dñi Mccclıııj. indi.v.pñte
Raphino de Machomero, & Cerbero, & quam plurib. adhibitis
rogatis, & vocatis ad chartam procuræ, ita quod a modo funda-
ta eſt perſona actoris, maxime cum ex parte iudicis ad mei procu
5 ratoris legitimi petitionem citatio emanauit. Dixit aduocata, †ꝙ
mores mulierum leuiter offendunt, vt ext.de verb.ſig.c. forus.
& C.de ſponſa.l.4. vnde ne teneamus diẽ in longo ſermone, peto
copiam citationis mihi exhiberi, quia ſic oportet fieri antequam
ad alia procedamus, vt ff.de proc.l.2.& ext.de ꝓb. c. qm̃ ꝯ falſam.
Dæmon ait, cui fiet copia? Partẽ enim cõuentã quæ in iudicio le
gitime intereſſe deberet, non video. Rñ. aduocata, Ecce me, quæ
ſum aduocata humani generis, & ꝓ ipſo genere humano parata
ſum ſtare in iudicio, & ibi iuridice rñdere. Rñ. diabolus, Audi př
dñe iudex, & reſpice veritatẽ, quia tua mř ab omni aduocationis
officio excludiť. Aduerte primo, qa mulieres pro aliquo poſtula-
re, prohibentur, qa virile eſt offiñ, vt ff.de poſt.l.1.& 3.q.8.can.3.in
princ. Præterea ipſa eſt mř tua, vñ ipſam reddo ſuſpectã, vt ext. de
ap.c.poſtremo.& c.cũ ſpãli.& C.de aſſeſ.& dome.l. domeſticus.
Nam ſi matris tuæ offiñ admitteretur, ſ.vt aduocare poſſet ꝓ hu-
mano genere poſſet de leui mater tua te Ieſum filium ſuũ ad ſuã
partem trahere, & ſic ius & iuſtitia a ſuis terminis totaliter deuia
ret, ex quibus dico eam non eſſe admittendã, & pronũciari, & de
clarari peto. Dicit Aduocata filio ſuo, Caue fili mi, ne fraus illius
verſuti te circumueniat. Aſſerit.n.me Aduocatã generis humani
non eſſe admittendam. mẽtitur.n. cum vere ꝯ veritatem loquať,
& ẽt ꝯ iura, nam in eius ore nunquam fuit veritas inuenta. Noſti
6 dñe iudex fili mi, † ꝙ licet mulieres non admittantur ad poſtula-
tionis offiñ, tñ pro miſerabilib. perſonis, coniunctis, pupillis, & vi-
duis bene admittuntur, ar. extra, de proc.c.pe.& c.certis de cauſis
15.q.3.& l. fęminis. ff.de proc. vtile eſt etiam ſi bene inſpiciamus
fili mi, vbi ſunt magis miſerabiles perſonæ, quam in mundo, quẽ
iſte procurator nequitiæ infernalis nititur redigere ad primæuũ
ſtatum, & ad priſtinã ſeruitutem, quod eſt ꝯ bonos mores, & iu-
ſtitiam, & iura naturalia. vt ff.de iuſti.& iure.l.manumiſſiones. cũ
ſi. Præterea ipſe dicit, & alleg. quod ego ſum mater iudicis, vnde
tanquam mater, quia ſuſpecta, admitti non debeo in iudicio ſed
contra hoc eſt quod debeo admitti, & audiri: nam poſſum præ-
ſentem cauſam defendere, ipſamque proſequi, quia mea intereſt
tãquam aduocata. nam ſi eſſem Iudæa, vel excommunicata, de-
fenſiones

Digitized by Google

fenſiones meæ mihi ſalue eſſent, & audiri deberem, arg. extra, de
excep. c. cũ inter priorẽ. & c. dilectus filius, cum ſi. Multo ergo ma
gis admitti debeo, cũ nulla infamia penitus ſim detecta, Preterea
noſti, fili mi chariſſime, tres eſſe ordines approbatos, Primus eſt
ordo coniugatorum. Secũdus virginum, Tertius eſt ordo conti-
nẽtium, quibus tribus ordinib. approbatis, ego ſum inſerta. ſcis, ꝙ
coniungata fui primo cum Ioſeph. viro meo. Sciſque ſecundo, ꝙ
virgo fui ante partum, virgo in partu, & virgo poſt partum, con-
cepi, & peperi te ex ſola tua potentia ſine cohærentia alicuius, ſi-
cut granum ſine alterius cohærẽtia germinat, & ſicut virga Arõ
flores, frõdes, & fructus protulit abſque ſemine, & radice. Sũque
tertio, & fui continens ſicut ſcis, & hoc dico, & coram te allego
fili mi dulciſſime, & iudex iuſte, ad denotandum tres ordines ſu-
pradictos eſſe in humano genere fixos nodo indiſſolubili, vnde
cum propter me ipſam genus humanum ſit in me, debeo, & poſ
ſum neceſſario Aduocata generis humani nuncupari, quare ad-
uocata admitti poſtulo tanquam factum meum proprium pro-
ſequens, vt C. de procu. l. q ſtipendia. & ff. de proc. l. fœminis. Dixit
Dæmon. Dñe iudex hoc ſerio pero p vos interloqui, vt legitimen
tur perſonæ. Et interlocutus eſt Dñs, & pronunciauit, & declara-
uit Mariam Virginem eſſe legitimam aduocatam, & admitti, &
audiri debere, ipſumq; procuratorem nequitiæ infernalis eſſe nõ
admittẽdum. Et ſic etiam admiſit, & procurationis, & citationis
copiam Virgini Mariæ exhiberi, & edi iuſſit, & ſic factum eſt, vt l.
2. C. de eden. & cũ in nullo poſſit redargui, aduocata dixit. Si vult
aliquid dicere, dicat procurator nequitiæ infernalis. Proponit
itaque procurator nequitiæ infernalis, in hũc modum, Moris eſt,
& diſcretionis, & cautelæ, cuilibet ſapienti viro volẽti contra aliũ
agere, primo interdictũ reſtitutoriũ, quod ſibi de iure competit,
intentare, vt ff. de rei vend. l. j. & l. is qui deſtinauit. quia ſicut ſcitis
dñe iudex, melior eſt conditio poſſidentis, vt ff. de rei ven. l. fin. &
Inſt. de interdi. §. i. & ext. de fide inſtr. c. inter dilectos, & ff. de ver.
obl. l. ſi ſeruum. Quare ergo procurator, & procuratorio nomi-
ne primo, & principaliter petõ me reſtitui ad priſtinam poſſeſſio-
nem genus humanum torquendi, & cruciandi, vt prius, & para-
tus ſum ſtatim probare, Satanam, & meo nomine quo ſupra fuiſ-
ſe in ipſius humani generis poſſeſſione pacifica, & quieta, & me
ſpoliatum eſſe, & fuiſſe. nam iſta duo conueniunt probari, vt ext.
de reſt. ſpol. c. olim. & extra de offic. deleg. c. conſultationib. & 3. q.
1. c. 3. & per totum, quia redintegranda ſunt omnia ſpoliato ante-
quam procedatur vlterius, vt ff. de vſur. l. videamus, cum ſi. Aduo
cata autem reſpondit, Audi fili mi benedicte, iniquitatem diabo-
li, qui cum gerat partem actoris falſo, quia nullo modo agere de-
bet, neq; põt pen vt ſui moris eſt, primo, & ante omnia petit reſti-
tui debere in poſſeſſionem generis humani, & bene ſcis dñe iu-
dex, ꝙ iura loquuntur in rebus ſpoliatis reſtituendis, & ſic loqui-
tur totus tit. de reſt. ſpo. quare reſtitui nequaquam debet, quia nõ
eſt deneganda eis reſtõ, qui poſſident non vi, non clam, non pre-
cario, ſed iuſto ti. & bona fide, vt ff. quod vi aut clam. per totũ ext.
de præſcript. c. vigilanti. cum ſi. dæmones autem nequaquam ho-
mines poſſederũt, ſed velut cuſtodes carceris inferni, vt ad ianuas
ſtarent deputati ſunt, ſicut ſunt Bedellus, & Graſeus diaboli infer-
nales, qui cuſtodierunt, vnde non poſſederunt, ſed ſolum ſimpli-
ces cuſtodes fuerunt prædicti diaboli ipſius humani generis, &
procuratoris nequitiæ infernalis. vnde cum eos cuſtodierint, &
nõ poſſederint, merito nec dicto procuratorio, nomine, nec ſuo
reſtitui debet, & pronunciari pero. facit l. 3. §. fi. ff. de acq. poſ. Pre-
7 terea fili mi, audi quæſo, ſcriptum eſt † enim, ꝙ hi poſſident, quo-
rum nomine poſsidetur, vt extra, de reſti. ſpo. c. cum veniſſent. in
fi. & C. de præſcri. 30. vel 40. an l. male agitur. & Inſtit. de interd. §.
poſsidere. Sed ſic eſt, ꝙ vos domine iudex fili mi homines poſſi-
detis, quia vos homines creaſtis, & ſic homines veſtri ſunt, ergo
in aliena re, & in homine quem creaſtis non potuit dæmon habe
re bonam fidem, quantocunque tpe poſſederit, vel tenuerit, cũ
nulla dierum præſcriptio iuuet malæ fidei poſſeſſorem, vt extra,
de præſcr. c. vigilanti. vnde bona fide demon caruit, & caret, ergo
nõ eſt bonæ fidei poſſeſtor, ſed malæ fidei detentor dr̃: nam aliud
eſt poſsidere, & aliud detinere, vt ff. de rei vend. l. officium. in fi. &
ff. de acq. poſ. l. 3. §. fi. igitur nulla ſit poſſeſsio, vt l. fi. ff. de verb. ſigu.
Itẽ vbi nulla eſt bona fides, nullus eſt tit. præſcriptionis, ergo non
hẽt locum reſtitutio, & ſic pronunciari peto. Quid vltra dices mi
hi damnate, reprobate, maledicte, nonne filius meus, qui eſt hic
pater, filius, & Spiritus ſanctus, & iudex de nihilo hominem crea
uit? Ergo hõ fuit, & eſt ſuus, & inde ſecun. & geniti, & procreati:
quõ ergo rem alienam poſsides, cum ſcias alienam? certiſsime di
cẽdum eſt, te nullo mõ poſsidere, vt C. vn. vi. l. cum querebatur.
16. q. 6. c. ſi res. cum ſi. ergo non hẽt locũ reſtõ, & pronunciari, &
declarari dico, & peto cum inſtantia quanta poſſum per iura ſu-
perius alle. Rñ. iudex ſuper hoc, & ita factum, ꝙ dñs iudex de me
aio interlocutus eſt dæmonẽ non eſſe reſtituendũ. Tunc demon
ſtridens dentes, miſſa manu ad marſupium, extraxit foras libellũ,
& cœpit legere in Geneſis. c. 3. vbi dixit Dñs Adæ, & Euæ. De om-
ni ligno vos comedite excepto de illo, quia quacũq; hora come
deritis morte morietmini, vt 2. q. 4. c. iam itaq; & can. ſi habens. 24.
q. 3. Vnde peto illa verba ſic ſcripta in Geneſi ſtare firma, & rema
nere in pedib. non mutari: aliter autẽ ſi ſecus fiat, ex nunc dico,
ꝙ vos nõ eſtis veritas, neq; iuſtus iudex. Adam enim & Eua, ſicut
vos ſcitis, dum erant in mũdo, & in paradiſo terreſtri ꝯ ſuum ma
giſtrum, & dñm. fuerunt voluntarie inobedientes, dum pomum
ꝯ voluntatem Dñi comederunt, ex quo infecti, & leproſi ipſi cũ
oĩbus ſequacib. merito ſunt effecti. de conſe. diſt. 4. c. placuit. alibi
8 legitur, ꝙ patres comederunt vuas acerbas, & dẽtes filiorum ob-
ſtupuerunt, vt in Auth. vt omnes obe. iud. prouinc. circa fi. in ver.
ſecuta. quare pero cum vos preceperitis, dñe iudex, ipſos propter
peccatum fore damnatos, eos deberi ad pñs condemnatos, mihi
reſtituendos eſſe. Non ob. interlocutoria ſupra dicta, quæ ſicut de
facto, & nõ de iure, ex abrupto proceſsit, ita peto eam contrario
Imperio tolli, caſſari, & reuocari. Aliter autẽ ſi ſecus fiat, vos, do-
mine iudex. non eſtis veritas, neque iuſtus iud. Reſpon. aduocata
mundi, Attende, fili mi chariſſime. ad verba mea. & non cõſide-
res parabolas dæmonis, Allegauit. n. iſte verſutus ſolũ caput, ſed
caudam abſtulit, quod eſt contra. l. incivile. ff. de leg. om. ſi. n. ver
ba, quæ ſequuntur in Geneſi quib. in effectu dr̃, ꝙ demon ex ſua
maledicta verſutia fecit Adam & Euã peccare. ex quib. omnibus
ſequitur, ꝙ iſte verſutus fuit inſtitutor, & author talis peccati. vn-
de ex quo dedit occaſionẽ dãni, damnũ dediſſe vr̃, vt ff. ad l. Aqu.
l. qui occidit. §. pen. Cũ igitur ſunt demones, ꝙ Adam & Eua pec-
cauerunt, quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debet, vt ex-
tra, de reſcrip. c. ſedes. extra, de dolo, & cont. c. ex literis, circa fi. &
ext. de cle. nõ reſid. in ec. vel præben. c. fraternitati. ne ex dolo com
miſſo gaudio reportent, repellitur ergo dæmon a limine iudicio-
rum, & ab actione ſua totaliter excluſus eſt. Inflammatus autem
demon ait ad iudicem. Ex huiuſmodi reſponſione pater ſancte
fac mihi, vt faciunt boni iudices, qui ẽt in huiuſmodi caſib. ſequũ
tur iuſtitiam. poſito. n. ſine præiudicio, prout aſſerit aduocata mũ-
di, ꝙ ab agendo repellar, & expulſus fuerim ꝯ formam iuris, & ꝯ
meum ius, imploro tñ veſtrum nobile offm̃, dñe iudex, ꝙ ẽt par-
te tacente ex mero iudicantis officio procedere põt ne crimina
remaneãt impunita, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. & ext. de ſen,
excom. c. vt famę. & hoc dico motus equo, & bono iudicio. Ad
hoc. n. vt ſcitis, pro neceſsitate tenetur quilibet bonus & iuſtus iu-
dex. l. congruit. ff. de of. pſi. & nulli parcere dẽt, vt ext. de priu. c. ex
tuarũ. Quod audiens aduocata, rñdit, Audi fili mi benedicte, vos
eſtis rigor iuſtitiæ, nec non ſumma æquitas, & plenus dulcedine,
& miſericordia, & primo de rigore iuris petijt pcedi, nũc ad hoc
ꝙ ipſe petit offm̃ iudicis implorando, non eſt ũlterius audiendus:
qa vt vos ſcitis, regulariter de iure, eſt, quod vbi duo, vel plura au-
xilia, ſeu remedia vni ꝯpetunt ad vnũ, & idẽ. vnum ex his tenetur
eligere, & vno electo, & potiſſime in iudicio deducto, ſicut fecit
dæmon, vr̃ alij renũciare, vt ff. de trib. l. quod in hrẽde. §. eligere. cũ
ſi. ſic eſt in propoſito, ꝙ licet demoni plura cõpetant remedia ad
proſequendũ quod petit, quod tñ nõ fateor, ab initio elegit vnam
actionẽ q̃ in iudicio produxit, vt patet clare p proceſſum in actis
veſtræ curiæ publica manu Io. Euan. notarij veſtræ curiæ, & ſcribæ
publici, igr̃ merito ab his, & ab alijs quibuſcunq; inde dependen
tibus & connexis cenſetur penitus excluſus, vt ff. de tu. & cur. da.
ab his. l. ſcire oportet. §. ſed cũ his. Itẽ cũ denegatum ſit demoni, id
qđ vna via petit, quõ eſt ad aliud admittẽdus? Certe nullo mõ. ſic
eſt in ꝑpoſito, & accedat quod legit, Qđ vna via alicui denegar̃,
p aliã viã ꝯcedi non dẽt, nec põt. Et eſt rõ, quia circuitus eſt euitã
dus, vt l. dñs teſtõ. ff. de ꝯd. inde. Sed cum iſte talia auderet, iam ſer
uirent nobis iura de vẽro & videretur lex eſſe impoſita verbis, &
9 non reb. ꝯ l. 2. C. cõ. de le. in fi. † Præterea, vbi hẽt locũ remediũ or
dinariũ, non eſt recurrendũ ad extraordinariũ, vt ff. de min. l. auxi-
liũ. & l. in cauſæ. ſic autẽ eſt in propoſito, & fuit ꝙ demon auxiliũ
extraordinariũ intẽtauit, & ipſum in iudiciũ deduxit, vt ſ. tetigi,
& in eo ſuccubuit, ergo amplius audiri non dẽt. Preterea vos ſci-
tis, fili mi, ꝙ iſte verſutus iã diu reſtõnẽ petijt, quod eſt auxiliũ or-
dinariũ, & ꝯ ipſum interlocutus fuiſti, ſ. ipſum non eſſe reſtituen-
dũ in poſſeſſionẽ humani gñis, de qua ſñia interlocutoria, licet
eam petierit verbo ſimplici reuocari, tñ per eũ ab ipſa non extitit
appellatũ, eo maxime cũ ſapiat naturã diffinitiuę, & ſic a modo
talis ſñia tranſiuit in rẽ iudicatã, vt ff. de ꝯd. ind. l. elegãter, & ext.
de re iud. c. cũ. & in c. quod ad conſultationẽ. Vnde merito vr̃ ex-
cluſus, & obſtante exceptio. rei iud. non eſt amplius admittẽdus,
nec audiendus, vt ff. de re iud. per totũ. Aduocata humani gene-
ris ſequens non ob. alle. ſ. dictis mulierũ ſexũ fragilẽ, & miſerabi-
lem, ip timẽs ſubuerſionẽ humani gñis faciẽ ſuam mutauit in la
chrymis, atq; ſingultib. intimis, adeo ꝙ tota cœleſtis militia eã vi
dens acerbiſſime lachrymantẽ, & fortiter condolẽtem vna ſecũ
non ceſſabat aliquatenus lachrymari, Virgoque Maria flexis ge-
nib. cora filio ſcilis veſtimẽtis ſuis filiũ ſuũ alloquit hoc mõ, Fili
mi, ecce demo, qui ſpuit in faciẽ tuã, qui te lapidauit, qui te ad co-
lumnã ligauit, qui te verberauit, qui te in latera crucis tanq̃ latro
nẽ confixit, qui te tradendo amariſſime mori fecit, & nũc ſuo pe-
tulanti eterna facie tam audacter tuũ offm̃ implorauit. Ego vero
tua mater dulciſſima, te nouem mẽſib. in vtero portaui, & de his
meis vberib. lactaui, his paſtus es, & Herodis Regis furiã fugere
vol. ii

volui, te nunquam de manib. relaxando. Vnde ergo procedit, fili
mi, ꝙ tu vis iſtum verſutum in tanta pertinacia ꝑmanere? ſcis ꝙ ꝯ
formam rationis ex poſtulat, quare inſtanter peto mihi aduocatæ
humani generis iuſtitiam exhiberi, & illi verſuto tuum officium
totaliter denegari: ego vero ſum mater: ipſe autem diabolus: ego
quæro ſalutem humani generis: ipſe vero mortem: ego ſum ami-
ca filij mei: ipſe vero damnatus, & infamis, & coronatione cęleſtis
gloriæ penitus excluſus, quo ergo eſt audiendus? Certe nullaten⁹.
Item quare debet ipſe verſutus eſſe melioris conditionis me? Cer
te non vi leo, arg. ff. de noxa. l. non ſolum, & extra, de dolo & cont.
c. contingit. quare poſtulo mota immenſa triſtitia, & magno dolo
re perterrita. ꝙ ſi magis hoſti faues, quam matri tuæ, de libro cœle
ſtis gloriæ debes me cancellare. Videns autem Ieſus matrem ſuã
in tanto dolore, pietate immenſa commotus facie dixit ad dæmo-
nem, Vade retro ſatanas, quia petitum officium tibi merito dene
gamus. Dæmon autem iracundia motus dixit ad iudicem, Domi
ne Ieſu Chriſte, vos non eſtis iuſtus iudex, bene video & clare co-
gnoſco, quòd caro, & ſanguis veſter facit vos a iuſtitiæ tramite de
uiare arg. ext. de præben. c. graue. circa prin. & 8. q. 1. c. ſi ergo. cum
ſi. & c. Moyſes. ea cauſa, & q. & bene noſtis, quòd de forma iuris li
citum non erat matrem veſtram contra me poſtulare, cauſis, iuri-
bus & rõnib. ſup. dictis. Ego modo oſtendo vobis Euangelium, ꝙ
ſi bene inſpiciat, directe facit pro me: dr. n. ꝙ princeps huius mun-
di venit. Quęſo igitur pater ſancte, ꝙ vos obſeruetis verba vr̃a hic
ſcripta, quæ proceſſerunt ex labijs veſtris, non faciatis ipſa fore irri
ta, & inania. Sed quęſo, prout litera iacet, executioni mandet. Vos
ſcitis, ꝙ ego ſum princeps huius mundi. & in hoc de me loquitur
ſcriptura, verba & ſenſus verborum, ſeu literę. quòd ego ſum Prin
ceps malorum peccatorum, vos eſtis princeps bonorum, & iuſto-
rum. Modo ſcitis. ꝙ cum litigantes ad rixam veniũt, boni iudicis
intereſt litem dirimere, vt ff. ſi cer. pet. l. quidam exiſtimauerũt, &
date debet iudex vnicuiq; partem ſuam, vt ff. de vſufr. l. cuius rei,
vt ff. de condi. indeb. l. fin. §. ſi tamen. ergo placeat vobis mihi dare
genus humanum, cum propter peccatum commiſſum ego ſim
Princeps huius mundi. Et ſicut ſcitis, verba ſunt intelligenda cum
effectu. facit l. eum qui. §. docere. ff. ne qui in ius voc. eſt vi. ext. iun-
cta. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſq; iur. & de cler. non reſi. in
c vt procurator c veniat pro dño rñſurus, an vero non ſufficiat, niſi ipſe dñs citet. Et primo vr̃, ꝙ ſufficiat ſola citatio procuratoris. ar. C. de procur. l. cum. & ff. de verbo. oblig. l. ſed ſi ex ſtipulatu. Item quia & mercenario poteſt fieri procurator. ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. 1. de trib. l. proc. ext. vt li. non conteſt. c. accedens. Contra vr̃, ꝙ non ſufficiat: quia denunciatio facta pcuratori non nocet dño. ff. de pet. here. l. item veniunt. §. petitam, ext. de poſtul. c. ex parte. gl. alle. Ad hoc dixerunt quidam, ꝙ primo dñs, poſtea procurator eſt citãdus, maxime poſtq̃ eſt effectus dñs litis, vt ff. de euic. l. ſi ideo, & l. ſi dictum. §. ſi præſente. & no. ext. de dolo, & contu. c. cãm. Sed dicendum eſt, ꝙ ſi dñs ſit præſens, ipſe eſt citandus. 4. q. 5. quiſquis, & d. c. cauſam. Si aũt dñs eſt abſens, tunc ſufficit citari procuratorẽ, quẽ dimiſit, iuxta not. ff. ex quib. cau. ma. l. itẽ ait prætor. §. hæc aũt reſtõ. & ſi nõ dimiſiſſet pcuratorẽ, põt vt contumax puniri, d. c. cãm. ſed poſt li. conteſt. eſt dñs; & tũc ſiue dñs ſit præſens, ſiue abſens, procurator eſt citandus, cũ poſtea non hẽat dñs facultatem litis proſequendæ, ergo fruſtra citatur. Et de hoc dic per Inn. in c. q̃m ꝯ falſam, extra, de prob. & in Specu. in titu. de
7 actore. §. 1. verſi. hoc m̃ fallit. Quinto quæro, † an ſufficiat citatio
d nuncij abſque iudicis commiſſione. d Dic, ꝙ non. ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. prætor ait. & C. de exhib. re. l. iubi. & l. neminem, & C. qui accu. non poſſ. l. 4. imo deberet puniri, vt ff. de fal. l. qui nomi
8 ne ptoris. & qd dicã. ĩ. in 10. quæſtio. Sexto quæro, † an citatio facta die feriata valeat? Dic, ꝙ nõ. ff. de fer. l. 1. C. eo. l. fin. 15. quæſt. 4. cap. placita. Conſtat autem, ꝙ citatio eſt de proceſſu iudiciorum. extra,

### ADDITIONES.

a Tractatus de citatione. Iſtũ p trac. Bar. alle. Ale. in l. 1. §. cura carnis. in princ. ff. de off. præfe. vrb. in add. Bar. & l. j. §. nunciatio. ff. de ope. no. nũ. in addi. eiuſdem inc. in ver. citatio. inci. an teneat. & do. meus d. Iaſ. in d. l. 1. §. nũciatio. in duob. locis.
b §. Cum prætor. Per quem tex. ibi Ful. inuehit contra prætores, & iudices, qui interponunt decretum cauſa non cognita.
c Procurator. Adde Bar. in l. quamuis. ff. de dam. inf. & in l. qui ſolent. in vlt. not. ff. de al. & cib. leg. cum cõcor. de quib. per Iaſ. in l. eum qui. in primo no. C. de proc. & Alex. in d. l. quamuis. in fi. & Mar. Soc. in tract. de citat. art. 5. in 4. q. prin.
d Abſq; iudicis commiſſione. Adde Bar. per illum tex. in l. neminem. C. de exhi. re. & in l. palatinos. C. de cohꝛ. fun. fiſc. lib. 11. & Ant. de Bur. & Doc. in cap. 1. de iu. Bal. in l. cum cler. C. de epiſ. & cle. & in c. 1. de mil. vaſ. qui contu. eſt.

extra, de prob. c. qm̃. Inſti de pę. te. liti. §. ſi. ſed proceſſus factus die
feriato non valet, ēt circa appſonem. ff. de fer. l. i. extr. de re iud. c. i.
adeo ꝙ citatus ire ñ debet. l. 2. ſiue ɔſentientib. fiat, ſiue non, vt no.
C. de fer. l. omnes. ſed ſecus in ferijs meſſium, & vindemiarum, &
partes ɔſentiant. ff. de fer. l. i. §. i. & iudice conſentiente. Sed qd̄ d̄ fe
rijs repentinis? Vide gl. ꝙ idem, ꝙ in ſolennib. in clem. ſæpe, d̄ ver.
9 ſig. Septimo quæro, † ſi quis citet̃ die feriata, vt compareat die nõ
a feriata, ᵃ an valeat. Dy. tenet, ꝙ valet, quia effectus citationis con-
ferrur in eum diem, quo citari debuit, & potuit. C. de do. inter vir.
& vxo. l. inter eos. & l. i. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. & l. ſi ego Sę
ię. §. i. ff. de iure dot. Alij aūt cõiter dñt, ꝙ non valeat, quia in iudi-
cijs initium eſt ſpectandum. ff. de min. l. 3. §. 3. vnde non vr̃ ſm eos,
multum operari, ſi citatio conſert̃ in diem iuridicam, arg. ff. de ſer
uit. l. ſi minor. Sed primum dictum de conſuetudine obſeruatur,
10 & ſic obſeruat ſtylus curiæ Rom. † Octauo quæro, quid ſi fiat ci
tatio ad 10. vel tres dies, nunquid ille tertius vel decimus compu
tãbitur in citatione, vt in illo die poſſit comparere citatus, an ve-
ro ante diem illam comparere teneatur? Et dico, ꝙ ille vltimus ĩ
citatione. vel in termino cõputat̃. l. i. ff. ſi quis cau. & l. cõtinuus §.
cum ita. ff. de verb. ob. vt dixi. Nam licet ſit appellandum intra 10.
dies, tñ decimus dies compꝛęhẽditur, vt no. a. q. 6. anteriorum. ff.
de ſucc. edic. l. i. §. quod dicimus, & per d. l. ꝓbatur. Ad quod facit
Inſt. de ver. ob. §. oīs ſtipſo. ver. id aūt Item dic, ꝙ hæc citatio expe
diatur ꝑ nuncium. ff. de arbit. l. ſed & ſi interpellatur. §. arbiter. ſm
Inn. põt iudex facere mandatum per nuncium verbo tenus deſti
natum, mandatum aūt cãæ cognitionem regnt. ff. de off. ꝓconſ. l.
nec qcquam. §. vbi decretũ. Vñ ſm eũ ſaltẽ dẽt licere deſtinare, vt
ipſe no. ext. de accu. c. licet, arg. ɔ̃. ff. de arbi. l. diẽ ꝓferre. in princ. &
quod ibi no. Nono q̃ro, ſi fiat citatio, ꝙ compareat 8. vel 10. die, &
ĩn illis dieb. veniat feriata, in qua eſt certũ, ꝙ citatio non valeat, vt
dictum eſt. ſ. in 6. q. nunqd nihilominus tenebit̃ cõparere citatus
die ſeq. non feriata? Et vr̃ ꝙ non, qa de ſeq. die in citatione non eſt
facta mentio & non de illo magis, quam de alio adſtringitur, er-
go vr̃, ꝙ non dẽt cõparere nec illa die, nec ſeq. Vnde ad hoc vitan
dum adijciunt qdã in citatione, ꝙ ſi illa dies feriata exiſteret, com
pareat ſeq. die, ac eorũ citatio ꝑꝑ diem feriatam vr̃ ɔſumpta. ſ. illo
citato die feriata cõparente. Cum. n. in mandato ſunt duæ citatio
nes. ſ. dies expreſſus, q eſt dies feriata, & dies ſeq. ar. ext. de acc. c. ve
niens, citato eligente diem feriatam in cõparendo, non vr̃ cogi in
ſeq. cõparere. ar. ff. de ver. ob. l. vbi aūt. §. pen. & iõ vr̃ citatio cõſum
pta, nec ẽt iudex ſibi mãdare pt̃, vt ſeq. die cõpareat, ſine ſolemni-
tate, quæ tradit̃ in c. actor qui. ext. de dolo & contu. lib. 6. imo cũ
fuerint temerariæ citationes, actores ipſi citato ad expenſas tenẽ-
tur. ff. de iud. l. cum quẽ temere, ſm Io. de Deo. Eꝫ vr̃, ꝑ c. veniens.
ext. de accu. Nam ſm Inn. citatio prædicta hẽt duas partes, p̃ma,
vt cõpareat illa die, & ꝙ compareat, argu. l. Celſus. ff. de arbi. & de
cond. & dem. l. hęc condõ, nequaq̃ habeat excuſationẽ illa die ꝑꝑ
ferias, tñ ſi in ſequenti non compareat, non hẽt excuſationẽ, d. c.
veniens. & de dolo & contu. c. cum dilectus. c. ſi. de don. & de ĩn-
teg. reſt. c. ex literis. in ſi. & c. eorum. ſed reprehendunt quidam, ꝙ
ibi non fuit citatio ad diem feſtiuum, ſed vſq; ad feſtũ, vt compa-
reat circa feſtum. & vſquę intellige excluſiue, vt ext. de ſi. inſtr. c.
cum dilectus. ſed tu dic ſm quod dicit Spec. & tenet in ti. de dila.
§. i. ver. ſed quid, & no. 15. qõ. 4. placita, in ſi. Decimo dicas, ꝙ ſi ꝑꝑ
diem fuit impeditus, & iudicis copiam hr̃e nõ potuit, non eſt qd
ei imputetur, imo reſtituendus. ff. ex qb. cau. ma. l. ſed & ſi ꝑ ꝓro-
11 tẽ. §. ſi magiſtratum. & † ideo vr̃ in diem ſeq. dilatum. ff. ſi qs cau.
l. 2. §. 2. in ſi. & l. & ſi poſt tres, & ff. de vſuc. l. vbi lex. Ad idem extr.
de dolo, & contu. c. cum dilecti. licet. n. in non veniẽdo ĩ pœnã qs
incideret, & tñ poſt modicum tp̃s cõparẽdo morã vr̃ purgare, vt
no. ĩ d. l. & ſi poſt tres. Ad idẽ ex qb. cau. ma. l. ab hoſtib. §. ſed quod
ſimplr̃, quia in mora modici tp̃is non eſt magnum damnũ. §. de
iud. l. ſi debitori. qñ ius actoris, & eius actio non eſt facta deterior,
d. l. & ſi poſt tres. ẽt maxime admittat̃ ex illa cã gñali, ſi qua mihi
iuſta cã videbitur. Eꝫ vr̃, ꝙ data fuit forma ſolẽnior, ergo non po-
tuit, nec debuit ſibi præiudicare, vt eo. tit. l. ſed & ſi ꝑꝑ prętorem,
§. ſi ferię, & ideo de talib. ferijs nõ eſt curandum, & idẽ a dilatiõe
12 nõ excipitur. C. de dil. l. ſiue pars. in ſi. Itẽ † quia dilationum ĩ mã eſt
amputanda. C. de temp. app. l. 2. Cum ergo die dilationis non cõ-
paruit, alia die non eſt admittendus. C. qñ prouo. non eſt nec l. cũ
non ex eo die, nec ſe arctare debuit ad vltimum diem termini fe-
riarum. ff. ſi quis cauſ. l. 2. §. ſi quis. quia verius de mero iure. Nec
ob. d. l. 2. §. 2. quia ibi fuit tpe iuſto, & ineuitabili impeditus impe-
dimento, & ideo crederem tunc ſecus, cum iudex ex quadã ęqui
tate poſſit ipſum admittere ſequenti die, arg. C. quomodo, & qñ
iud. l. i. & ext. de offi. deleg. c. conſuluit. & ideo eſt cautela, ꝙ appa-
reat, quod iuſſu iudicis ſit admiſſus die ſequenti, & ita poteſt loq.
13 d. l. & ſi poſt tres. † Vndecimo quæro, quid ſi apparet in actis rela
tio nuncij citantis, non tamen appareat de commiſſione, nũquid
ſufficiat ſola relatio citationis? Et vr̃ primo, ꝙ non ſuper 3. & 4. q.
vbi ſemper debet fieri citatio ad petitionem partis, vt in Auth. de
man. prin. §. non permittas. Item de mandato iudicis, vt in Auth.
de quæſtore. circa med. In ɔ̃rium vr̃ l. magis puto, §. nec tamen. ff.
de reb. eo. & de offic. præſe. vig. l. i. ext. de appel. c. cum parati. Si er
b go in actis conſtat de relatione, ᵇ ſufficit. Hanc approbat Inn. ext.
de prob. c. quoniam, in glo. citationes, vt ipſe exponit, i. citatio nũ-
cij. alij ɔ̃ in d. q. 8. licet ſtandum ſit relationi, tamen relatio nõ eſt
commiſſio iudicis, vnde ſine commiſſione iudicis non poteſt fie
ri, vnde vnum per alterum non probatur, vt C. de don. inter vi. &
14 vxo. l. ſi maritus, ext. de teſtam. c. cum cauſam. 2. † Duodecimo
quæro, quid ſi citatus negat ſe citatum, cuius dicto ſtatur, nuncij
c vel negantis? nuncio creditur in dubio, ᶜ niſi aliud de contrario
oſtendatur, vt no glo. 4. q. 3. c. ſi teſtes, & vide plene no. ext. de ſen.
excomm. c. venerabilis, in §. porro. lib. 6. Idem vr̃ tenere Innocen
c. qm̃. de probat. & ſecundum Goſ. erunt validæ probationes pro
ducendæ in ɔ̃rium. Inſt. de inut. ſtip. §. alteri. & omnia vera, niſi re-
feratur relatio ad delictum commiſſum, vel ad alium, vltra cita-
15 tionis effectum, quia tunc non creditur, vt ff. de accuſ. l. ea quę, &
de cuſt. reo. l. diuus. Decimotertio quæritur, nũquid iudex poſſit
citare aliquem ciuiliter coram ſe, vt perſonaliter compareat. Et
vr̃, ꝙ non, quia iuris beneficium alicui non eſt auferendum. ff. de
re iud. l. 4. §. ſi quis condemnatus. Cum conceſſum ſit omnib. ha-
bere poteſtatem conſtituendi procuratorem in cauſis. l. i. §. vſus.
ff. de procur. & Inſt. de his per quos agere poſſ. §. i. Econtra videt̃,
extra, de maio. & obe. cap. fin. & ibi no. Iudicis. n. officiũ latiſſimũ
eſt. ff. de iuriſ. omn. iud. l. i. De iure ciuili prima pars eſt vera, niſi
res exigat magnam cauſæ cognitionem, vt in caſib. expreſſis. l. vl.
C. de procu. De iure cano. aliud vr̃ vt in d. c. no. nec poterit mitte-
16 re ex tunc procuratorem, & prædicta vera in ordinario: ſm dele-
gato vero non poteſt perſonaliter citare, niſi in ſua commiſſione
contineretur, præterquam in caſibus extra, de iudic. c. i. libro 6. &
dic, vt ibi no, & de procu. c. querelam. & adde quod dicitur. inf. ti.
17 i. de teſtib. per eundem in quæſt. 6. † Item dic, ſiue ſit iudex ordi-
narius, ſiue delegatus, tunc debet citare primo, & ſecundo, & ter
tio. ff. de re iu. l. contumacia. §. i. vel vno peremptorio pro omnib.
vt ibi, & vide extra, de teſtib. cap. 2. alias autem ſine peremptorio
de iure cõmuni non eſt legitima citatio, nec reputandus eſt con-
tumax. C. quomodo & quando iud. l. tres. & authen. qui ſemel, et
24. q. 4. de illicita, vnde primus terminus non dicitur peremptο-
rius, niſi ex cauſa, vt puta propter locorum diſtantiã. extra, de re-
ſtit. ſpol. cap. ex literis. in ſi. Item ſi in primo termino non peremp-
ptorio non comparet, non punitur, niſi in expenſis. ff. ſi quis in ius
voc. non ier. l. 2. no. ff. de re iud. l. contumacia. & no. ext. de procur.
cap. querelam, in gl. quæ expenſæ ſunt præſtandæ tam in cauſa ci-
uili, quam in criminali. not. extra, de dolo, & contu. c. cum dilecti.
18 in ſi. † Decimoquarto q̃ro, citatur qs lrĩe. ſ. trib. citationib. vl̃ vna
pro oīb. vt ff. de re iud. l. cõtumacia. §. i. ꝙ compareat ad rñdẽdum
actori, quo expectato non cõparet in vlt. hora termini, nec poſt,
actor vero comparẽs accuſat ɔtumaciam in termino eius, demũ
iudex, nec in die termini, nec in die ſeq. ſed poſt per duos dies, vel
plures pronunciat ɔ̃ reũ ɔtumacẽ, quæritur, an valeat. Et primo
vr̃, ꝙ non, qa vr̃ ius circũductum, vt ff. de iud. l. & poſt §. circundu-
cto, & no. ext. de off. deleg. c. conſuluit, & ideo ex integro vr̃ citan-
dus, vt ext. de dolo, & contum. c. actor qui. lib. 6. Prædictus namq;
proceſſus vr̃ nullus ipſo iure, & citra appſonẽ. C. qñ prouoc. non
eſt neceſ. l. cum non ex eo die, & Inſt. d̄ ver. obli. §. oīs ſtipſo. verſi.
id aūt. Eꝫ, ꝙ valeat, quia iudici non imponitur neceſſitas pronun
ciandi. C. quõ, & qñ iud. l. i. qui poteſt differre, & expectare reum,
an in ſua contumacia perſeueret, vt eo. tit. l. conſentaneum, & ext.
de dolo & cont. c. cum dilecti. Item quia non vr̃ iniuria facta ab-
ſenti, ſed gratia in expectando, d. c. conſuluit. imo nec debet feſti-
nare ad decretum interponendum, ff. de dam. inf. l. ſi finita, §. & ſi
forte, idẽ in l. & ſi poſt, ff ſi quis cau. imo quanto plus expectatur
vt ueniat, tanto maior eſt contumacia, ut extra, ut li. non conteſt.
c. quoniam frequẽter, in ſi. de offic. del. c. ſane. & in d. c. cum dile-
cti, quæ contumacia cumulat pœnam, vt ff. de pœn. l. relegati. C. d̄
hęr. auth. Gazaros, extra eo. c. excõicamus. quæ quidẽ contuma-
cia multis modis coercetur, vt ff. de re iudic. l. contumacia. & d. c.
qm̃ frequẽter. Quanto igitur tpe durat ɔtumacia, durat culpa, &
ideo non minus, ſed grauius puniẽda, qa pro mõ culpæ eſt pœna
inſligẽda, vt ff. de pę. l. reſpiciendum, in prin. nec iõ vr̃ iudex in mo
ra, argu. ff. de vſu. l. ſciẽdum, & extr. de ele. c. i. cum ibi no. nec per
lapſum terminum vr̃ reus abſolutus, ut ext. de do. & cont. c. cum
dilecti. §. præterea. igitur eſt uerius, qa non vr̃ æquum, ꝙ ꝑꝑ dila-
tionẽ, quam fecit iudex, aſſiſtens debeat priuari iure ſuo ſine cul-
pa, argum. C. de inoffi. teſtam. l. ſi quis in ſuo. Et ad ɔ̃ria de circũ-
ductione, tñ. ꝓ ibi non loquitur de reo, ſed de actore cuius maior
eſt contumacia, q̃ rei, d. c. actor. Nec obſt. l. cum non ex eo die, qa
illa loquitur in ſñia diffinitiua, quæ cum maiori ſolennitate debet
ferri. C. de ſent. l. cum ſententiam. nam prima lex loquitur in dila
toria, quæ ſententia exercen non potuit, vt ibi no. &c.

ADDITIONES.

a Feriata. Vide plene per Iaſ. in l. i. §. nunciatio. ff. de oper. no. nunc. & plenius in l. ex quacunq. ff. ſi quis in ius voc. non ie. vbi examinat iſtud dictum Bart. hic.

b De relatio ie. Sed quid ſi apparet de citatione per nunciũ, qui poſtea facit relationem ſoli, an valeat, vide Bar. in l. multum. & ibi dixi. ff. de cond. & dem.

c Dubio. Vide Ale. in l. i. §. cura carnis. in addi. Bar. ff. de off. præfe. vrb. & Iaſ. in l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iud.

TRAC.

# TRACTATVS DE FALCONE.

a Comes Guido De Blanchardo cum iuiſſet venatũ, amiſit Falconẽ, qdam ruſticus cepit eum cũ ſonaleis, & iectis, & ipſum captũ poſuit ſub bãcho dando ei beccare panẽ, & caſeſi, & rapas, deinde occaſione mali cibi ſalco eſt interẽptus. Ex parte Comitis ꝓponit̃ actio in factũ ꝯ ruſticũ, q falconi ꝑbuit cãm mortis, quęrit̃ qd iuris? Vr̃ primo, ꝙ ruſticus dẽt in æſtimationẽ falconis ꝯdemnari ad ſil̃itudinẽ mulieris, q̃ marito dedit poculũ amancatum ad bibendum, vt ff. de pe. l. ſiqs. §. q abortionis, ſicut medico imputat̃ q ſecuit imperite, vt ff. de of. pſi. l. illicitas. §. ſicut medico. ff. ad l. Aq. l. idem iuris. i prin. § pręterea. & l. itẽ obſtetrix. § 2. ita iſti ruſtico eſt imputandum. Præterea tanq̃ prędo & fur dẽt iſte ruſticus teneri: qa ſciebat & ſcire poterat, cum eũ iectis & ſonaleis inueniſſe, ꝙ nõ erat iactatus, nec habitus ꝑ derelicto. arg. ff. de fur. l. falſus. in §. ſi iactum. arg. l. j. §. ſi iactatum. & C. vñ vi. l. cũ ꝗrebat̃. nec põt ruſticus ignorãtiã allegare, ꝙ dicat falconẽ in nãlẽ libertatẽ ꝑueniſſe, cum nã falcones non naſcant̃ cum iectis, & ſonaleis. Sicut ꝑ ꝯtriũ nõ ꝑt ſtuprationis accuſari, q ſtuprauit vigĩnẽ indutam veſte meretricia li. ff. de iniur. l. itẽ apud Labeonẽ. §. ſiqs virgines, & C. de epiſ. audi. l. nemini. & l. ſed ſi accepto. ff. de iure fiſci. Quemadmodum nõ ꝑt ꝯueniri iniuriarum, q clericum ſine tonſura incedẽdo ꝑcuſſiſſet. vt tanquam ꝑcuſſor clerici puniat̃, ſed puniĩ ac ſi quendam laicũ ꝑcuſſiſſet. C. de epi. & cle. l. ſi qua ꝑ calumniã, imo nullus põt iſtũ ruſticũ excuſare, cum ipſum falconẽ volãtẽ cũ iectis, & ſonaliis credere debuit eſſe fugitiuum. vñ vel ipſum capere nõ debuit, vel ipſum captum publice portare debuit, ſicut in eo q alienum ſeruũ reperit fugitiuũ, & in eo q rẽ inuenit alienã. ad hoc. vt nõ videat̃ rẽ alienam ꝯtrectaſſe, dẽt eã in publicũ ꝯſignare, & libellos de ea publice dare, & iſta ꝓbant̃. ff. de ſer. fu. l. j. & l. fugitiui. & ff de fur. l. falſus. §. q alienum. in fi. Ad hoc accedat de eo, q pecudes alienas intruſit. & fame necauit, q tenetur eaſdem mortuas dño ꝯ emendare, vt ff. vi bono. rapt. l. j. §. ſi publicanus. & C. ad le. Aqu. l. de pecorib. & ff. ad l. Aqu. l. quemadmodum. §. magiſtratus. & l. Quintus Mutius. §. vlt. Inſuper cum ruſticus portet ea, q̃ cum hr̃e non licet, qa aurum portare non põt, ſed ꝙ ꝑcipit ex illa terra, ſic nõ debuit ruſticus ꝓdictum falconẽ portare nec occupare, ar. C. de agri. & cẽſi. l. dñi prædiorum. nec excuſat̃ ruſticus eo, ꝙ dicit do. ſalconis incognitum habuiſſe. Sicut nec excuſatur receptor Illyricani eo, ꝙ dt ſe colonum Illyricanum minime cognouiſſe, imo hoc ipſo punit̃ q ſe ſeruum fatet̃ incognitum tenuiſſe. l. j. C. de colo. Illy. l. j. li. 11. Quid plura? In lege Aquilia culpa leuiſſima venit. ſed iſte ruſticus nedum in leui culpa fuit, ſed in lata culpa fuit dãdo falconi carnes ſalſas ad comedendum, vñ ꝑinde dẽt teneri, ac ſi eum ꝓpriis manib. occidiſſet, vel ſtrangulaſſet: qa culpa eſt ſe immiſcere rei ad ſe non ꝑtinẽti, & iſta ꝓbantur. ff. ad l. Aqu. l. in l. Aquilia. & ff. de lib. agno. l. necare. ff. de reg. iu. l. culpa. nil. n. intereſt, an qs occidat, vel cãm mortis ꝑbeat, vt ff. de ſica. l. nihil intereſt. & ff. ad l. Aqu. l. itẽ Mela. §. ſi qs. In ꝯtrium vr̃, ꝙ ruſticus ſit oĩno abſoluendus imo, ꝙ magis vr̃, poſſet repetere expẽſas, quas fecit, a dño falconis, ſicut repetit ille, q inſulã inuẽtã ſulſit & ſeruum ægrum curauit, licet ſit ſeruus mortuus, & inſula exuſta, vt ff. de neg. ge. l. ſed an vltro. §. j. nec dẽt ruſtico ſuum officium eſſe dãnoſum. ff. de fur. l. ſi ſeruus. §. ꝙ vero, & ff. ex quib. cau. ma. l. cum miles. Itẽ vr̃ ipſum ruſticum excuſare ſua ſimplicitas, & ignorãtia, ſicut alibi excuſatur in corruptione, & in mala edita actione, vel rõne, in ius vocatione, & in teſti ꝯfectione, & in facti bonorum delatione, vt iſta ꝓbant. ff. de iur. om. iud. l. ſiqs id. §. doli mali. ff. ſi qs in ius voc. nõ ier. l. 3. §. fi. C. de teſta. l. fi. credidit. n. ruſticus falconem in nãlem laſciuiã deueniſſe, cum a nemine ꝓſequit̃, ex hoc licite credidit eum occupare. ff. de acq. re. do. l. nãlem. & Inſt. de rerum diuiſione. §. feræ. Adhibuit. n. ruſticus talem diligentiam in ſalcone, qualem adhibet in ſeipſo, dando ei comedere de eo, ꝙ ipſe comedit, exiſtimãs, ſe dñium falconis acquiſiuiſſe, iõ ſalcone mortuo, non tenet, ar. ff. de pet. hær. l. ſi qd poſſeſſor, §. ſicut aũt ſump. & C. man. l. in re. mand. In iſta q̃one pronunciauit elegans, & vrbanus dñs Vber. de Bonaccurſo ſ. dictũ ruſticum in æſtimatione ſalconis fore ꝯdẽnandum, arg. dictarum legum dicẽtium, ꝙ ſi aliqs ſuſcepertt fabricẽſem, q biñ poterat cognoſci ꝑ ſignum, ſeu bullã, q̃ in eius brachiis apparebat, ꝙ occultãtũ liberę fabricę vẽdicant. C. de fab. l. ſtigmata. li. 11. & aſt eſt dẽm de eo, q ꝑ medicamẽto venenũ porrexit, ex quo hõ periit. ff. ad l. Aqu. l. qua actione. §. Celſus. Et dixit actionẽ Aqliana nõ fuiſſe ꝯ ruſticum proponendam, vt quidam ex aduocatis propoſuerũt, & ſuccubuerũt ꝑ ineptam petitionem: quia ruſticus nõ occidit, ſed præbuit cauſam mortis, vnde actio in factum fuit proponenda, & non Aquilia, vt probatur per dictum §. Celſus, &c.

ADDITIO.

a Th. D. Comes. Iſtud eſt conſ. Bar. quamuis po. atur hic pro tractatu, & ita habeo pro conſi. Bar. in 10. vol. conſi. incip. 194.

# TRACTATVS COPVLÆ, ET, a SECVNDVM BAR.

ADDITIO.

a Th. D. Tractatus copulæ. Iſtum pro tract. Bar. allegat D. Fran. Patinus in ſuo trac. de off. & pot. c. ſede vacante in ꝓludiis in ꝓambulo. in prin. & vide plura de copula, & coniunctione, per Iaſ. in l. j. ff. de iuſ. & iu. & ibi plene ſcripſi in meis addi.

Coniunctio, Que, tria operat̃, adiicit, repetit, & ꝯiungit. Adiicit, vt l. eã tñ. ff. de le. 3. Repetit. l. ſi aula. de ꝯd. & dem. & idẽ eſt de dictione, itẽ, vt l. in repetẽdis. de leg. 3. Idẽ dicas de puncto, q rſt ponit̃ ꝓ ꝯiunctione inter noĩa ſubſtantiua appellatiua. ſoluta. l. triplici. de ver. ſig. & l. Liberorum. §. ꝑter hæc oĩa. eo. tit. ar. l. ꝑria. ff. ad l. Fal. Item quo ad ꝯiungẽ. lum de dictiõe, cũ, tex. in l. Titię textoris. de le. j. §. nihil. & l. illi cũ illo. de vſuf. leg. & d. l. triplici. licet pariter nõ ꝯiungat, ſicut ſuperius noiatæ, qa dictio, cum, diſpartit. nã primum eſt principale ſm acceſſorium in hoc exẽplo, vt lego ſundum cum inſtrõ, vt l. ſi cui. de fun. inſtr. ſed qñ dictio, &, interponitur inter ꝯria, tunc diſtinguit. l. coniunctione. de verb. ſig. & in l. in vſu. eo. tit.

# ALIVS TRACT:

## BAR. DE COPVLA ET,

Vt liqueat Mã copulæ, &, aut ea ponit̃ inter ꝯria ac incõpatibilia, aut ĩter ea q̃ aliquo reſpectu ſunt idẽ, aut ĩter diuerſa. Primo caſu, reſoluit in diſiunctã. l. ſi Titio fundus. ff. de vſuf. le. & C. de codi. l. ſi. Scdo caſu, aut illi duo ſic ſunt idẽ, vt vnum neceſſario inſit alteri, & tũc abiicit̃ copula, & vnũ reſoluit̃ in adiectiuũ alterius. l. j. ff. de pac. ibi placitũ & ꝯſenſus, & ibi no. gl. de hoc eſt gl. in rub. C. de ag. & cẽſi. lib. 11. aut ſunt vnum, qa vnum genus eſt, aliud eſt ſpẽs ꝯtenta ſub gñe, vel vnum ſpẽs, aliud illi' ſpẽi indiuiduũ, & tũc qñq; reſtringit̃ genus ꝑ ſpẽm, qñq; non, ꝙ dic ꝑ Dy. in c. gñi ꝑ ſpẽm. de re. iu. li. 6. & ꝑ gl. i l. q̃ſiuũ. in §. pe. ff. de fun. inſt. Tertio caſu, qñ cadit inter diuerſa, & tũc aut ſunt duo ſubſtãtiua, aut ſunt duo adiectiua, aut ſũt duę orõnes diuerſę. Si ſũt duo ſubſtãtiua, puta, lego Titio & Seio, tunc ſtat ꝓpriè & ambo ꝯiungunt̃ ad eandẽ diſpõnẽ pariter, vt l. hmõi leg. tum. §. ſi Titio, & Mæuio. ff. de leg. 2. & l. duob. e. ti. & in oĩb. legib. q̃ tractãt mãm ꝯiunctorũ. ſi ponit inter duo adiectiua, aut illa adiectiua copulant eſſe alicuius ſubſtãtię, vt in hoc exẽplo, Titius eſt albus, & magnus, & ſeruus talis, & re vera tunc requirit̃ vtriuſq; ꝯcurſus. l. Titię textores. ff. de le. j. & l. ſeruus vrbanis. in fi. ff. de le. 3. aut illa adiectiua copulãtur nãlr, non reſpectu alicuius ſubſtãtiæ, vt lego empta, & parata, tũc ꝑinde eſt, ac ſi copula caderet inter duas orõnes, quaſi legaret empta & parata, vt ſtatim dicã: qñ cadit inter duas orõnes diuerſas, & tunc aut copulantur reſpectiue ad aliud, & requiritur ꝯcurſus vtriuſq;. l. ſi hæredi plures. ff. de ꝯd. inſt. & l. ſi ita quis promiſerit. de ver. obl. Si vero copulantur principaliter, & per ſe, non requiritur concurſus, ſed quælibet ꝑ ſe verificatur, l. j. ff. de his qui no. in ſa. & l. j. ff. de ſicar. Bar.

# TRAC. DICTIONVM

## QVARVNDAM, SECVNDVM Barto. a Saxoferrato.

Dictio, Niſi, includit, ꝑ ſitionẽ, de qua in l. actione. C. de trãſa. & ꝑ Dy. in i l. a, peccatũ non admittit̃. li. 6. ꝑ gl. in l. cum. §. fi. in ver. idem Pomponius. ff. ſi qs ca. De dictione, ꝯtinuo, gl. in l. ſtipulatus ſum Damam. in ver. ꝯtinuo. ff. de ver. ob. Dictio, penitus, ponit̃ vt de ea hr̃ in l. 3. 2. rñ. de vſur. rei iud. De dictione, decies milies, ponitur in Auth. de hr̃. & fal. §. exhẽdatus. vbi gl. in ver. decies. de trĩẽ. & ſemiſ. De dictione, illico. vide tex. in l. fi. C. de iu. nã inter duo verificat̃. De dictione, vna, hẽs in auth. caſſa. de epiſ. & cle. & de vere. iu. enuc. l. 2. in fi. & l. 4. & l. fi. C. de impub. & aliis ſub. De dictione, abſolute, hr̃ in l. Seia. in fi. de do. cau. mor. De dictione. i. quaſi aſſimat̃, no. in l. q libertis. in prin. de vul. & pup. & in l. 2. §. 1. de ope. no. nunc. De dictione, ꝑtinus, & ꝯtinuo, in l. ſtipulatus ſum Damã. de ver. obl. 3. §. in amittenda, de acq. poſ. Dictio, qd, nota eſt incertitudinis, vt ꝑ me in l. cotẽ. de publica. Verbũ, meũ, tuũ, ſuum, ad directum trahitur dñium, vt ff. de relig. & ſumpt. fune. l. 2. & C. ſi ager vectig. vel emphy. ꝑ t. l. 1. 8. diſtin. c. quo iure, vbi de hoc. Quid importat, iſtud verbũ, dictũ, & promiſſum, no. de ædil. edic. l. ſciendum. §. dictum. Quid importat, idem, dic vt in l. cum quęritur, de excep. rei iud. Dictio, modicum,



Digitized by Google

enim, quantum tp̃s includat, no. ſi ager vect. pe. l. fi. Verbum, cadat, quãr intelligat, an ipſo iure, no. gl. in auth. de litig. §. fi. in ver. actio- tic, & in Auth. vt nulli iudicum. §. q vero h mõi. Dictio, imo, qñq; ponitur correctiue, qñ q; pro, vt, q̃ñ q; pro vel, qñq; diſpoſitiue. ff. de he. inſt. l. ſi ita ſcriptum. De dõne, ſm, an inhereat verbo, cui adiun git: dic vt C. de ꝯh. em. l. fi. & ff. loca. l. ſi merces. §. ꝯductor. Dictio, tñmodo, eſt taxatiua. l. C. de pat. q fil. diſt. interdum tñ extenditur in mã fauorabili, vt no. Bar. in l. ſerui nomine. de vſuc. & ſolet notari in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. tetigi in l. ſi conſtante. ff. ſol. mat.

# T R A C T A T V S

a DE FLVMINIBVS,[a]

## SEV TYBERIADIS,

*Et Alluuione D. Bar. à Saxoferrato.*

Tyberiadis eſt Regio iuxta flumen Tyberis conſtituta. eſt autẽ Tyberis flumen, & notabile in Italiæ partib. Trãſit. n. per vrbem Romam, quæ cunctarum ciuitatum caput eſt, & magiſtra, & in eiuſdẽ vrbis territorio mare ingredit. & ibi nauigabile eſt, & vſq; ad mare retinet nomen ſuum. dr̃ aũt Tyberiadis a Tyberio Romanorũ Imperatore, a quo aliquas leges latas hẽmus, & ſub hoc noĩe, flumẽ hoc in nr̃is legib. pluries noĩatur. Hoc aũt flumen mõtem illum laudabilem circuit. in quo eſt ciuitas Peruſina ſituata, & p eius territorium longo ſpatio tranſiens, planities, & colles, & cętera loca ipſi flumini circunſtantia hẽt. Item bñ habitata ædificiis multis. & pulchris ornata, fructifera valde, & delectabilia viridaria eſſe vĩr. Cum igit a lectura vacarem, & recreationis cã in quandam villam prope Peruſium ſ. Tyberim ꝯſtitutam accederem, incæpi Tyberis circuitus, & alluuiones, inſulas in flumine natas mutationeſq; aluei ꝯtẽplari, & circa multa dubia, q̃ de facto occurrerãt, & alia, q̃ ego ipſe ex aſpectu fluminis excitabam, q̃d iuris eſſet cœpi aliqualiter intueri. Non. n. credens vltra ꝓcedere, ne recreationem, ꝑp q̃ acceſſeram, impedirẽ. Cumq; nocte illa dormirẽ, ꝓpe diem viſum eſt mihi. q ad me qdam hõ ueniret, cuius aſpectus mihi placidus erat dixitq;, hęc quæ cogitare cæpiſti, ſcribe: & qa oculorum aſpectione indigent, p figuras ſigna: ecce apportaui tibi calamũ, quo mẽſuras & figuras facies circulares, & lineã, qua lineas ducas, figuraſq; formes. Cui dixi, abſit, q ea q̃ ad iura ptinẽt p figuras ſignem. ſi. n. facerẽ, longe plures eſſent deriſores, q̃ laudatores. ſic ille turbato vultu aſpiciens, ait, Bartole, cognoſco, q modicũ Dei habes, times. n. de bñficio derideri, q vitæ Chriſti, & ſanctorum oĩum ꝯdicit: qa bene fácientes non curãt ꝯtumelias, deriſiones. & verba inuidioſa. Modicum ẽt boni moralis hẽs. Timor. n. hic, p quem a bono recedis, illi virtuti morali opponit, quæ fortitudo nuncupat. In te. n. eſt bene agere, tui vero arbitrij non eſt, q quiſq; loquatur. Cui verecũdus dixi, Tibi aſſentio. Sed primo moti ductus ſic ĩndi dicẽdo, quæ erit via huius operis inchoandi: qui ait. Incipias ſecure: quia in eius operis ꝓſecutione dñs tecum erit, & multa tibi aperiet, quę tibi incognita ſunt. Surgens igitur cõmiſſus in gratia eius, qui in proſecutione mecum ĩe futurum pollicitus erat, iſtud opus incæpi, & totum opus appellaui Tyberiadis, q̃ non ſolum de ipſo Tyberi. ſed ẽt de multis, quæ in regione Tyberis occurrunt, in ipſo tractẽtur, putans congruum, ſicut ab vrbe Roma iura oĩa proceſſerunt, ita quod de Tyberi flumine Romano dicetur, ad flumina cũcta trahatur, & id. ſopus in tres libros diuiſi. In primo tractatur de alluuione. In ſecundo de inſula in flumine nata. In tertio de alueo fluminis, in quo tertio primi libri figuras conſideraui penitus componendas, ipſaſq; compoſui circa eas. Et tũc ſecũdi libri figuras incępi, & cum ibi aliqua dubia occurriſſent, & circa ea vehementius cogitarem, me viſitauit quidam frater Guido de Peruſio, magnus Theologus vñs in omn. b. q meus fuerat, & erat in Geometria magiſter, ibiq; erat non in propoſito remanendi, ſed tunc inſurrexit pluuia magna, ita q mecum pnoctare coactus eſt, & ſic morari per diem integrum ſ. ãlem. Tunc dixi, Vere cognoſco quod in proſecutione operis dictum eſt, cum ipſo prædicta contuli, & figuras ſecundi libri formare compleui, & multa ſpũalia gaudia ex collationib. ſpiritualib. ſecum habui. Quod aũt in 3. lib. dicturus eram, in mente ſeruaui, & cum omnib. iſtis Peruſium ſum reuerſus, & ea reuidi, & ſub forma infra ſcripta libellum compoſui, & vniuerſitati noſtrę tradidi ſub anno Domini 1355.

Caius In l. adeo. §. 1. ff. de acq. rerum dom. i. q p alluuionem, ait, agro noſtro flumen adiecerit, iure gentium acquiritur nobis. Per alluuionem aũt id vĩ adijci, q ita paulatim adijcitur, vt intelligere non poſſimus quantum quoquo momẽto tpis adijciat, q ſi vis fluminis partẽ aliq̃ ex tuo p̃dio detraxerit, & meo prædio anulerit, palam eſt tuã pmanere. plane ſi lõgiori tpe fuit dõ meo hęſerit, arboreſq;, quas ſecũ traxerit, in meum fundum radices egerint, ex eo tpe meo fundo vĩr acquiſitę eſſe. Hęc ille. Optimum fuit hoc, q de iure gẽtium erat, in ſcriptis redigere, cum ex hoc ꝯtẽtiones varię oriant. Verba itaq; dictæ legis ꝯſtruamus. Ait lex, q ſi iſtud, q neutraſr accipitur, i. quancũq; rem, ut ff. nau. cau. ſta. l. i. §. ait ꝓtor. ſiue igiẽ terram puram, ſiue lapides terrę ꝯmixtos adiecerit fundo nr̃o, nr̃um efficit, ſi fuerint gẽmæ. uel lapides pre-
b tioſi.[b] Nec ob. inſt. de re. diui. §. item lapilli. q a loquiẽ de lapillis in littore maris inuentis. q in nullius bonis ſunt, hic de lapillis, q prædio nr̃o adijciuntur. Idem, ſi ligna, uel aurum, uel argẽtum, uel pecuniam prædio noſtro flumen adiecerit, nr̃m erit. de quacunq; in re lex loquitur, dum tñ ita adiciatur. q terrę cohęreat, q patet ex uerbo. adiecerit, q ĩ. exponetur, nec hoc fieret inuentoris p parte, ut de theſauro dr̃, Inſt. de re. diui. §. theſaurus. ff. de acq. rerum do. l. nunquam. §. theſauros. ibi. n. erat hæc pecunia ab ãnt quo poſita, qui theſaurus ĩ d. l. dr̃, ſed pecunia eſt p uim aquarum ab incognito loco trãſducta, & prædio nr̃o adiecta. Nec ẽt ob. ff. de dam. infe. l. hoc amplius. § j & l. j. de incen. rui. nau. l. ne quid. quia hoc intelligo, q cuius ſint dictę res adiectę, ignoratur, alias dominij noſtri nõ efficerentur, ut ibi, & inferius declarabitur, &c.

### ADDITIONES.

a Th. D. Tractatus de fluminib. Adde, q iſte tract. eſt do. Bar. prout cõiter tenetur, de quo dicit Bar. Veron. in ſuo tract. de ſeruitutibus. in rub. alluuionum, q materia alluuionum abunde, & ſubtiliter tractata fuit per Bar. in ſu tract. Tyberiadis, qui etiam de alluuione inſcribitur, ad quem tractatum vnuſquiſque ſeſe remittere poterit.

b Th. D. Lapides pretioſi. Dicit Bar. hic, q ſi ligna, vel aurum, vel argẽtum, vel pecunia prædio meo flumen adiecerit, nim erit. Vide do. Fed. de Senis in conſ. 107. incip. Io. Iran. vbi voluit, q ſi ego ignoro cuius ſint res in agrum meum delatæ, erit remedium, q per iudicem fiat proclamatio, de quo vide Ale. de Imo. in l. hoc amplius. §. de his autem. in 1. no. ff. de dam. infec.

Per alluuionem, Hoc ab ipſa lege exponitur, vt infra patebit.

1 *Ager eſt locus ſine ædificio.*
2 *Agri tres partes ſunt.*
3 *Via media inter agrum, & flumen non impedit ius alluuionis.*
4 *Ripa, & loca, quæ cedunt ripæ, agro vendito, non veniunt menſuranda, niſi dicatur.*
5 *Sæpes prædiorum, quæ in vijs publicis cohęrent, ſe habent ſicut ripæ quæ ſunt communes.*
6 *Foſſæ, quæ ſunt inter viam, & fundum, ſunt eorum, prædijs quorum adhærent. vſus tamen eorum eſt publicus.*
7 *Foſſæ, quæ ſunt inter viam, & fundum.*
8 *Ripæ, quæ ſunt in fundo, qualiter menſurentur.*
9 *Concauitas ſulcorũ, quæ eſt annalis ratione culturæ, vel aquę deriuandę nõ menſuratur.*
10 *Fouea agri, dicuntur fieri ad perpetuam vtilitatem.*
11 *Montes regulariter ſunt inculti, & magnæ magnitudinis.*
*Colles vero mediocris altitudinis, & culti, & diſtinguitur mons a colle ęſtimatione circumcolentium*
12 *Vallis dicitur locus montibus, vel collibus circundatus.*
13 *Planus dicitur, quando eſt latus, & partes ſunt ęquales.*
14 *Vallis qualiter a plano diſtinguatur.*
15 *Aequalitas in plano, qualis eſſe debeat.*
*Planus quando dicatur notabiliter in vnam partem uergere.*
16 *Foſſæ agrorum, & ripę viarum, quę ſunt in plano, plani ſunt.*
17 *Statutum puniens factum in plano Tyberis, habet locum in facto in foſſis agrorum, vijs, & ripis planis;*
18 *Factum in loco, in quo propter attractionem aquæ verſus flumen vergit, an dicatur commiſſum in plano Tyberis.*

1 Agro. † Ager in iure eſt locus quidam, qui ſine ædificio ſic, apellatur, vt ff. de ver. ſig. l. fundi. quid ergo, ſi enim domum iuxta flumen haberem, ibidem p alluuionem flumen adiecerit? Certe meũ erit. ideireo. n. legiſlator agri noĩe vſus eſt, vt oſtẽdat alluuionem reſpectu ſoli fieri, nõ ædificij ſuper impoſiti. Et ad hoc ẽt oſtendendum, in inferiori parte legis, q̃ ſ. retulimus, ꝑdij, & fundi nobis facit mentionem, quorum appellatio gñalis eſt, ẽt ad
2 ædificia, vt ff. de verb. ſig. l. locus. & l. q̃õ. & l. fundi. Sed cum † agri tres partes ſint, agri ipſius planicies. Item loca quæ ripæ cedunt. i. primo a plano vergere incæperint vſq; ad aquam, intelligendum eſt de his q̃ incipiunt vergere ꝑp attractionem aquæ. ff. de flu. l. pſ. ne, & ibi no. Item ripa, hoc eſt id, quod flumen continet naturalem rigorem curſus ſui retinens, vt ff. de flu. l. 1. §. ripa. Quomodo dicatur adijci, poſſet quæri. Sed reſpon. cuicunque dictarum par-
3 tium adijciat, ſatis eſt, q appareat: quia † ſi via media eſſet, ius alluuionis non impeditur, vt ff. de acq. re. do. l. Martius, & ideo glo. inſti. e. §. præterea, dicit, exponẽdo ſuper verbo, adijcit, ponendo
4 iuxta prædium. † Quæritur, qñ ager venditur, an ripa & loca, quæ ripæ cedunt, veniant mẽſuranda? q non. vt ff. de ꝯh. emp. l. litora. In ꝯtrarium facit quod ſ. dixi, & vĩ caſus. ff. de fun. inſtru. l. ſi prædia. §.

ite.i

ita ſegatium. & ibi no. pro quo facit, ꝙ d. l. litora. loquitur in litoribus maris, quæ communia ſunt. Ripæ aũt fluminis ſunt eorum, qui prope ripas prædia poſſidẽt, vt ff. de re. di. l. riparum. Rñ. ꝙ prædi. ta non veniunt menſuranda, niſi ſit dictũ, ſicut dicimus in limitib. fundi, qui cohærent viis publicis, vt ff. de peri. & com. rei vẽdi. l. id qđ. §. j. Ratio autem eſt, quia prædicta non venduntur, ſed magis rei venditæ accedunt. Quod apparet, quia per ſe vendi nõ poſſent. Cũ. n. riparum vſus ſit cõis de iure gentium, apparet, ꝙ ꝓprietas ſola per ſe eſſet inutilis, cũ ſemper duret vſus alterius, vt ff. de vſufr. l. 1. ideo per ſe non cenſetur, ſed alteri cedit, & hoc vult dicere tex. in d. l. id quod. §. 1. de peri. & com. rei vend. quod no. Ex
5 illo collige, † ꝙ ſicut ſe habẽt ripæ, quæ ſunt cões. ita etiã ſe hẽt ſepes prædiorum, quæ viis publicis cohęrẽt, argu. d. l. id quod. §. j. Et
6 † quod ſ. dictum eſt, idem intelligo de foſſis, quæ ſunt inter viã, & fundum ea ratione. Illę. n. foſſæ ſunt eorum, quorum prædiis adhærent, quod patet, quia ripa viæ eſt ipſorum, vt limites prædij, vt l. Maritus. de acqui. re. do. & no. inſt. de re. di. §. riparũ. ergo fouea quę eſt inter illam, & fundum nrm, eſt noſtra, vt ff. de aqua plu. ar. l. 2. §. poſtea. & ibi no. Via aũt non poteſt dici, quia per illam non itur, nec cõmeatur. ergo non eſt via, vt l. 2. §. ait prætor. ne quid in loco publico. puto tñ, ꝙ uſus ſit publicus, ſicut viarum. quod ſ. dictum eſt. idem intelligo de foſſis, quæ ſunt inter viam & fundum eadem ratione. Nec prædictis ob. l. prædia. §. ita legatũ. de fun. inſtru. quia ibi loquitur in aggeribus, & foſſis quę ſunt inter ipſum fundum, & ſic ſunt iura proprietatis, & vſus dñi ipſius fundi. vnde
7 cum venduntur, veniunt menſuranda. † Sed dubitatur qualiter iſtæ foſſę, quę ſunt in fundo, menſurentur, videlicet, an menſuretũ ſuperficies, quæ ſit a latere fouęę, & quæ ſit in fundo foueæ. an vero menſuretur cũ toto agro, ſicut ſi foueæ plenę eſſent? Rñ. ager dr̃ ab agẽdo ſm Hugutionẽ, & ſic ab actu, quia ꝑ eum pñt boues, & alia animalia duci, quod importat nomẽ actus. Si igit fouea eẽt ita plana. & eius latera ita lata, ꝙ laborarẽtur, vel laborari poſſent cum bobus, dico eam menſurandã. Si vero (vt ſępe accidit) ripę foueatum ſunt erectę, ita ꝙ per eas iri & agi non poſſit, tunc foueę non menſurantur cum fundo, ac ſi planæ eſſent, & ita obſer-
8 uatur. Ita dico † de ripis, quæ in fundo eſſent, vt ſi quidẽ cũ bobus coli poſſent, eorum ſuperficies veniat menſuranda, ſecus ſi ita eſſent erecte, ꝙ ſic coli non poſſent: tunc enim menſuratur ſolum, quod dicta ripa continet. ſicut ſi in fundo aliquis murus eſſet, eadem ratione prædicta vera, niſi aliter actum ſit expreſſe, vel tacite. l. id qđ. §. j. de peri. & com. rei vend. Dico aũt tacite, puta, ſi ad menſuram aliquod prædium venderetur montuoſum, ſaxoſum, vel plagioſum ſeu riposum, licet enim hoc proprie agi nõ poteſt,
9 tñ menſurabitur, ſic enim actũ videbitur. De cõcauitate † vero ſulcorum, qui ſunt annalis culturæ, vel aquę deriuandę, vt ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. de eo opere. dico menſurationem non habẽdam, quoniam illa non eſt forma agri perpetua, ſed culturę cau-
10 ſa factum. foueę, † vero agri ad perpetuam vtilitatem fieri debẽt, vt ff. de impen. in reb. dot. fa. l. impenſę. Id autem, quod dixi, ꝓdũ quod totum eſt riposum, vel plagioſum eſſe menſurandum, contradicere uidetur ei, quod ſ. dixi, ripam & loca, quę ripę cedũt, ꝑ ſe non poſſe uendi. Sed reſpondeo omnia loca, quę a plano incipiunt uergere uſq; ad aquam, intelligendum eſt propter alluuionem aquę. ſi enim intra duos montes uadat flumen, non omnes penditię montis dicentur ripæ, quoniam naturaliter uergẽt uer-
a ſus aquam, ut no. in d. l. penul. de flumini. Huius gratia [a], † quid ſit
11 planities inueſtigandum eſt. Ad quod ſciendum eſt habita notitia eorum. quę plano opponuntur, ut mons, uallis, collis, & ſimilia: mons locus altus eſt, l. ſi ędes. ſ. de ſeru. urba. prędio. quod intẽdo de magna altitudine, qu od infra dicam: dicitur autem mõs ſecundum Hugutionem, & Papiam, a mouendo per contrarium, quia non mouetur, quod intelligo non de ea immobilitate, quę uniuerſæ terræ congruit, ſed quia non mouetur, ſcilicet per culturam. i. non colitur. terra enim quę colitur, bene mouetur. Durat igitur mons uſque ad locum, quo coli incipiunt penditiæ. Igitur montium appellatione non continentur, quia ibi terminat mõs, & ita utimur, niſi certi loci uſus aliter ſe haberet, ſi tamẽ intro mõtes eſſent aliqua culta. montis appellatione cõtinentur. ſicut pars appellatione totius. ut ff. de rei uendic. l. in rem. §. quęcũque. Collis autem ab altitudine montis dici poteſt. Proprie autem collis dicitur a colendo, quaſi mediocres montes, quia coluntur. Ita exponit gloſ. ſcripturę diuinę, ſuper illo uerſi. Pſalmi: Montes exultauerunt ut arietes. & colles ſicut agni ouium. Sunt enim mõtes, magnę altitudinis, & communiter ſunt inculti. Colles uero mediocris altitudinis, & communiter ſunt culti. intelligo autẽ colles habentes altitudinem propriam. non continuatam cum mõtibus habentibus maiorem altitudinem. Si enim continuarẽtur, tunc ſi eſſent culti dicerentur penditię montium, ut dictum eſt, tamen in nonnullis partibus locus magnę altitudinis, licet cultus, dicitur mons, & locus paruæ altitudinis, licet incultus dicitur collis. Diſtinguitur ergo mons a colle, altitudine, uel cultura, uel ęſtimatione circuncolentium, ſimile ff. de flumi. l. 1. §. 1.
12 Vallis uero dicitur locus, † montibus, uel collibus circundatus, à uallo uallas, quod idẽ eſt quod circundare, & eſt locus planus,
13 paruę ſeu mediocris magnitudinis. Planus dicitur † a platos, Grece, quod idem eſt, quod æqualitas, ſecundum Papiam. duo igitur requiruntur. Primo, quod ſit latus. Secundo quod ſint eius partes ęquales, id eſt, ęqualiter planę, ita ꝙ una aliam non ſuper excedat.
14 Diſtinguitur ergo † uallis a plano circundatione. Poteſt enim planus eſſe non circundatus a montibus: uel alia altitudine, & iuxta mare. uallis autem non dicitur niſi ab altitudine circũdata. Item differt etiam latitudine, quia ſi ſit locus paruę latitudinis, montibus, uel collibus circundatus, tunc dicitur uallis. Si autem eſt magnę latitudinis, tunc dicitur planus, hoc autem ſtat in opinione circuncolentium. Differt etiam qualitate, quia uallis dicitur etiã ſi habet cõtinuitatem. Planus autem ęqualitatem requirit. ęqua-
15 litas autem † qualis eſſe debeat, dubitari poteſt. Puto autem omnimodam partem, quę uergit. Vix enim reperitur locus, qui aliqualiter in aliquam partem non uergat, ſaltem tamẽ, ut profluẽs aqua demonſtrat. Ideo dixi ſufficere, quod notabiliter nõ uergat. ſimile ff. de ędil. edic. l. etiam dens. notabiliter autem in unam partẽ, vergere probabiliter dici poteſt, quando inde aqua profluẽs multum de terra aufert, ita quod eius vſum & culturam faciat deteriorem. ff. de aqua plu. arcenda. l. i. §. fin. & argumen. de ędil. edi. l. i. §. ſciendum. In his autem multum circuncolentium opin. facit.
16 Foſſę agrorum, & uiarum ripę ipſius plani ſunt, loquor autem de plano totali, ut ſi de plano Tyberis loquerer. Sicut enim foſſę quę ſunt in fundo, fundi ſunt. ita quę ſunt in totali plano, plani sũt. l. prædia §. legatum. de fundo inſtru. & ſtatuta quæ loquuntur de his, quę in plano Tyberis committuntur, locum haberent etiam in his, quę in dictis foueis committerentur, & ripis committi
17 contingeret. † Quid ergo, ſi committerentur in eo loco, quo propter attractionem aqua verſus flumẽ vergit, an in plano Tyberis dicatur eſſe commiſſum? Videtur quod non, dicta l. penul. ff. de fluminibus ex quo a plano uergere incipit. cum dictio, a. ſeparationem denotet, ut ff. de actio. empt. l. datio. §. fin. ergo ille locus ſic uergens eſt ſeparatus & diſtinctus a plano. Reſpon. ſi quæratur an talis locus appellatione agri mei contineatur, dicendum
18 eſt quod non, per rationem prędictam. † Si uero quęritur, an totalis planus, Tyberis appellatione contineatur, attendendum eſt, ſi quidem flumen planum uadit, ita ꝙ ab utraq; parte fluminis planum Tyberis nominetur, quod in dicto loco fieret, in plano fluminis factum eſſe diceretur, quinimo etiam quod i ipſo flumine fieret in tali plano, ſub totali appellatione nominato, factum eſſe diceretur: cum enim ipſius fluminis aditus, & exitus ab utraq; parte intus plani appellatione contineatur, ergo & ipſe fluuius, alias flumen per mediũ diuideretur, nec eſſet unus planus. ſed plures plani, arg. ff. de uerb. ſignif. l. recte dicimus. facit, & eſt quaſi caſus, quia quod fit in aqua putei in ipſa re factum eſſe vr̃, vt ff. de aqua quot. & eſt. l. qui in puteum. §. is qui in ꝑutre. ſed ſi in illa parte fluminis eſſent montes uel colles, tunc ille locus propter aquę attractionem vergens plani appellatione non contineretur. ſed vbi planus deſinit, & loc' ille ripę fluminis cedit. d. l. penul. de flumi. nec etiam ipſum flumen aliunde habet aditum, arg. ff. ꝯ ri poſ. l. ſi duo. §. ſi ſupra cas. cum ſimil.

A D D I T I O.

a Th. Dip. Huius gratia. De iſta materia ponit plene d. Fel in c. Rodulphus. in ver. declarantur. de reſcrip. & vide Alex. de Imo. in conſi. 15. in 7. vol. incip. conſideratis his.

---

1 *Ager dicitur noſter, vt habeat locum alluuio non ſolum reſpectu dominij, vel quaſi, ſed etiam iure pignoris, uel vſusfructus, vel quouis alio modo.*
2 *Via intermedia agro non impedit ius alluuionis.*
3 *Prædia ciuitatis, quæ coluntur, ſicut priuata, habent ius alluuionis.*
4 *Additum per alluuionem plateæ vel campo, cui acquiratur*
5 *Additum alluuione loco ſacro, vel religioſo, vel alicui cæmeterio, ei non acquiritur, & in nullis bonis eſt, & occupanti conceditur. locus ſacer intermedius impedit ius alluuionis.*

a **Noſtro.** Noſtrum a quidem quantum ad præſens ſpectat ager dicit, ꝙ ſiue ad nos pertineat iure dominij, vel quaſi, vel iure pignoris, vel vſusfructus, vel quouis alio ꝑtinebit, ut hic. Et idẽ ſi quaſi dominij, vt ff. de publ. l. ſi ego. §. quod tamen per alluuionem. idem ſi pignoris. vt ff. de pignora. actio. l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. de pigno. l. ſi fundum in princip. Item ſi vſusfructus. ff. de vſu fru. l. item ſi fun. li. §. 1. Plus eſt, quia ſi fundus ad nos ſpe quadam ſpectaret, illo iure ad nos ſpectare alluuio, vt ff. de leg. 1. l. quod in rerum. §. eodem enim iure quo fundus cenſetur

---

A D D I T I O.

a Th. D. Noſtrum. Nota, quod ſi arbor tua vi fluminis delata in agrum meum ſe coaluit cum terra, an efficiatur mea, & an poteris agere contra me ad æſtimationem arboris, vide plene per Paul. de Caſtr. in l. hoc amplius. §. de his autem. & ibi Alex. in 2. no. ff. de dam. infec.

cenſetur. Item licet hic dicat, agro noſtro. Inſt. e. §. præterea. dicit
agro tuo. Intelligo autem, quod ſit alicuius, id eſt, ad aliquē iure pri-
2 uato pertineat. † Si n. eſſet iuris publici, vt via, tunc in ea adhære-
ret, & iuris publici non efficeretur. ſed eorum, qui prope viā præ
dia poſſident. vt ff. de acquir. rer. do. l. Martius. & quod no. Inſt. de
3 rerum di. §. riparum. quæ autem ſint † prædia ciuitatis, non tamē
in vſu publico. ſed per ciuitatem coluntur, ſicut per priuatum, ea
ius alluuionis habent. ſunt enim tanquam priuata, vt ¶. de contrahen.
4 empt. l. ſed Celſus. in prin. † Quid dices, ſi alicui campo. in quo fiet
forum, vel forte plateę per alluuionem flumē addiderit? Reſpon.
iſti campi plateæ ſunt, platea autem ſm Hug. & Pap. idem eſt quod
via ampla, ſeu via lata. ergo, &c. ſed via cedit, ſi iuri publico nō of-
5 ficitur, vt d. l. Martius. † Quid autem, ſi alicui loco ſacro, vel reli-
gioſo flumen adiecerit, vel alicui cœmeterio, vel loco aliter con-
ſecrato. Reſpon. ei non acquiritur. non enim eſt ager noſter, ſed
in nullius bonis eſt, vt ff. de re. diui. l. j. Nec poteſt dici quod quæratur
ei, qui ab alia parte loci ſacri prædia poſſidet. locus enim ſacer me
dius impedit acquiſitionem, licet via nō impediret, vt ff. de aqua
plu. arcen. l. ſi prius. §. ſed loco ſacro. & de ſer. l. ſeruitus. §. fi. Nō n.
poteſt dici, quod locus ſacer ita dicatur prædij, ſicut dicitur de via, d. l.
Martius. Via n. deſtructa, ſuppletur a prædio vicino. l. ſi locus. §. fi.
ff. quemad. ſer. amit. quod de loco ſacro non reperitur. Puto autē,
quod talis alluuio in nullius bonis ſit, ſed occupanti cōceditur, ſi-
cut in alluuione, quæ agris limitatis accedit, vt ff. de flum. l. j. §. ſi in
ſula. & §. ſeq.

1 *Flumen publicum dicitur quod perpetuo currit: quę autem in hyeme currunt, & non æſtate, priuata ſunt.*
2 *Flumen priuatum, nihil tribuit, per alluuionem adijcere tamen poteſt.*
3 *Torrentia ſiue foſſata agrorum, cur priuata ſunt.*
4 *Foſſata poſita in confinio duorum prædiorum communia ſunt.*
5 *Foſſatum exiſtens prope finem prędij de quo apparent inſtrumenta antiqua in quibus poſſeſſores emerunt prędia a latere, intelligitur eſſe eorum, qui prędia a latere poſſident.*
6 *Alluuionis ius, an habeat locum in riuis*
7 *Fluminis ripa, quę erat iuxta prædium, ſi corruit, ita vt flumen alueū mutet alueus acquiritur prędio.*
8 *Stagnum, & lacus ſi priuata ſint, non habent ius alluuionis, ſecus ſi publica.*

Flumen. De flumine publico loquor, & iſta declarabi-
mus vt patet in ea parte legis, quā in 3. lib. decla-
rabimus. per quam exprimitur, quod loquitur de flumine, quod eſt iu-
1 ris publici, probatur, Flumina publica † ſunt, quę perpetua ſunt, vt
ff. de flu. l. 2. § 2. & ideo gl. Inſtit. de re. di. §. flum. ſup tex. qui dicit,
quod flumina omnia publica ſunt. exponit omnia, id eſt, perpetua, vt
Padus, & Rhenus. Quædam vero ſunt priuata, vt foſſata in agro
poſita, quæ quandoque currunt, quandoque nō. Iſta ſunt verba
gl. Item Roff. in libellis ſuper interdicto, ne quid in flumi. publi.
dicit, quod flumina, quæ in hyeme currunt, in æſtate non, ſunt priua-
ta, & bene dicit. Iſta enim vocantur torrentia, vt ff. de flu. l. j. §. tor
2 rens. Si igitur priuata ſunt. per alluuionem nemini poſſunt aliqd
tribuere: ſi enim curſum mutant, ſemper ſolum remanet eius, cu
ius primo erat. Quod autem dixi per alluuionem non poſſe ad-
ijcere, intelligas apponendo, ita quod prædium extendatur, ſuper
ponendo vero poteſt adijcere, ſicut pinguedo agri ſuperioris ad-
3 ijcitur agro inferiori, l. j. §. ſi ff. de aqua plu. arc. Et † ſi quæratur, a
a cuius priuatorum ſunt iſta foſſata, ſeu torrentia? dico hoc facti eſſe.
* Poteſt enim probari, quod per alicuius prędium aqua ſcripſit, & foſ-
ſatum fecit, vel inter prædia plurium aqua iuit: tunc ſecūdum ter-
minos antiquos prædia erunt diuidenda, & alia foſſata. Vel ſi po
teſt probari qualiter ſunt ab antiquo poſſeſſa, quod ſi (vt ſæpe ac-
cidit) nullum iſtorum, vel aliud ſufficiens poſſit probari, tunc pu
to illorum eſſe, qui prope ab vtraque parte prædia poſſident, cu-
iuſlibet vſque ad medium. argu. eius quod dicitur de inſula, & al-
ueo dimiſſo. ff. de acquiren. rerum do. l. adeo. §. inſula. & §. quod ſi
toto. & quod dicā in 2. & 3. lib. huius expreſſum eſſe comperies.
ff. de aqua plu. arcen. l. 2. §. præterea. vbi tex. dicit ſi in confinio foſ-
ſa ſit. & gl. exponit in confinio. ſ. duorum prædiorum, & ſic erat
4 communis fouea. † Et ſic infert, quod eo ipſo, quod eſt in cōfinio,
prædiorum eſt cōmunis quod etiam expreſſius declarat ibi text.
dum dicit, eā partem quę tibi accedat, & ſic expreſſe innuit, quod
eis, qui ab vtraque parte poſſident, prędia accedunt, quod intelli-
go niſi ea foſſata eſſent in vſu publico, tūc dicerentur publica, vt
ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. hoc interdictū. & eſt expreſſum ff.
5 vt in flum. publico nauig. ſic. l. j. §. foſſa. † Sed quid ſi reperiuntur
inſtrumenta antiqua, in quibus poſſeſſores prædiorum a latere
emerunt prædium, & prope finem appoſitum ſuit foſſatum? Vi-
detur ad eos pertinere. Ipſa enim emimus, non cōfines. Pro quo
facit quod fundi nihil eſt, niſi quod intra ſe cōtinet, vt ff. de actio. em-
pti. l. fundi. in prin. Credo quod ſimiliter intelligantur eſſe eorum,
qui a latere prædia poſſident, vt ſ. probatum eſt. Nec obſtat quod
fines non emimus, quia fateor, ſed tamen poſſibile eſt, quod rei
venditæ accedunt. ſicut ſi emerem fundum, & acceſſiones, & po
b nerem pro fine ripam fluminis. b ſicut etiam ponerem pro fine
viam, quo ad quid fundo cedit, vt ff. de acq. rerum do. l. Martius.

Nec obſtat d. l. fundi. in princ. quia illa regula quod fundi nihil eſt, ni
ſi quod intra ſe cōtinet, patitur exceptiones per alias regulas, vel
leges, vt in aquæductu. qui eſt extra prædium, vt ff. de contrahen.
emp. l. ſi aquæductus & in limitibus prædiorum, & in vijs, vt ſ. di-
6 ctum eſt. & in tali foſſato, l. 2. §. præterea. de aqua pluuia arcen. † De
riuis vero & alijs nominibus fluuiorum, ſeu quæ aquarum curſus
ſignificant, quid iuris ſit, & an in eis alluuionis ſit ius, in 2. libr. vbi
de inſula tractabimus, dicetur, quoniā tex. in l. 1. ff. de riuis. de hoc
7 ibi facit mentionem. † Sed quæro, quid ſi ripa prædij verſus flu-
mē naturaliter ſe extēdit, quia forte ibi erat lapidicina accreſcēs,
de qua dicitur ff. ſolut. matrimon. l. diuortio. §. ſi uir in fundo. ut
euidenter videtur Piſis apud montem Piſanū in lapidicinis mar
moreis. vel in terræ motu fluminum, vbi ripę erecta corruit, & ip
ſa iuncta prædio remanens fluminis in alueo per eum locum ceſ
ſare fecit? Reſpondeo, puto totum locum domino prædij accede
re, ſicut per alluuionem: omnes enim iſtæ acceſſiones, quæ diui-
na natura tribuerunt, nullo facto humano interueniente, eiuſ-
dem naturę ſunt, vt ff. de vſufructu. l. item ſi fundi. §. primo, & hoc
videtur ſentire Azo in ſumma, Inſtitu. de rerum diui. ſiue enim
flumen prædio meo addat, & propter hoc ab eo ſimpliciter rece
dat nil addendo nobis accreſcit, ff. de acquiren. rerum domin. l.
Martius. hoc autem nil addendo recedit, ſed ab eo recedit natu-
rali impulſu. Illud autem incrementum, quod quandoque ripa
naturaliter excreſcente contingit, dici poteſt alluuio, quia latens
poteſt dici incrementum alnei recedentis, de quo dicemus in ter
tio libro huius operis. cum enim repente fluit, alluuio non eſt.
8 † De Lacu vero, & Stagno dicendum eſt, quod quando lacus, &
ſtagna ſunt priuata, tunc non eſt dubium, quod per alluuionem
non vni detrahit, nec alij addit, ſed locus ille, qui inundatur aqua
lacus, vel ſtagni, etiam ita inundatus remanet eius cuius primo
erat, vt ff. de acqui. rerum dom. l. lacus. de aqua plu. arcend. l. vici-
nus. §. fi. Quædam lacus & ſtagna ſunt publica, & hoc duobus mo-
dis: quandoque enim ſunt publica, id eſt, Reipub. & ibi nullus piſca-
tur, niſi cui Reſpub. committit, vt in lacu Peruſino, tūc idem, quod
ſi eſſent priuata, vt ff. de contrahenda emptio. l. ſed Celſus. quæ-
dam ſunt publica, vt in vſu publico, per eum enim quilibet piſca-
tur ad placitum, tūc addit & detrahit per alluuionem ſicut flumi
na publica, vt ff. de verborum ſign. l. litus. & ff. vt in fluminibus pu
bli. na. ſic. l. 1.

ADDITIONES.

a Tho. Dip. Et ſi quæratur. Plures quæſtiones de foſſatis, vide per Felyn. in c. Rodulphus, de reſcrip. Et vide Bar. in l. prædia. §. ita legatū. & ibi ſcripſi in apoſtil. mea. ff. de ſun. inſtru.

* Crau. conſi. 104. num. 3. Soc. Sen. conſi. 79. in prin. lib. 3. I. M.

b Tho. D. Ripam fluminis. Vide plene per do. Ale. in conſ. 41. in 6. vol incip. omiſſis argumentis. vbi plene ponit de doctrina Bart. hic, & eſt duplicatum in conſi. 120. in 3. vol. & idem Bal. in rub. ff. de de rer. di. in 6. col. in fi. & ſeq.

1 *Adiecta dicuntur, quæ ita adijciuntur, vt vniantur.*
*Quod alluuione adijcitur, & vnitur prędio noſtro, noſtrum eſt.*
2 *Proiectum per flumen in agrum noſtrum, noſtrum non eſt, ſed conceditur occupanti.*
3 *Arena adiecta alluuione fundo noſtro, noſtra eſt.*

1 Adiecerit. † Adiecta dicuntur ea, quę ita adijciūtur vt
vniantur, vt ff. de rei ven. l. in rē. §. item quæ-
cunq;. Vniri autem dicūtur, quā partes inuicem cohærēt. apparet
enim euidēter id quod per alluuionem additur alteri prędio cohærere.
ſi quid autem ſit quod adijcitur, ita quod cohæreat, ſiue terra, ſiue li
2 gnum, ſiue æs, noſtrum erit. Illud autem † quod per flumen in no
ſtrum proijcitur, quod nō cohęret, licet nullius ſit in noſtrum nō
eſt, ſed occupanti conceditur, vt patet in apibus, & fauo mellis ab
apibus facto, vt ff. de acq. rer. do. l. naturalē. §. apum. Inſt. de re. di. §.
apum. Hinc ēt apparet, quod fundi nō eſt, niſi quod intra ſe continet,
ita quod ſit affixum, vt ff. de act, emp. l. fundi. in prin. facit ff. de acqui.
3 poſ. l. 3. §. Neratius. † Quid autem dicemus de arena, cuius partes
inuicē non cohærent, an noſtra efficiatur? Rň. cum hæc materia
terrea ſit, nec cuius ſit, appareat, cum ipſo fundo cōfundi dr ſicut
dicimus de pecunia mixta cum pecunia, vt ff. de ſo. l. ſi alieni. hinc
ēt apparet, quod omnia incrementa fluminum, quæ ſiunt per al-
luuionem, ſunt additamenta arenoſa De iſto igitur iure, vt ſ. dixi,
ſic ſentio, vt gl. ſentit.

Iuregentium. Hoc eſt ius, quo omnes gentes vtūtur,
vt ff. de iuſt. & iu. l. 3. §. fina. competit er
go illud ius deportatis, & cæteris, qui iura ciuilia perdiderunt, vt
ff. de pę. l. quidam ſunt.

1 *Aditectum alluuione nobis acquiritur ipſo iure abſque facto hominis.*
2 *Adiectum alluuione agro, poſſidetur eo iure, quo poſſidetur ager.*
3 *Alluuio non habet locum in agris limitatis.*
*Agri limitati, dicuntur agri capti ab hoſtibus, & inter milites diuiſi.*
4 *Territorium vnum, ſi princeps diuidit inter plures, dicitur ager limitatus, & non habet ius alluuionis*
5 *Territoria diuerſa, ſi diuerſis integre aſſignantur, non dicuntur agri limitati.*

*Allu-*

Digitized by Google

6 *Alluuio non tribuit iuriſdictionem, ſicut tribuit dominium rerum priuatorum. & num. 9.*
7 *Iuriſdictio eſt iuris publici Et qualiter ſit iuris publici.*
8 *Iuriſdictio ſi diuidatur flumine, quęlibet ciuitas, vel dominus habet iuriſdictionem in ipſo flumine, vſque ad medium.*

1 **Acquiritur nobis.** † Acquiri nobis intelligo eo iure, quo ager primum ad nos
pertinebat, vt ſup. dictum eſt, cum expoſuimus verbum, noſtro.
& ſit acquiſitio ipſo iure gentium abſq; alicuius hominis facto.
An autem ſic acquiri dicatur, vt poſſideamus, ꝙ per alluuionem
a adijcitur, dubitari poteſt: ſed cum hoc,ᵃ † quod adijcitur pars pri
2 mi agri ſit, nõ nouus ager, puto ꝙ id quod adiectum eſt, ſicut primus ager poſſideatur, arg. ff. de acquir. poſ. l. 3. in prin. In ea.n. opi-
nione, quis videtur eſſe, vt velit totum fundum poſſidere, vt ff. de
3 leg. 2. l. ſi ex toto. in prin. & l. quod in texum. §. pen. † Prædicta autem non habent locum in agris limitatis, vt ff. de acq. rer. do. l. in
agris. & ff. de flu. l. 1. §. ſi inſula. Qui autem ſunt agri limitati, ibidẽ Iuriſconſultus explanat, hoc eſt ager captus ab hoſtibus, & diui
ſus inter limites, vt ſciretur quid cuiq; datum eſſet. quod veniſſet
& quod in publico relictũ eſſet, d. l. in agris. in fi. ſi ergo Princeps
vnum integrum territorium vni aſſignaret, non erit ager limitatus, vt hic patet, quia nõ eſt diuiſus. Et hoc vult tex. in d. l. in agris.
dum dicit, ꝙ ſi ager totus apud Rempub. retinetur, non eſt ager li
4 mitatus. † Sed ſi vnum territorium Princeps inter plures diuidit,ᵇ
b tunc agri limitati ſunt, nec ius alluuionis habẽt, d. l. in agris. & de
flum. l. 1. §. ſi inſula. ratio huius poteſt eſſe, quia poſtquã Princeps
limitate decidit, vult quod ſemper limitate poſſideantur, vt ſemper ſciatur quãtum habuit beneficio principis, nec poſſit dici, ꝙ
habuit beneficio fortunæ. vel dic ꝙ rõ eſt, quia flumina loco cenſitorum habentur, hoc eſt illorum officialium, qui propter cenſũ
accipiunt de iure vnius, & dant alteri: ſicut dicti officiales non
poſſunt mutare conceſſionem factam per Principem, ita nec flumen, arg. ff. de acq. re. do. l. ergo. §. pe. Sed huic rõni ɔ̃dicit expoſitio Azo. quã facit in Sum. Inſti. de rer. diui. ver. nouus autẽ alueus.
vbi dicit. flumina habentur loco cẽſitorum, ideſt iudicũ, & principum, vel iuris authoritate. iõ non hñt ius alluuionis, quia pro illis prædijs non tenentur ſoluere functiones. iõ in alio grauantur,
vt C. de fun. li. l. fi. lib. 11. Vel dic non eſſe rõnem quærendã, poſtquam habeamus determinationem. In agris igitur limitatis non
5 hẽt locum ius alluuionis. † Sed quid, ſi plura territoria capiantur,
& quodlibet territorium per ſe integrum diuerſis militibus aſſignetur? Rñ. non eſſe agros limitatos, ſicut ſi vnum integrum vni
aſſignetur, vt dictum eſt, arg. ff. de ver. obl. l. ſcire debemus. 1. reſpõ
6 † Quæro, ſi territorium,ᶜ & iuriſdictiones ciuitatum, & epiſco-
c patuũ ſunt diuiſa, & terminata per curſum alicuius fluminis, an
* ſicut flumẽ accipit de iure vnius, & dat alteri iure dñi, ita faciat
in iure iuriſdictionis? Et videt, ꝙ iuriſdictiones nõ mutẽtur: ſunt.n.
limitatę a principe, ergo vñr agri limitati, d. l. in agris. Et ſic dico,
ꝙ ſi hoc nõ apparet, dicam, ꝙ iſtæ limitationes ſunt antiquæ, & a
tpe cuius memoria nõ exiſtit. ergo hñr iure ɔ̃ſtituti per principẽ,
vt ff. de aqua quo. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & ſic vñr limitati. Sed hæc rõ non eſt ſufficiens, pone.n. ꝙ princeps non diuiſit territoria, vel ſicut diuiſa inuenit, diuiſa ſeruauit, & tunc agri limitati
non dñr, vt dictũ eſt. Vel dicamus, ꝙ iuriſdictio non mutatur, quia
alluuio ea, quæ ſunt publica, in alium non transfert. argu. l. Martiᵒ.
ff. de acq. re. do. Sed huic obſtat, quod ſup. dictum eſt ſuper verbo
noſtro, quia ea, q̃ ſunt publica, hoc eſt, ciuitatis, in vſu publico ius
7 alluuionis hñt, cuius gratia videndum eſt, † an iuriſdictiones ſint
iuris publici, & cõſtat, ꝙ ſic, vt ff. de iuſt. & iu. l. 1. §. publicum ius,
ibi, magiſtratibus, &c. Secundo vidẽdum eſt, qualiter iuriſdictiones ſint iuris publici, an tanquam ea, quæ ſunt in vſu publico, an
tanquam ea, quę ſunt ciuitatis, vt priuatus poſſidet? Ad qđ ſciendum eſt, ꝙ ſicut pater & filius, dñs & ſeruus ſunt correlatiua: ita iuriſdictio eſt quædam relatio dñi in ſubditos, & ſicut pr̃ hẽt ius in
filium, ita filius ɔ̃ prẽm hẽt quædam iura petendi alimẽta, & ſimilia. Ita in iuriſdictione, ſubditi hñt quoddam ius petendi iuriſdõnẽ
a ſuperiore, & ſi ille denegat, delinquit, & punitur, vt in Authẽ. vt
diffe. iud. in prin. & ff. & C. de magi. cõue. cũ, ſi. & iſtud eſt iuris publici, tanquã ea, quæ ſunt in vſu publico, quilibet. n. poteſt a magiſtratu iuſtitiam petere, vt d. l. 1. §. publicum ius. de iuſti. & iu. Alio
modo conſideratur iuriſdictio, prout eſt in ipſo magiſtratu, ciuitate, Comite, vel Barone, & iſto modo iuriſdictio eſt iuris publici
eo modo, quo ſunt ea, quæ ciuitas poſſidet, vt priuatus, quod patet, quia non quilibet de ciuitate vtitur, ſed ſolum cui Reſpublica
permiſerit, & ea, q̃ inde pcipiuntur, vt mulctæ, pœnæ, banna, & ſimilia ipſius ciuitatis. vel dñij ſunt tanquam priuata, vt ff. ne quid
8 in loco pub. l. 2. §. hoc interdictũ. Itẽ vidẽdum eſt, † vtrum iuriſdõ
* competat cuilibet ciuitati, vel dño, & in ipſo flumine vſq; ad medium ipſius fluminis terminantis? Et rñ. ꝙ ſic, quia oĩa, quæ ſunt
in confinio ſunt cõia eorũ, q ab vtraq; parte poſſidẽt, vt l. arbor.
ff. cõi diui. de aqua plu. arc. l. 2. §. præterea. & de acq. rer. do. l. adeo.
§. fi. & ſic de omni eo, quod cõmiſcetur in ipſo flumine, quilibet
9 hẽt iuriſdõnem vſq; ad mediũ fluminis. † His pmiſſis in quæſtione propoſita, cum in ipſo flumine, & ſolo ipſius ciuitatis domino, vel alterius loci dño, vel epõ competit ius iuriſdictionis tanquam ius priuatum, & ſic tanquam ad hoc flumen eſt priuati iu
* ris. dicendum * eſt indubitãter, ꝙ per alluuionem, hoc eſt per additionem, quę fiat a flumine, non adijcitur, vel detrahitur iuriſdictioni, ſicut ſup. dictum eſt de lacu, vt ff. de contrahen. empt. l. Rutilia Polla de aqua plu. arc. l. vicinus. §. de acq. re. dom. l. lacus. argu. ff. de aqua quotid. & æſti. l. hoc iure. §. ſi aquam. ſed facilis eſt ſolutio, ſi bene inſpiciatur.

ADDITIONES.

* Cur. Sen. conſ. 73. col. 6. verſ. ego ad iſta de materia lateſ. Tiraq. de retrac. conuẽt. in fi. nu. 91. 92. 93. 94.
a Th. D. Sed cum hoc. De dictis per Bar. hic vide plene per Alex. in l. 1. in prin. ff. de acqui. poſſ. dom. Iaſ. in l. 3. inci. poſſideri. de acqui. poſſ.
b Th. D. Diuidit. Vide Alex. plene in l. cætera. in prin. ff. de leg. 1. vbi plene examinat doct. Bar. hic, & Vide Bar. Soc. in conſ. 181. incip. viſis capitulis.
c Th. D. Quæro ſi territorium. Adde Bar. Veron. in ſuo tract. de ſeru. in rub. de flumi. priuato. & Io. de Plat. in l. ſin. in fi. C. de fun. limitroph. lib. 11. & apoſt. Franc. de Curte, in l. 1. in addi. Alex. incip. cõfertur. ff. de iuriſ. om. iu. & plene. in cõſ. 66.
* Bar. Soc. Inter conſ. Mar. Sen. conſ. 127. col. 3. circa fi. lib. 1. Iaſ. conſi. 146. colu. 3. & 4. lib. 2. I. M.
* Soc. Sen. conſi. 79. in prin. lib. 13. I. M.
* Dicendum. Adde tu, qđ contra hanc opin. Bar. quam tenet Bal. in rub. ff. de rerum diuiſio. verſi. ſed vlterius quæritur. & in c. 1. §. ſi quis de manſo. de contro. inueſti. & Ang. Aret. & Io. Fab. in §. Præterea. Inſt. de rer. diuiſ. conſuluit do. meus. Bar. Soc. in conſ. quod incip. Dominus labia mea aperiat, & Spiritus ſanctus illuminet intellectum meum, præſens conſultatio pulchra eſt, & ſubtilis, in qua eleganter, & ſubtiliter. qđ non hr̃ in impreſſis. & ita conſuluit collegium Papienſe, quod conſilium eſt inter conſilia Fran. Curtij, conſi. 56. & etiam Lud. Bologn. in conſ. 13 & latum conſilium vide etiam per Cor. conſi. 287. vol. 3.

---

1 *Intelligere non comprahenditur per viſum.*
2 *Teſtis deponens per verbum, intellexit, non probat, niſi exponatur, ideſt, vidit.*
3 *Alluuio probatur per tres teſtes deponentes, quod videtur minutatim incrementum allatum.*
4 *Confines reperti fracti in domo, præſumuntur fracti ab eo, qui remanſit ad cuſtodiam.*
5 *Relatum factum in conſilio, præſumitur ab eo ſolo, qui exiuit.*

**Per alluuionem** aſſit vr̃ adijci, qđ ita paulatim adijcitur, vt intelligere non poſſimus,
quantum quoquo momento tpis adijcitur. Iſta verba ſunt legis,
adeo. §. prę terea. ver. per alluuionem. ff. de acq. rer. do. Super verbo, momento tpis. gl. in ver. momento tpis, ſic ait, nam & ſi tota
die figas intuitum, imbecillitas viſus tam ſubtilia incremẽta perpendere non põt, vt in cucurbita oſtendi põt. vnde dr̃ latens incrementum, vt Inſt. eo. §. præterea. Iſta ſunt verba gl. ſumpta ex Azo.
in ſumma. Inſti. de re. diui. ver. per alluuionem. Et aduertendum
1 eſt, † ꝙ illud quod tex. dat intelligere, glo. intelligit, hoc eſt, per
viſum comprehendi non poteſt, & merito. Vt.n. naturales dicunt,
vna eſt virtus intellectiua, quæ intelligit, & hæc eadẽ in homine
mediante organo oculorum videt, & per aurem audit, & ſic de ſi
2 milib. Hæc autem expoſitio licet † verbis legiſlatoris congrua ſit
in dicto alicuius teſtis congrua non eſſet, qui de eo debet deponere, qđ ſimpliciter ſenſu corporis percipit, vt ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. fi. C. de teſtib. l. teſtium. & no. per Inno. ext. de teſtib. c. in
nomine. & in c. cũ cauſam. Si igitur diceret teſtis aliquid eſſe, qđ
ſic fieri intellexit, non probaret, niſi exponeretur, intellexit, ideſt
vidit, quia potuit per alium modum ad hunc intellectum peruenire, de quo modo interrogatur. Sed hic merito occurrit dubitatio.
2 † Si.n. hæc alluuio non põt per ſenſum corporis cõprehendi, ergo ꝙ ſit alluuio per teſtes non poterit probari. dico autem, ꝙ bene
põt videri, ꝙ flumen addit, ſed nõ quantũ quoquo momento, ſicut in puero excreſcẽti videmᵘ. Dico ẽt, ꝙ ex diuiſione loci poſt
incrementum allatũ põt videri, & per viſum cõprehendi, qđ per
alluuionem eſt factum. Ex poſitione.n. facta de terra addita hoc
manifeſte per oẽs cõprehenditur, ꝙ minutatim factum eſt, & ꝙ a
flumine factum eſt, quod per alium fieri impoſſibile eſſet. Vnde
puto teſtẽ probare, qui diceret, ꝙ ipſe vidit minutatim incrementum allatum, & vidit ꝙ eſt alluuio addita a flumine minutatim.
Idem puto in quacunque materia contingere, vt ſi ſit aliquid factum, quod niſi ab vno fieri poterit, ꝙ apta ſit probatio illum fe-
4 ciſſe. † Quid.n. ſi per certam horam vnus adᵈ domus cuſtodiam ſit
dimiſſus, conſtatq; nullum alium ingreſſum eſſe, & confines, qui
clauſi dimiſſi erant, fracti reperiuntur, proculdubio ille, qui re-
5 manſit, fecit. † Et quod ſi plures erant in cõſilio ſuperarduis conſtituti, & conſtat neminem exiuiſſe, vel cum alio locutum fuiſſe,
vno excepto, & repente negotium eſſe ſcitum, & propalatum,
tunc proculdubio ab illo ſolo exeunte de conſilio, vel cum alio loquente factum eſt, cum ab alio fieri ſit impoſſibile, ſicut hic impoſſibile eſt ab alio additum, quam a flumine, &c.

1 *Vis in ſingulari, pro potentia, pro uiolentia, item pro neceſſitate, & etiã pro poteſtate ponitur.*
2 *Vires, in plurali denotant effectum, ſeu efficaciam, & potentiam corporis*

**Quod ſi vis fluminis.** Hic tractare incipit de incremento non per alluuionem, hoc eſt, non paulatim, & latenter. ſed manifeſte, & pa-
1 lam. Ait ergo, vis fluminis, ideſt, potentia fluminis. † Multa enim
ſignificat

Digitized by Google

ſignificat hæc dictio vis. Quandoque ponitur pro potentia, vt hic, & in vulgari dicimus, talis homo habet magnã vim, hoc eſt magnam potentiam, quod non intelligitur de corporali ſed de ea, q̃ contingit ex multitudine amicorum, vel ſubditorum, vel diuitiarum. Quandoque pro violentia, vt. ff. quod met. cau. l. 2. & l. extat cum ſi. Quandoque pro neceſſitate, vt ff. de ſta. ho. l. libertas, & quod ibi no. ibi, niſi per vim, &c. Dicimus in vulgari, ego facio hoc vi. i. neceſſitate cogente. Facit C. de reſci. vendi. l. non idcirco. Item accipitur pro poteſtate, vt ff de tut. l. 1. in prin. §. 1. & Inſti. de tut. in princ. Et iſtis caſibus declinatur tantum in ſingulari per
2 omnes caſus, † plurali vero non vtitur: reperitur tamen vires in plurali, & iſtud non habet ſingulare, & interdum ponitur pro effectu, ſeu efficacia, vt iſta ſtipulatio habet vires, vt ff. de ver. obli. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. ponitur etiam vires, id eſt, virtutes, vt ait Cato, Herbarum vires, &c. ponitur etiam pro potentia corporis, vt ille homo habet magnas vires. reperitur etiam iſtud aduerbium, vix, cuius ſignificatio ponitur. ff. de iud. l. vix. & ad Velle. l. tutor cũ ſim. &c.

## Partem aliquã de tuo prædio detraxerit, &c.

Vt igitur hæc pars locum habeat, oportet conſtare, ꝙ pars illa, quam flumen prædio meo applicuit, ex tuo prędio fuerit. Si vero cuius fuerit, ignoretur, tũc ſtatim, ꝙ terræ meę applicetur, meum eſſet, vt ſup. in prin. dictum eſt, & etiam ſuper verbo adiecerit.

1 *Applicare idem eſt, quod imponere, & ſubijcere.*
2 *Adijcere fundo dicitur, quod inuiſibiliter fit, applicare quod viſibiliter, & palam.*
3 *Cruſta agri, quæ applicatur prædio, quando poſſit vendicari.*
4 *Cruſta agri tui applicata prædio meo, & ita quod inſeparabiliter vnitur, efficitur mea.*

## Ex prędio meo appulerit, &c.

Inſtit. de re. diui. §.
1 quod ſi vis. vbi eſt idem tex. Et dicitur. † applicauerit, qđ exponit gl. in d. §. quod ſi vis. in ver. attulerit, i. appoſuerit, & ſubijcit, puta cruſtam terræ vineatæ, & arboratæ. Ita dicit gl. ſecundum hoc differt hæc pars a præcedenti, quia ibi adiecit a latere, hic ſuppoſuit. licet hoc in ſe verum ſit, tamen non puto curandum. Siue. n. in latere, ſiue ſuper fundo talem cruſtam poſuerit, idem iuris eſt. Dif-
2 fert ergo, † ꝙ in præcedenti parte adiecit inuiſibiliter, hic vero viſibiliter, & palam. Quid autem ſit hoc quod dicit appulerit, ſeu applicauerit, aduertendum. Poteſt autem hoc eſſe ſine vnione rei, quæ applicatur. Dicimus. n. nauem ad portum applicaſſe, vel ap-
3 plicuiſſe, non tamen vnitur portui. Et ſic hoc modo cruſta † agri quę prædio meo applicatur, ſine dubio tua manet, vt hic, & a te
4 poterit vendicari, vt ſ. de dam. infe. l. hoc amplius. §. 1. † Quandoque cruſta agri tui meo prædio applicatur aliqua leui vnione, vel quod poteſt de facili reparari, & tunc idem. Ideo dicit tex. palam eſt tuã rem permanere, vt hic. Raro. n. terra poteſt apponi ſuper terram, quin aliqualis applicatio, & vnio fiat. & ideo hæc lex notabiliter requirit, ꝙ arbores radices emiſerint, vt inf. videbimus. quando cruſta agri tui meo prædio applicatur, ita ꝙ inſeparabiliter vnitur, tunc prædij mei efficitur, vt inf. dicetur, &c.

1 *Cruſta applicata fundo meo, intra quantum tempus dicatur unita cũ meo & mihi acquiſita.*
2 *Impoſitum fundo meo, fundo meo acquiritur, & additum per alluuionem mihi acquiritur.*
3 *Arbor mea impoſita tuo fundo, etiam ſi ibi coaluerit, petitur actione in factum.*
4 *Cruſta applicata fundo meo, poſtquam fuit unita, uendicari non poteſt.*
*Arbor antequam coaluerit uendicatur a domino.*
*Cruſta antequam ſit unita, poteſt agi contra dominum, uel ut illam tollat, uel ut illam pro derelicto habeat.*


## Plane ſi longiore tempore.

Eãdem materiam proſequitur quando ab initio cruſta in meum agrum, vel fundum tranſlata eſt ſine vnione. Si. n. ab initio fuerit vnita, vt quia multum cum terra agri mei vnita ſit, ita quod nec diſcerni, nec ſeparari poteſt, alias poſſeſſio mea eſſet, vt d. l. hoc amplius. §. 1. de dam. infec. Sed quando ab initio ſic vnita non eſſet, tunc ex poſt facto fieri poteſt vnio. & vniri poteſt. quod ſi fiat, tunc efficitur mea: Hoc autem
1 qualiter † fiat, vnum exemplum ponitur, ſi longiori tempore fundo meo hæſerit, quod vt hic in glo. 1. in ver. longiore tempore dr̃, quidam exponebant 10. vel. 20. ann. quod gl. reprehendit. Sufficit enim ꝙ tanto tpe ſtet, ꝙ coaleſcat arbor in terra, vel ſi forte cruſtã non habent arbores, ſufficit ſi tanto tpe ſteterint, ꝙ ſi arbores eſſent, coaluiſſent, ex curſu enim tanti tpis præſumitur facta vnio terræ, & hæc eſt mens huius literæ. Puto ẽt ꝙ ſi intra modicũ tps illa cruſta ꝑ pluuiam ſit dirupta, & cũ terra agri mei vnita ſit, ꝙ ſtatim ſit effecta mea, ar. ff. de glan. legen. l. 1. & d. l. hoc amplius. §. 1. Ex eo. n. tpe quo cum terra vnitur, fundo meo dr̃ acquiſita. Et
2 eſt aduertendum, † quia ſupra in acquiſitione, quæ fit per alluuionem dictum eſt, ꝙ acquiritur nobis: hic vero dr̃, ꝙ acquiritur fundo, quod verũ eſt, prout hic glo. intelligit, ꝙ loquitur de eo, quod ſupponitur, quod ipſi fundo acquiritur. illud vero quod fundo adijcitur poteſt domini deſtinatione poſſideri, vt fundus ſeparatus a primo. & ſic magis perſonæ quam rei dicitur acquiri. Sed intelligendo, ꝙ hic etiam per extenſum non eſt vis, quia ſiue acquiratur nobis, ſiue fundo noſtro, idem eſt: ab initio enim fundo acquiritur, licet poſſumus poſtea ſeparatim poſſidere deſtinatio-
3 ne noſtra, licet † autem arbor coaluerit, an vendicari poſſit. Glo. hic tenet, ꝙ poſſit peti actione in factum, & hæc de arbore. Ipſa
4 † autem terra, poſtquam vnita eſt, peti non poteſt, d. l. hoc amplius. §. ita demum. de dam. infec. antequam autem coaluerit, ipſe dominus poteſt vendicare, dum tamen de damno infecto caueat, vt d. l. hoc amplius. §. ſi. ego autem in cuius præiudicium delata eſt cruſta, poſſum agere contra dominum, vt ipſam tollat, vel ꝓ derelicto habeat, vt l. prætor ait. §. ſi ff. de dam. infec. Poſtquam vero vnita eſt, hoc facere nõ poſſum, vt d. l. hoc amplius. §. 1. ver. ſed nec ego. Ad figuras igitur veniamus.




## Quia circa

diuiſiones eorum, quę per alluuionem adijciuntur, queſtiones plures vidi, quorum doctrinam dare impoſſibile arbitror, niſi res inſpectione oculorum inſpiciatur. Ideo figuras ad oculum demonſtrantes inſerui, per quas illa ſolum docere intendo, quæ communiter ignorantur, & in hoc vtar aliquibus concluſionibus geometricis. Nec hoc quis arbitretur incõgruum, quia omnis ſcientia ancillatur huic. Eſt enim hæc Architectonica de alijs cunctis diſponens, vt dicit Ariſt. 1. Ethic. Sciendum eſt igitur, ꝙ inter eos, qui ex vna parte fluminis prædia poſſident, id quod per alluuionem adijcitur, vel quoquo modo. i. diminuendo inſulam, vel alueum, cõe eſt pro diuiſo, pro modo latitudinis, quæ latitudo prope ripam ſit, vt in §. adeo. & §. inſula. hoc autem fit ducẽdo lineam per directum, per illam partem, quæ adiecta eſt per alluuionem, ſeu per inſulam dimittendo alueum. Ad oſtendendum igitur, quæ ſit linea recta ſuper directum ducta, facta eſt iſta figura. Sed an linea ſit recta, quęro tribus modis. Primo, an linea ſit recta ſm ſe, & de hoc in figura. Secundo, an linea ſit recta reſpectu alterius lineę, ſupra quam cadit. Tertio, an linea ſit recta reſpectu alterius puncti, qui eſt in angulo duarum linearum, hoc eſt, an recte ſecet angulum per medium. De quolibet videamus: De primo dico, quod linea recta ſm ſe, eſt ab vno puncto ad alium extenſio, vt patet in prima linea ſupra poſita, vbi ſunt duo puncti. a. b. nam ſi extendatur prima linea ab vno puncto ad aliud, illa linea erit recta, & ſi vnum filum tangens illos duos, punctos extenderetur in infinitum, tota linea erit recta, ut patet ad ſenſum, & figura demonſtrat. Item ſciendũ eſt, quod ſi fieret aliqua linea ſuper duos punctos æque diſtantes a primis, ut c. d. æque erit linea recta. & ſi in infinitum illæ duæ lineę extenderentur, nequaquam iungerentur, ut ex figura patet ad ſenſum. Sed ſi fierent duo puncti, nõ æque diſtantes a primis, ſed unus etiam magis propinquus primæ lineæ, alius magis remotus eſt, ut e. f. tunc protrahendo lineam, linea eſt indirecta ſm ſe, vt præcedens. nam punctus. a. eſt magis remotus a linea c. d. quam punctus f. iñ protrahendo illas duas lineas neceſſe eſt eas ſimul iungi. Si uero ſecundus punctus eſſet remotus, ut in linea. g. h. (conſtat. n. ꝙ punctus. g. eſt magis propinquus præcedenti lineæ, & punctus. h. eſt magis remotus) tunc quanto magis iſtæ duæ lineæ extenduntur, magis elugantur, ut patet ad ſenſum, & prędicta ſunt multum no. in geometria, ut patet in 1. lib. Euclid.





## Hæc figura

facta eſt ad oſtendendum, quomodo poſita una linea recta ſuper aliquo puncto ipſius lineæ, alia recta perpendiculariter, & recte cadit, quod cognoſcitur, quia quando ſuper unam lineam rectam, alia recta, & perpendiculariter cadit, tunc uterque angulus rectus erit. Sed ſi non caderet recte, & perpendiculariter, tũc unus angulus erit acutus alius latus erit, & apertus quaſi obtuſum oſtendat. Exemplum

primi

primi dicti ſit linea poſita.a.b.& punctus in ea ponitur.d. ſuper illo ducatur linea perpẽdiculariter.e.d.tunc vterq; angulus rectus erit æqualis. Exemplum ſcđi dicti ſit linea poſita.e.f.pũctus in ea.g poſitus,ſup illo ducat̃ linea nõ recte, nec ppẽdiculariter, vt ſi flectat̃ verſus punctũ. f.& ſic linea. g. ſic angulus eſt acutus in illa parte, qua flectet̃,& ab alia parte erit obtuſus. Sed dubitatur, ſi ponatur linea.i.k.& in ea pũctus.m.& ducat̃ ſup illã lineam.m.n. q̃ in nullã partẽ flectat̃,& tñ in aſpectu nõ vr̃ linea recta, qđ erit? Rñ. vere eſt linea recta prima.i.k.& alia ſup ea recte cadit,ſi cõſideretur ſm ſe, nõ aũt ſi cõſideret̃ reſpectu quadraturæ iſtius chartæ, ſup qua deſcribit̃.Sed ad iſtud null' eſt hñd' reſpũs,ſed ſolũ ad lineã poſitã,& ad illã,q̃ ſ.eã ducit̃,& hoc eſt vtile ſcire ad multa,q̃ ĩ.dicẽtur,&c.





Quia in diuiſione,de qua tractaturi ſumus, ſæpe expedit diuiſiones fieri p medium:iõ ad hoc docendũ,& demõſtrandum,facta eſt iſta figura:ponat̃ ergo linea recta.a.b.q̃ volum' diuidere p mediũ,ita q in ipſo libro poſſit cuiq; demonſtrari. Primo ponã pedẽ circini in pũcto.a. & ducã circinũ vltra medium lineæ,vt oſtendit circulus rubeus: deinde ponã pedẽ circini in puncto.b.& ſup.eũ faciã circulũ æqualẽ primo, vt oſtẽdit circulus azureus,q duo circuli ſeſe ꝑtendunt in duob.locis,vt apparet.ducam igitur lineã rectã ab vno dictorũ punctorũ, vbi circuli ſe ꝑexiẽdũt ad aliũ,vt oſtẽdit linea.c.d.dico, q hæc linea diuidit lineã ductã p mediũ,vt apparet,& probat ſic. Si ab æqualib. æqualia adimas, ea q̃ remanent ſunt æqualia,vt dicit Euclid. Sed æqualis diſtantia eſt a puncto.a.vſq; ad circunferentiã circuli rubei, qualis eſt a pũcto b.ad circũferentiã circuli azurei,& p lineã.c.d.q̃ æqualiter admittitur.ab vtraq; parte p diſtantiã,ergo paret,q illud,qđ remanet de linea.a.b.ab vtraq; parte,eſt æquale,& ſic linea.c.d.eã ſecat per mediũ. Itẽ ex p̃dicta figura apparet alia demõſtratio,videlicet,q ſi inter.a.b.nõ eſſet linea ducta, ſed eſſet ſpatiũ, q inter duo puncta.a.& b.dẽr diuidi iure ꝑximitatis,qđ in dicta linea.c.d.diuidit dictum ſpatiũ directo,p mediũ, ita q quicquid eſt ſup. eſt magis propinquũ. a. & quicquid eſt infra, eſt magis propinquũ. b.ẽt ſi linea.c.d.extẽditur in infinitũ. Apparet ẽt ex dicta figura alia demõſtratio, videlicet,q ſup.vnã lineam,vel baſim rectã duę lineę circulorum æqualium ſe ꝑtẽdunt,& a pũcto vbi ſe præſcindent, ducatur linea ad punctum,qui eſt in medio dictæ lineę, vt baſis,illa linea perpẽdiculariter cadit ad angulum,& facit rectũ ab vtraq;parte,vt patet ad oculum, & probatur ex præcedentibus. Quod ſi dicta linea diuidit ſpatium per medium, apparet quod non flectitur verſus aliquam partium, & ſic facit angulum rectum ab vtraque parte, & iſta ſunt multum neceſſaria ad cognitionem ſequentium,&c.




Figura iſta eſt facta ad oſtẽdendum qualiter poſita vna linea recta, & puncto in ea poſito ſ. illũ punctum alia linea recta,& perpendiculariter ducatur, ex his,q̃ poſita ſunt de neceſſitate concluditur. Sit igitur linea poſita.a. b.& in ea pũctus poſitus.c.ſ. quem volo aliam lineam directam ꝑpẽdiculariter ducere.faciã igitur ab vtraq; parte illius puncti duos punctos æque diſtantes.d. e. deinde aſſumã duas æquales lineas cũ duabus virgulis,vel chordulis,& vnã ponã ſup puncto.d.aliam ſup puncto e.& ambas coniungam per modum trianguli in puncto.f. poſtea ducam lineam a puncto.c.poſito vſq; ad pũctum.f. dico igitur, q illa linea recte,& perpendiculariter cadit ſ. datam in puncto dato dato,& hic oculus oſtendit, quia facit angulum rectum ab vtraq; parte,& probatur in lib.Euclidis.Vel breuius ſic,detur linea. g. h. & in ea ponatur punctus.i.ſup.quem volo recte, & perpendiculariter lineam ducere,& faciam duos punctos æque diſtantes,ad punctum datum,vt k. m.deinde ponam pedem circuli,vſque ad punctum.m.& extendam vſq; ad punctũ.k. & voluam illam partem, verſus quã volo illam lineam ducere. deinde ponãpedẽ circuli in pũcto.m.& extẽdam vſq; ad pũctum.k.& ſimili modo voluã. Sequitur q illæ lineæ circulares ſeinuicẽ ſecabũt in pũcto. n. dico igitur quod ſi a puncto.n.dato ducatur linea ad punctum.l. perpẽdiculariter,& recte cadit ſup.dictum punctum.l. eadem ratione qua ſupra probatum eſt in p̃cedenti figura Qñq;,ſ. vnam baſim rectam duæ lineæ circulorũ æqualium ſe proſcindunt, & a puncto vbi ſe proſcindunt,ducitur linea ad punctum, qui eſt in medio baſis,& ſuper illos duos punctos linea in infinitum producta, ſemp recte cadit,vt patet ex his,q̃ dixi ſup.in prima figura. hoc ẽt patet ex his q̃ dicta ſunt,qa dicta linea cadẽs ab vtraq; parte facit angulũ rectũ




Figura iſta eſt facta ad deſignandum circulum, q ĩ prima fuit q̃ſitũ.ſ. ſi ponatur vnus punctus in angulo duarũ lineatũ.& ſup.illum volo ducere lineã rectam, ſeu ꝑpendiculariter,qualr̃ fiat, q docet hæc figura. ponantur ergo duæ lineæ.ſ.a.b.& b.c.q̃ cõueniũt in vno pũcto, & ibi faciũt angulũ cuiuſcunq; ꝯdõnis ſit ille angulus, & ſuper illũ pũctum volo ducere lineam rectam.faciam igit ab vtraq; parte anguli in illis lineis punctum.b.q patet,ſi ducat̃ a puncto.f.vſq; ad pũctũ.b.q illa linea recte,& ppẽdiculariter cadit ſup.b.q patet,qa ſi ducatur alia linea recta a pũcto.d.illa ſecatur p medium, & erũt ibi quatuor anguli recti,vt ꝓbatur ĩ lib. Eucl. Præterea in ipſo angulo.b. ſunt duo anguli æquales. Vel ſi vis aliter ꝓbare,& opari, ponas duas lineas. g.h.& h.i.q̃ cõueniãt in pũcto. h. ſup. quẽ vis ducere lineã rectã faciã ab vtraq; parte in illis lineis punctũ æq; diſtantẽ. k. m.deinde ponam pedẽ circuli in pũcto,quẽ ꝑtẽdã vſq; ad.n.voluam ſ.verſus illã partem,ſup quã volo ducere lineam,deinde ponã pedẽ circuli in pũcto.m.& extẽdã vſq; ad punctũ.k.& voluã ſimili mõ,ſic illę duæ lineæ circulares ſe ꝑſcindunt ĩ puncto.n. Ducatur ergo linea recta a pũcto.h.vſq; ad pũctũ.n.dico,q illa recte,& ppẽdiculariter cadit ſ.pũctũ.n.eadẽ rõne, qua p̃cedẽs. Et ſi ducatur alia linea recta a pũcto.k.vſq; ad punctum.m.illa ſecatur per medium p lineam m.h. & erunt ibi quatuor anguli recti. Et in pũcto. h. ſimiliter ſiũt duo anguli æquales.His præmiſſis ad euidentiam,nunc ad propoſitum veniamus,põnendo ripas,prædia,& alluuiones,&c.





Ad euidentiam dicendorũ præmitto,q flumẽ deſignabitur per colorẽ azureũ, & caput fluminis erit ab illa parte, a qua erat caput alicuius animalis, & verſus illã partẽ fluent prædiorum ripæ p colorem nigrum.illud q eſt medium inter p̃dia,& flumẽ intelligit̃ alluuio.Item p alluuionẽ. Item lineæ rubeæ factæ ſunt illæ, q̃ vere diuidũt p alluuionem. Lineæ flauæ, ſiue croceæ factæ ſunt cauſa demonſtrationis, vel diſputationis & ſi q̃ñq; fieret aliqua linea azurea,& in ipſa figura declarabitur ad quem finem fiat. Nunc ad p̃ſentem figurã veniamus,& aduertendum eſt,qđ linea, quæ eſt ripa oĩum prædictorum,eſt recta omni rectitudine.Item duo prædia paria habẽt ꝯfinia directa,adeo q linea diuidens prædia directa,cadit ĩ lineã ripę Qđ patet,qa ab utraq; parte facit angulũ rectũ,in iſtis duob. p̃diis. diuiſio eſt clara, qa protrahitur linea directo per alluuionem uſq; ad flumen,ut oſtendit linea rubea,& illa linea eſt directa reſpectu ripę.& directe coniungitur cum ripa diuidente prędia. Videndum eſt de ripa,quæ eſt inter prædia Titii,& prædia Seii. & inter prædia Meuii In illis eſt dubium.' nã lineę diuidentes p̃dia licet ſint directæ in ſe non tñ cadunt directe in illam lineam,q̃ eſt ripa,ut patet, qa ab una perficiũt angulũ acutũ,ab alia obtuſum. Si igit̃ p alluuionem ducerem lineam ſm rectitudinem lineæ,non iret uſq; ad flumẽ,ſed iungeretur in pũcto.a.ut oſtendunt lineæ zaliæ, & ſic prædium Seii, q eſt maioris latitudinis iuxta ripã, hr̃et minus de alluuione,nec ꝑtenderetur uſq;ad flumẽ.dicendum eſt ergo, q lineæ ꝯfinium diuidentes cõfinia,nullatenus attendẽdæ ſunt, qm ĩ dicta l.adeo.§.in inſula.in fi.ff.de acq.re.do.dr̃ p modo latitudinis, q̃ latitudo prope ripã ſit. Si ergo fiet diuiſio,ꝯſideretur linea, q̃ eſt ripa, & cõſideretur linea,ubi cadit linea diuidẽs cõfinia, & ibi aſſumat̃ unus punctus indiuiſibilis,ut oſtẽdunt lineæ nigrę, & ab utraque parte illius pũcti,fiãt duo pũcti ęque diſtãtes.b c.& ponatur pes circuli in puncto, & extendatur ad punctum. c. & uoluatur uerſus alluuionem, & poſtea ponatur in puncto.c. & extendam ad punctum b.& ſimili modo uerſus alluuionẽ. Quę duę lineę reuolutæ proſcindentur in puncto. d.deinde ducatur linea recta a puncto.a.


vſque

Digitized by Google


vſque ad punctum.d.& protrahať vſq; ad flumen,vt oſtendit linea rubea.Dico igiť,q̄ illa recte cadit ſ.lineā,q̄ eſt ripa, vt ꝓbatū eſt ſ. in 3.figura, & eſt recta a puncto.d.vſq; ad lineā aſſumptā quātum vltra ꝓtrahiť,recta erit, vt dictum eſt ſ.in pri.figura,& ſimilis diuiſio eſt inter Seiū,& Meuium,vt lineæ ductæ oſtendunt.&c.





Hæc figura habebat lineā ripæ vniformem,& cū tractetur de alluuione diuiſionis, oēs ruſtici protrahunt lineā,ſm q̄ oſtēdit lineā flaua ducta ſm rectitudinē lineæ diuidētis ꝑdia. Sed hāc diuiſionē ruſticorū, nō eſſe bonā apparet, qa linea dēt duci recta ſm rectitudinē lineæ ripę, vt ex ꝑcedentib. liquet,& ſm illā non eſt recta,q̄ apparet, qa linea flaua ducta verſus caput fluminis,facit angulū obtuſum,verſus pedē facit angulū acutum,verſus angulum facit angulum obtuſum, q̄ repugnat lineæ,q̄ duciť recta. Fiēda eſt ergo diuiſio alluuionis,ꝓut oſtēdit linea rubea ducta ſ.lineam ripę, q̄ ab vtraq; parte facit angulum rectum,& ſic ipſa recte cadit perpendiculariter, vt ſ. demōſtratum eſt, Et ſi dicať,q̄ ripę linea nō eſt recta Rñ. immo eſt recta ſm ſe, q̄.conſiderādum eſt,nō autem vadit ſm rectitudinem lineę ꝑdiorum,quæ eſt ab alia parte.quod aduertendum non eſt,&c.





Iſta figura differt a ꝑcedentib. nā ꝑcedētes hñt lineā rectā: hæc vero hēt duas lineas in vno pūcto, q̄ faciunt triāgulum obtuſum.ſ.in illo puncto,vbi ſunt fines inter Lucium, & Titium. Dico igiť,ad diuidēdū alluuionē inter dicta duo ꝑdia, dēt duci linea vt oſtēdit linea rubea,ducta vſq; ad lineā azureā. Et q̄ linea cadat recte,probať: qa factis duob. punctis æque diſtantibus, & duabus lineis circularibus ductis ſup eis,vt oſtendunt lineæ croceæ ab illo puncto,vbi ſe interſecant vſq; ad punctum datum, vbi linea cadit ꝑpēdiculariter,vt demōſtratum eſt ſ.in 4.figura. hoc ēt ꝓbatur rōne proprietatis,vt diceť in ſeq.figura.Illud vero, qđ eſt ſuper lineam azurea.dēt diuidi, ac ſi in ripa eſſet recta, vt illa linea recta azurea oſtēdit.nā q̄ iuris eſt ī eo,q̄ ꝑdio primo adijciť,idē eſt in eo,qđ ipſi addito adijcitur,vt ff. de acq.re.do.l.inſula. Sed ſi ab initio ripa habuiſſet illam rectitudinem,illo mō fuiſſet facta diuiſio, vt ſ.in 5.figura,&c. hoc in ſeq.figura rectius, & clarius demonſtrabitur,&c.




Ad euidentiam iſtius figurę ꝑmitto, q̄ flumē addit q̄nq; ita, q̄ ripæ ſunt ab vtraq; parte eius,ſicut facit flumē p alluuionem poſitum. & tūc illud dimiſſum debet eſſe commune inter eos, q ſunt ab vtraq; parte propinq,vt ff.de acq.re do.l.adeo.§.inſula.& §.q̄ ſi toto. Qñ q; illud q̄ dimittitur,hēt ripā tm̄ ab vna parte:tūc dēt diuidi īter eos q ab vna parte ꝑdia poſſidēt p lineā in directum p inſulā tranſductā, vt ff. de acq.re.do.l.inter eos.& ſ.dictum eſt aduertendum, q̄ licet intra loquantur qñ ripa eſt ab vtraq;parte fluminis, eadem rō eſt, q̄ ſi ab vno latere fluminis ſunt duæ ripæ, inter quas ꝯtinetur relicta alluuio.Hoc præmiſſo dico, q̄ hæc figura hēt duas lineas rectas.ſ. a.b. & b.c.quę faciūt vnum angulum in puncto.b.Dico igiť,q̄ alluuio dimiſſa inter dictas duas lineas,hēt ripam ab vtraq; parte, iō dēt diuidi iure ꝓpinqtatis.illud vero,q̄ eſt vltra duas lineas,q̄ apparet ex ſe.a.linea aūt ducta.a.ad pūctū.c.hēt ſolū ripā,ab vna pte, & iō dēt diuidi p directā.Ducať ergo linea directa ſ.punctum b. q̄ apparet eē directā ex quarta figura.tūc dico,q̄ qcqd eſt ſ. dictam lineā verſus caput fluminis eſt ꝑdij Lucij iure ꝓpinqtatis, qđ ſic ꝓbat. Ponať pūctus.a.in dicta linea rubea, & ſ. illum fiat circulus rubeus, q pūctualiter tāgit ripā Titij, dico q̄ ille circulus equaľr tangit ripā Titij,& Lucij.& ſic illa linea eſt directe in medio. deinde infra dictam lineā fiat pūctus. b.& ſup eū voluatur circulus rubeus,q pūctualiter tāgit ripā Titij,dico qđ ille circulus nō tangit ripā Lucij, ergo ab illa magis diſtat,& eodem modo ſ. dictam lineam rubeā fiat punctus.c.& ſuper eum datur alius circulus rubeus,q punctualiter tangit ripā Titij,dico qđ non tangit ripam Titij, ergo ab illa magis diſtat,& ſic ꝯcluditur.q̄ diuiſio eſt recte facta. Illud vero,q̄ eſt ſup.lineam croceam.a.c.dēt diuidi, ac ſi tota linea eſſet quædā ripa recta,q̄ ꝓbatur ſic.Qđ iuris eſt ī eo,q̄ primo prędio adijcitur, idem iuris eſt in eo,q̄ ipſi addito adijcitur, vt ff.de acq.rer.do.l.inſulam.Sed ſi ab initio ripa habuiſſet illam rectitudinem,facta fuiſſet diuiſio,vt dictum eſt ſ.in quinta figura,ergo &c.




In hac figura ſunt duę lineæ rectę.ſ.a.b.& b. c. q̄ in puncto.b. faciunt angulum. verūm tm̄ linea.a.eſt minor, q̄ linea b.c.& in hoc differt a pręced. Dico igiť ducēdā eſſe lineam rectā a puncto.a.vſq; ad punctū.c.vt oſdit linea crocea.& qcqd eſt inť dictas lineas,ꝓculdubio hēt ripas ab vtraq; parte. Et ideo dēt diuidi iure ꝓximitatis,vt patet ex ꝑcedēti, & iō ducať linea rubea p medium diuidēs a puncto.b.vſq; ad lineam croceam ī pūcto. d. Illud vero,.p.a linea crocea ſ.hēt ripā tm̄ ab vno latere & p illam rectitudinem,q̄ oſdit linea crocea.c.a. & iō dēt diuidi ducēdo lineam rectā a pūcto.b.vſq; ad lineam azuream,a pūcto.e. Illud vero, q̄ eſt a linea azurea.d.e.debet diuidi ducēdo lineā rectā ſup illā azurea,ſicut ſi ibi eſſet ripa,& hoc p illā rōnē,q̄ additū addito,ēſt diuidēdū.ſicut addiuū antiquo ꝑdio, vt dictū eſt in ꝑcedētib. & ꝑdicta vera,ſi ꝓponatur quęſtio ſic ſimpliciter,& p quē modum alluuio acceſſerit ſit incertum. Si vero cōſtaret,q̄ primo alluuio addit certam partem,poſtea aliam,tunc declarabitur in ſeq.figu.&c.




Iſta figura facta eſt ad declarādū illud, q̄ dictū eſt in ꝑcedēti.ſ.ſi n. poneret ſimpľr totam alluuionē eſſe diuiſam,q̄liť eſſet fiēda diuiſio, apparet ex dictis in trib.ꝑced.fig. Sed pone,flumē primo p alluuionē diuiſiſſe illā partē,q̄ ꝯtineť intra lineā rubeā ductā ſup.ꝑdiū Titij,& Lucij,dico primo,q̄ tota illa alluuio eſſet Lucij,& Titij, quorū ꝑdiis adhęret, & Caius nihil habebit facere ibi.Secūda vero alluuio diuidet, ponēdo alluuionem primam ꝓ ripa, vt ſic inter ipſam, & ꝑdiū Caij. & Seij, ducať linea p mediū ſecās,ex doctrina data ī ꝑced. Sed oppoiť, q̄ p alluuionē,prima dēanť ꝑdiis Caij,nam inter ꝑdia Lucij, Titij,Caij,& Seij,ſunt duę lineę,q̄ faciūt angulum in puncto. d. & ſic pars alluuionis hēt duo latera,vt oñdit linea crocea.b.c.ergo illa dēt diuidi iure ꝓpinquitatis, vt dictū eſt. Sed pars illius alluuionis eſt magis ꝓpinqua ꝑdio Caij, q̄ patet, qa ſup pūcto lineę alluuionis primæ poſito in linea rubea,ſecať p lineā croceā, vt in pūcto. d. Fiat ergo circulus q tāgit pūctualiter ꝑdiū Titij, tm̄ occupabit partē d ꝑdio Caij,vt oñdit circul' azure'. Rñ. hoc q̄ alicui accreuerat iure ꝓpinquitatis,hēt locū,q̄ñ illud, de quo agrēdo ageret neutrius fundo cohęr,vt inſula,q̄ñ vni cohęr,& alij nō. ſp illi cedit, cui cohęrt, nec attēd.ī proximitas alterius,vt ff. de acq. re. do.l. inſula. in prin.& c.







Figura iſta facta eſt,vt oñdatur q̄ prędia quam pūt eſſe, q bus de alluuione non debetur vſque ad flumē ſed ante.


ante inter moritur, vt ſi ripa ꝯtineſ inter duas lineas. ſ. a. b.& b.c, faciunt angulū in puncto. b. ꝙ angulus cadit quaſi in puncto ꝑdij Titij. Primo ergo fiat linea rubea diuidens ꝑ mediū, vt linea.b.vt probatū eſt ſup. in 8.figura. Ex quo patet, quod quicquid eſt ad eā lineam ſup. verſus caput fluminis, cedit illi ripę. a.b.quicquid eſt ab illa linea inf.uerſus finē fluminis, cedit illi ripę.b. c.& hoc rōne ꝓpinquitatis, vt dictū erat, nec prædiū Titij hēt diuidere ſuperiori vicino,& inferiori. Et ſi bene reſpicias, pūctus diuidēs prædia cadit ī lineis rectis ſm ſe. Dēt ergo diuidi ducēdo ſup eā lineā rectā, vt oñſum eſt ſup. in 6.figura, vt oñdit linea.e.f.& linea.g.f.& ſic in puncto.f. portio ꝯtingens agrū Titij finitur.& intermoritur. Si.n. tranſiret vltra, vel ſi linea torqueretur, nec iret recta, vt ſi volueris lineam.e.f.verſus caput fluminis, vel ſi trāſiret vltra.b.d.dares primæ ripę pluſquā deberes iure proximitatis, quod iura prohibent, & ſi ponatur per alluuionem ſic ſimpliciter accreuiſſe. Sed ſi poneres, ꝙ primo accreuiſſet in totum angulū prædij Titij, vſq; ad lineam croceam.e.g.tunc dēt fieri diuiſio, vt in ſeq. figura, &c.





**Hæc figura** differt a præced. nā hic ripa cōtinetur, trib. lineis.ſ.a.b.& b.c.& c.d.& habet duos angulos.ſ.in puncto.b. & in puncto.c. Tota igitur hæc alluuio dēt diuidi iure propinquitatis, quæ tota continetur inter plura latera. Primo igitur ducatur linea per medium diuidens ſuper angulū.b.& ſit linea.b.c.deinde ducatur linea ꝑ medium diuidēs ſup angulū. c.erit linea.e.f.quæ duæ lineæ ſecabunt ſe in puncto. g. dico ergo, ꝙ portio alluuionis pertinens ad agrum Titij in dicto puncto. g. finit: quia ſi eſt azurea ſuper puncto. g.vtrāq; lineā punctualr tangeret. ergo ille eſt punctus, in quo vtriuſq; propinquitas terminatur. Si vero excederes,& velles facere circulū ſup.punctū c.tūc vni partiū accederet.& ab alia elongaretur, ꝙ aūt eſt intra illū triāgulū.b.g.c.ptinet ad ꝑdiū Titij iure ꝓpinquitatis, ꝙ patet q̄a intra illū triāgulū pāditur ꝑ cētrū vnius circuli, in puncto. h.qui tangit pūctualiter ripā Titij, nullā ripā tāgit inter Luciū.& Caiū, ꝑ lineā directo ductā vſq; ad flumē. Et hæc ſufficiāt de ripa.q hēt lineam, vel lineas rectas. Reſtat videre de ripa, q̄ hēt lineā circularem, &c.




**Ad euidentiam** eorum, q̄ dicēda ſunt de figura circulari, ſciendum eſt, qđ circulus ē figura plana, vna quidē linea cōtenta, q̄ circunferētia nominatur, in cuius medio punctus eſt a quo oēs lineæ ad circunferentiā exiſtentes ſunt ſibiinuicem ęquales, vt dicit Euclid. in prima figura. Nā centrū eſt in puncto.a.& oēs quatuor lineę inde exiſtentes ſūt ſibiinuicē æquales, & ſi plures ducerētur, idē eſſet. Itē apparet, qđ oēs lineæ, prædictaq; circunferentia in centro faciunt angulum. Item ꝑmitto, ꝙ totū illud, qđ eſt in circulo intra aliquas lineas ductas, eſt magis propinquum illi parti circunferentiæ, q̄ in punctis duarū linearū terminatur, vt v.g. Aſſumas partem circunferentię b.c.& duc lineā rectā ad centrum,& facit triangulum.b.a.c.& dico, ꝙ quicquid eſt intra illū triangulū eſt magis propinquum illi parti circunferentiæ.b.c.q̄ alicui alij, qđ patet ad ſenſum, & poteſt probari. Nā ponatur centrū in aliqua parte intra dictū triangulū, vt ſup.illū ducatur circul⁹ azureus, ꝙ tangit punctualiter dictā partē.b.c.dico ꝙ nullā aliā partē circunferētiæ tangeret, ergo illi magis propinqua. Et idem dicendum eſt de eo, qui continetur intra illum triangulum. b.a.d.& intra illum triangulum a.b. d.& a.e.d. & ſup.illum triangulum.c.a.e.vt euidenter apparet, &c.




**Quia in** ꝑcedēti dictū eſt, ꝙ lineę ſunt ducendæ a cētro ad circunferentiam,& quandoque ignoratur vbi ſit centrum. & iō expedit, ꝙ ducatur linea a circunferētia verſus cētrum, vel ꝙ centrū inueniatur, iō facta eſt hæc figura, q̄ duos hēt circulos,& ſic hoc fieri docet duob. modis. Primo ſic. Sit centrū, qđ apponatur in circunferentia vnus punctus.b.& ab vtraq; parte eiuſdē puncti.duo alij æque diſtantes.c.d. deinde ducatur linea recta.c.d.& iſtius lineæ inueniatur medium in puncto. e.deinde ducatur linea recta.b.c.dico, ꝙ de neceſſitate iſta vadit directe ſuper centrum.ſ.punctum.a. vt probatur in prin. ſecundi lib. Eucl. Hoc ēt patet, q̄a idē in alia parte circunferentiæ ponatur punctus. f. & ab vtraq; parte duo puncti æque diſtantes.g. h.deinde inueniatur mediū dictæ lineę in puncto. i.deinde ducatur linea recta. f.i.dico ꝙ iſta de neceſſitate vadit verſus centrum,& ſi vltra protendatur linea.b.c.& linea.f.i.ſecabunt ſe in puncto.a.vbi eſt centrū. Cōcluditur ergo, ꝙ ibi, vbi dictæ lineæ ſe ſecant, de neceſſitate eſt cētrū. hoc ēt fieri alio modo ad idem tendente, docet ſecūdus circulus. Ponitur.n. ꝙ ſi circuli centrū, qui non vr̄ in puncto. a. ponatur in circunferentia punctus.b.& ab vtraq; parte eiuſdē pūcti, duo alij æque diſtantes. c. d. deinde ponatur pes circuli in puncto. c.& extēdatur vſq; ad punctum. d.& voluatur ſ.& J. circulum. Eodem modo ponatur pes circuli in puncto.e.& extendatur vſq; ad punctū.c.& ſic illæ duæ lineæ circulares ductæ ſe ſecabunt extra circulum in puncto.c.& ita in puncto. f. ducatur igitur linea. c. f. dico, ꝙ illa de neceſſitate vadit verſus centrū. Et eodem modo ſi in alia parte circuli idē fiat, vt ponatur in circunferentia punctus.g.& ab vtraq; parte duo puncti æque diſtantes. h. i.deinde voluatur centrū ſup.h. & ſup.i. vt ī ꝑcedēti dictū eſt.& ſic dictæ lineę ſe ſecabūt in puncto.k. & in puncto.m.ducatur ergo linea.k.m.recta, tūc illa ducit ad centrum,& ſic in illo puncto ubi ſecabunt ſe linea. e.f. & linea.k.m.ibi erit cētrū. His ꝑmiſſis ad euidentiā dico, ꝙ ripa ꝑdiorū, q̄ hēt lineā circularem, q̄n̄q; habet ſe ut continens quia intra circulum diuiſa eſt alluuio: q̄n̄q; habet ſe, vt contentum, quia alluuio continet circularem ripam. ſi primo modo, tunc aūt ripa cōtinens lineam circularem, continet minus ſemicirculo, totum autem circulum continere non poteſt, quia ſic flumen non haberet exitum,& hęc in figuris proximis declarabuntur, &c.




**Si hæc figura** inſpiciatur tota ꝯtinetur una ripa, q̄ eſt minus circulo.& ab ipſa ripa alluuio eſt cōtēta,& oē ꝯtētū eſt min⁹ cōtinēte. Vñ de alluuione nō pōt dari tm̄, quantū eſt ripa. Itē licet ſit vna linea, tm̄ quia eſt rotunda, hēt duo latera ſe reſpicientia, iō id qđ continetur intra ipſam, dēt diuidi iure propinquitatis, ut in ꝑcedentib. demonſtratū eſt.in quolibet ergo puncto ubi fines ꝑdij terminantur, ut inducat lineā, q̄ reſpiciat cētrū, ſm figurā. Quo facto centrū eſt illud, qđ intra lineas cōtinetur,& illi parti propinquior eſt, ut ſup. probatū eſt 13. figura,& quia triplex eſt modus operādi, ducēda eſt linea uerſus centrū ut ſup. proxi. figura dixi. Iō hic in trib. ripis tripliciter opertis ducendo lineā rubeā uſq; ad flumē,& ad hoc, ut reddaris certus, ꝙ illæ lineæ reſpiciunt recte centrum, reperietur ultra flumen in puncto.a.ut lineæ croceę ductæ uerſus rubeas oſtendunt,& c.





**Figura** hęc differt a pręced.q̄a alluuio non exceſſit ꝯtinentiā ripe rotūdę.hic uero exceſſit, uñ illud quod ꝯtinetur intra ipſam ripā, debet diuidi eo mō, quo dictum eſt in pręcedenti. Id uero, quod eſt ſupra lineam azuream ductam a puncto.a.uſq; ad punctum b:diuidā.ac ſi ibi fuerit ripa recta, ut lineæ rectæ oſtendunt,& in præced.pluries eſt probatum.&c.




**Figura** iſta continet ſemicirculũ, quod apparet, quia linea recta tranſiens ſ. diametrum applicat extremitates ſuas ad vtranq; partem circunferentiæ, vt patet ex linea azurea ſ. centrũ. a. & diffinit ſic. Semicirculus eſt figura plana diametro circuli, & medietate circunferentiæ ꝯtẽta, vt hr̃ in lib. 1. Eucl. in hac igitur figura, ꝙ omnia prædia media, quę continentur inter ipſũ ſemicirculũ habebũt de alluuione pro rata vſq; ad centrũ, ſ. illud nil poſſunt hr̃e. Ratio, quia in illo centro portio eorũ terminatur in puncto, qui pũctus eſt illius latitudinis. Nam punctus eſt cuius pars non eſt. Sed ſup. illum punctum linea quędam directa, vt oſtẽdit linea azurea, debet ſ. illum punctum fieri diuiſio pro modo latitudinis cuiuſq; prædij, vt dicit tex. in l. inter eos. ff. de acqui. re. do. Sed latitudo illa eſt ſup. illum punctum, qui pertinebat ad prædia media. ſ. Titij, & Caij, vt dictum eſt, ergo &c. Quicquid igitur eſt ſup. illud centrum, pertinet ad prædia, quę ſunt in extremitatibus. ſ. ad prædia Lucij, & Seij, & ducetur in eos linea perpendiculariter directa ſup. illud centrum, vt oſtenditur ſup. lineã rubeã & prædicta ſi ſic ſimpliciter ponatur lineam ripæ eſſe circularem & alluuionem ſic ſimpliciter accreuiſſe: imaginandũ eſt enim ꝙ ſic circulariter accreuerit, vt oſtẽdunt duæ lineæ croceæ, & ſic circulariter ductæ ſ. idẽ cẽtrũ, quæ duæ lineę ſunt poſitæ extra eam. & eodem modo intelligo accreuiſſe vſq; ad centrũ. Sin aũt poneres, quod in vna parte alluuio appulerit, poſtea in alia, nũc ęqualiter eſſet fienda diuiſio. patet ex prædictis in decima figura, &c.






a Tho. Dip. Nam ſupra & infra. Vide quæ decidit per iſtam doct. Bartol. hic, D. Barto. Socin. in conſil. 181. 2. vol. inc. viſis. in ver. circa tertium. vbi etiam ponit, quod de natura dictionis. infra eſt, vt contineat contingentia externa, quibus adiungitur.

Digitized by Google

trã,& ſiniſtra pars fluminis cognoſcitur.& ita loquitur text. ff.cõ-
mu.præd.l.refectionis.§.fi.ſic ẽt in aliis locis, q̃ caput,& pedes ha-
bent,fingas hoĩem ſic iacere proſtratũ, tunc dextrã, & ſiniſtrã co-
gnoſces.ſed ſi dr̃,cognoſcitur, cur caput,& pedes in tali parte fin-
gantur. Sed cur facies verſus cœlũ reuoluta ponatur, vellẽ doce-
ri ſi enim faciẽ verſus terrã voluit, dicamus tũc partẽ, q̃ primo di-
a cebam dexteram, a contiget eſſe ſiniſtrã,& econuerſo. R̃n.totius
terræ ſuperficies eſt verſus cœlum, & dr̃ ſuperficies quaſi ſuperior
facies,vt ff.quod vi,aut clam.l.ſi vitem.§.antepen. vbi in tex.hr̃ du
plex litera.alia.n.ſpeciẽ fundi,alia faciẽ fundi, & ibi dicit gl.in ver.
10 faciem. † illa ergo ſuperficies eſt facies,quæ erga cœlũ reſpicit,iõ
ſic dixi. Vnde iſta loca depreſſa non hñt faciẽ reſpectu noſtri, ſed
reſpectu cœli, iõ reſpectu noſtri non hñt ante, vel poſt, vt dixi, iõ
finxi hoĩem iacere proſtratũ. Si vero inueniretur aliquis fundus
cuius non poſſit caput, nec pedes dici ſm præc. doc. nec ante, vel
11 poſt,tunc dextra,& ſiniſtra deberent aliter cõſiderari. † Nã Ariſt.
in 2.de Cœlo & Mun.quærit, an cœlũ habeat dextrã, vel ſiniſtrã.
& determinat ꝙ ſic. Cum enim dextra ſit principium motus, vt
dictum eſt,apparet ꝙ dextra orbis eſt oriens,ſiniſtra vero eſt occi-
dens, & ſic ſm hoc de neceſſitate oportet poni ꝙ caput orbis ſit
in meridie,pes vero in Septentrione,& ſic fingendus eſt vnus ho-
mo qui faciẽ figat verſus cœlũ, ſpatulas verſus terrã, & ſic in dex-
tra eius erit ſol oriens, & in ſiniſtra ſol occidens.hoc ergo modo,
qñ alij modi inueniẽdi dextrã, & ſiniſtrã deficiunt, facile erit dex-
tram,& ſiniſtrã, caput, & pedes cuiuslibet rei immobilis inuenire:
ſed ſi reſpicit faciem partis orbis,& hæc proprior locutio eſſet, &
naturaliter loquendo, quantũ ad mores noſtros præcedẽtes mo-
dos puto probabiliores,& primos in inquirendo: ſed ſi quæraĩ me
diuui inter ante, & poſt. inter dextrã,& ſiniſtrã, dico eodẽ modo
quo dixi.ſ.inter caput & finem. Et prædicta circa loca:ipſi vero qđ
nullam latitudinem habet,non habet dextram,ſiue ſiniſtram.


ADDITIO.

a Contingit eſſe ſiniſtram. Vide ple.per d.Bar.Ve.in ſuo tract.de Impe.nul.eligen.
in 1.priu.digni.ubi infert per illam doct.Barto.ubi arguit contra d.Venetos, qui
imaginem beati Marci in figuris, & aureis groſſiſq; argenteis imprimunt a dex-
tera,ab altera uero parte imaginem Ducis, dixi ple.in trac. meo de Venetæ urbis
libertate, & eiuſdem Imper.dignitate,in priu. 47.

1 *Riuus appellatur pars fluminis, & eſt iuris publici.*
2 *Riuus non procedens a flumine, ſed a fontibus, uel aliis uenis, quando ſit publici, & quando priuati iuris.*
3 *Fouea per quam aqua ducitur ad molendinum, cuius iuris ſit.*
4 *Flumen, fluuius, & amnis idem ſunt.*

**Proruperit flumen.** Id eſt, pars fluminis dicit gloſ.


**Et alia parte riuo nouo,&c.** Scilicet illa pars,dicit gl.
1 hic in ver.cœperit. vides ergo † ꝙ pars fluminis appellatur riuus,
& ſic nõ eſt dubium, ꝙ in hac ſignificatione riuus eſt iuris publi-
2 ci. † An aũt alij riui a flumine nõ procedentes,ſed a fontib. vel ve-
nis aliis,ſint publici, vel priuati,dubitatur. Et vr̃ quod nõ. ff.de flu.
l.1.§.1.& ita tenet Roſ.ſuper illo ti.pro hoc facit.ff.de ri.per to. Se
cundo,qñq; riuus eſt manufactus,per quẽ aqua ducitur ad villa-
tẽ priuati,& tunc eſt priuatus, vt in toto ti.de ri. Qñq; riuus eſt lo-
cus,per quẽ aqua naturaliter fluit,& tũc rẽr puto illũ locum priua
tum eſſe,vt ff.finiũ regũ.l.ſed ſi riuus. & d.l.1. §.1.de flu. & erit eo-
rum,q ab vtraq; parte pdia poſſidẽt, vt in pce. li.diximus de foſſa.
Sed ſi riuus talis eſſet in vſu publico, tunc intelligerẽ illũ riuũ eſſe
publicũ,vt ff ne quid in loco pub.l.2.§.hoc interdictum. ibi ad ea
igitur loca hoc interdictũ ptinet, q̃ publico vſui deſtinata ſunt, vt
ar.ff.vt in flu.pu.na.lic.l.1.§.foſſa.ibi, pñt aũt ẽt hæc eſſe publica, &
3 non publica.Quid dices † de foueis,per quas aqua ducit ad mulẽ-
4 dinũ? R̃n.vt dr̃ in l.quominus.ff.de flu. Et no. † ꝙ hoc nomen,flu-
men,fluuius,& amnis, idẽ ſignificant.alia vero nomina.ſ.torrens,
riuus, foſſata, explanata ſunt ſ. pxi.& præc.lib: Cætera verba legis
clara ſunt. Nũc igit ad oñdẽdum diuiſionẽ inſulæ,veniamus ad fig.




In hac figura ripæ ab vtraq; parte fluminis ſunt rectæ in ſe, & ẽt vna ripa eſt recta per cõparationẽ ad aliã. Et in hac fig.ſunt duæ inſulæ. Prima inſula tota pertinet ad Lucium, cuius prædiũ eſt vltra flumen. Rõ, qa inſula nõ tenet mediã partẽ fluminis, ſed illi parti vlteriori proximior eſt. Ad hoc ſciendũ, vtrũ inſula alteri parti ſit proximior.dat doc.gl.in hoc §.ver.qđ ſi alteri parti.in verbo, pximior ſit, &c. ꝙ poterit ſciri accẽpta chordula, & pũcto in medio poſito inter vtrumque agrum, & tunc ſi punctus eſt ab vna parte alijs cedat,alias ſm quod pũctus extendit. ita dicit d.gl. Sed vt iſta doct.ſit vera, non ſufficeret chordulã ſic ponere in vna parte, ſed ponatur in duab.vna in prin.inſulę verſus caput.alia in fi.tunc ab il lis duob.punct.medij ducatur linea recta, & ſiquidẽ tota inſula relinquitur ab vna parte,illorũ eſt,q ab vna parte pdia poſſident. Sit igit prima chordula.c.d.in cuius medio ſit punctus.a. & qđ illa a. ſit in medio. probatur qñ erit in medio per mẽſuratorem. In hac fig.apparet ꝙ a.eſt centrũ circ.rubei, qa punctualiter tangit vtranque partẽ ripæ,deinde ſit 2.chordula in pede inſulæ, q̃ ſit e.f.& ponatur in medio punctus.b. & ꝙ ille punct.ſit in medio, apparet ꝙ eſt centrũ circ.crocei,deinde ducatur lin.ſeu chor.a.b.& qa inſula eſt tota vltra illã chor.tota pertinet ad pdiũ Lucij,qđ eſt vltra flumẽ. Ad pdium vero Caij qđ eſt citra nil pertinet. In ij.vero inſula ſimili mõ ponatur alia chor. quæ hẽat punctũ mediũ.a. deinde in fi.inſulæ ponaĩ alia chor.q̃ hẽat punctum medium b.ꝙ aũt iſti pũcti ſint in medio. probatur ex præc.nunc ducatur lin.a.b. & tũc ꝙ illa ſecat inſulam,quicquid eſt vltra illã,eſt Titij, qui ab alia parte prædium poſſidet, quod vero eſt citra illam li. eſt Seij, vt patet ex hoc.§. Et no.ꝙ ſemper cum lineæ ripæ ſint rectæ omni rectitudine,vt eſt iſta, chor.ducenda eſt recta,ita ꝙ faciat angulum rect.ab vtraq; parte, p iſtum.n.modum recte inueniĩ mediũ, vt apparet.




Hæc fig.differt a pce. qa ĩ.lineę ab vtraq; parte ſunt rectæ ſm ſe ipſas,& ẽt dñt rectæ vna reſpectu alterius, qa tñ diſtat vna ab alia in capite,quantũ in fi.ſed in hac in capite minus diſtaret, & ſemp vniformiter elõgatur. Erit igit fiẽda diuiſio inſulæ hoc modo, qa primo ponatur vna chor.in prin.inſulæ ab vna ripa ad aliã, & notetur punctus medius, & ſit a.deinde extendatur alia chor. longior in fi.inſulæ,& notetur pũctus medius.b.deinde ducatur linea.a.b. & illa erit linea diuidẽs inter eos,q ſunt vltra,& eos,qui ſunt citra. Sed hic occurrit dubiũ,qualr ducaĩ linea a ripa vlteriori ad citeriorem,nam nõ põt ita poni ꝙ faciat angulum rectũ ab vtraq; parte. Dico igitur cõſiderandũ,ꝙ quantũ illę duæ ripę diſtant in vlteriori ripa,tñ diſtant in ripa citeriori. & tunc põt eſſe error, quo probato,qa qualis eſt portio totius ad totum,talis eſt medietatus ad medietatẽ p æquale ſpatiũ, ſicut tota latitudo fluminis venit vniformis ampliãdo reſpectu diſtantiæ,quæ eſt ab vtraque ripa inter eos qui ſunt ab vtraq; parte,fiet diuiſio,vt ſ. dictum eſt de alluuione.




Iſta figura facta eſt ad declarationem.l.pen. §.Paulus. ff.de acq.rer.do.vbi dr̃, ꝙ inſula primo relicta in flumine iure pximitatis, hẽt ius in aliis inſulis, poſtea in flumine natis, ſiue relictis. In hac igitur figura conſtat, ꝙ inſula primo relicta tota ptinet ad eos,qui poſſident vltra flumẽ.ſ. Luciũ, & Titiũ, qñ illa inſula eſt tota vltra mediũ fluminis, ut lineæ rubeæ oſtẽdunt. Inſula vero relicta pro parte pertinet ad Luciũ,qui eſt vltra,pro parte ad Caiũ, qui eſt citra,qm mediã partem fluminis tenet, ut lineæ ductæ oſtendunt, & probatũ eſt in pce.figuris. Sed utrũquid inſula primo relicta rõne proximitatis debeat aliqd hr̃e in d.2.inſula, videndũ eſt. Ad qđ ſciendũ eſt, pone in flumine vnum punctum in inſula prima, qui plus eſt proximus inſulæ ſecundæ, & ſit a.deinde in ripa Caij aſſumatur alius punctus, qui magis eſt proximus extremitati ſecũdæ inſulæ,quæ plus proxima eſt inſulæ primæ,& ſit b.deinde pone pedẽ circini in puncto a.& extende,ita quod pertrãſeat, aliquam partem inſulæ ſecundæ, & volue ſemicirculariter, deinde pone pedẽ circuli in puncto b.& per tantundẽ ſpatium extende. Et no.vbi dicti duo circuli ſe proſcindũt.ſ.in puncto. c.d.& ab illis duob.pũctis duc lineã rectam rubeã. Ex quo concludo,ꝙ quicquid eſt in inſula ſecunda ſ.dictã lin.c.d.totum cedit inſulæ primo relictę,& eod.modo comperies in inſula tertio relicta,vt lineæ dictæ oſtendunt, quod ſic probatur. Si ab æqualib. æqualia adimes,quæ remanent ſunt æqualia,ſed conſtat ꝙ tñ diſtat circulus vnus a ſuo centro, a. quantũ diſtat alius circulus a ſuo centro b. ſed cõſtat ꝙ linea c.d. adimit ab utraque parte æqualiter, ergo patet,ꝙ linea illa æqualiter diſtet ab vtraque,& ſic quod eſt ſ. illam lineam, cedit pũcto a. iure proximitatis, ꝙ vero eſt ĩ. cedit puncto b. iure proximitatis,




Digitized by Google




# Supra dictū eſt de his

Figuris, quę hñt lineas rectas iuxta ripam; hic vidēdū eſt de his q̄ hñt ripas tortas, & curuas. Verū ħ hoc cōtingit dupliciter. nam qñq; ſunt retortæ ab vtraq; parte fluminis, & ita vna ripa inflectitur verſus aliam, q vbiq; ęqualr diſtant, vt in hac figura oſtendit, licet hoc raro contingat. Qñq; ripa eſt ab vna parte recta, & ab alia tortuoſa, vel ab alia parte torta vno modo, ab alia vero torta mō diſſimili, & de hoc dr̄ in ſequ. In hac igitur figura ducenda eſt linea per mediū ea tortuoſitate, quia ripæ ſunt tortæ, vt oſtendit linea rubea, & quicquid eſt vltra illā lineam, eſt magis ꝓpinquum eis, qui vltra flumina ꝑdia poſſident. Quicquid vero, eſt citra illā lineā, eſt magis ꝓpe eos, qui citra flumē ꝑdia poſſident, illam aūt lineā ſic duces, accepta chordula, & puncto in medio poſito, q̄ chordula vniformiter ducat̄ ab vtraq; parte ripæ & ſemper notetur locus per quem tranſit iſte punctus medius, illa eſt linea, per quam ille punctus medius trāſit, & linea per medium diuidē.




Iſta fig. facta eſt ad neceſſariā euidētiā oīum dicēdorū. docet n. q̄ĺo poſitis quibuſcunq; punctis p lineā non directā, illi pñt reduci ad circūf. eiuſdē circuli. Ponantur ergo tres puncti. a. b. c. nunc pone circinū ſup a. & extende vltra mediū ſpatiū. & volue ſemicirculū. deinde ponas pedē circini ſup b. & in eadē diſtantia verſus. a. volue ſemicirculū. Et no. q vbi d. duæ lin. circulares ſe ꝑſcindūt. ſ. in pun. c. f. & ducas ſuper punctos lin. rectam, & extend. quantum volueris, & deinde ſilr̄ facias in pun. b. c. & duas lin. circulares, q̄ ſe ꝑſcindunt in pun. g. h. & ab eis ducas lin. rectā, & extēdas, tunc dico, q lin. c. f. & lin g. h. ſecabunt̄ in pun. d. In illo igitur pun. vbi ſecant̄, ponatur pes circini, & extendatur vſque ad 1. pun. de datis. d. & voluantur oēs illi tres puncti reperiētur in circunf. dicta. & hoc contingit, quocunque modo 3. punctos ponas in li. non recta, &c.





Fig. iſta ſilr̄ ad euidentiā dicendorū facta eſt. dr̄ cet. n. qualr̄, poſito vno puncto ab alia parte, & vna recta lin. ab alia, aliquod ſpatiū quadratum iure propinquitatis diuiditur inter pūctū, & rectā lin. Sit ergo pūctus datus a lin. poſita. b. c. & totū quadratum. a. b. c. d. Quærit̄, quātum illius quadrati ſpatii debeat̄ puncto a. iure proximitatis, & q̄tum lin. b. c. ita quod ponitur vna li. ſuper q̄ quicquid ſit, illud ſit propinquius. b. pun. quod vero eſt ̄j. ſit propinquius lineæ. Ad q dico q primo illud quadratū diuidendum eſt per medium ſm̄ doc. ꝑced. & linea diuidens. e. f. & de eo quod eſt ̄j. nil pertinet ad pun. a. Scdo fiat lin. p diametrū dicti quadrati. b. d. & ſilr̄ de eo qd̄ eſt ̄j. dictā lin. nil ꝑtinet ad pū. a. Illud vero q eſt ̄s. reſtat diuidēdū, ex hoc ꝯſtat qd̄ hic habemus. 2. punctos ęq; diſtantes a puncto a. & a lin. data, videlicet, punctus c. & punctus, d. Inueniatur ergo alius punctus æq; diſtās. & ſit g. q hæc æque patet, quia eſt cētrum circuli azurei q pūctualiter tanget punctū. a. & li. datam: nunc ergo illi 3. puncti e. g. d. reducantur in circūfer. vnius circuli ſm̄ ꝑce. fig. ducendo lineā, vt oſtēdunt lin. croceæ, cuius circuli centrum cadit extra quadratū in puncto b. & ducat̄ ille punctus, vt oſtēdit circulus rubeus ductus. Tunc dico, q quicquid eſt ̄s. dictā li. circularē e. g. d. pertinet iure ꝓximitatis ad punctū reſiduū, q eſt ̄j. ꝑtinet ad lin. poſitā. Et q hoc ſit verū, patet, ſi ponatur alius pūctus in lin. rubea circulari. a. & ibi ponat̄ circinus, & extendat̄ vſq; ad punctū a. punctualiter tanget illud, & et lineā, vt oſtendit circulus croceus, & idē vbicunq; poneret̄ aliquis punctus in d. lin. rubea circulari, hoc dico, ita q non eſſet error notabilis, ita q ſi eſſet argētum, nō eſſet notabilis deceptio, vnde dico id eo, quia cum ab vna parte ſit lin. recta, & ab alia rotunda, nō eſſet perfecta ſeparatio per medium. Ex quo collige talē regulam: poſitis trib. punctis æque diſtantib. intra punctū datū, & lin. datā, circulus in cuius ēt circunferen. illi tres puncti reduçuntur per totum quadratū, æqualiter diſtat, &c.





# Si hæc

Figura bene inſpiciatur, propinqua eſt puncto acuto a ripa prædy Lucij, & toti latitudini ripæ prædij Caij. Ad prædium aūt Titij non appropinquat. Videamus ergo diuiſionē inter Caium, & Seiū, & Luciū, & vr̄ q Lucio nil debeat̄, qm̄ ripa ſua, quæ appropinquat inſulæ, terminatur in puncto indiuiſibili, non hñte aliq̄ latitudinem, ſed inſula debet diuidi pro modo latitudinis. l. inter eos. ff. c. Cum ergo ibi nō ſit aliqua latitudo, ei nil debetur. ꝯtrum dico. Nā inter eos, q ſunt ab vna parte, fit diuiſio pro mō latitudinis d. l. inter eos. ſed inter eos q ſunt vltra, & eos, q ſunt citra, fit diuiſio iure propinquitatis, vt dictum eſt. videndū eſt igitur, q ponamus vnā lin. iure ꝓpinquitatis euidentē, & hæc fieri dēt ex doct. præce. figuræ. Extendatur igitur vna chorda a puncto ꝑdii Lu. vſq; ad ripā Caij, & fiat cum chordis, vel ſignis in flumine vnū quadratū. a. b. c. d. deinde inueniat̄ mediū quadrati per lin. e. f. & conſtat q quicquid eſt intra dictā lin. ꝑtinet ad Caium. deinde ducat̄ alia lin. p diametrū quadrati. b. d. & ſimiliter ꝯſtat q id q eſt intra dictā lin. pertinet ad Caiū. Deinde inter punctū. c. & punctū. d. inueniatur punctus æque diſtans a pūcto ꝑdii Lucii ad ripā Caij. & tunc illi tres pun. reducantur in circunferētiā vnius circuli per præcedentia, cuius circuli cētrum inueniatur in prædio Lucij, & ī puncto. b. vt oſtendunt lineæ croceæ. Dico ergo q illa linea circulans. e. g. d. eſt in ea, & quicquid eſt ſup. illam pertinet ad Lucium, quod vero eſt inſ. pertinet ad Caium, ut patet ex præced. &c.




Hæc fig. differt a ꝑce. q punctus magis ꝓpinquus erat in capite Inſulæ: hic vero eſt in medio, vel circa, vt patet in pun. prædij Caij acuto, qui eſt b. & ib in flumine dēnt fieri duo quadrata, ſ. vnū ſup. aliud. ̄j. Fiat ergo verſus caput fluminis vnū quadratum. a. b. c. f. & verſus finē fiat aliud. a. b. c. d. deinde ducantur lin. media. g. h. dico de eo, qd̄ eſt ̄s. nil debet hr̄e Caius, deinde ducat̄ alia linea per diametrum primi quadrati. c. a. & alia p diametrū ſecūdi. a. c. & ſimilr̄ de eo qd̄ eſt ̄s. illas, nil debet hr̄e Caius, deinde inueniat̄ vnus vel duo puncti in illo ſpatio, qd̄ eſt intra æque diſtans a puncto Caij, ad lin. prædij Lucij, vt, i. K. qui reducantur in circumferentiam illius circuli, qui circulus erit e. j. K. c. & eius centrum cadit in ꝑdio Caij, in pun. m. quicquid eſt intra lin. circularem, pertinet ad Caium, vt ſ. probatum eſt. Vel verius aſſume puncta. e. n. reducas ea in circūferē. eiuſdem circuli, & habebis propoſitū, quia redit in idē qd̄ ̄s.




Hæc figura differt a præce. q a vel ab vtraq; parte eſt linea recta, vel ab vtraq; parte eſt curua, ab vna recta, ab alia punctus acutus. hic vero eſt ab vna parte linea recta, ab alia hēt quandam rotunditatē, cuius caput cōuexum eſt verſus inſulā. inueniat̄ ergo in principio inſulę punctus medius. a. in medio alius b. in fi. alius. c. & hi tres reducant in circūferentiam eiuſdē circuli p ꝑcedentia, & habebis medium. Ex quo collige r̄lam, q poſitis tribus punctis æque diſtātibus inter lineā rectam, & lineā conuexam, circulus, in cuius circunferentia illi tres puncti reducuntur, totum ſpatium iure proximitatis æqualiter diuidit. Et hoc in ſeq. figura demonſtrabitur.

Figura






Figura Iſta differt a p̄ce.qa in hac ab vna parte ripę acutę eſt pūctus,ab alia parte rotūda eſt ɔcauū verſus pūctū,cuius ſic faciēda eſt deciſio. Primo ducaт lin.ab vna parte circuli vſq; ad aliā a.b.& iō hoc vt ſciamus,ꝙ de eo,ꝙ eſt ſ̄.d.lin.nil pōt dēri ripę ɔcauę,niſi rōne illorū pūctorū,qm̄ q̄libet ps,q̄ eſt intra, eſt magis remota ab alia parte,q̄ ſint illi pūcti,deinde inueniaт mediū īter punctū p̄dij Lucii,& ſit c.& illa pūcta p doctrinas datas in p̄ce. inter a.& e.erit medius pūctus b.& inter e.& b.erit medius.e.vt oſtēdūt lineæ ductæ,deinde inueniat mediū inter c.& aliā partē dictę ɔcauitatis,& ſit f.deinde illa tria puncta d.f.e. reducant in circūferētiam eiuſdē circuli p p̄cedētia,cuius cētrū erit ī pūcto.h.dico ergo ꝙ qcqd eſt intra circulum.d.f.e. ptinet ad Titium iure ꝓximitatis,ꝙ vero eſt ſ̄. ptinet ad Lucium. Ex quo collige r̄lm.ꝙ poſito vno puncto,ab vna parte circulari ɔcauitate,& alia intra ɔcauitatem inuentis trib.punctis æq; diſtantib.ab vtroq; latere,linea circularis, per q̄ illi tres puncti in circunferentiā reducuntur,p mediū diuidit, &c.





Iſta figura differt a p̄ce.qa ſ̄.eſt pūctus ripę ſupiorisquē ɔſtat eſſe ꝓpinqorē qualibet alia parte ipſius ripę hic vero ripa ſupioris eſt rotūda,& ɔnexa eſt verſus inſulā. & iō q̄libet pars illius ripæ ſit ꝓpinquior pūctis ripę inferioris ɔcauis. Igiт primo ducaт linea ab vno pūcto circuli inferioris,vſq; ad lineā,& ſit a.b.ea rōne,qua diximꝰ ī pc.fig.deinde ponaт circulus in pūcto a.& extēdaт vſq; ad ripā ſuperiorē,& ibi aliq̄tulū volnaт circulariter, vt oſtēdit linea curua crocea,& ille pūctus,vbi ripa ſupior tāgiт,eſt ꝓpinquior,& ſit.c.& eodē mō facias in puncto.b.cui ꝓpinquior eſt.d.deinde inter a.& d.īueniaт punctus medius,& ſit c.& inter a.& d.inueniaт alius punctꝰ medius,& ſit f.deinde inueniatur alius punctus medius inter ripā ſuperiorem,& inferiorem,& ſit g.deinde illa tria puncta e.f.g.reducantur in circunferentiam eiuſdē circuli,cuius cētrum cadit in p̄dium Lucij, in puncto h. Dico ergo ꝙ qcqd eſt intra illum circulum.g.f.ptinet ad Titiū iure ꝓximitatis: ꝙ vero eſt ſ̄.illum ptinet ad Lucium,vt ex præced.apparet,& lineæ rectæ demonſtrant,&c.




In hac figura.ripa ſupior eſt directa, inferior eſt circularis, & ɔcaua. Primo igiт ī qualibet linea circuli faciēda ē diuiſio p quadratū, vt lineæ directæ oñdunt,& dictū eſt ſ̄.in 6.figu.& 7.hic vero deſcribā aliqd de dicta diuiſione. Primo.n.ducaт vna linea ab vno pūcto vnius circuli,vſq; ad aliā a.b.& hoc ad oñdēdū ꝙ eſt intra lineā illā nil dētur ripę circulari,niſi rōne pūctorum,deinde fiat diuiſio inter pūctū.a.& lineā,q̄ eſt ſupioris ripę,q̄ format vnū quadratū.a.e.d.e. ꝙ quadratum diuidatur p mediū ducta linea.f.g. Tū dico,ꝙ de eo, ꝙ eſt ſ̄.illā,nil debeт pūcto.a.deinde ducaт alia linea p diametrum quadrati.e.g.tūc ſiłr dico ꝙ de eo,ꝙ eſt ſ̄.illā,nil dēт pūcto a. In illo vero ſpatio quadrati,ꝙ remanet intra inueniaт alius pūctus medꝰ.h.deinde illa tria pūcta.f.h.e.reducanт circunferētiā eiuſdē circuli, cuius centrum cadit in fundo Titij, in puncto.k.& illa eſt linea diuidens inter punctum.a.& ripam præcedētem. In alio vero pūcto fiet quadratum,& diuiſio ſimili modo.illud vero,ꝙ eſt in medio, diuidatur ſic, ꝙ inueniatur alius punctus medius inter rotundum & ripam præcedentem,& ſit o.tunc illi tres puncti.e.o.n.reducantur in circunferentiam eiuſdem circuli per præcedentia,cuius centrum cadit ſup. in puncto.p.& illa eſt linea diuidens,&c.





In hac figura ab vna parte eſt ripa recta,ab alia angularis,vñ tractaт de diuiſione ſpatij medii.ꝙ ſic fieri dēт,ꝙ d.lineæ ducanт a linea p̄dij inferioris donec iunganт cū ſupiore,& in capite ſit linea ducta. a.b.in ſi.fit c.d.vt oſtēdit linea crocea,deinde in parte.i.inueniaт baſis vnius triāguli duorū æqualiū laterū,vt oñdit linea. e.f.eod.mō inueniaт in 2.parte alia baſis vt oñdit linea crocea. e.f.g.deinde q̄libet p̄dictorū triāgulorū diuidaт p mediū ſm doctrinam datā in 3. figura primi.ſ.ducēdo lineā a pūcto primi triāguli a.vſq; ad punctū b.q eſt medius baſis.e.f.& a.pūcto 2.triāguli.d.vſq; ad pūctū.i.q eſt medius baſis.e.f.& illæ lineę ducanт verſus ſpatiū ꝙ remāſit in medio,& ɔiūgenт in pūcto k.& illa eſt linea diuidēs directo p mediū, iure ꝓpinquitatis. Sed huic opp.ꝙ pūctus.h.quē dicis ſecare mediū magis appropinquat ripæ ſupiori in pūcto. f. inferiori in pūcto,m. Rñ.ꝙ verū eſt.vt oñdit circulus azureus,ſed ille pūctus k.eſt æq; ꝓpinquus pūcto.c.& puncto.g.ſicut ripa ſuperior. Quod patet,quia circulus ductus a puncto.k.æqualiter tāgēs dicta puncta e.f.h.punctualiter æq; diſtant. Concluditur ergo ꝙ vere dicta linea.b.h.k.i.d. eſt linea diuidēs iure ꝓpinquitatis inter dictas ripas. Ex hac.n.figura ſumendum eſt quod poſito vno triāgulo,ſi ducantur duę lineæ diuidentes duos angulos per medium,illæ lineæ iunguntur in puncto.ſ.quē poteſt ɔſtitui circulus tangens æque punctualiter tres lineas trianguli.& demonſtratur hoc per Euclidem lib.3.concl.4.





Iſta figura hēт pūctū ſolū in ripa ſupiori.f.d. cui de inſula dēт aliqd iure ꝓpinquitatis,in inferiori hēт triāgulū.a.b.c.ducaт ergo linea.a.c.q̄ lineam ɔſtat tāgi a pūcto.d.diuiſio igiт iure ꝓpinqtatis dēт hoc mō fieri.qa tā in capite,q̄ in ſi.fiāт triāguli duorū æqualiū laterū,vt factū eſt ī p̄cedēti figura,quorū primi baſis erit linea crocea.d.f.& alia linea.d.g.& illud ſpatiū ꝙ eſt intra aſs lin.d.f.b.g.dēт diuidi inter pūctū.d.& ripā p̄dij inferioris,quę diuiſio fiat diuidēdo iure ꝓpiqtatis duos angulos p mediū,ſm doctrinas p̄ce.& illæ duę lin.ſe ɔiungūt in pūcto e.ille pūctus eſt cētrū.q tāgit pūctū.d.in ripa vlteriori. In anteriori,vel citeriori vero tāgit pūctū f.& pūctū.g.& oēs alii pūcti ſunt magis remoti,vt oſtēdit circulus croceus ductus. Reſtat ergo ꝙ fiat diuiſio huius partis inſulæ,q̄ eſt extra illū triāgulū.d.f.b.g.& ſi bñ reſpicis,qcqd eſt extra illud,apparet eſſe intra duas lineas rectas,& tūc,aut ſunt rectæ ſm ſe æqualr,aut inæqualr.In quolibet p̄dictorū caſuū hēs modū diuidēdi ex his,q̄ dicta ſunt ſ̄.in 1.& 2.figura hꝰ lib.a.&c. His circa diuiſionē inſularū p̄miſſis,p̄dicta faciūt ī ar.ad qōnes quotidianas,& d̄ fcō emergētes. Dicamꝰ,cōe Peruſij ſtatuit ꝙ ſi qua poſſeſſio repiteт ī comitatu Peruſii,q̄ n̄ eēt attributa alicui villę,vel caſtro,ꝙ talis poſſeſſio cederet territoriis illarū villarū, & caſtrorū,q̄ eſſent ꝓpinquiores,ɔtingit ꝙ reperiт quoddā magnum podere intra ɔfinia trium villarum,ꝙ nulli villę,vel caſtro attributū eſt,quid iuris? Ex hoc themate oriunт plures qōnes. Prima eſt, qūo intelligatur illud,ꝙ dr̄ ꝙ cedit illi villæ, quæ eſt propinquior. Rñ.i.quatenus eſt propinquior.non.n.ſi vna villa magis ꝓpinquat vni puncto, iō ei attribuetur totum, ſed cuilibet de dicto podere attribueт quatenus propinquior eſt, hoc apparet ex illo §. inſula. quē ſ̄.legimus,ibi,ꝙ alterius parti proximior ſit, &c. & hoc dixi ſ̄.in gl.ſuper verbo,communis fiat eorum.ſed eſt vidēdum a qua parte villæ vel caſtri debeat īcipere menſurator. Ad qd̄ ſciendū eſt qūo cognoſcaт ciuitas,vel villa,de quo p do.Io. And.de ſent.exc.c.ſi ciuitas li.6.in nouella. Tu clarius,& breuius dic, ꝙ licet in viu nr̄o ciuitates appellamꝰ,q̄ hñt Ep̄m,tñ anteq̄ Ep̄i eſſēt erat appellatio ciuitatū,& denominabantur ab illis officialib.q tunc erant, vt 80.diſt.c.vrbes &c.loca,& cū duob.ſeq. Dico igiт ꝙ ꝓprie dr̄ ciuitas,oīs locus in quo exercetur iuriſdictio illa, q̄ ɔpetit defenſorib.ciuitatū,de qua dr̄ in Auth.de def.ciu.§.iuſiurādū. Et no.ꝙ triplex eſt ciuitas. Quędam maxima,vt ciuitates Metropolitanę, in qb.ſtabāt p̄ſides.& p̄fecti p̄torio:hodie reges, & curiæ regum, ad quos appellatur. Alia eſt ciuitas magna,in qua eſt forum cauſarū meri,& mixti Imperij. Alia eſt ciuitas cōmunis, in qua eſt forum


cauſarum q̄ ꝯpetit defenſorib. ciuitatum, vt ſ. dixi, & probat̃ ff. de excu. tu. l. ſi duas, §. decet. vñ licet l. eius nõ hẽat Ep̄m, vel ſit ciuitas priuata ep̄o, th̃ ciuitas remanet ꝓp foꝛum cãrũ ſecularium. Iõ aũt venit in vſu. vt ciuitas appellet̃, q̄ hẽt ep̄m, qa Ep̄s non ꝯſueuit ordinari, niſi in illis locis vbi antiquus erat nomẽ ciuitatis, d. c. i. 80. di. dix: C. de Metrop. Beru. l. vnica. li. 11. Sc lo eſt caſtrũ, & illud dr̃ quaſi caſa alta, hoc eſt locus fortis, in quo dicta iuriſdĩõ non exercetur, vt C. de fun. litni. l. ꝗcũq; caſtellorum. lib. 11. & diſ. 80. c. Epi nõ in caſtellis. Tertio eſt villa, & illa ſm ꝓpriam ſignatiõnẽ dr̃ a vallo, hoc eſt ciuitas, q̄ nõ cingit̃ muro, ſed vallo, ſm Hug. Sed in vſu nr̃o villa appellatur q̄dã vicinia plurium habitantium, ſine aliquo municipio, quæ proprie loquẽdo dr̃ vicus, ſm Hug. & ita accipit gl. de inſ. & iu. l. hoc iure gẽtiũ. in gl. ſup ver. collata. Ad ſm ddm eſt, ꝙ mẽſurã dẽt fieri ab illa parte loci, q̄ ꝓpinqor eſt loco mẽſurãdo, vt ſ. oñſum eſt in alijs, vñ in caſtro erit clarũ. In villa poterit dubitari qa domus ſunt ſparſę. Sed puto, ꝙ ſi eſſet alia domus, q̄ diſtaret multum ab alijs, ꝙ illa domus nõ dicat̃ de vicinia ſua, maxime ſi vox exaudiri nõ poterit. l. 1. §. eodẽ aũt tecto. ff. ad Sil. & ꝙ plene dixi de aq. plu. arc. l. ſi tertius. in prin. Et aduertendum eſt, ꝙ licet lex dicat, ꝙ mille paſſus debeant menſurari a continentib. ædificijs. l. mille paſſus. de verb. ſig. th̃ in pñti ſtatuto puto ꝙ dẽat inchoare ab ipſo muro ciuitatis, vel caſtri, vel ab ipſo loco, vbi villa terminatur, ſed quia hoc inuenire eſt difficile, ideo hoc declarabo per ſequ. figu. &c.




Illius poderis diuiſio facienda eſt ꝑ iſtum modum, qa primo in qualibet villa faciendus eſt punctus, q plus eſt illi poderi relicto ꝓpinquior, & qa circinus non poſſet hr̃i ita longus, q extẽderetur ab vna villa ad aliam, ſeruãdus eſt iſte modus, qa primo ducat̃ ab vna villa ad aliam, ꝓut reſpicit linea recta, & à prima villa vſq; ad ſecũdam ducantur linea azurea. a. c. & a ſecunda ad tertiam lineam. d. b. ad primam, & tertiam lineam a. d. deinde in qualibet iſtarum reperiat pũctus medius, & in linea a. c. erit punctus c. & in ea linea ducãtur duo pũcti æque diſtãtes. h. i. deinde ponat̃ circinus in h. & extendatur vſq; ad i. & ducit̃ linea circulariter, & eodem modo ponatur in pũcto. i. & extẽdat̃ ad h. & ducat̃ linea circularis, & vbi illæ lineæ ſe proſcindunt, illæ ſunt lineæ ad diuidẽdum ꝑ medium inter illas duas inſulas, & ſic linea p. qa diuidit inter lineam primã, & ſcdam, & eodẽ mõ fiat inter ſecũdã, & tertiã villã, inter quas diuidit linea. q. non repetẽdo alias literas, & eodem modo fiat in prima villa, & in tertia villa, diuidens inter eos erit. q. f. Ex quib. concluditur ꝙ quicquid eſt ſ. illas lineas. q. p. s. pertinet ad primam villam. Et quicqd eſt intra illas duas. p. q. r. pertinet ad ſecundam, & quicquid eſt vltra illa duas lineas. s. q. r. pertinet ad tertiam villam. Si autem plures eſſent quam tres, ſtatim patebit in ſequ. figu. &c.




Facta Eſt hęc figura ad oſtendendum qualiter ſi podere relictum eſt in ꝯfinib. plurium villarum. qb. modis dẽt fieri diuiſio. Pone ergo ꝙ pũcti villarũ circunſtãtium, a quib. dẽt incipi mẽſura, ſint a. b. c. d. e. f. podere relictum ſit inter ipſos punctos, vt oſtẽdit nigra figura inter ipſos facta. Primo ergo fiat diuiſio inter primos punctos, ſ. a. b. ſm doctri. præce. dico ergo, ꝙ inter a. & b. diuidit linea rubea. g. k. inter. a. c. diuidit. g. i. & ſic pũctus. g. eſt cẽtrũ, in cuius circunferentia ponuntur dicti tres puncti. a. b. c. ſm doctrinã datam. ſ. & hoc oſtendit circulus rubeus ductus. Secundo fiat diuiſio inter b. c. d. dico, ꝙ linea. g. h. diuidit inter b. c. & linea. h. i. diuidit inter c. d. & linea. h. p. diuidit inter b. d. & ſic punctus. h. eſt centrum ponens in circunferentiam. b. c. d. vt oſtendit croceus circulus ductus. Deinde fiat alia diuiſio inter. c. d. e. ſecundum doctrinam præced. & reperies punctum. i. & centrum, & reduces in circunferentiam illos tres punctos, & etiam punctum. i. ſecundum deſignationem præcedentem, vt oſtendit alius circulus rubeus. quod ſi punctus. f. in dictam circunferẽtiam caderet, tunc fiat alia diuiſio ſimilis inter d. e. f. &c.




Cum ad figurarũ huius aurei libelli intelligẽtiam neceſſarium ſit rubeas, croceas, & azureas lineas demõſtrare, quas nos ipſarum varietatem coloris in impreſſione pingere, vel colorare omiſimus ne quę facilitate refulgẽt, obſcuritate aliqua notent̃ paucis cinulis lineę deſcribendo earum colorem recitabo. Sunt igitur oĩa flumina, & lineę puncta tria retinentes colores azurei, quæ bino puncto deſignantur zaldi, at vno puncto linea contenta rubea figurabitur.

Figura Iſta eſt facta, qm̃ ſ. dictũ eſt in ver. ꝙ ſi ex vno latere de laterib. ſ. ſuperior, & inferior, & ante, & retro, dextra & ſiniſtra. Pono ergo, prout de facto ꝯtigit, ꝙ qdã hẽbat prędiũ iſtius figuræ, vt demonſtrant lineæ ꝯtentę ſub his lr̃is. a. b. c. d. e. Ille vendidit mihi quatuor ſtadia prædij a parte inferiori, & ꝯſtituit ſe meo noĩe poſſidere. ex iſto facto oriũtur plura dubia. Primo an dicta quatuor ſtadia videantur mihi vendita pro diuiſo, aut pro indiuiſo. Et vr̃ ꝙ pro indiuiſo, cum non ſit certum q̄ ſint illa quatuor ſtadia. Eꝯ vr̃ ꝙ pro diuiſo, qa dicitur a parte inferiori, & ſic eſt certus locus vbi ſint illa ſtadia. Sol. ꝓ diuiſo p̃t accipi duob. modis. Pro diuiſo, hoc eſt, ꝙ nulla pars ſit in qua ſit cõio, licet termini nõ ſint poſiti, vt l. inter eos, de acq. re. do. & iſto modo vr̃ vẽditio facta ꝓ diuiſo. vt. n. ſe extẽdunt quatuor ſtadia incipiẽdo a parte inferiori ſunt vẽdita, vltra nõ. Secundo põt accipi ꝓ diuiſo, hoc eſt, terminato, & iſto modo ꝓ indiuiſo ſunt vẽdita, hoc eſt, tanq̃ nõ determinata, vt ꝓbatur, ff. de acq. poſ. l. ſi quis fundum, §. 1. ſm primam gl. Secundo ddm eſt, an iſta quatuor ſtadia poſſent poſſideri anteq̃ mẽſurẽtur, & vr̃ ꝙ non, qa pars incerta nõ põt poſſideri. l. poſſideri aũt. §. incerta, & l. locus, de acq. poſ. ſed hic eſt incertum vſq; ad q̄ partẽ vadant dicta quatuor ſtadia, ergo, &c. In ꝯtrũ vr̃ ꝙ certũ eſt, in quo loco dẽntur dicta quatuor ſtadia, licet fines ſint incerti, ſed incertitudo finium nõ impedit quẽ poſſidere, vt ff. pro emptore, l. 2. §. ſed & ſi fundum. Sed põt rñderi, ꝙ ibi credebat fines, hic vero ignorabat. Dico ergo, ꝙ poſſidentur dicta quatuor ſtadia, qa locus eſt certus & fines ſunt certi adhibita diligẽti inquiſitione ꝑ mẽſorem ꝙ ſufficit ad poſſeſſionem, licet oculis nõ vr̃, vt ff. de acq. poſ. l. poſſideri. §. Neratius. Itẽ q fundum ingredit̃ eo aĩo, vt fundum poſſideat totum vſq; ad terminum poſſidet, nec requirit̃ ꝙ terminũ videat, vt l. 3. in prin. de acq. poſ. aľs multi dñorum non poſſiderẽt q terminos ꝓdiorum ignorãt. Tertio eſt vdm vtrum tranſlatum [a] ſit dñiũ in emptorẽ ꝑ talem ꝯctum. Rñ. iſta emptio facta eſt ad menſurã, iõ ante, q̄ menſuretur, non eſt pfecta vẽditio, ſicut facta ſub ꝯdõne, vt ff. de ꝯh. emp. l. ꝙ ſæpe. §. in his. & de peric. & cõmo. rei vendit. æ. l. ſi in vendõne, §. 1. an aũt trãſferat̃ interim dñium, vel vſucapionem? Et de hoc ſunt opi. ff. pro emp. l. 2. §. ſi ſub ꝯdõne, & ꝓ do. l. 2. teneo ꝙ transferatur titulo, ꝓ ſuo, vt ibi dixi. Quarto eſt vdm, qualr̃ dẽat fieri mẽſura termini dictorum quatuor ſtadiorum, vt ex parte inferiori cognoſcatur? Ad hoc dico, ꝙ facta eſt præcedens figura, & pone ꝙ quodlibet quadratum ſit vnum ſtadiũ, & ſic hẽt fundus 33. ſtadia, qa ibi vides 30. quadrata integra, & ſex dimidia quadrata, q faciũt tria integra, & ſic ſunt 33. & vr̃, ꝙ emptori dẽt aſſignari terminate illud, ꝙ eſt intra triangulum. p. e. q. illa ſunt quatuor ſtadia, quę hẽnt duo quadrata, quæ faciunt duo alia, & ſic ſunt quatuor. Et ꝙ illa duo faciãt vnum integrum, probatur ex quadrato b. & lineis ibi ductis. Item illa quatuor ſtadia ſunt a parte inferiori, vt patet ad oculum, vñ terminatio facta, eſt recta. Sed ꝯ iſtã terminationem op. q ſm hoc iſte emptor non hẽbat a parte inferiori totius fundi, ſed certæ partis fundi, ꝙ patet, q. a de illa parte fundi. e. p. & d. q. nil hẽt, & iõ vr̃ ꝙ diuiſio ſic ſit facienda, qa ducatur linea. f. g. h. q̄ tangit vltimam partem totius prædij, & ꝯſtat ꝙ intra illam lineam c. e. d. ſunt 12. dimidia quadrata, & ſic ſex ſtadia, & ſic ꝯtinet tertiã partem pluſquam debeat habere emptor, & ſic diuidatur quod eſt inter dictas lineas, in tres partes, vt oſtẽdit linea. i. k. l. & linea m. n. o. & duæ partes vltimæ erunt de neceſſitate quatuor ſtadia, & illa habebit emptor a parte inferiori totius fundi, ſiue prædij. Iſta videtur in qõne de facto eſſe magni effectus, quia cum in prædio eſſet quædam domus, ſm vnam determinationem, cedebat emptori, ſm aliam non. His opinionib. poſitis videndum eſt quid iuris? Ad huius euidentiam ſciendum eſt ꝙ fundus eſt quoddam totum, & quælibet gleba ipſius eſt pars totius fundi, vt l. 3. in princ. ff. de acqui.

ADDITIO.

a Th. D. Vtrum tranſlatum. Vide Petr. Phili. Corn. in conſil. 50. in 3. volum. incip. videtur in hac conſult. tione. & Phili. Decium in conſil. 179. & in l. traditionibus. C. de pactis.

Digitized by Google

qui.poſſ.facit ff.de furtis. l. vulgaris.in prin. Item ſciendum eſt, ꝙ cum dico pars inferior fundi, intelligit. 1. pars. quæ in fundo eſt infima,ſeu magis infra,ita ꝙ ꝟ.illam nulla ſit alia,vt ff. de vulg. & pup.l.ex duob.de reb.dub.l.qui duos.de verb.ſig.l. proximus.in ꝓpoſito tamen dico, vendo quatuor ſtadia a parte inferiori, intelligo de illis ſtadiis,quæ ſunt in ea parte fundi,quæ eſt magis. ꝟ.vt l. j.§.ſi.de aqua plu.arcen.& de leg.2.l. Caius.§.j. videbitur ergo vẽdita illa pars, quę continetur in illo triangulo. p. c. q. quia in illo eſt inferior pars totius fundi,nec poteſt dici,ꝙ ſit inferior pars certæ partis fundi,quia hic conſideratur fundus tanquam vnum totum,vt dictum eſt,& per prædicta multas potes dirimere qõnes.

# TRACTATVS

## DE ALVEO, D. BART.

SVpereſt, Vt de Alueo dicamus ſequẽtes ordinem,quẽ iuriſconſultus Caius ſecutus eſt. Primo igiẽ verba eius referamus, quæ poſuit.ff.de acqui.rer.do.l.adeo. §.quod ſi toto.quæ verba ſunt hæc. Quod ſi toto naturali alueo relicto flumen alias fluere cœperit, prior quidem alueus eorum eſt, qui prope ripam prædia poſſident,ꝓ modo.ſ.latitudinis cuiuſq; prædii, q̃ latitudo prope ripam ſit. Nouus autem alueus eius iuris eſſe incipit, cuius & ipſum flumen eſt.i. publici iuris gentium. Quod ſi poſt aliquod tp̃s ad priorem alueum reuerſum fuerit flumen, rurſus nouus alueus eorum eſſe incipit, qui prope ripam eius prædia poſſident. Si cuius tamẽ totum agrum nouus alueus occupauerit,licet ad priorẽ alueum reuerſum flumen fuerit, non tñ is, cuius ager fuerat, ſtricta rõne quidquã in eo alueo hẽre põt,qa & ille ager,q fuerat,deſijt eſſe amiſſa propria forma. & qui vicinum prædium nullum hẽt, non poteſt ratione vicinitatis vllam partem in eo alueo habere, ſed vix eſt,vt id obtineat. Aliud ſane eſt,ſi cuius ager totus inundatus fuerit. Namque inundatio ſpeciem fundi non mutat, & ob id cum receſſerit aqua,palã eſt eiuſdem eſſe, cuius & fuerat. Hęc ille. Legis ergo verba diſcutiamus,ait lex.

**Quod ſi toto.** Ideo dicit,toto: quia ſi partem tantũ relinqueret,cederet tñ illi,qui prædia poſſidet,ab ea parte,qua alueum dimittit, & acquiretur ei ꝑ eũ modũ,quem ſup.de alluuione in primo lib.diximus. non ſolum eſt alluuio,ſi flumen ponat,ſed ẽt ſi paulatim retrocedat nil apponendo,vt ff.de acq.rer.do.l. Martius.licet glo.ibi in uer.alluuione, dicat ꝙ impropie dicitur alluuio,ſed Azo in ſumma C. de allu. & palu.dicit,ꝙ proprie alluuio eſt;quod puto verum,argumẽ. ff. de acqui.rer.dom.l.ergo.§.trib.ſed qñ totus alueus relinquiẽ, illa eſt noua ceſſio,nec eſt alluuio,nec eſt inſula,ut dicit glo.ſuper iſto verbo toto.

**Naturali,** Naturalis alueus dr̃.i.conſuetus.vt ff.de flu.l.j. §.ripa.& ibi not qa naturalis curſus ęſtate diſcernitur,potius quam in hyeme,vt ff.ne quid in flu.pu.l.1.§.is autem. Alueus vero q nõ eſt naturalis dr̃ inundatio,vt ꝟ.circa finem dr̃. Vel dic alueus naturalis.i.antiquus,& ſic ad differentiam noui aluei,de quo inf dicetur.

**Alueo.** Alueus proprie venter fluminis eſt ſecũdum Hugolinum.

**Relicto.** Perfecte oportet,ꝙ ſit relictus, vt cedat vicinis.ꝙ autem perfecte ſit relictus cõſtat in hyeme,& ſic per ꝯõuin eſt,qđ ꝟ.dictum eſt,nec etiam alueus cõſtat ęſtate, qñ aqua minor eſt.arguendo a minori,ſic:Si in æſtate, de qua minus vr̃,detineẽ talis locus flumine occupatus, ergo multo magis detinebiẽ hyeme.quod autem ſit derelictus,conſtat ex hyeme, arguendo a maiori negatiue:ſi talis locus non eſt detentus, ſed derelictus in hyeme,de quo magis vr̃ ineſſe,& ineſt,ꝙ debeat detineri occupatus,ergo multo magis erit derelictus ęſtate. Et quod hoc ex hyeme incipiaẽ, patet: qa qñque ęſtate flumina perẽnia etiam exareſcũt,vt ff.de fluminib.l.1.§.1.Item derelictũ intelligo etiam ſi aliquamtulum aquę fluat per antiquum alueum,ſi tñ ſit ita modica,ꝙ fluminis nomẽ perdiderit,quod ex opinione circũcolentiũ diſcernitur.l.j.§.j.ff.de flumi. Si enim aqua in de currens non eſt flumen,ergo locus ille non eſt alueus fluminis. Item derelictum intelligo ſine ſpe redeũdi,Quid enim ſi ideo, quia aqua ducitur ad molẽdinum ceſſat ire per alueum, alueus priuatus nõ efficitur,cum in poteſtate ſit ducentis eum in alueum remittere, & ſic ſufficit,ꝙ poſſit ire per alueum,licet nõ vadat,arg.ff.đ aqua quoti.& æſti.l.j.§.quotidiana. Item pone, vt de facto eſt, Nurſiæ flumen quoddam, cuius nomen eſt Turbido, quod ſeptem annis fiut,& ſeptem annis occultatur, & ſic factum eſt a tempore cuius non extat memoria,an dicetur alueus derelictus? certe illo tempore quo occultatur, non dicitur alueus derelictus propter conſuetudinem reuertendi.arg.ff.de acqui.rer.do.l.naturalem.§. palumbum.

**Flumen** Idem in lacu,ſtagno,riuo,foſſato,quæ ſunt publici iuris.vt dictum eſt in pręcedentibus.

**Alias** Scribitur breue,& ſic eſt aduerbium loci.i.alio loco. Interdum eſt aduerbium tp̃is alias,i.eſt alio tpe. vt ff. de arb.l.diem.vel alias,i.aliquãdo,& c.ñ i eadem oratio.ſe reperitur pluries alias,vt ff.de condictione ſine cã.l.q ſine.& de ver.ob. l.in ſtipulationibus.in princ.& de vſuf.lega.l.ſi.cenaij.§.interdum. Interdum eſt aduerbiũ qualitatis.vt alias,ideſt aliter,vel alio modo,vt.ff.de aqua quotidia.& æſti. l.i.§. illud tñ. Interdum vero eſt coniunctio.& idem ſignificat,quod ſi non,vt l.diuortio.ff.de neg. ge.& ff.de iureiu.l.alias. Interdum ponitur pro alioquin. de cuius dictionis ſignificatione mirabili.ſ.de alioquin,dixi plene.ff.de cõdi.& demon.l.1.

1 *Verbum præteriti ſubiunctiui rem præteritam ſignificat.*
2 *Alueus fluminis derelictus, vt acquiratur prędio, quid requiratur, & probandum ſit ex parte agentis.*

1 **Fluere cœperit.** † Pręteritum ſubiunctiui eſt, quod rem præteritam ſignificat.l.1. §. fin. §.quod quiſque iur.de verb.obl.l. ſi qs ſtipulatus ſit Stichum. in
2 prin.† reqritur ergo,quod veterem alueum reliquerit, & quod ꝑ alium locum perfecte fluat,& hoc ideo: qa quotidie communiter cõtingit,quod alueus nõ dimittitur, niſi alius aſſumatur. Sed ſi cõtigeret,quod flumen occultaretur,nec alio loco flueret.idẽ eſſet quod ſi alueus dimiſſus eſſet eorum, q prope ripam prędia poſſident Idem puto, ſi i iudicio probaretur ſolum quod alueus eſt dimiſſus,licet non probetur quod alio loco cœpit fluere, tamẽ agẽs debet obtinere. Sufficit ergo primum,ſi a primo icipias, ſcilicet ab alueo derelicto. Si vero incipias a ſecundo.ſ.q alio loco cœpit fluere reqritur vtrumque. Poteſt.n.eſſe,quod ꝑ duo loca fluat,& in quolibet retineat nomẽ fluminis, vt apparet in Pado prope Ferrariam Facit ad pręducta.ff. de acqui.rer.do.l. quemadmodum.& quod ibi no.

ADDITIO.

* Alb.conſi.8, aliqua de alueo tradit Alex.conſi.123. I.M.

**Prior.** Prior qdem dr̃ comparatione ſequẽtis, vt ff. de aqua quoti.& ęſti.l.i.§.priorum.& ideo ſi flumen ſe celaſſet,alueus derelictus nõ eſſet alueus prior, & tamẽ haberet locũ hęc lex,vt dictum eſt.probatur.ff.de aqua quotidi, & ęſti.l. 1. §.q hac ęſtate.

**Alueus.** Vocat alueum, qui nõ eſt modo,ſed iam fuit.ſic ff.de acq.rer.dom.l.inſula.i ſi.ff.de nego.geſt. l.diuortio.i prin.ꝙ facit pro notariis,& teſtib.qñ dñr, talis filius Titij, cum Titius ſit mortuus,eorum eſt iure dñij,vel quaſi, vel alio,ꝑ ut ſunt prędia,qbus adhęret,prout dictum eſt in primo, qui prope ripam prædia poſſident. Quid ſit prope ripam prædia poſſidere? Dic vt dictum eſt in præcedẽtibus libris. aduertendum tamẽ eſt,ꝙ hic non dicit ab vtraque parte,licet in præcedenti dixit, qñ ripa non poteſt eſſe iſula quæ ab vtraq; parte habet prædia.alueus vero derelinqui poteſt ab vna parte, tũc ſi qdem derelinqtur paulatim fit acqſitio iure alluuionis.ff.de acq.rer.do.l. Martius.& ꝟ. dixi Si vero tunc ſimul fit acquiſitio aluei derelicti, vt hoc.§.ſi tñ alueus totus ab vna parte relinqtur tũc in ter eos q ab vna parte ꝓdia poſſident,fit diuiſio ꝓ modo latitudinis cuiuſque prædij,q̃ latitudo prope ripam ſit,vt ſtatim ſeqtur. & ideo eodẽ modo quo ꝟ. in alluuione oſtendimus. Si vero alueus ita derelinqueretur, quod ab vtraque parte eſſent prędia,tũc inter eos, q poſſident ab alueo fiet diuiſio iure vicinitatis.& propinqtatis, & ſic ꝑ mediũ, vt dictum eſt de inſula,& probatur ꝟ.ibi, nõ poteſt iure vicinitatis,&c. Inter eos vero,q ab vtraque parte poſſidẽt, fiet diuiſio pro modo latitudinis,vt dictum eſt de alluuione,& ſic eodem modo fit diuiſio,diuerſo tñ iure:qa ibi iure alluuionis, hic iure aluei derelicti. Pro modo prædij cuiuſq; latitudinis.quę latitudo prope ripam ſit,hæc verba ſatis ſup.proxime, & in pręcedentibus expoſita ſunt.

**Nouus.** Nouus autem alueus dr̃ ad differentiam ueteris, & ſic ſi per multos annos ſteterit, ſic appellatur, donec nouus alius alueus ſuperuenerit,vt ff.de vſufru.leg.l.vſufr. & quod no.ſi cer.pet.l. cum quid.alias autem dr̃ nouum,i.in ſolitum,vt C.de indi.l.rem non nouam.& ff.de vent. inſpicien. l.2.in aliis etiam ſignificationibus accipitur,de quibus dixi.ff.de ope.no. nun.ſuper rub.

1 *Incipit & deſinit adiecta facto habenti tractum ſucceſſiuum quomodo, accipiantur.*
2 *Incipere, impropie, & large dicitur, qui ſe pręparat ad incipiendum.*
3 *Incipere proprie dicitur, qui aliquid incipit facere de eo quod eſt faciendũ.*
4 *Incipere etiam dicitur, qui multa ipſi inceptioni adijcit.*
5 *Iuramentum calumnia ſi præſtatur poſt litem conte. dicitur præſtitum in exordio litis.*
6 *Deſinere aliquid quando dicatur.*
7 *Incipit, & deſinit, ſi adijciuntur tempori, quomodo accipiantur.*

Digitized by Google

*Dies quando dicatur incipere, & quando deſinere.*
*Annus quando dicitur incipere, & quando deſinere.*
8 *Incipit, & deſinit ſi adijciuntur loco qualiter accipiantur.*
9 *Incipit, & deſinit, quando adijciuntur eſſentiæ alicuius ſubſtantiæ, vel qualitatis, qualiter intelligantur.*
10 *Incipit, & deſinit, quando adijciuntur potentiæ alicuius, qualiter intelligantur vt quis dicatur poſſe.*

**Eius incipit iuris eſſe.** In hoc tex. pluries Iuriſconſultus vtitur verbo, incipit Item vtitur hoc verbo, deſinit, vt j. ſtatim ſubditur ibi, deſijt eſſe. &c. de quorum verborum ſignificatione varias contẽtiones vidi inter dialecticos, ad quorum ſenſum ſi reduceretur, iuris noſtri ſenſus peruerteretur. Ideo ſecundum legalem doctrinam,
1 qd iſta verba ſignificent, explanemus. Ad q † ſciẽdum eſt, q hæc verba adijciunt qñq; facto q hẽt tractum, ſeu ſucceſſionem quãdam in faciendo. Qñq; adijciuntur tempori, qñq; loco, qñq; eſſentiæ alicuius rei, qñq; potentię. De quolibet videamus. Primo adij
2 citur facto, & tunc trib. modis accipitur. Primo large, † & impropriè vt dicatur incipere ille, q ſe pparat ad incipiendum, vt in caſu ſpãli, ff. de poll, l. i. §. cœpiſſe. ibi, ſi apparatum ſiue impẽſam in publico poſuit. alias ante dicta præparamenta nõ dr̃ qs incipere. l. ſi pecuniam. in verſic. nam ſi ita res. ff. de condi. cau. da. & de procur.
3 l. ſi defunctus. † Secundo accipitur pprie eo ipſo, q incipit aliquid facere de eo, q eſt faciendum, vt ſi fundamenta facit, & ſimilia, vt in aliis exemplis poſitis in d. §. cœpiſſe. & de ope. no. nun. l. de pupillo. § nunciationem. ibi, inchoet, &c. & d. l. ſi pecuniam. Et hoc modo dicimus quod li. ↄteſta. incipit iudicium: quia tunc incipit
4 tractare de his, quæ ſunt de ſubſtantia cauſæ. † Tertio mõ, dr̃ qs incipere nõ ſolum in ipſo actu, quo incipit, ſed ẽt in multis quę ſunt poſita propinquius ipſi inceptioni. vnde iſtud verbum, incipit, nõ ſolum verificatur in primo lapide, q ponit, ſed etiam multa, q poſtea fiũt, dñr eſſe de inceptione, vt ff. de oper. no. nun. in l. ſtipulatio. §. opus. ſic etiam iuramentum calumniæ quod præſtatur poſt
5 litem ↄteſt. ſic † poſtquam lis incipit, dr̃ fieri in exordio litis, vt C. de iuramen. calu. l. ii. §. ſed prædictum. Itaq; eodem mõ in verbo,
6 deſinit Primo dicimus † deſinere qui ad hoc tendit, vt deſinat, argu. de excuſa. tut. l. nõ tm̃, & de dam. infec. l. damni. §. Sabinus. Itẽ deſinere dr̃ res quæ non perfecte deſinit, ſed incipit deſinere, vt de
7 ↄhen. empt. l. domum. † Secundo dixi q hæc verba qñq; adiiciũtur tpi. & tunc ſimiliter tres ſignificationes habent, exemplum ĩ die artificiali dicimus. n. quod incipit mane, deſinit ſeu finit ſero, vt ff. de fer. l. more. & ibi no. in Auth. de iud. §. ſedebunt. Dico ergo q mane intelligitur ante ortum ſolis, cum iam cęlum incipit albeſcere, vt ff. de liber. & poſth. l. Titius. §. j. & tũc dicemus dies incipit, ſed tunc nũ eſt dies, ſed ſtatim erit, hæc tñ non eſt propria locutio. Secundo mõ dr̃ mane in ipſo puncto, quo Sol oritur, & tũc vere dr̃, incipit dies. cum Sol eſt ſ. terram dies eſt, vt ff. de ver. ſigi. l. hæc verba, ille aut ille. Tertio per aliquod ſpatium poſt ortum Solis adhuc dicimus dies incipit, & ita loquimur, licet non ſit propria locutio: tñ hoc ſcire neceſſe eſt propter dicta teſtium, & propter multa. Eodem mõ deſinit. ſ. cum eſt prope occaſum, & cum vere occidit. & aliquo ſpatio poſt. Facit ad prędicta quæ dixi. ff. de
a pœn. l. aut facta. §. tps. Eodem modo in anno incipit,[a] & deſinit habet tres ſignificationes, ſed in aliquo differunt. nam in tempore, antequã vere incipiat, & in ipſa inceptione. idem eſt in die, & in anno: ſed in eo, quod ſequit, poſtquam incipit, differunt in tempore. Nam cum annus & menſis ſit longius tempus, longiori ſpatio durat illud tempus quo dicimus, incipit recte per vnam diem, & forte per plures dicimus, menſis incipit, vel annus incipit. arg. ff. de furt. l. fur eſt manifeſtus, & quod ibi dixi, & ſtatim dicam de verbo, deſinit. Similiter contingit in verbo, deſinit, nam primum tempus, quo incipit deſinere, & cum dicitur deſinit, eſt longius in anno, quam in die. Nam aliqñ tota vltima die dicitur deſinit, vt ff. de teſta. l. qua ætate. in aliis duobus idem eſt in anno, & die, & ſicut annus, & dies in verbo, incipit, concordat in primo, in tertio diſcordat, ſed in verbo deſinit, diſcordat in primo, & concor-
8 dat in duobus vltimis. † Tertio dixi, q hæc verba quandoque adiiciuntur loco, & tunc verbum, incipit, habet duas ſignificationes. Prima eſt propria in illo puncto, in quo incipit, vt patet in principiis cuiuslibet libri, vt ĩ rubr. dicit, incipit liber primus, vel ſecundus. Secundo poſtquam incipit, per aliquod ſpatium adhuc dicimus incipit, vt ſupra dictum eſt. & de his quæ conſiſtunt in facto, & patent ex vſu communi. Recte enim dicimus territorii illius ciuitatis incipit in tali caſtro, vel villa, longum ſpatium occupat. & recte dicimus, talis prouincia incipit in tali ciuitate, ante vero quam perueniatur ad illum punctum, in quo incipit vere, in illo loco non vtimur verbo, incipit. De verbo vero, deſinit, dico quod duobus modis accipitur, ſed econuerſo ad præcedentes. Nam antequam perueniatur ad vltimum punctum, in quo deſinit per aliquod ſpatium, dicimus, deſinit. Item in illo puncto in quo deſinit. Poſt vero illum punctum non vtimur verbo, deſinit in præſenti, ſed deſijt in prętenito, & hoc per ſe ſatis patet.
9 Quarto dixi † q hæc verba quandoque adiiciuntur eſſentiæ alicuius rei, ſiue illa res ſit ſubſtantia, ſiue qualitas, & tunc propriè incipit eſſe, cum ex conſummatione recipit formam, ut ff. ad legẽ Falcidiam. l. ſi is qui quadringenta. §. quædam. & propriè deſinit illo inſtãti, quo pdit formam, ut hic in tex. patet ibi, deſijt eẽ, amiſſa forma. apparet hoc in qualitate. Dicimus. n. quod res incipit eſſe eius iuris cuius eſt flumen, & ſic illius qualitatis, quæ conſtituũt & conſtituta deſinunt modis, & ex his contingit, q aliquando aliquid eodem inſtanti incipit, & deſinit, vt C. de poſthu. hęre. inſtituen. l. pen. ff. de nouatio. l. quoties. de ſolutio. l. ſub condõne. & prædicta procedunt propriè loquendo. Impropriè uero dicit, incipit, & deſinit, hic, ſicut ſup. diximus qñ additur facto. Qñq; n. dr̃ aliquid eſſe, ſeu durare eſſe factũ cum ſucceſſione, & iſto modo deſinere non poteſt dici, niſi illud quod fuit, ut ff. de con. iit. & dem. l. Titio uſusfructus. in princ. licet impropriè ponatur, ut in l.
10 3. §. deſinere. ff. quib. modis uſusfructus amit. † Quinto dixi q hęc uerba, incipit, & deſinit, adijciuntur potentiæ, vt aliqs incipit poſſe, uel aliquis deſinit poſſe, & tunc dicta uerba unam ſignificationem tm̃ habent. tunc. n. dicimus q quis incipit poſſe, qñ omnia concurrant quæ requiruntur, ut quis poſſit, ut ff. de diuer. & tẽp. preſcri. l. j. de uerb. ſig. l. nepos Proculo. & tunc qs deſinit poſſe, qñ deſinit omnis ſpẽs potentiæ, q quandoque eſt ad ultimum uitæ ſpũm, quandoque deſinit ab aliquo ſpatio ante, ut ff. de hære. inſt. l. ſuus quoque. §. pen. in fi. & ibi de hoc plene dixi. & de condi. inſt. l. fi. Et prædicta uera, quando dicta uerba, incipit, & deſinit, ponũtur in tempore præſenti. Si uero ponuntur in præterito, tunc haberent ſignificationem certam.

ADDITIO.

tumacia. 35. q. 3. extraordinaria. & optimum arg. extra ꝗ ma. accu.
poſ. cum in tua. Item circa idem, & in alio dicas ꝯtrium eſſe ius ca-
nonicum, nec ibi tranſit in rem iudicatam ſñia ꝯ matrimonium,
vt extra de re iud. c. lator. & c. conſanguinei. Item & in alijs caſib.
48 ſpiritualibus. 25. q. 9. per totum. & ibi no. †Item inſurgit, & alia va
rietas, quoniã iure canonico ſi clericus ceſſionem recipiat, præſu
ſumitur de iure ceſſio ſimulata, vt extra, de alie. iud. mu. cau. fac. c.
ex parte, clerici enim ab illicita negotiatione prohibentur. 14. q. 2.
in c. clerici, & c. canonum. & 88. diſt. c. fornicari. iure ciuili non in-
uenitur, niſi aliter doceatur ſimulatio. C. in and. l. per diuerſas. &
49 l. ab Anaſtaſio. probari tñ poteſt. C. de proc. l. militem. †, Inſup alia
differentia bona, & ſubtilis inuenitur, quia de iure ciuili ingreſſus
monaſterium monachus, vel canonicus regularis non poteſt ali-
quid retinere, C. de ſacroſ. eccl. auth. ingreſſi. & cum alterius iuris
eſt, non poteſt aliquid habere. ff. de acq. rerum do. l. homo lib. &
de re iud. l. qui in ſeruitute. & argum. ff. de vſur. l. placuit. Sed iure
canonico poteſt pure, & ſine peccato aliquid de ſuis bonis ꝯcede
re loco præbendæ, extra de ſimo. c. tua nos. & extra de proba. cap.
in pñtia. & de ſucceſ. ab inteſta. c. quoniam dilectus. in fin. & de eo
dic, vt no. in d. decr. tua nos, & extra ne cler. vel mo. c. fi. Eſt & alia
50 †dr̃ia. Nam iure ciuili, qui aliquid promiſit quod cõſiſtit in dam
no ſub pœna, ſi aliquid omittit dare, ad totam pœnam tenetur. ff.
fam. erc. l. hæredes, §. in illa. & ff. de verb. obl. l. ſtipułonum. in fi. & l.
in executione. & plene no. ff. ſi quis cau. l. ſi ſeruus. §. plurium. Sed
de iure ca. obſtat exceptio. & Inno. M. ſequitur opin. vt ext. de pœ.
c. ſuam ad nos rectores, quod dic, vt ibi plene no. in apparatu ordi-
51 nario. Notari ſolet alia †dr̃ia ſm̃ Io. iure can. non licite recipit ali-
quis, vt iudicet iurem, extra de fur. c. qui furem, & c. ſeq. & ar. 1. q.
1. c. quidam diſt. §. ex verbis. & ibi no. ſed de iure ciui. ẽt quis licite
recipere poteſt, vt iudicet furem. ff. de cond. ob turp. cau. l. ob tur-
pem

Digitized by Google

52 pẽ cõm. de pſcriptis verbis. l. ſolent. & in eis no. † No. aliam drĩam,
q̃ de iure ciu. pro quibuſdam cõſuetudinib. debebãt aliquid offer
re illi, qui ordinabantur, & etiam tabellionibus pro ſcripturis or-
dinatorum, vt in Anth. de ſan. ep. §. pro conſuetudinibus. Sed iu-
re cañ. eſt ſecus, & ſi fieret, eſſet ſimonia, vt 1. q. 2. ſicut epm̃, & ibi
53 no. † Habemus aliam drĩam, q̃a de iure can. valet hæc promiſſio,
promitto tibi me daturum Titio decẽ, maxime ſi interueniat iu-
ramẽtum. ar. 22. q. 5. c. iurñ. & no. 1. q. 7. c. quo. ſed de iure ci. ſecus
eſt, vt ff. de verb. obl. l. ſtipulatio iſta. §. alteri, niſi in caſibus, qui no.
54 Inſti. de inuti. ſtipul. §. alteri. Diuerſitatem aliam reperimus, † quia
iure ciu. tranſigere permittur de criminibus publicis ingerẽtibus
pœnam ſanguinis, excepto crimine adulterij, de alijs vero crimini
bus publicis, quæ ſanguinis pœnam non ingerunt, non licet tranſi
gere, excepto crimine falſi. l. tranſigere. C. de tranſac. & dic, vt ibi
no. Sed iure canon. vr̃ aliud dicendum, videlicet, q̃ nullum crimẽ
ingerat pœnam ſanguinis. Item in cauſa ſpũali nullo modo licet
deſiſtere pecunia accepta, vt ext. de reſcri. c. fi. de hoc no. 2. q. 1. ſi
55 quem pœnitent. §. in omnibus. Item differunt, † quia iure ciui.
inter pares communiter habitantes, & tractãtes ſe, vt vir, & vxor,
præſumitur matrimonium, vt ff. de ri. nup. l. in liberæ. Sed iure cã.
potius præſumitur adulterium, niſi oſtẽdatur ſolennitas nuptia-
rum, vt 36. q. 5. aliter. no. diſtin. 33. c. is qui non habet. Item alia drĩa
56 ſolet tradi a Doctoribus, iure cañ. promiſſio pœnæ, neq; ſtipulatio
arrarum nõ vr̃ valere in matrimonio, vt extra, de ſpõ. c. Gemma.
quia eadẽ rõ prohibitionis eſt in pœnis, & in arrhis, vt argum. ext.
de trãsla. epi. c. inter corporalia. ſed ſm̃ legem pœnæ pmiſſio non
valet. ff. de verb. obl. l. Titia. §. idem reſpondit. valet tamen arrha-
rum pmiſſio. C. de ſpon. l. fi. & de hoc no. in d. c. Gemma. Habe-
57 mus aliã drĩam, † quia de iure can. pater non põt, filia renuente, eã
maritare, vt ext. de deſpon. impu. c. 1. extra, de ſpon. c. cum locum
27. q. 2. c. ſufficit. Sed filia iure ciuili non poteſt patri reſiſtere volẽ
leni eam maritare, niſi ei dederit turpem perſonam, vel moribus
ſuis indignam. ff. de ſpõſa. l. ſed ea quæ patris. & hæc drĩa no. ext. de
58 deſpon. imp. c. 1. Item circa idem drũt, quia iure ciuili cõſenſus
parentum requiritur in matrimonio. C. de nupt. l. nec filiam. & ff.
de ritu nupt. l. nuptiæ. ſed iure canonico non requiritur, niſi de ho
59 neſtate, vt 27. qõ. 2. c. 1. & ibi plene no. Nota † etiam aliam drĩam,
quia iure ci. non pro quolibet crimine condemnatus efficitur in-
famis, ſed p quibuſdam ſic, vt ff. de pub. iudi. l. infamẽ. ff. de his, qui
no. infa. l. quid ergo. §. fi. & l. athletas. §. vlt. co. ti. & plene diſtingue,
3. q. 6. c. infames. §. porro. ſed iure ca. non vr̃ hęc diſtinctio ſibi lo-
cum vendicare, cum omne peccatum infamet, vt 3. q. 5. conſtitui
60 mus, & 3. q. 6. c. infames, & can. omnes. & no. in d. §. porro. † Item
aliam drĩam no. quia ſecundum rigorem iuris ciuilis, filij nati ex
inceſtu, damnato, vel nefario coitu, non ſunt alendi a parentibus,
vt in Auth. quib. mo. na. effi. le. §. fi. & C. de nat. lib. auth. licet. ſed
de æquitate canonica, quę conſiderauit ius nãle, ſecus eſt, ext. de
eo, qui dux. in ma. ca. eum hẽret. in fi. & ibi no. plene. Subiicio aliã
61 drĩam, quia de iure ciu † nõ poteſt eſſe inter ſeruos matrimoniũ
neque inter ſeruum, & liberam, ſed dicitur contubernium. C. de
nup. l. cum ancillis. Sed de iure can. ſeruus ſicut liber recte matri-
62 monium ɔ̃hit, vt extra de coniu. ſer. c. 1. Item no. aliam drĩã, † q̃a
iure ciu. mulier prohibetur magis intra tp̃s luctus, hoc eſt, ẽt itra
annum tranſire ad ſecundas nuptias: ſi ɔ̃rium facit, efficitur infa-
mis, & patitur alias pœnas cõtẽtas in l. 1. C. de ſecun. nupt. Sed iure
can. ſtatim mortuo uiro, mulier põt nubere ſine aliqua pœna, ex-
63 tra, de ſecun. nup. c. ſuper illa. & ibi no. & c. vlt. Sed quæro, † ante-
quam maritus duceret uxorem ad domum ſuam, eam cognouit
carnaliter ĩ domo patris vxoris, an ea mortua lucretur quartam,
quamuis ducta non fuit in domũ viri ſui? Dic q̃ ſic, ẽt ſi ipſa non
fuerit pfectę ætatis. ff. de ritu nup. l. ſi pfectus. & ff. de priuil. cred. l.
2. ff. de ritu nup. l. ideoque. Item ẽt alia rõne vir lucratur quartam
pp copulam carnalem, quia matrimonia iure pontificali, non iu-
re fori reguñt. 2. q. 2. c. hinc diſtinguendo, & in matrimonijs, mali
tia ſupplet ætatẽ, & p carnalẽ copulam fit matrimonium legiti-
mum, ext. de ſpon. c. illis. & in c. iuuenis. & c. adoleſcens. vt de ma
litia refert Greg. in Dial. de quodam puero nouẽni, qui nutricem
64 ſuam grauidauit, vt no. 20. q. 1. in pri. Et no. † q̃ ſtatutũ diſponens
q̃ vir præmortua vxore lucretur dimidiam dotis, hẽt locum, ſiue
a fuerit traducta ad domũ mariti, [a] ſiue fuerit ſecuta copula carna
lis, ſiue non: dummodo matrimonium fuerit ɔ̃ctum p uerba de
pñti. l. nuptas. ff. de reg. iu. l. nihil. ff. rerum amo. & ibi no. & de iſta
q. eſt caſus ſingularis ĩ l. Deo nobis. C. de epi. & cle. Sed iuxta hoc
quærit, an erit idẽ in ſpon. Pone, q̃ maritus debeat lucrari tertiam
partẽ dotis, vtrum idẽ erit in ſponſa? Vel ponamus, q̃ filia marita
ta excludatur p ſtatutum, utrum idẽ erit in ſponſa? Doc. dñt, q̃ ſi,
l. non ſine. C. de bo. quæ lib. & ibi p Pet. & Cyn. & Gul. de hoc. ff.
quod fal. tu. auth. l. an in partẽ. ubi no. & uide p ſcribẽtes in l. Deo
65 nobis. C. de epiſc. & cle. Itẽ no. aliam drĩam, † de iure ciuili ſpurij
non prohibentur eligi ad decurionatum, uel ad alios honores,
ff. de decu. l. ſpurij, in princip. & l. gñali. ſed de iure cano. ſecus, ut
66 6. diſt. cap. 1. & 2. & ibi de hoc no. inuenies. † Poſſum aliam drĩam
ponere. Ecce iure ciuili licitum eſt ɔ̃hentibus, adinuicẽ ſe circun
uenire vſq; ad dimidiam iuſti pretij. ff. de min. l. in cauſa. ſed in cã.
poteſt dici, q̃ eccleſia de re ſua, quam vẽdidit in caſibus cõceſſis,
nõ dẽt recipere vltra iuſtum pretium, vt ext. de don. cap. p iuas. &
hoc no. 10. q. 1. c. ea enim. §. hoc ius. in glo. ordi. Nota aliam drĩã,
67 quia † iure ciu. ſi quis hr̃s non implet voluntatem defuncti, priua
tur in totum hr̃ditate, hoc ſaluo, quia ſi eſt de liberis, dẽt retinere
legitimam. C. de fideicommiſſ. l. fi. & auth. hoc amplius. Sed Ca-
noniſtæ indiſtincte dicunt, hr̃des qui nõ parẽt voluntatib. defun-
ctorum priuari in totum ſucceſſione. 11. q. 1. cap. Syluester, extra,
68 de voto, in fi. & notatur in d. c. Syluester. No. aliam drĩam, † quia
iure ciu. imponit pœna ſacrilego durior, quam iu. canonico. ff. ad
l. Iul. pecul. l. ſacrilegi. Iure vero canonico diuerſę pœnę imponun
tur. Nam ſi committitur in pſonam eccleſiaſticam, talis ipſo iure
eſt excõicatus, vt 17. qõ. 4. cap. ſi quis. Si vero in re eccleſiæ fiat ſa-
crilegium, tunc poſt tertiam monitionẽ eſt excõmunicatus, d. c.
quiſquis. Item imponitur pœna pecuniaria quandoq; maior, vt
69 cap. quiſquis, & cap. ſi quis contumax. Vide aliam drĩam, † nam
iure ciu. pœna pecuniaria poteſt ab eccleſia infligi. 20. q. 5. c. ſi qs
cuiuſlibet. & 23. diſt. cap. quamquam. extra, de arbi. c. dilecti. ſed
iure can. ſecus. 21. q. 2. c. fraternitatis. & extra, de pę. c. pęn. c. ſuam.
70 & no. 12. q. 2. c. in antiquis. † Inſuper eſt drĩa, quia de iure ciuili ex
nudo pacto non oritur actio. C. de pact. l. legem. ff. de pac. l. iuriſgẽ-
tiũ. §. quinimo. ver. igitur nuda. Fallit in certis caſib. ibi notatis, ſed
iure canonico dicimus nudo pacto dari actionem, ſ. condictionẽ
ex c. l. arg. 22. q. 5. c. iuſtã. & 12. q. 2. c. 1. quæcunq; ſuffragia. & ibi no.
71 ext. de teſt. c. indicante. † Notari poteſt alia drĩa, iure ciu. impubes
nõ iurat, & eius iuramentum nullum eſt. C. de iura. calum. l. 1. §. j.
& C. ſi aduer. ven. auth. ſacra puberum. fallit in caſu, vbi pupillus
obligatur ex facto ſuo, vt ſi manumiſſus iurat præſtare opas ma-
numiſſori ſuo, vt ff. de libe. cau. l. fi. Sed iure cañ. poteſt pupillus iu
rare, ſi doli capax ſit, & ſi non ſeruat iuramentum, periurat. 22. q.
5. c. paruuli, & ibi de hoc. Ego dico ſatis probabiliter poſſe defen-
di, q̃ etiam iure ciu. ſacramentum pupilli doli capacis valeat, vt
72 bñ notatur in d. cap. paruuli. Item aliam differentiam no. † iure
can. hoc ipſo eſt aliquis fur, qui nõ intrat per oſtium, & qui intrat
cameram animo furandi, vt 14. q. 4. cap. tres pſonas. & de pę. diſ. 5.
c. vt ſi propterea. & cap. ſi quam. de iure ciu. ſecus eſt, vt ff. de fur. l.
73 vulgaris. & l. qui furti. Habemus † aliam drĩam, iure quidem ciui
li in præſcribendis iuribus, quæ continuam cauſam nõ habẽt, re-
quiritur duplicatum tp̃s, vt C. de ſer. l. fi. ff. quemadmo. ſer. amit.
l. ſi ſic conſtituta. Sed ſm̃ canones in omnibus iuribus habentib.
continuam cauſam, vel non, præſcriptio ſufficit 40. ann. vt extra,
de præſcript. c. de quarta, & innuitur, ext. de can. poſſ. c. cum eccle-
ſia. & ibi no. Quinimo in primo dico, q̃ requiritur tãtum tẽpus,
cuius non extat memoria ſm̃ legem, vt ff. de aqua plu. arcẽ. l. 1. in
fi. & iura in primo alleg. quæ loquuntur de tp̃e duplicato, intelli-
go de iuribus acquiſitis, vt tanto tp̃e nõ vtẽdo amittatur, vt in eis
74 paret. † Item drũt, de iure canonico, qui pro ſuis moriſtur ſce-
leribus, non traduntur eccleſiaſticæ ſepulturę. 13. qõ. 5. c. placuit.
ext. de fur. fures. niſi fuerint in morte contriti. 23. q. 2. cap. vlt. Sed
iure ciuili non conceduntur ſepeliri alicubi, niſi prius fuerit peti-
tum a principe, & cõceſſum. ff. de cadaue. puni. l. 1. 2. & 3. Item dif-
75 ferunt, † iure can. pœna inceſtus, & adulterij mors eſt, vt 23. qõ. 5. c.
relegantes ſed de iure ciu. mulier adultera non occiditur. ſed de-
truditur in monaſterium, ſm̃ quod cauetur. C. de adult. auth. ſed
hodie. Poteſt dici, q̃ c. relegantes. loquitur ſm̃ iura, quæ erant an-
te ius Authenticorum, ſm̃ quæ iura tam adulter, q̃ inceſtuoſus v
triuſq; ſexus gladio puniebatur. C. de adul. l. quamuis. & ff. eo. l. ſi
76 adulterium, in prin. Item differunt, † iure can. quod meo nõie nõ
eſt geſtum, poſſum habere ratum, 16. q. 1. c. ult. ext. de his, quæ fi. a
præl. ſine cõſen. ca. c. 3. de elec. c. ſicut. 9. q. 2. Lugdunenſis. de iure
vero ciu. quod non eſt meo nomine geſtum, ratum habere non
poſſum. ff. de vi, & vi arm. l. ſi vi a me. a ɔ̃rio ſenſu. & de ne. geſt. l.
77 ſi pupilli. §. ſed ſi ego. fallit in caſibus ibi no. Item differunt, † iure
can. ſi qs proponit exceptionem dilatoriam poſt fundatam inten-
tionem actoris, & contingat eum in probatione illius exceptio-
nis deficere, cõdemnantur actor in expẽſis, vt ext. de do. & contu.
cap. finẽ liti. & ibi no: Sed iure ciu. hæc expẽſarum condemnatio
non hr̃, niſi in fine cãe, vbi victus victori condẽnatur in expenſis.
78 C. de iu. l. properandum. §. ſin aũt. & ibi no. Item drũt, † iure can.
incẽdiarius patitur pœnam, quia excommunicatur, & in ſeruitio
Dei, vel in Hiſpania, vel Hieroſolymis ſtare tenetur pannum, vt
23. q. 8. c. ſi quis membrorum. & ca. peſſimam quidẽ. & ext. de in-
cẽ. c. ſed iure ciu. qui ædem, vel ędificium, aut aceruum frumenti
iuxta domum poſitum incẽdit, dẽt comburi. Si verò aliàs fecit i-
cendiũ in ciuitate, ſi vilis perſona eſt, beſtijs ſubijcitur: ſi vero alia
pſona, capite puniatur, vt ff. de incen. rui. nau. l. qui ędes. & l. fin. & de
pœn. l. capitalium. §. qui ob inimicitias, & poteſt accuſari. l. Corne-
lia. de ſic. l. 3. in prin. & ff. ad l. Corn. de ſic. & C. qui accuſ. non poſſ.
l. data. & hoc ſi doloſe incendium fecerit. Si autem culpa, vel ne-
gligentia incendium fecerit, tenetur emẽdare dãnum, alias puni-
tur

ADDITIO.

a Th. D. Domum mariti. Vide late Abb. in conſi. 1. lib. 1. vide Bartol. in l. nihil. & ibi
ſcripſi in addi. pleniſſime. ff. rer. amo.

Digitized by Google

impediente, cũ altero ſtẽ matrimonium non impediret. impoſſi
bilium.n. nulla eſt obl°o, vt Inſt. de inut. ſtip. § ſi impoſſib. lis. & ff.
q̃ ſtu. ſine ap. reſcin. l. Paulus tñdit impl̃e. & in poſe eſt id, qđ eſt ꝯ
bonos mores ff. de cond. inſt. l. filius. & eius qđ eſſe non pōt, nulla
110 eſt promiſſio. Inſt. de inut. ſtip. §. 1. Item dñnt, † iure cano. iuue-
nis puellam ſnondũ 7. an. ducẽs, q artẽtauit cognoſcere, & nõ po-
tuit pp imbecillitatẽ ætatis, cũ eiuſdẽ ꝯſobrina nõ pōt ꝯhere ma-
trimoniũ, & rõ eſt publicæ honeſtatis iuſtitia, ext. de ſpon. c. iuue-
nis. ſed iure ciu. non inuenio hoc inter cãs, quæ impediunt ꝯtrahi
matrimoniũ, quæ numerãt in ſumma Azo. C. de nup. & trib. ſeq.
111 & Inſt. de nup. §. fi. in gl. Item dñnt, † iure ciu. q eligunt abbatẽ,
iurant eligere quem ſciunt ita vita caſtũ, fide rectũ, & qui in mona-
ſterio vnñr ꝑuidere valeat, vt in Auth. de ſan. epi. §. iubem' igitur
abbatẽ. Sed iure canon. non ſeruat̃ hæc forma, ext. de ele. c. q a pp,
112 & ext. de ꝯſue. c. cũ dilectus. Item differũt, † iure ciuili rñ. ꝙ ma-
trimonium poſſet ꝯhi ſine verbis, aũi interueniente conſenſu,
inter eos, qui pñt loq. ff. de reg. iur. l. nuptias. de ſpon. l. ſufficit. de ri.
nup. l. deniq; & arg. ff. de lega. 3. l. nutu. Sed iure canon. requirunt̃
verba exprimentia conſenſum inter eos, qui ꝑñt loqui, quamuis
in eis, qui non ꝑñt loqui, nutus ſufficiat, vt ext. de ſpon. c. tuæ fra-
113 ternitatis. & ibi no. Itẽ dñnt, iure ciu. ornamenta. & veſtes † cũ
mortuis ſepeliri non dẽnt. ff. de relig. & ſum. fu. l. at ſi quis. §. nõ au
tem. ſed iure canon. archiepis cũ paleo ſepelitur, ext. de viu pal. c. 2
& accedit ad hoc de conſe. diſt. 1, can. ad hæc. & c. nemo. Itẽ pōt
114 qualiſqualis dñia notari, † iure ciui. archieps ext. ſuam prouinciã
ꝑ conſularib. inſignijs paleo vtitur. ff. de offi. ꝓcon. & lega. l. 1, ſed
iure can. archieps nõ vtitur paleo ex. prouinciam ſuã, ext. de auth.
115 & vſu pal. c. 1. & ex tuarũ. Item dñnt, † iure ciu. pōt ille, q ceſſit
bonis, poſtea recuperare integra. ff. q bo. ce. poſſ. qui. Sed iu. can.
obtenta licentia cedendi dignitati, vel ẽpatui, compellitur cede-
116 re, ext. de renun. c. quidã, & ibi redditur rõ in tex. Itẽ dñnt, † ſeu
notari pōt alia dñia, nam iure canon. in libertis eccleſiaſticis mul-
ta ſeruamus ſpãlia, quæ de iure ciu. non inuenimus, ext. de ſer. nõ
117 or. c. de famulis, & ibi no. in gl. & p Inno. Item dñnt: † nam iure
ciu. eſt quædam pœna metalli, quidam.n. damnantur in metallũ,
& iſti grauioribus vinculis afficiuntur: Alij in opus metalli, & iſti
leuiorib. pœnis afficiuntur, & ambo iſti ciuitatem, & libertatem
amittunt. Alij vero dãnantur in miniſteriũ metallorũ. i. vt ſeruiãt
dãnatis in metallũ, & hi ciuitatẽ amittunt, non libertatẽ, & hoc, ſi
ad tps damnantur. Si vero in perpetuũ, vtrunq; amittunt. ſ. ciuita-
tẽ, & libertatẽ, vt. ff. de pę. l. aut dãnũ. §. eſt pęna. & §. ſeq. de iure ca.
hmõi pęnæ nõ inueniuntur impoſitæ, & ſi imponerentur, non re-
tractarẽtur, vt ext. de cal. c. 1. Sed iſtis pænis æquiparari pōt pœna
carceris, q̃ pro grauiorib. infligit eccleſia, vt ext. de heret. c. pen. &
vl. & pœna qua quis redigitur in ſeruitutem. 24. diſt. vel tradit cu-
118 riæ ſeculari. vel venditur. 31. diſt. c. clerici. † Itẽ dñnt, iure ciu. pę-
na falſi eſt deportatio, & oĩum bonorũ publicatio, & hoc in libe-
ro hoĩe: in ſeruo aũt eſt vltimũ ſupplicium. ff. de fal. l. 1, §. vlti. ſm
Canones vero multiplex eſt pœna falſi, ſm qđ multæ ſunt falſita-
tes, vt no. Gof. in ſum. de falſis. §. pęna falſi. Item dñnt, iure ciuili
119 † ſi patronus repræſentat indignos, priuatur iure pñtadi ea vice,
& deuoluitur illa pñtãs ad ſuperiorẽ, vt in Auth. de ſan. epiſ. §. ſi qs
oratorij domum. Sed iure can. pronus non perdit talẽ ptãtẽ, ext.
120 de off. or. c. cũ vos plerunq; & ibi no. Item dñt, quia iure ci. q̃dã
ſunt pęnæ in canonib. conſtitutæ, quas ſic expreſſas non inueni-
mus a iure ciu. q̃ no. ext. de of. or. ad reprimendam. Itẽ differunt,
121 † a iure ciu. interfectori imponitur certa pœna. C. de his, qui pa.
vel lib. occ. l. vnica. ſed iure can. non ita punitur, q͞a Deus non dili-
git mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, vt 26. q. 1. can. cogno-
uimus. ſed imponitur certa pęna magna, vt ext. de his qui fi. occi.
122 in c. infans. & ibi de hoc. Item dñnt, † iure ciui. quis pōt pugna-
re pro poſſeſſione ſuas armis, & res ſuas tueri, & hoſtẽ preueuire
i percutiendo, vt C. vñ vi. l. 1. & C. q̃n lic. ſe ſine iud. vin. l. 1. & C. de
aboli. l. fallaciter. & 23. q. 9. can. dñs. Sed iure ca. non licet clerico
pugnare, cum armis, ẽt cum ſaraceno, ext. de voto. c. ex multa, &
quinquageſima diſt. can. cleric', qui pannũ. nec pp res ſuas defen
dendas dẽt armis reſiſtere, 23. q. 8. can. 1. & can. pſemor. & arg. 26.
diſt. c. ſi quis vult, & ext. de hom. c. ſuſcepimus, & ibi de hoc. Itẽ
123 dñnt, † q͞a iure ciui. ſi quis vulnerauerit, & vulnerat' ſit mortu'
& ſit dubium, an deceſſerit ex illo vulnere, non tenetur de occi-
ſo. ff. ad l. Aquil. l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ſed iure can. in tali du-
bio non dẽt occiſor talis in ſacris ordinib. miniſtrare, ext. de ho-
124 mi. c. ad audientiã. Item differunt, † iure ciu. qui corruperit vir-
ginem, licet alias grauiter puniatur, non tñ cogitur eam accipe-
re in vxorem, imo prohibitum vr̃ matrimonium inter eos, vt in
Auth. de rap. mul. ſed iure can. eam cogitur accipere in vxorem,
125 vt ext. de adu. c. 1. Item differunt, † iure ci. qui commiſit ſtuprũ
rñ eam accipere in vxorem tenetur. & ſi vilis ſit perſona, verbe-
ratur, ſi vero per vim, capite punitur, vt Inſtitu. de publ. iud. §. 2. &
§. ſi autem. ſed iure canonico minor pœna imponitur: nam aut
quis eam, quam ſtuprauerit, in vxorem accipiat, aut ſi renuendã
putauerit, in monaſterium mittitur excõmunicatus, penitentiã
126 agens ibidem, extra, de adulter. cap. peruenit. Item differũt, † iu
re ciuili proprię raptus committitur in ſponſam, de rap. vir. l.
vnica. ſed iure canon. ſecus, ext. de rap. c. cum. cauſam. 28. q. 2. §. r.
& no. in d. c. cum cauſam. per Inn. in apparatu ordinario. Item dif
127 ferunt, † iure ciui. ſi quis rem emit ex pecunia mea, ſed noĩe ſuo
nõ hẽt ius in illa. C. de rei ven. l. ſi ea pecunia. & ff. de ſur. l. q vas. §.
fi. C. de prob. l. ad probationem. fallit in caſib. no. in illa. l. ſi ex pe-
cunia. Iure aũt can. ſi ſit empta ex pecunia fęnebri, dẽt illa res ven
di, & reſtitui pecunia, vt a peccato quis liberetur, vt ext. de vſur. c.
cum tu. idẽ eſt, ſi de alia pecunia res ſit empta. 1. q. 1. c. nõ eſt putã
128 da. & ibi no. † Item dñnt, iure ciu. non dẽt qs in pœnam ſignari
vel bullari in fronte. C. de pę. l. ſi quis in metallum. Sed iure cano.
129 q̃nq; punitur. ext. de falſis. c. audientiam. Itẽ dñnt, † iure ciui. ſi
quis vtitur falſis inſtr̃is, & peniteat, nõ punitur de fal. C. de fal. l. ſi
falſos. iure ca. ſecus, vt ĩ lr̃is ap̃licis. ex. de fal. c. dura. & c. ad falſario
130 rũ. Itẽ dñnt, † iure ciu. blaſphemator Dei, & ſanctorũ, punitur
vltimo ſupplicio, vt in Auth. vt non lux. ꝯ nat. ſed iure can. ſi laic'
eſt excõicat, ſi clericus deponitur. 22. q. 1. can. ſi quis per capillum
& iniponitur pñia, ext. de cle. male. c. fi. & ibi de hoc no. Itẽ dñnt
131 iure ciu. ſi quis mutauerit ſibi cãm poſſeſſionis, hñt locũ iura. q̃
habemus. C. de acq. poſſ. l. cum nemo. & l. ex liberis, & quod in eis
no. Sed iur. can ſi qs ſibi mutauerit cãm poſſeſſionis, & bñficiũ,
tãq̃ indignus ſuis bñficijs eſt priuandus ext. de cã poſ. per totum.
132 Itẽ dñnt. † iure ciu. dr̃ ꝙ terra, q̃ anno ceſſat, ſi præcidet̃ melius
fructificet. ff. de ver. ſig. l. ſylua. §. noualis. Sed iure can. dr̃ noualis
terra ad culturam redacta de nouo, cuius non extat memoria, ꝙ
culta fuiſſet, ext. de verb. ſig. c. 1. & c. qđ p nouale, & ext. de priu. c.
fi. Preterea ẽt de iure ciu. ſumitur in hac ſign. q̃nq; vt ff. de pe. hęr.
133 l. vtiles. Item dñnt, † iure c. poſſidet ẽt q mala fide poſſidet, poſt
q̃ pſcripſit. ext. de pſcr. c. vigilanti, & C. de præſcr. 30. an. l. ſicut ĩ rẽ.
& l. oẽs. ſed iure ca. nõ iure poſſidet, qui mala fide poſſidet, nõ .n.
pſcribit aliquo tpe, vt ext. de pſcri. c. vlt. & ext. de verb. ſig. c. ius di-
134 ctum. Dñnt, † iure can. malefactores rerũ eccleſiæ tanquã ſacri
legi, ſub iudice eccleſiaſtico pñt conueniri, ext. de foro comp. c.
cum ſit, de iure ciu. actor. ſequitur forũ rei. C. de iu. om. iud. l. iuris
ordinẽ. & l. ſeq. niſi forte in vno caſu. C. de epi. & cle. auth. itẽ nul-
135 la cõitas, & ibi no. Itẽ dñnt, † iu. ciu. ſi qs petat plus re, cã, vel lo
co, ſi aliqđ dãni infert, dãnũ in diſtractione ſportularũ patit̃, qui
plus petit, in triplo, & in expenſis, p rñam gñalẽ, quę dicit, vict' vi-
ctori, &c. C. de iud. l. properandum. §. ſiuẽ aũt alterutra, & Inſtit. de
act. §. ſi aũt. Sed iure can. cũ in foro eccleſiaſtico nõ ſeruẽtur ſpor-
tulæ, vt ext. dẽ vi, & ho. cle. c. cũ ab oĩ. nõ cõdemnatur in hoc tri-
plo, ſed ad expenſas tñ, vt ext. de plus pe. c. 1. Item dñnt, iure ciu.
136 † ſi quis legatum impediat traditur hoſtib. vt ſit hoſtiũ. ff. de le.
137 l. fi. Sed de iure can. excõicatur 14. diſt. ca. ſi quis. Itẽ dñnt, † iure
ciu. qui fugit in bello publico, capite punitur. ff. de re milit. l. oẽ. de
lictũ. §. qui in acie. ſed iure can. eſt infamis. 6. q. 1. c. infamis. Item
138 dñnt, † iure ciu. quę in bonis nullius ſunt, ꝯceduntur occupãti,
vt Inſt. de rerũ diu. §. item ea. & §. itẽ lapilli. ſed iure can. in locis
habitis ab hoſtib. vel nemini attributis aliquis eps non pōt occu-
pare diœceſim, vel ius parochiæ, niſi ei cõcedatur a ſuperiore, ex
139 tra de prob. c. cum cãm. & ibi per Inn. no. Inſurgit alia dñia, † nã
iure ciu. pendẽte q̃one in integrum reſtõnis, nihil eſt innouandũ,
neq; ſñia interim executioni mãdatur. C. nil nou. in inreg. reſt. pe-
ti. rubro. & in nigro. ſed iure can. mandatur ſñia executioni pen-
dente q. in integ. reſt. dummodo interponatur cautio de mandan
do oĩa retro, ſi contingat ꝯcedi bñficiũ in integ. reſtit. vt ext. de in
inte. reſt. c. ſuſcitata. & 2. q. 1. c. ſicut. Vel dic ꝙ ibi eſt preſumptio ꝯ
petentẽ in inte. reſti. vt no. in decr. ſuſcitata. ſ. alle. & ad hoc, C. ad
140 l. Cor. de fal. ſatis. Inno. no. aliam † dñiã inter ius can. & ciuile, q͞a
de iure ciu. delegatus ab ordinarijs non exequitur ſñiam ſuã, ſed
recurritur ad delegantẽ, vt eã exequat̃, vt ff de re iud. l. a diuo Pio.
in princ. neq; poſſet in poſſ. bonorũ quẽ mittere. ff. de iur. om. iu.
l. iubere cauere, ſed iure can. illa ſubtilitas non ſeruatur: ex quo.n.
aliquid committitur, oĩa vñr eſſe commiſſa, quæ ad cauſam ſpe-
ctare dñr, vt ext. de offi. dele. c. ſuſpitionis, & hoc no. 2. q. 3. c. quiſ-
quis, & ext. de foro compet. c. ſi quis ꝯ clericum. Item differunt
141 iure ci. † ſi plures fuerint in diſcordia, obtinet ſñia pluriũ. ff. de
re iudic. c. duo ex tribus. ſed iure can. valet ꝯ eum, qui eſt crimina
liter condemnandus, ſed concors debet eſſe ſententia. 6. q. 3. cano.
142 ſi quis Eps, & no. extra, de iud. c. 3. † Item differunt iure ciuili
miſſus in poſſ. in actio. reali ſtatim poſſidet. C. de præſcrip. trigin-
ta, vel quadraginta anno. l. ſi quis emptionis. §. pen. ſecundũ Mar.
Ioan. Azo. quamuis Bulg. contra, vt ibi no. iure autem canonico
miſſus in' poſſ. in actione reali non eſt verus poſſeſſor, niſi poſt
curſum anni, vt extra de eo, qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeruan. c. fin.
& de off. ord. c. paſtoralis, verſ. verum, & no. de dolo, & contum.
143 c. contingit. Itẽ dñnt, † iure can. bona hæreticorum publicãtur
& filijs auferuntur, & alijs propinquis, extra de hęre. c. vergentis.
& 33. q. 4. quaſi per totum. Sed iure ciuili non auferuntur filijs ca-
tholicis. C. de hæret. l. cognouimus, & auth. item. ſed ſm conſti-
tutionem Federici conſonare videntur iura canonica. No. aliam
144 dñiam. † iure ca. bona eorum, qui committũt enormia delicta,
in eccleſia confiſcantur in fiſcũ eccleſiæ. 17. q. 3. can. ſi quis dein-
ceps, & cano. quiſquis. & no. 27. q. 2. cano. ſi quis rapuerit. ſed iure
ciu. bona damnatorũ traduntur hr̃dib. C. de bo. dam. auth. bona.

† Item

145 † Itē dn̄t, quia in ciu. executio ſit gladio in talib. criminib. p iu-
dices ſeculares. ff. de iu. om. iu. l. Imperiū, & de of. pſi. l. illicitas. §.
vniuerſas, nō hn̄t hoc iudices can. nec ipſe Papa quo ad executio
146 nē 33. q. 2. can. inter. Itē dn̄t, † nā in ciu. inferi pena mortis, vt ex.
ne cle. vel mo. c. ſnīam. q̄uis ēt de iure ca. ſint quǣ poenæ, q̄ æqui-
parant morti. q̄ relinquuntur iudici ſcłari ad puniendū, vt ext. de
147 fal. c. ad falſariorum. † Itē poſſumus notare aliā dn̄ā, qa iu. ciu. ſi
qs appellat a ſnīa excōicationis pēdēte applone nō excōicat̃. ſed
p appłonē reſcindit̃, pnſicianum, ff. ad Turp. l. j. in ſi. & qa appłone
facta exēpt⁹ eſt a iuriſdōne ei⁹. & ſic ſua ſnīa eum iterum nō aſtri-
git. ff. de iu. om. iu. l. fi. C. ſi a nō cōpe. iud. l. fi. & a ſn̄is, q̄ trahunt ſe-
cum executionem, ēt appellare licet. ff. de pęnis. l. qd ad ſtatu. & l.
in ſeruorū. §. q ex cā. & l. q vlt. & de applo. l. 4. §. in diem. Sed dic q̄
aut ferī in diē, vel ſub cōdōne, & tunc ſi appellat̃, interim non du-
rat effectus excōicationis. Aut fertur pure, & hoc caſu remanet
148 excōicatus ēt pēdente app. ext. de app. c. paſtoralis. Itē † adhuc
aliā dn̄ā hēmus, qa iu. ci. iudex applonis nihil pōt innouare in piu
dicium cognitionis. de app. vt C. de appel. l. 4. ff. nil no. app. pē. p to
tum. Sed iure can. pt index, a quo appellat, ſtatuere terminum, in
tra quē appellās pſequat̃ applonē, vt ext. de app. c. cum ſit Roma
149 na, & in c. Abbate. & in cōcilio Lugd. de app. c. cord. † Aliā dn̄ā
habemus, qa iure ci. nō pōt appellari ad Imperatorē omiſſis me-
dijs, vt in pſidib. puinciarū, & alijs, ad quos poſſet appellari: ad Pa-
pā ſic, omiſſis alijs, ext. de priu. c. antiqua. & 2. q. 6. ad Romanam.
150 & ex. de appe. c. ſi duob. & ibi no. † Vlterius eſt alia dn̄a, de iu. ci
uili nō appellatur ab interlocutoria, vel grauamine, añ diffinitiuā
ſnīam. C. de iu. l. aptiſſimi. & de ēpali audiētia. l. 2. & quorū appel.
non reci. l. añ diffinitiuā. De iure vero can. a qualibet interlocuto-
ria, vel grauamine appellat̃, de app. c. cū cām. & c. dilecto. & c. vt de
151 bitus, & c. cordi nobis. ext. eo. tit. † Itē dn̄t, iure ciu. ſi appellatū
eſt a iudice in vna cā, in alia vero non pōt recuſari quaſi offenſus,
ff. apud eum a quo app. l. vnica. iure vero can. ſecus, ex. de ap. c. ad
152 hęc. † Audi aliā dn̄am, iure quidē ciuili non appellatur a momē
tanea poſſeſſione, vt C. ſi de mom. poſ. fue. appellatum. l. vnica. &
2. q. 6. can. ei qui appellar. §. poſſeſſione. ſm vero can. appellatur,
vt ex. de teſti. c. ſignauerunt, & ext. de ele. c. dilectus, & de app. ſu p
153 eo. & no. in d. §. de poſſeſſione. Item differunt, † iure can. aptis, &
publicatis atteſtationib. poſtea in cā appel. nō pñt recipi teſtes ſu-
p eiſdē articulis, ext. de teſti. c. fraternitatis. ſed iure ci. ſecus, qa in
cā applonis pñt recipi teſtes ſu p eiſdē articulis. C. de appe. l. eos.
§. 1. & 2. C. de tempo. appella. l. per hanc. & no. in d. c. fraternitatis.
154 † Item dn̄t, quia iure ci. a ſnīa ēpi pōt appellari ad ſecularē iudi-
cem. C. de ēpa. audiē. auth. ſi quis litigantium. Sed iure can. appel-
lat̃ a ſnīa ēpi ad metropolitanum, vel ad Papam, ext. de offi. deleg.
155 c. 1. & de off. ordina. c. duo. & 2. q. 6. can. ad Romanam. † Itē dn̄t
iure can. non currit pſcriptio toto tpe plati male alienantis, vel di
lapidantis. vt 6. q. 3. can. ſi ſacerdotes. Sed iure ciuili non hēmus.
hoc, ſed curreret pſcriptio ſtatim poſt alienationem. C. de ſacroſ.
156 eccl. auth. quas actiones. † Itē pbabiliter notari pōt alia dn̄a, iure
ciu. inſpecto ēt in tpalib. cauſis iuratur de calumnia. C. de iureiu.
pp cal. l. 2. vbi dicit in oib. & ibi dum dicit, ſine pp quicquā aliud,
in quo neceſſitas, & c. ſed de iure can. in ſpūalib. cauſis nō iurat̃ de
calum. ſed iuratur de veritate dicenda, vt ext. de iu. calu. c. lr̄as. &
ibi no. & rō reddit̃ in tex. illius c. dicētis, quia tales cāæ nō ex legū
diſtinctione, ſed ex canonū æquitate finē debitum ſortiunt. Illud
vero ſciendum eſt, q̄ in ſpūalib. cauſis non pceditur ſm leges, ſed
157 ſm can. vt d. c. literas. Eſt alia dn̄a, † Iure cano. qō natalium ſpe-
ctat ad iudicem eccleſiaſticū, & ſi qō de ſucceſſione moueatur
corā iudice ciuili, vel ſeculari, & incidat qō natalium, non decer-
net, ext. de ord. cog. c. tuam, ſed iure ci. de tali qōne incidenter iu-
dex ſecularis poſſet cognoſcere. C. de iud. l. quoties. de ord. cog. l.
158 a dire pſidē. de iuriſ. om. iud. l. ſi idem. † Item dn̄t, qa iure ca. mi
nor cēſetur maior in cā matrimoniali. & ſpūali, ext. de reſtit. ſpol. c.
ex parte, ſiſt & in voto. 20. q. 2. c. 1. & 2. & in his caſib. pōt agere, &
cōueniri, & ideo daret ei in integrum reſtō. Sed iure ciu. ſec⁹. C. q
159 legi. pſo. l. 1. ff. de mino. l. ait prætor. §. geſtum, Item dn̄t † iure ci.
meræ negatiuæ non pōt fieri poſitio, quia ea ſunt poſſibilia, q̄ p-
babilia, ſed mera negatiua nō pt pbari. C. de prob. l. actor & in lo-
cum pbōnis ſunt poſitiones inductæ, vt in Auth. de his q ingre.
ad ap. §. fi. & C. de iureiu. pp cal. dan. l. 2. §. quod obſeruari. de æqui
tate vero canonica meræ negatiuę pōt fieri poſitio, ſi alias pbari
non pt, & iudici æquum videatur. in decr. Inn. quarti, ſtatuim⁹, ex.
160 de cōfeſſ. in 6. † Item differunt, iure ciu. ſenes, & valetudinarij ñ
compelluntur ad teſtimonium ferēdum. 4. q. 3. inuiti. ff. de teſt. l. in
uiti. ff. de excu. tu. l. 2. ſed iure cano. compelluntur pp peccatum,
ext. de fal. c. 1. & 11. q. 3. c. quiſquis. ex. de iud. c. nouit. eſt ar. de vac.
161 mu. l. 3. §. corporis debilitas, & ext. de teſti. c. ſi qui teſtium. † Itē
dn̄t, iure ciu. pp crimē, & peccatum, non repellet̃ quis a teſtimo
nio, niſi ſit quis damnatus de crimine. ff. de his qui no. infa. l. athle
tas. §. calumniator. ff. de teſti. l. 3. §. lex Iulia. Iure canon. repellūtur
crimînoſi, ſiue ſint damnati, ſiue non, dummodo probet̃ eius cri
162 men, vt ext. de teſti. c. ſuper eo. & c. teſtimonium. † Item differūt
iure can. pt qs accuſari poſt mortem in quibuſdā caſib. vt excō-
cat. poſt mortem, vt in crimine hæreſis. 23. q. 2. c. 1. Item ſi hæreticos
aliquos inſtituit hr̄des, ext. de hær. c. ſi qs. Item ſi in notorio crimi-
ne quis deceſſit. 80. diſt. ne qd. 24. q. 4. can. placuit. de quocunque
crimine pōt agi cō defunctum pp damna illata ciuilr̄, ſm canoni
cā æquitatē. ar. 18. q. 6. can. ſi ēpm, & ext. de rap. c. pe. ext. de vſur.
c. tua nos. Iure vero c. non permittit̃ aliquem accuſari poſt mor-
tē, niſi pp bona. C. ad l. Iul. ma. l. fi. & de hr̄. l. Manichæos. ff. de ac-
cu. l. ex iudiciorum, & C. ſi re⁹, vel accu. mor. fue. l. vl. & C. de apo-
163 ſta. l. apoſtatarū. & no. 24. q. 2. in prin. Itē no. dn̄ā, iure ca. † no ſūt
teſtes cōpellēdi niſi in cā criminali, vt ext. de teſti. cog. c. delictorū.
& dic plene vt ibi no. ſed iu. ciu. teſtes in qualibet cā compelluntur,
exceptis quibuſdam pſonis. ff. de teſt. l. lege Iuli. & inuiti. & quod
164 in eis no. † Item dn̄unt, iure ciu. nō repellunt̃ a teſtimonio tanq̄
infames criminoſi, niſi ſint de crimine cōdemnati. ff. de teſt. l. 3. §.
lege Iu. ia. Iure vero cano. repellitur criminoſus a teſtimonio, ēt ſi
non ſit condemnatus de crimine, ext. de exc. c. denuq; & ibi no. &
165 de teſt. c. teſtimonium. † Item dn̄unt, iure ci. mulier non accuſat
de adulterio virū, maxime iure mariti qa ipſa ñ hēt thorum. C. ad
l. Iul. de adul. l. 1. & ſm hoc loquit̃ ca. 32. q. 1. capitul miſericordiē.
§. publica. l. d ſm ius cano. vr̄, q̄ mulier poſſit accuſare virum de
adulterio ext. de pcu. c. tuæ. ar. in Auth. vt lic. mat. & auiæ §. qa ve
166 ro plurima. & no. in alle. §. publica. & dic. vt ibi. † Itē dn̄t, qa iu.
ciu. agit̃ de pęna corporali imponēda, vt Inſt. de pub. iud. §. item,
& in cōtem lex Iul. de adul. & C. de adul. l. q̄uis. & in auth. ibi poſi
ta. Sed iure ca. agit̃ tm̄ ad ſeparationē thori, & ad lucrū dotis, vel
donationis pp nuptias, vt ext. de proc. c. tuæ. arg. C. de repu. l. con-
ſenſu. & in Auth. vt li. ma. & auiæ. §. qa vero plurima. Item dn̄unt,
167 iure ciu. allegata cā ſuſpicionis, iudex recuſatus cōpellit partes
arbitros eligere, coram quib. litigent. C. de iudic. l. apertiſſimi. &
l. cum ſpāli. Sed iure. can. recuſati iudices eligunt arbitros, coram
qb. cognoſcit de cā ſuſpicionis, & tunc ſi cā nō fuerit vera, tūc idē
iudex procedit in cā ſuſpicionis, illa non obſtante. Si vero iuſtē ta
fuerit vera, ſi quidē recuſatus iudex eſt ordinarius, aut cōpellit par-
tes eligere arbitros, aut remittet ad ſuperiorem, vt ext. de app. ca.
reprehenſibilis, & c. ad hæc. & c. cum ſpeciali. Si vero eſt delegat⁹
nullo modo eliget arbitros, quia ſuſpenſa eſt eius iuriſdō. ext. de
168 app. c. 2. requiris. † Item dn̄unt, iure ci. excludit maritus ab accu-
ſatione adulterij p ſpatium quinquennij. ff. de adul. l. mariti. §. adul
terij. Sed iure cano. non excluditur quo ad petendum ſeparatio
169 nē thori. 33. q. 2. c. ad monere, & ibi no. Item dn̄unt, † iure ci. iudi
ces pñt a partib. quæ coram eis litigant, aliquid haber̃. ſ. delegati a
principe in princi. cāæ duos aureos, in fine vero alios duos, & nō
vltra, vt in Auth. de iud. §. ne añt. & argu. C. de teſt. l. hac cōſultiſſi-
ma. Ordinarij añt non dn̄t hr̄e niſi ſportulas. arg. C. de epiſ. & cle.
auth. gñaſr. & 3. q. 3. can. induciæ. §. offeratur, ſed iure. can. iudices
nihil pñt percipere vltra expenſas, quas delegati cōſt pcipere cū
proficiſcuntur, ext. de vita. & ho. cler. c. cum ab omni. & de hac ma
170 teria ibi. no. Item dn̄unt, † iure ciu. in notorijs proceditur ordina
rie, ſed ſnīa lata ēt in notorijs cō ordinē iuris non valet. C. de ſent.
& interlo. l. prolatam, & C. de accuſ. l. ſi abſentem. Sed iure ca. pt
procedi extraordinarie, & iuris ordine non ſeruato ext. de col. a.
cle. & mu. c. veſtra. & c. tua nos. & de hoc no. in c. veſtra. p Inn. Itē
171 differunt, † iure ciu. ea quæ deſiderāt cauſæ cognitionem, & de
creti interpoſitionem, & expediuntur officio iudicis non delegā-
tur. ff. de off. proc. & leg. l. nec quicq. §. vbi decretum. ſed iure can.
ſecus, ext. de off. archi. c. ad hoc. & c. 1. & 10. q. 1. cano. ēps, can. pla-
cuit. & no. Inn. ext. de rel. do. c. cōſtitutus. Item dn̄t, iure ciu. pluri-
172 bus, † diuerſiſq; actionib. pſonalib. pōt quis cōuenire eundē co
rā diuerſis iudicib. niſi rō diuerſitatis ipediat. ff. de qb. reb. ad eūd.
iud. l. 1. & 2. & C. de iud. l. nulli. ff. de li. cā. l. ſi pariter. & l. cognitio.
Sed iure ca. ſecus, vt ext. de reſcrip. c. qa nōnulli. Item dn̄unt, quia
de iure ciu. parentes pro filijs non teſtificant. l. parentes. C. de teſt.
173 ſed † iure can. parentes admittūtur ad teſtimoniū faciēdū de cō
ſāguinitate, q̄ dr̄ eſſe inter virū, & vxorē, vtrū ſit, vel nō ſit, & hoc
fauore matrimonij, & qa per eos melius ſciri pt, q̄ per alios, vt ex.
qui ma. acc. poſ. ſed ſuper ipſo cōtractu matrimonij diſtinguitur, vt
ext. de teſt. c. ſuper eo. Iure vero ciu. parentis teſtimonium in cā fi
174 lij non valet. C. de teſtib. l. parentes. Item differunt, † iure ci. ordi
narius cauſas medias non pōt committere, niſi iuſta cā. Et appel.
lo cās medias, cās pecuniarias trecentorum aureorum. C. de ped.
iud. l. placet. & ibi no. Sed iure can. pōt committere ſine aliqua iuſta
cā, dum tñ ſe malitioſe exonerare non quærat, vt ext. de off. dele.
c. paſtoralis. in princ. & ibi de hoc, & hoc modo intlr̄, vt eo. tit. ſi
pro debilitate, quis ſpalle. decr. in delegato a principe vel Papa lo-
175 quatur. Item differunt, † iure ciu. pōt fieri prorogatio de pſona
ad perſonā habentē iuriſdōnem ordinariam, vel etiam delegatā,
C. de iuri. om. iud. l. 1. & ibi no. ff. de iud. l. 2. in princ. Sed iu. can. ſe
176 cus, ext. de off. deleg. c. P. & G. & ibi no. Itē differunt, † iure can.
pōt accuſare vir vxorem adulteram, & agere ſolum ad ſeparatio
nem thori, & eſt hic modus agēdi, nec eſt mā ciuilis nec mā cri-
minalis, vt ext. de proc. c. tuæ, ibi de hoc. Sed iure ciu. non hēmus
iſtum modum agendi, imo vir primo dēr ſe inſcribere, & accu-
ſare vxorē de adulterio, vt puniatur pęna legali, & poſtea cā repu
177 diare, vt ī Auth. vt lic. ma. & auiæ. §. qa vero plures. Itē dn̄unt, † iu
re ciuili ſtricto, in oībus cauſis rr̄ non pōt eſſe in iudicio abſque
conſenſu

cōſenſu p̄ris,nec ēt in caſtrenſi,vel quaſi,vt C.de bo. quæ lib. l. cū
non ſolum.§.neceſſitate.& ff. man.l.1.§.fi.& l.a. ff. de caſtr. pecu.
ſed iure can. teneremus, ꝙ in ſp̃ualib. pōt eſſe in iudicio ſine pa-
tris ↄ̄ſenſu,ſed pōt requiri authoritas ſui prælati,de hoc no.de ꝓc.
178 accedens,per Inn.& ext.de æta.& quali.c. indecorum. † Aliam
dr̄iam no.ꝙ iure ciuili hr̄s, qui fecit inuentarium non tenetur vl-
tra vires hæreditatis. C.de iure delib.l.ſcimus.& ibi de hac mā ple
ne no.ſed iure can.illa ſolennitas non vr̄ attendi, ſed in contracti-
bus & in delictis,ſi aliquid peruenerit ad hr̄dem,ſiue nihil,ſiue lis
fuerit conteſt.cum defuncto,ſiue non, ſp̄ hr̄s tenetur in ſolidum.
16.q.6.ep̄m.ext.de rap.c.in literis,& de hoc habemus no. 12.q.2.
can.ep̄s qui filios. Per quæ apparet ēt in alio caſu differre a iure ci
uili,ꝙ hr̄s non tenetur de delicto defuncti, niſi lis fuerit conteſta.
cum defuncto.C.ſi ex deli.defun l.vni.& ibi plene no. Item iure
ciuili hr̄s non tenet̄ niſi ꝓ portione,pro qua eſt hr̄s. C.de hær. act.
179 l. pro hæreditariis. No.aliam † dr̄iam quia iure ci. ſubſequens ↄ-
ſuetudo vincit legem,& præiudicat iuri ſcripto,& quidem gn̄aliter
ſi gn̄alis:ſpecialiter aūt, qn̄ particularis eſt ↄ̄ſuetudo in aliquo lo-
co.ff.de leg.& ſenatuſcon.l.de quib.in fi.& C. quæ ſit lon. cōſuet.
l.a.& ibi no. ff.com.præd.l.venditor.§.ſi conſtat. iure vero canoni
co ita demum præiudicat cōſuetudo iuri communi,ſi rationabi-
lis,& legitime præſcripta eſt,vt ext.de conſue.c.fi. Illud autem nō
omittoꝗ, quia leges ſumūt conſuetudinem,quæ attēditur circa fa
ctum,& proceſſum iudi. & ēt quæ attēditur circa geſta cōiter ho
minum alicuius ciuitatis,caſtri,vel terræ. Sed Canoniſtę ſumunt
ↄſuętudinem,quæ attēditur circa priuatum ius aliquorum, & ita
loquitur d.decretalis,de cā poſ.& proprie.c.cum eccleſia. quæ q-
dem conſuetudo de iure ciuili appellatur præſcriptio. Item no.
180 † aliam dr̄iā,de iure canonico locus fit religioſus, vel res autho
ritate Pontificis,vt ext.de religio.do.c.ad hoc. Sed iure ciuili fit re
ligioſus ex eo,ꝙ mortuus infertur, ſed cum inde extrahitur, vel
cum ab hoſtib.capitur,deſinit eſſe religioſus.ff.de relig. & ſump.
181 fu.l.cum in diuerſis,& l.cum loc. Alia eſt † dr̄ia,iure canō.homi
nes ſunt ſepeliendi potius in eccleſia, q̃ alicubi, quia eorum pro-
ximi quoties ad eadem loca ſacra veniunt, & eorum ſepulturas
inſpiciunt,recordantur de eis, & pro eis dn̄o preces fundunt. 13.
q.2.non æſtimemus. Secunda ratio eſt,quia ſpecialiter commen
datur patrociniis illorum ſanctorum,in quorum honorem dedi-
cata eſt eccleſia illa,vt ca.qō.c.non æſtimemus.ad fi. Tertia ratio,
quia minus ibi vexantur a dæmoniis, vnde in cæmeteriis vr̄ eſſe
requies defunctorum.22.q.2.auth. Sed lex p̄cipit,ne corpora ī ci-
uitate ſepeliātur,ne ciuitas corrumpatur fœtore. C.de relig.l.mor
182 tuorum. Item no.aliam † dr̄iam ſm̄ leges,in vſucapione requiri
tur bona fides tantum ab initio. C.de vſuc.transfor.l.vnica. §. hoc
tātum modo.de iure can.continue exigitur bona fides.1. q.4.can.
183 dilecto.§.poteſt. Item † ſm̄ leges in longiſſima p̄ſcriptione nō
requiritur bonafides,nec iuſtus titulus. C.de ann.exce. l.1. Secun-
dum vero ius can.præſcribens debet habere bonam fidem, alias
præſcriptio non procedit.ext.de præſcri.c.vigilanti.24.q.2.can.ſi
virgo nupſerit. Et aduertendum eſt,ꝙ ſm̄ can. nō requiritur titu-
lus in longiſſima præſcriptione,ext.de preſcrip.ca.ſi diligēti.& ibi
no.& hoc habes plene 16.q.3.in ſumma. Eſt & alia differentia cir
184 ca idem, ſm̄ † leges interrupta præſcriptione per litis conteſta-
tionem,pōt poſtea præſcribere poſſidens. C.de præſcri. 30. ann. l.
fi.ſed ſm̄ ius can.non poteſt poſtea præſcribere poſſidens, cum p̄-
ſumatur habere malam fidem,& de ſuo iure titubare. C.de acq.
poſſeſſ.l.nemo.vnde non præſcribet ad mille annos,vt ext. de præ-
185 ſcrip.c.qm̄.& no.hoc.16.q.4.can.per ſingulas. Alia pōt † dr̄ia no
tari,iure ciuili nulla pęna debet excedere quadruplum. Inſtitu.de
act.§.omnes. Iure vero can. aliter inuenitur, iuſtitia ſuadente. 17.
qō.4.can.quiſquis.& 12.q.1.can.cum deuotiſſimam,& de iſtis di-
cta ſufficiant.

# TRACTATUS

## a DE GUELPHIS,[a] ET GEBELLINIS,

D.Bar.a Saxofer.

1 *Guelphi & Gebellini originem ſumpſerunt tempore Federici Barbaroſſa, Guelphi zelatores fidei.*
*Gebellinus in fortitudine confidens interpretatur, & exiſtens contra eccleſiam.*
2 *Guelpus hodie dicitur,qui affectat ſtatum illius factionis quę in aliquo loco appellatur Guelpha,non habito reſpectu ad eccleſiā,Gebellinus affectās ſtatum illorum,qui appellantur Gebellini,non habito reſpectu ad Imperatorem.*
3 *Guelphus,quis non poteſt eſſe in vno loco, & in alio Gebellinus accipiēdo Guelphum,& Gibellinum proprie primo modo.*
4 *Guelphus hodie quis eſſe poſſet in vno loco,& in alio Gebellinus,*
5 *Guelphus quis vno reſpectu poteſt eſſe,& alio Gebellinus.*
6 *Partialitas Guelpha,vel Gebellina,quæ tēdit ad propriam vtilitatem & non ad bonum publicum,eſt illicita.*
7 *Partialitas Guelpha,vel Gebellina,tendēs principaliter ad bonum publicum, vt ciuitas recte gubernetur,eſt licita.*
8 *Partialitas,quæ vult deponere alium de regimine, eſt illicita, ſi regimen erat bonum,ſecus ſi tyrannicum,& malum.*
9 *Tyrannum,qui conatur deponere,etiam ſi peruenerit ad actum,nō tenetur pęna de ſeditioſis,ſi hoc agit ad vtilitatem publicam.*
10 *Honeſtum virum non decet eſſe factionis Guelphæ,vel Gebellinæ, niſi ex magna cauſa.*
11 *Guelphum eſſe vel Gebellinum,qualiter probetur.*
12 *Euntes in exercitum de mandato regentium ciuitatem,non dicūtur eſſe factionis regentium*
13 *Filius præſumitur eſſe illius factionis cuius erat pater.*
14 *Statutum Piſanum, quod nullus Guelphus ad aliquod officiū admittatur, intelligitur de eo,qui eſſet factionis Guelphæ in ciuitate Piſarum.*
*Statutum in dubio intelligitur de his,quæ fiunt in territorio ſtatuentis.*
15 *Ciuis Piſarum, qui adhæret ciuitati inſidianti ciuitati Piſarum, dicitur Guelphus.*
16 *Ciuis Piſarum,qui gerit officium in ciuitati Peruſij,quæ Guelpha eſt,non tamen dicitur Guelphus in ciuitate Piſarum.*
17 *Ciuitatem aliquam eſſe factionis Guelphæ,vel Gebellinæ qualiter probet.*
18 *Aliquem mutaſſe factionem,qualiter probetur*

ISta cum circa litteralem Expoſitionem ſcripſiſſem,& ſuper hanc tertiam partē Tyber. meus animus ferreretur,reperi me intra cēteſimum lapidem ab vrbe Romana prope ciuitatē Tuderti, ibiq; vidi, ꝙ ea quæ litteraliter ſcripta ſunt de flumine,& eius alueo, allegorice,& moraliter dici poſſunt de his, quæ in ciuitate Tudertina præcipue frequentantur, nam tota noſtra vita,flumen,ſeu aqua fluminis eſt,iuxta illud,oēs morimur,& quaſi aqua dilabimur ſuper terram, ſecundo Regū 14.ca. Alueus vero, ſuper quem iſtæ aquæ decurrunt, ſunt illa,ad quę affectiones habemus,iuxta illud Matt. 5. capitu. Vbi eſt theſaurus tuus,ibi eſt cor tuū. In illa vero ciuitate Tudertina reperiri duas affectiones,quidam enim vocātur Guelphi, quidā Gebellini. & ibidem in quolibet officio publico dicebāt eſſe tot de vna affectione quot de alia:contingit etiam,ꝙ ille, qui eſt de vna affectione certo tēpore,mutat alueum, & incipit eſſe de alia, & circa hæc plura dubia oriuntur. Ideo aliqua videamus. Primo, & vnde illa nomina originem ſumpſerūt,& de eorum ſignificatione. Secundo,quid hodie importat. Tertio, vtrum habere iſtas affectiones ſit licitum. Quarto,qualr̄ probetur aliquem eſſe iſtarum affectionū,ſiue loquamur d̄ priuato,ſiue de republica. Quinto,qualr̄
1 ꝓbetur aliquē affectionem mutare. Circa † primum ſciēdū eſt,ꝙ
olim magna diſcordia orta fuit inter Romanā eccleſiā,& Federi
b cum,qui vocatus eſt Federicus Barbaroſſa,[b] tunc Romanorum
Imperatorē, a quo cum in eccleſiæ deuotione ꝑſiſteret, aliquas leges habemus,vt patet in vſibus feudorum, quem poſtea eccleſia priuauit Imperio,vt c.ad apoſtolicæ. de re iud.lib.6.& de elec. c.fundamenta.in 6.& in Alemania agnatio illius Federici cognominabatur dn̄orum de Gebello. cum tn̄ dicta diſcordia diu duraret,magna pars Italicorum adhæſit illi Imperatori depoſito,& illi dicti ſunt Gebellini. quaſi adhærentes illi dn̄o de Gebello. Alij vero adhæſerunt eccleſiæ,& vocati ſunt Guelphi, quaſi zelatores fidei. De p̄dictis habemus figurā 1. Reg.vlt.c. & 2. Reg.1.c.in prin. vbi fuit ↄflictus, & occiſus Saul in monte Gello, q interpretatur locus fortitudinis. Ille Feder. Imperator,& nunc reprobatus, confidens de fortitudine domus ſuæ de Gebello conflictus fuit, & confuſus a Guelphis,hoc eſt a zelatoribus fidei. Hoc enim nomē Guelphi,habetur Gene.30.capit.& interpretatur os loquens, qđ in propoſito eccleſiæ congruit: per verba enim excommunicationis ſententię prolata per ſummum Pontifi. fuit ille Imperator confuſus. Proprie ergo loquendo, ſicut Gebellus interpretatur locus fortitudinis, ita Gebellini appellantur confidentes in fortitudine,ſ.tempore militum, & armorum,& ſicut Guelpha interpretatur os loquens,ita Guelphi interpretantur confidentes orationibus, & in diuinis, ſicut faciebat Iuſtinian. Imperator. C.de
2 vet.iu.l.1.in princ. Circa † ſecundum vero,quid hodię dicta nomina importent,dico,ꝙ ex prædictis apparet prędicta nomina ſignificare affectiones hominum: affectantes. n. ſtatum eccleſiæ contra illum inimicum vocant̄ vno nōie: hodie vero nōia prædicta
durant

ADDITIONES.

a Th.D. Tractatus de Guelphis. Adde,ꝙ iſte eſt tractatus Bart. de quo vide Bal.in l.1.C.ad l.Iul.maie.& in l.filium.C.de ſuis,& leg. Mar. Lau.in ſuo tract.de principibus.in §.154.vbi videas,& adde ꝙ partis Guelphæ,& Gebellinæ nulla eſt maieſtas,& ideo inter ipſos non committitur crimen læſæ maieſt.vide d.Barto.Socin. conſi.22.incip.ſequendo.

b Federicus Barbaroſſa. Dicit Geor. Meru.in lib.4.antiquitatis vicecomitum,ꝙ nō a Federico Barbaroſſa,ſed a Federico iuniore nomen & origo maledictorum Gebellinorum,& Guelphorum capta fuerunt.

Digitized by Google

durãt pp alias tñ affectiones. Videmus enim plures, qui Guelphi vocant, eſſe rebelles Imperij, ſed ſicut ↄtingit in ꝓuincijs & ciuitatibus, in qb. ſunt diuiſiones & partialitates, neceſſe eſt vt dictæ partes aliquo noïe vocent, iõ dicta noïa imponũtur tanꝗ̃ magis cõia. In qbuſdã vero locis ad alia particularia deuenitur, de qb ad pñs nõ curo, & iſtæ ſunt partialitates, vt ff. de capt. l. ſi quis ingenuam. §. qui ĩ alterutras partes. Dico ergo, ꝙ hodie ille hr̃ Guelphus, qui adhr̃t & affectat ſtatũ partis, quæ appellatur Guelpha, & Gebellinus, q adhr̃t & affectat ſtatũ partis, ꝗ̃ appellatur pars Gebellina, & ĩ hoc ñ hẽtur cõiter reſpũs ad eccleſiã, vel Imperium, ſed ſolũ ad illas partialitates, ꝗ̃ in ciuitate vel in ꝓuincia ſunt, vt d. §. q ĩ alterutras, & ibi ſentit gl. ſup verbo diſcendũt cũ dicit, vel ciues ↄ̃ ciues, vel vna ciuitas ↄ̃ aliã. Itẽ dictę partialitates ſunt qñq; inter ꝑdictos, & tñ nullus rebellat dño ſuo. ſ. eccleſiæ, Imperio, vel Regi, vel populo, q tenet Imperiũ, d. l. ſi qs ĩgenuã. §. in ciuilib. & illa verba eſſe

3 oſtẽdũt accidentia facti. Ex hoc infero tria. Primũ, † ꝙ ſi accipitur Guelphus & Gebellinus, put primo mõ ſunt ĩductum, qs nõ põt eſſe vno loco Guelphus, & alio Gebellinus. Rõ eſt, qa illę affectiones, ſ. eccleſiæ, vel Impij reprobatæ reſpiciũt vl'r totũ mundũ, & vniformiter, iõ dicere, ꝙ quis vno loco eſſet vnius affectionis, & alio loco alterius, ↄtineret repugnantiã, ſicut qs tutor nõ põt eſſe author duorũ pupillorũ inuicem litigãtiũ ſup codẽ, vt ff. de auth. tut. l. accipiẽtis. & ibi no. facit, qd dr̃, nemo põt duob. dñis ſeruire.

4 ſ. ↄ̃rijs. Math. 6. Scdũ infero, ꝙ ſm̃ tp dicta noïa hodie accipiuntur, ꝙ qs ĩ vno loco põt eſſe Guelphus, & in alio Gebellinus, qd patet, dictæ affectiones ſunt circa diuerſa, vt patet. Pone, ꝙ in vna ciuitate eſt vnus tyrannus, qui cum ſua ſecta dr̃ Guelphus, cui affectioni aliqs bonus hõ eſt aduerſus, qa aduerſatur illi hoĩ tyranno in illa terra dr̃ Gebellinus, & in alia ciuitate non depẽdẽte ab illa, ponatur vnus tyrannus Gebellinus, certe iſte bonus hõ aduerſabitur illi tyranno, & ibidẽ eſt Guelphus, arg. eius quod dicimus de tutore, q põt eſſe author vtriuſq; eorũ q cõtẽdũt, circa diuerſa tñ,

13 fi.† Quidam tñ iudices conſueuerunt partem interrogatam coge
re rñdere,vtrum credat,vel non credat,ar.C.de iura.calum.l 2.cir
ca prin.& §.quod obſeruari:ſed errant,cum interdum ſit neceſſa-
rium,ne dubitet.l.qui interrogatus,de peti.hær.l.ſi debitorem.C.
de iureiu.& l.iuſiurandum.& ad pecuniam.& C.de excep l.ſi qui
dam.ff.de cond.indeb.l.fin.& no.C.de iuramen.calum.l.2.§.obſer
uari.ver.quod quiſque credit,&c.Cautus tñ dẽt eſſe actor in poſi-
tionibus,ne coniunctione cupulentur,nam poterit altera pars to-
tum negare. ff. de reb. dub. l.is qui. §.ſi quis ita leget.& §.vtrum.
Inſti.de hęr.inſti.§.fin.& in diſiuncta ſufficit,ꝙ altera pars ſit vera
d.§.ſi quis ita.& §.vtrum. Nec proponatur in plurali dicendo,hos
fundos meos,cum idem intelliſit in his, ꝙ in copulatiuis, ſed non
refert,an pars rñdeat ad interrogata aduerſæ parti in iudicio. ff.de
14 interro.act.l.ſi ſine interrogatione.in prin.† Et no.ꝙ ad omnes in
terrogationes non cogitur quis reſpondere,niſi tñ ad cauſas,quę
ad q̃ones pertinent.l.ad probationem. C.de proba. & l.quoties.§.
fin.ff.de nox.& ff.de iureiu.l.qui iuraſſe.§.fi.de interrog.act.l.2.§.ſi
ue.C.ne vxor pro mar.l.fi.C.ſi man. ita fue.alie.l.j.& de præd. mi.
l.ſi quid.& ff.ad l. Falc.l.in ratione.§.pen.& l.momentaneæ.C.qui
leg.pet.ha.ſtan.in iud.nec ad eas,de quibus dubitatur, nec ad eas
quæ eſſent ꝯtrariæ præcedentibus rñſionibus, nec incident in periu-
rium,& ideo ꝯ.& fiat ſibi præiudicium.C.ſi aduer.ven.l.1. & d.l.ſi
quis libero. in fin. ff.de pet.hęr. nec negare,quæ probari non poſ-
ſunt.C.de prob.l.actor & ſola illa poni debent.quę ꝓbari poſſunt.
Nam loco probationum ſunt iſtæ poſitiones inductæ in Auth.de
his qui ingre.ad ap.§.vlt. Iudex aũt ex officio ſuo de negatorijs põt
15 expedire,vt C.de non num.pe.l.in ꝯtrib.† In ſumma no.ꝙ de eo
dem põt quis ſæpius interrogari.ff.de quæſt.l.repeti. qa põt eſſe ꝙ
prius non credebat.ſed quia nũc apertæ ſunt atteſtationes,credit,
ar.ff.de dam.infect.l.qui bona.§.ſi quis ſtipulaturus,& ar. ff.de in-
ter.act.l.pe. Et ſcias,ꝙ magna ſubtilitas eſt in his poſitionib.facien
dis. Nam qñq; quod negatur directo,fit per obliquum,ſicut ex di
uerſis gñibus põt cognoſci. Item caue,ne rñſio, ſeu aſſertio nota-
rii ſit obſcura.nam tunc accipiendum eſt quod eſt vtilius.l.ſi quis
intentione.ff.de iu.& facias cogi,vt confiteatur certum.ff.de ꝯfeſ.
l.certum. Teneas aũt,ꝙ poſitiones nunquam fiunt,niſi li.conteſt.
ex.de li.cont.c.vnico iuncta ibi glo.& c.dudum.§.licet. Circa vero
tp̃s probationum,quæ producũtur ſuppoſitioni,vel negationi,no.
12. Primo ꝙ ſi ex aduerſa parte teſtes produci dẽnt.niſi abeſſet ex
contumacia.l.ſi qñ.C.de teſti. Secundo,ꝙ dẽant eſſe iurati.l.ſi qñ.
& l.iur iurãdi.C.e.ti. Tertio,ꝙ dẽat paciſci, ſeu expenſas eis dare
pars producens eos.l.ſi qñ.C.e.ti. Quarto,ꝙ ſuper circumſtantijs fa
ctis a parte ꝯ ꝗ producuntur,vel eius aduocatos poſſunt fieri inter
rogationes.ff.de adul.l.ſi poſtulauerit.§.q̃oni. & hæ interrogatio-
16 nes conſueuerunt tradi iudici in facto,vt per ipſum fiant. † Nam
ſi ipſa pars interrogaret,videretur quodammodo didiciſſe teſtifi-
cata. Quinto,ꝙ ſi altera pars quodãmodo didicit teſtificata, non
poterit poſtea producere teſtes,vt in Aut.at qui ſemel.de prob.&
in Auth.de teſt.§.quia vero multi.ff.de fer.l.fi. Sexto,ꝙ ex quo qs
produxit tertio,non poterit quarto,niſi cum cauſæ cognitione.d.
§.quia vero.& d.l.fi. De conſuetudine vero,quę eſt optima legum
interpres.l.ſi de interpretatione,de leg.dãtur plures dilationes. Se
ptimo,ꝙ ſi teſtis propoſuit aliquod verbum obſcurum, illud po-
terit declarare.l.in prætoriis.ff.de præt.ſtip.l.in conuentionalib. ff.
de verb.ob.& l.ſi qs intentione.ff.de iu. Põt ẽt teſtis,ſi nõ ſtudioſe
errauerit,incontinenti corrigere,ext.de teſt.c.præterea. Octauo,ꝙ
poſt publicationem teſtium iudex iterum examinet,ſi ꝯfuſe fue-
runt teſtificati.ff.de quæſt.l.repeti.ext. de teſti.c. cum clamor vali-
dus. In caſu tñ licet ꝯfuſe depoſuerint,iterum nte examinet,ſed ſi
aduerſario placuerit,inſup ẽt eorum dicta ad id admittantur, ext.
de teſt.c.veniens. Nono no.ꝙ iudex ex off.o ſuo cogit teſtes teſtifi-
cari,& ad teſtimonium venire ex off.o,ſicut ad cognoſcendum ſi-
gna,& ſigilla teſtium.vt ff.de tab.exhi.l.3.quæ inci.locum.§ exhi-
bete. In ciuilib.aũt cauſis ſm canon.teſtes non coguntur,vt in c.dile
ctorum.de teſt.cog. Decimo no.ꝙ iudex non dẽt pati effrænatam
multitudinem teſtium ꝓduci.l.j.§.q̃q.quibuſdam.in fi.ff.de teſta.
Quæ aũt ſit effrenata multitudo,interpretatur vltra quadragena-
riũ numerũ.ext.de teſt.c.cũ cãm. Vndecimo no.ꝙ li.nõ ꝯt.admit
tuntur ex parte actoris niſi in c. ſib.vt in Aut.de teſt.§.& hoc vero
qa multoties.& in c.quõ frequẽter.§.porro ſpãles,vt li.nõ cõt.reus
aũt indiſtincte ſuos teſtes ꝓducit ſm Doc.in l.ꝓcurator. §.fi.de do
li exc.& de tẽp.in int.reſt.ia mi.l.perẽdę.& C.de dil l.ſi qñ. Duode
cimo no.ꝙ eam ſui dicti dẽt exprimere,ꝙ intelř,ſi fuerint reqſiti
C.de teſt.l.j.& l.ſolã. Nã ĩ delictis dř,ꝙ de ſingulis circũſtãnis pra
dẽterſũt teqrẽdi,ſ.de cauſis,loco,tpe,fama,viſu,auditu,ſcia,credu
17 litate,certitudine,ext.de teſt.c.cũ cãm.† Productis itaq; teſtib.ſeqř
ipſa renũciatio ꝓductionis,qua facta iudex atteſtationes publicat,
& ad eas publicãdas partib.aſſignat terminũ qb.publicatis, & ap-
probatis exẽplũ,vel originale remanet apud iudicẽ,vel de ꝯſuetu-
18 dine penes ſcriptores,vt in c.qm̃ ꝯ falsã.de ꝓb.† Poſt hęc ſequit.ſ.
diſputationũ,& allegationũ ꝓponẽdarũ tp̃s de quo in Aut.de teſt.
§.ſi vero dicat. & §. fi. nã partes dẽ exigũt ad obijciẽdũ in pſonas
& dicta teſtiũ ad executionem,& vtrum ꝓbationes ſint plenę,vel
ſemiplenę,vel alio mõ. Fiũt aũt oppoſitiones multiplices,& ꝯ ius
tñ qñq; duę,qñq; plures exiguñt ſm qualitatẽ pſonæ. ſ.an fuerint
rogati ꝙ in qbuſdam caſib.exigit. Itẽ an teſtes ſibi ipſis ꝯdicãt,vel
alter alteri,vel ſint liberi,vel ſerui,vel ſint amici uel inimici, hone
ſti,vel inhoneſti,cogniti,incogniti,uel an falſa dixerũt,vel an varia
circa hæc,multa alia,quæ ſunt in Aut.de teſt.ꝑ totũ.C.& ff.de teſ.
19 † Quãr aũt teſtis ꝓtextu criminis repellatũ,quærit an cã ſit crĩalis,
uel ciuilis,& an ſit crimẽ piurij,vel ſit crimẽ mẽdacij,an adhuc in
eo pſeueret,& an illud crimẽ ĩfamiã ꝯmittit,ext.de teſt.c.teſtimo
niũ.tenet ꝙ poſt publicationẽ nõ licet opponere,niſi in trib.caſib.
ſ.ſi añ publicationẽ fuit proteſtatus,vel ſi ſic poterit de nouo didi-
ciſſe,ꝙ obijcit,vel iuřo firmare.ꝙ adhuc malitioſe non probat,&
probatur hoc ext.de teſt.c.pñtiũ.& circa hoc tp̃s ſm ius canonicũ
exceptio pemptoria poterit opponi,& ꝓbari,licet vterq; repellatũ,
poſtq didicit teſtificata,de teſt.c.ex tenore.ꝙ intellige,ſi reproba-
tio proceſſit añ publicationẽ teſtium ſup perẽptoria proponẽda,
ſm ius ciuile dñ. ſecus cẽ,cũ didicerit teſtificata.in Aut. de teſtib.
§.qa vero.& ponunt pro ſe,C.ſen.reſcin.non poſ.l.pemptorias.C.
de prob.l.exceptionẽ.ſm iũ utrunq; ius in cã appłonis põt opponi
& probari.l.eos.§.ſi quid antẽ.C.de app.& l.ꝑ hanc.C.de tẽp.app.
de teſt.c.fraternitatis.de fide.inſtrum.c.cum Ioan.ſm hoc oppoſi
ta in prin.& non probata, vel ſemiplene probata,poterunt in cau-
20 ſa appellationis probari.† Nonum tempus eſt renunciationis,pro
bationis,& allegationis,tam de iure,quam de facto,de quo C.de
iud.in auth.iubemus.quæ dicit,in cauſa concluſum, & in hac de-
cretali,qm̃ ꝯ falſam.de prob. Iudex autem ſæpe,& ſæpius vtranq;
partem interrogat.l.iudices.C.de iudi. & iudex inquirit, qñcunq;



Digitized by Google

21 cum coegerit æquitas.l.pe.de inter.act. † Decimum tps eſt ſniæ,q̃
iudex non dẽt ferre ſubito,ſed prehabita informatione,ſeu dilatio
ne.& ſniam in ſcriptis proferre.l.2.C.de ſen.ex breui.reci. Ex quo.
n.eam protulit,non hẽt poſtea facultatẽ eam remittendi,vel corri
gẽri,niſi quo ad Grammaticã, & ornamẽti ſniẽ tenore perſeuerã-
22 te.l.actorum.ff.de re iud.† Et no.q̃ ſnĩa dẽt ꝯtinere ꝯdemnationẽ,
vel abſolõnem,alias non valet.C.de ſen.l.præſes.vel æquipollens,
de re iud.l.in ſum ma.de arb.l.q tñ.§.ſi arbiter.ſi cer.pet.l.certum.
dẽt ẽt referri in publico,non in ſecreto.l.cum ſniam. C.de ſen.vbi
dan ꝯſueuerunt more maiorum.vt ff.de iuſ.& iu.l.pe.item vtraq;
parte pñte,vel ſaltem citata.ff.de re iud.l.quæſitum. C.quõ,& q̃ñ
iu.l.ea quæ. Item dẽt ſeruare ordinem iudic.j.l.platam. C.de ſen.
item dẽt eſſe certa,nõ incerta.de ſen.quæ ſine cer.quan.l.5.& Inſt.
23 de act.§.curare.† Hẽ iudex lata ſnia deſinit eſſe iudex cum ſit fun
ctus offõ ſuo.l.iudex poſtq̃.ff.de re iud.& iõ nil de facto põt adde-
re,vel minuere,niſi quo ad Grammaticam, vt ſ.dixi. vel mulctã,
quę remittitur pp inopiam.l.fi.C.de mo.mulc.& de expẽ.& ſit.b.
hoc idẽ dicit.l.Paulus.de re iud.l.litigator.de fruc.& li.exp. Dẽt.n.
iudex victum victori ꝯdemnare in expenſis aſs de ſuo,vel eius ſuc
ceſſor tenetur reſundere.C.de iud.l.properandum.§.finaũt alter-
utra.nec põt in minus ꝯdemnare,q̃ iuratum ſit,pp taxationem fa
ctam a iudice. Auth.de iud.§.oportet aũ. Si vero pꝛuidetur ex iu-
ſta cã,nec vr̃ eſſe in ſumptib.ꝯdemnãdũ,id ſuo facto decernat,d.§.
oportet.§.ſi tñ.Q † ſi nulla eſt ſnia interlocutoria iudex põt cogno
ſcere.C.quõ,& q̃ñ iu.ſi pſcs.& de ſen.& interl.om.iu.l.3.& ď accu.
24 l.2.† Si aũt eſſet delegatus, quidam dñt eum non poſſe cognoſce-
re.ſic intelligunt q̃ eſt.C.quõ & q̃ñ iu.l.ſi vt propoſuis.la.1. Alij dñt
idem in delegato,q̃ in ordinario.d.l.j.ſed negatur eũdem delega-
tum poſſe cognoſcere.C.de ſen.& reſcin.nõ poſſ.l.j. Item no.q̃ iõ
25 ſup incidenti,ſed ſup principali põt cognoſcere. de ord.iud.l.1.&
2.& hoc cũ diſtinctione,q̃ñ ciuilis incideret ciuili,& hoc in modũ
exceptionis,vel defenſionis.& hñt locum dictæ ll. Non ob.de mi-
norib.l.in cãæ.j.rñ.de precar.l.1. nã ſunt ſpãlia hoc caſu & p ſniam
latam in principali præiudicatur in incidenti.d.l.1.de or.iud. Nec
ob.l.pe.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iu.& de lib ag.l.ſiqs a liberis.§.
pe. Vbi non lata ſuper principali ſnĩa p̃iudicat incidenti,q a ibi non
fuit habita plena cognitio ſup incidẽti,ut ex p̃dictis legi.expſſe pa
tet. Si vã aũt qñ ſit emergens.ſuper ea pronunciabitur,non expecta
to exitu principalis.l.a procedente.C.de dila.ſi cauſa principaľr in-
tentatæ incidit crĩalis,uel crĩali prius inſtitutę ciuilis,pronunciabit
iudex eodem tpe ſuper utraq; l.cum ciuili. C.de or.iud. & l.i.§.ſi
publico.ff.de adul.& l.ſi filium.C.de lib.cau. Si uero ciuilis crĩali
in modum accuſationis ꝑpoſitę proponitur,ſuperſederet.in ciui-
li,donec ſup crĩali pronunciatum ſit.l.fi.C.de or.iu. & ſ.dicta hñt
locum,ubi altera ſit præiudicialis. Si uero utraq; eſt ciuilis,& prin
cipaliter proponitur,hẽt locum.l.qui prior.ff.de iud.ita ut nihilo-
minus qui reconuenit, pendente lite priori, poſſit ſuper petitione
p pactum inducere,licet aliis primo ꝓbet, & poſtea ſup qõne
reconuentionis ſua ſnĩa proferatur,& in qõne reconuentionis in-
continenti,ut in Auth.de exhi.& intro.re.§.ſancimus. ext.de mu.
pe.c.pe. Tene iñ,q̃ qui reconuenitur ante li. ꝯt. dẽt offerre libellũ
ꝯuentionis.d.§.ſancimus. Quidam dñt poſſe reconueniri uſq; ad
ſniam,ſed primum placet. Si uero utraq; qõ eſt criminalis,& prin
cipaľr intentatur.ſerua q̃ no.in l.is,qui.ff.de iud. Item no.q̃ ſi actor
non plene probat,reus uincit.l.qui accuſ.de eden.& c.Bar.

# TRACTATVS

## QVOMODO ET QVALITER

## PROBETVR MORS

Secundum Bartolum.

ADDITIONES.

a Th.D.Tractatus quomodo,& qualiter probetur mors. Iſte eſt trac.Bar.licet ſcripſerit ſine alle.ſecundum Ang.de Are.in §.actionum.Inſt.de act.& Feli.in c.quoniam frequenter in §.porro.vt li.non conte. Et adde,q̃ huiuſmodi trac.eſt de verbo ad verbum infra in tracta.de teſt.Bar.in §.mortuum hominem dixit qualiter cauſa,&c.& ideo ibi vide.

MOrtuum hominem dixit, qualiter cauſa reddatur,excitandum eſt. Mors eſt priuatio uitæ, ſi priuatio, ergo negatiua, cuius difficilis eſt probatio. Sed aduerte de morte, quia aliquando ſumus in paruis cauſis,aliquando in magnis,maioribus,& maximis. In primis ubi mo... in p̃iudicium uertatur,ut ſi tractatur de aperiendo teſtamento,& c. De huiuſ modi tractatu uide ſ. in trac. de teſt.mor §. mortuum hominẽ. char. 158. & ibi inuenies de uerbo ad uerbũ.

# TRACTATVS

## SVCCESSIONIS AB[a] INTESTATO

## SECVNDVM DYNVM.

ADDITIO.

a Succeſſionis. De hoc trac.aduerte q̃ dicit Cor.conſi.235.vol.4.inci.pro deciſione pñtis qõnis,q̃ hmõi intitulatur Bar.& idem in l.ſi qua illuſtris. C.ad Orfi. alleg. Bar.in iſto trac.ſi eſt trac.Bar.& Io.de S.Seue.in repe.d.l.ſi qua illuſtris.dicit,habes trac.intitulatum Bar.inci.Qm̃ ab inteſtato ſucceſſionis,&c.& in eo alle. Cy. in l.1.C.de cód.inſer.& dicit viaiſſe illum trac.in libris aliorum,intitulatum Dy. & in eo non eſt alle.Cy.& adde,quod dicit ipſe,q̃ Dy.compoſuit trac.de ſucceſſ. ab int.ſiue ſummulã,quam inſerunt Cy.in auth.itaq; C.cõia de ſuc.& alium trac. paruum quem habebat attributum Dy.& qui ſolet inſeri in fi.ſuæ lec.ſuper Infortiato & ſic iſte trac.Bal.hic ſecundum ipſum non eſt Dy.vt patet ex comparatione illius trac.ad hunc. Et adde,q̃ ide d.Io.de S.Seue.in d.l.ſi qua illuſtris.dicit, q̃ hmõi tract.eſt Dy & ſic magis credit fuiſſe Dy.vt colligitur ex verb.Cy.i auth. ceſſante.in add.mag.... de ſuis & le. Et adde,q̃ hunc trac.pro trac.Dy.alle.Alex. conſ.30.vol.1.inci.viſo.& in conſ.79.vol.7.inc.Franciſ.

1 *Liberi ſuccedunt ab inteſtato parentibus & tranſuerſalibus excluſis.*
2 *Filiorum quot ſunt ſpecies.*
3 *Filij legitimi & naturales,ex legitimo matrimonio,vero, vel præſumpto, dicuntur.*
4 *Filij naturales quinque modis efficiuntur legitimi.*
5 *Legitimati ſuccedũt ſicut legitimi & naturales,præterquam effectus legitimus per primum de quinque modis.*
6 *Naturales autem ſunt,nati ex vnica concubina in domo detenta.*
7 *Filij naturales qualiter ſuccedant patri,matri indiſtincte ſuccedunt ex teſtamento,& ab inteſtato.*
*Filij legitimi tantum dicuntur inducti à lege, vt in adoptione.*
8 *Adoptio quid ſit,quotuplex,ibi de arrogatione & adoptione in ſpecie.*
9 *Spurij triplicis generis,& q̃ ſuccedant ſolum matri etiam cum legitimis,ſi non ſint illuſtris.*
10 *Inceſtuoſi,vel adulteri qui.*
11 *Filij adulterini inceſtuoſi,& ex iniuſtis nuptijs procreatis repelluntur a materna & paterna ſucceſſione.*
12 *Filij iſti damnati expelluntur ab ordinibus dignitatibus.*
13 *Concurrentib naturalib cum aſcendentib in ſucceſſione,aſcẽdentes,& tranſuerſales,fratres coniuncti ex latere patris,& econuerſo filijs decedentibus quid iuris parentes & quid decedentibus legitimatis per oblationem curiæ.*
14 *Filij & patris naturalis in caſibus permiſſis reciproca ſucceſſio.*
15 *Pater adoptiuus,ſi ſit auus maternus vel paternus,filio adoptiuo decedente ei ſuccedit,ſecus ſi extraneus.*
16 *Fratres,& nepotes qualiter defuncto ſuccedant.*
17 *Fratres ex vno parente ſuccedant fratri defuncto , deficientibus fratribus vtrinque coniunctis.*
18 *Frater ex patre ſuccedit fratri ex patre in bonis paternis,ex matre in bonis maternis,in cęteris bonis æqualiter.*
19 *Filij fratrum ſuccedant in ſtirpes & non in capita.*
20 *Filijs fratrum deficiẽtibus ſuccedant proximiores in gradu,& inter eos fit diuiſio de capite non in ſtirpes.*
21 *Succeſſio collateralium inter naturales tantum,qua ratione procedat.*
22 *Legitimis tantum adoptatis per paternum vel maternum auum in collaterali ſucceſſione idem ius , quod de fratribus legitimis & naturalib. ſecus in adoptatis ab extraneo.*
23 *Baſtardi qualiter ſuccedant ab inteſtato.*
24 *Fiſcus quibus caſibus ſuccedat.*
25 *Eccleſia ſuccedit prælato decedenti in ijs quæ ab eccleſia vel contemplatione eccleſiæ habuit: ſed quæſitis contemplatione perſonæ ſuccedit demum, deficientibus perſonis,quæ de iure admittuntur.*
26 *Vir quibus caſibus ſuccedat vxori.*
27 *Seruus quando dicatur habere ſucceſſore.*
28 *Succeſſio ab inteſtato ceſſat,donec poteſt habere locum ſucceſſio ex teſtamento.*
29 *Proximior in gradu,eſt potior in ſucceſſione.*
30 *In ſucceſſione ab inteſtato,quæ immutata ſunt per ius nouiſſimum.*

QVoniam ab inteſtato ſucceſſionum mã ĩ corpore iuris uĩ eſſe diſperſa tã in tex.q̃ in gl.ꝯõne iuris prolixitas, & gl.uarietas multitudinẽ pſonarũ reuoluat.C.de ca.tol.l.unic.§.ne aũt hoc.uer.in ꝑ nõ ſcripto.& ut ipſorũ notitia uerius,& clarius hẽat,noiulã pñtẽ ordinare diſpoſui,nec immerito,cũ ſit mã quotidiana.ff de lib.le l.legati.& qñ ob diuiſionẽ oĩs res clarius aperit.ff.ď do.exc.l.1.lõ ſuccẽdũ eſt, q̃ gradus ſucceſſionũ diuidunt in hos gradus ſupiores, & inferiore ,& trãſuerſales.Inſt.de gradi.§.j.in auth.de her.quę ab inteſt.§.
1 1.† Circa primum aũt gradum ſciendum eſt,q̃ ſiquis ab inteſtato moriẽs hẽt liberos ſuccedunt liberi excluſis parentib. & trãſuerſalib.& ſuccedunt æqualiter,& indiſtincte,licet olim ſecus eſſet ſi erant ſui,uel emancipati,maſculi, uel fœminæ. Inſti.de hær.

quæ

Digitized by Google

quæ ab inteſt. §. 1. & 2. & in Auth. c. §. 1. Et intell. gas liberos vſque
in infinitum, ut ff. de verb. ſig. l. liberorũ. ideo vocantur liberi, vt ſi
ex vno filio præmortuo ſit nepos, vel pronepos vna cum alio filio
defuncti vocantur. Inſtit. de hę. quę ab inteſt. §. cum filius, filia. vel
quod ita debet intelligi φ nepos, vel ꝓnepos, vnus vel plures tñ
accipiunt de hr̃ditate, quantum acciperet eius pr̃, ſi viueret, vt in
Auth. de hær. quæ ab inte. deſ. §. 1. ver. nã in viu hani. & §. ſi igitur
defunctus. Verũ multæ ſunt ſpẽs liberorum, & nõ oẽs filij ſucce-
2 dunt. Sciendũ eſt ergo, † φ filiorũ quidã ſunt nãles & legitimi, q-
dam legitimi tñ, quidã naturales tñ. quidã ſpurij, quidã inceſtuoſi
quidã nefarij, quidã adulterini, vt colligitur in Auth. qui. mo. na.
3 effi. le. §. palã. † Dñr aũt filij naturales, & legitimi, qui nati ſunt ex
legitimo matrimonio ɔ̃cto, vel præſumpto, φ fuerit legitime ɔ̃-
ctum. vt in Auth. præall. §. legitimi ſi quidẽ. ff. de in ius voc. l. q ſem
per. & ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. in l. filiũ. & ext. de fi. presb. c. Mi
chael. & iſti ſuccedunt patri æqualiter ab inteſtato. & filij eorũ in
4 ſtirpes, vt ſ̃ dictũ eſt. † Filij aũt naturales legitimati dñr illi, q erãt
primo naturales, poſtea effecti ſunt legitimi, quod fit quinq; mo-
dis. Primo, ſi pater obtulit in ſeruitiũ curiæ, vt in Auth. quib. mo.
effi. ſui. §. 1. Secundo, ſi matrẽ dicti filij pater duxerit in vxorem, vt
in d. ti. §. ſi quis igitur dotalia. & Inſti. de nup. §. fi. & ext. qui fi. ſint
leg. c. tanta. Tertio modo per reſcriptũ principis, quod ſit, qñ non
habet alios legitimos, vt in Auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. illud tamẽ.
ver. ſi quis ergo. Quarto, ſi pater in teſtõ hoc dicat. ſ. φ velit eſſe le
gitimos, & ſucceſſores, quo caſu debent teſtrĩ oſtẽdere principi,
& ſupplicare, φ confirmet. quod pr̃ fecit, & principe confirmãte,
erunt legitimi: partim a teſtatore, partim a principe, ſiue a lege.
Quod intellige ſi poſſit facere teſtm̃, vt præall. e. ti. qui. mo. na. effi.
ſui. §. ſi vero is qui ſolummodo. vt Auth præall. §. his vero. Quin-
to, ſi pater nõ adijciẽdo eos eſſe naturales filios, appellat eos ſuos
in teſtõ. vel in alia ſcriptura, in qua tñ ſcriptura ſint ſubſcripti tres
teſtes, vt in Auth vt li. ma. & auiæ. §. ad hoc aũt. Et ſcias. φ prædicti
modi permittuntur volentibus filijs, & nõ inuitis, vt in Auth. qui.
5 mo. na. effi. ſui. S. gñaliter aũt. † De ſucceſſione aũt iſtorũ eſt ſcien-
dũ, φ oẽs legitimati quatuor modis vltimis ſuccedunt ſicut legi-
timi, vt ſ̃. auth. præal. §. In legitimatis vero in ſeruitio curiæ, alius
modus ſeruatur. Nã ſicut legitimi ſoli primi efficiuntur ſui, & nõ
agnatis patri, & alia ſeruantur, vt in Auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. fi-
lium vero. vſq; ad §. tribus. Itẽ ſi quæras, vtrũ tales legitimi videan-
tur nõ ſolum quo ad ſucceſſionẽ. ſed ẽt quo ad honores, & ordi-
6 nẽ, dic, φ ſic, vt in d. c. tanta. † Dñr aũt filij naturales tñ, q nati ſunt
ex concubina vnica, & in domo, & licet de iure canonico repro-
betur concubinatus, ex legibus tñ nomen aſſumpſit, & ideo ſicu-
ti quis eodẽ tpe plures vxores habere non põt. ff. de his, qui no. in
fa. l. 2. & l. quid ergo. §. 1. & qui fi. ſint le. cap. per venerabilem. in fi.
ita nec plures concubinas, vt in l. 2. in fi. ff de concub. & in l. in con-
7 cub. in fi. & in Auth. quib. mo. na. effi. ſui. §. ſi quis igitur hñs. † Iſti
aũt ſuccedunt iſto modo, nã ſi perſona defuncti careat liberis, &
aſcendentibus, filius naturalis ſuccedit in totũ. Si autẽ ſuperiores
exiſtunt, tunc relicta legitima parentibus, reliquũ poterit in filios
naturales diſtribuere. Si aũt legitimi exiſtant, vt deſcendentes, mr̃
taliũ naturaliũ, ſ. concubina, & ipſi naturales ſuccedunt in vnam
vnciã, & ſic vnciã mediã hr̃e pñt, vt in Auth. qui. mo. na. effi. ſui.
§. diſcretis. cũ ver. ſeq. Ab inteſtato aũt ſuccedũt naturales vna cũ
matre viriliter in paternas ſubſtantias in duas vncias, nõ exiſtẽtib.
legitimis liberis, nec legitima ɔiuge. licet enis coniux vt legitima
nõ adijciatur, facit tñ, ne naturales poſſint capere, vel ſuccedere.
Extantibus aũt liberis, vel legitima cõiuuge, in nihilũ admittunt.
ſed ali debẽt ab hæred. arbitrio boni viri. Et quod dixi de filijs, idẽ
a intelligas de nepotibus, a vel pronepotibus, vt no. in Authen. qui.
mo. na. effi. ſui. §. igitur hñs filios. C. de nat. lib. auth. licet. ſed licet
patri nõ ſuccedant, niſi vt dictũ eſt, matri iñ ex teſtõ, & ab inteſta-
to ſuccedunt. C. ad Ter. l. pe. filij aũt legitimi tñ dñr, qui ſunt indu
8 cti p legẽ, nã adoptio deſcribitur. † Adoptio eſt legitimus actus
per quẽ filius efficitur, qui non eſt. vt colligitur. ff. de adopt. Arro-
gatio, q̃ fit coram principe, & de illo qui eſt ſui iuris. & efficitur in
ptãte arrogantis, & licet olim oia efficerentur arrogantis: hodie
tñ quantũ ad vſumfructũ tñ, ut no. ff. de ado. l. 1. & 2. & l. ſi pr̃. &
l. ſi arrogator. & Inſt. de acqui. per arrog. p totũ. & in iſto dic, φ ſuc
cedit ſicut legitimus. & nãlis, & ſi pr̃ arrogator exheredaret eum
iniuſte, reſtituet bona arrogato & quartã partem illius portionis,
quam habiturus fuiſſet arrogatus, ſi arrogator mortuus fuiſſet ab
inteſtato. Si autẽ eum emanciparet ſine cã, reſtituetur, acſi cũ cã,
bona tñ ſua reſtituet. ff. de adop. l. ſi arrogator. & Inſtit. eo. §. itẽ nõ
aliter. C. e. l. cum in adoptiuis. in fi. De ſecũda aũt adoptione ſcias,
φ ipſa fit corã unoquoque magiſtratu, & ſic de illo, qui eſt in po-
teſtate & licet olim trãſirent in ptãtem adoptantis, hodie tñ non,
niſi detur in adoptionẽ auo pr̃no, uel mr̃no, & filius qui eũ dedit
erat emancipatus, ar. ff. de colla. l. 2. & Inſti. eo. §. r. & §. ſed hodie.
Et in iſto dic, φ eo caſu quo adoptiuus tranſit in ptãtem adoptan-
tis, ut aui pr̃ni, uel mr̃ni, ut dixi, ſuccedit ſicut filius legitimus, &
nãlis, & idẽ ſerua in eo, quod in illo. Si autẽ detur extraneo, quo
caſu non tranſit in eius ptãtem, dic φ patri adoptiuo ſuccedit ita
demum, ſi decedat inteſtatus. Non aũt pr̃ adoptiuus tenetur tunc
eum inſtituere in aliquo, imo poteſt eum exhæredare ſine pœna
& prætenre, nec poterit ille filius ſuccedere agnatis patris adopti
ui nec ipſi ei etiam ab inteſtato. C. de adopt. l. cũ in adoptiuis uſq;
9 ad §. fi. † De filijs aũt ſpurijs ſcias φ tribus tñ modis appellantur
ſpurij proprie in iure noſtro. Vno modo, qui patrẽ habent incer-
tum, ſicut filius meretricis. Secundo, qui habent certum, ſed hñt
talem, quem ſm Deum, & honeſtatẽ monſtrare non licet, ut pu-
ta filium presbyteri, uel monachi, ut ff. de ſta. hom. l. uulgo. nõ. n.
uř eſſe, qui non eſt habilis, uel non poteſt cum honeſtate mõſtra-
ri. ff. quod cuiuſque uni. nom. l. 1. §. 1. & qui ſatiſ. cog. l. quoties. ff.
de mu. & ho. l. ut gradatim. §. & ſi lege. Tertio dñr ſpurij. qui nati
ſunt ex ſeruo, & liberta, ut C. de ſuis & le. hær. l. ex libera. de iſtis au
tẽ dic φ pam ſuccedere nõ poſſint. Primo caſu, quia incertus, &
ſic conditionem patris ſequi nõ poteſt. C. de ſta ho. l. cum legiti-
me. Secundo caſu, φ pater habet pro incerto iuris fictione. & ubi
iuris fictio eſt. p ueritate accipitur, ſine ſeruat, ut ff. de teſta. l. lege
Cornelia. & Inſti. quib. mo. ius pa. po. ſol. §. ſi ab hoſtibus. Tertio
caſu non poteſt, quia cum ſit filius ſerui ei ſuccedere non poteſt,
niſi in caſibus no. C. communia de ſucceſ. l. ſeruus ſucceſſiues. in
gl. & merito, cum ſeruus non habeat bona, ut ff. de uerb. ſig. l. pa-
terfa. Dicas tñ, φ ſuccedit matri ſolus. ſi mater non eſt illuſtris, uel
una cum alijs legitimis, ut Inſt. de Orſ. §. nouiſſime. & etiam auię
maternæ. ut ff. unde cog. l. Modeſtinus. Sed ſi mater eſſet illuſtris
tunc non ſuccederet cum legitimis, ut C. ad Orſ. l. pe. Et eſt ratio,
10 quia mater ſemper eſt certa. ff. de in ius uoc. l. quia. † De alijs autẽ
tribus inceſtuoſis, nefarijs, & adulterinis. ſciẽdum eſt, φ inceſtuo-
ſi proprie dñr ſm ius ciuile nati ex linea tranſuerſali in gradu pro-
hibito. Nam inceſtus dr̃ inter tales coniunctos, licet aliæ mime-
tẽtur perſonæ. ff. ad l. Iul. de adul. l. ſi adulterium cum inceſtu. Ne
farij dñr, qui nati ſunt ex linea deſcendenti uel aſcendẽti. nam ta-
les complexus dñr nefarij. Inſt. de nup. §. ergo. Adulterini, qui ex
adulterio naſcũtur, aliqñ iſti tres dñr damnati, aliq ſpurij, ut Inſt.
de nup. §. ſi aduerſus. de iure cano. uocantur manzeres, nothi, &
ſpurij, ut ext. de renun. c. niſi cum pridem. §. perſonæ uero. & ibi
11 plene in fi. qui fil. ſint leg. c. per uenerabilem. in fi. † Iſti autẽ filij a
ſucceſſione repelluntur paterna, & materna, & nõ ſolum iſti, ſed
oẽs, qui naſcuntur ex nuptijs prohibitis aliquo de quatuordecim
modis, qui no. Inſti. de nup. §. ſunt & aliæ. nam cum iſti damnentř
a lege non poſſunt ſuccedere etiam ſi parentes uellent, nec etiam
ſunt alendi, ut in Auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. fi. C. de inceſt. nup. au
then. ex cõplexu. Repelluntur etiã ab oneribus ff. de decur. l. genera
liter. §. ſpurios. niſi in ſubſidium, ut ibi dicit tex. uel niſi imperator
eos legitimauerit cum clauſula. nõ obſtante. Auth. quib. mo. na.
effi. ſui. §. ſi quis igitur ex qualibet. ubi de priuilegio legitimatio-
12 nis. † Item ab ordinibus, & dignitatibus repelluntur, ext. de elect.
c. cum in cũctis. & de filijs presbyterorum. c. 1. & niſi per Papam,
vel epiſcopum ſuper ordinibus fuerit diſpenſatum, vel fuerint re
ligionem ingreſſi, vel in dignitatibus perſonatum per Papã fue-
13 rit diſpenſatum, vt in d. c. fi. † Expedita linea deſcendenti, ſine gra
du, reſtat vt de aſcendẽtibus. Videamus. Et no. quod tot ſunt ſpe-
cies filiorum, vt dixi. quot ſunt ſpecies parentum, cũ iſta ſint cor-
relatiua, filius, ergo pater. ſi ergo perſona defuncti careat deſcen-
dentibus, & habeat aſcendentes, vna cum collateralibus, ſi quidẽ
ſolum legitimos aſcendentes, & naturales habeat, filios, ſi quidẽ
ſolum matrem, & patrem, mater, & pater ſibi ſuccedunt. Si vero
eſt pater, vel mater, & alij aſcendentes, vt puta auus paternus, vel
maternus, quilibet ſuccedit in virilem portionem, licet eorum
diſpar ſit numerus, & ideo ſi eſt ex vna parte auus paternus, &
auia, & ex alia auus maternus, vel auia, & econtra, tantum habe-
bit auus maternus, & auia quantum paternus auus, vel auia. Idẽ
dicam in omnibus aſcendentibus, vt in Auth. de hære. ab inteſ. §.
conſequens. quæ eſt poſita: C. ad Tert. auth. defuncto. Si autẽ ha
bet aſcendẽtes vna cum tranſuerſalibus, ſi quidem habet fratres
vtroque parente coniũctos, admittantur iſti fratres una cum aſcẽ-
b dentibus proximis, ſcilicet patre & matre b auo, vel auia in viri-
lem portionem. Item filij filiorum fratrum ſimiliter admittun-
tur, ſi mortui ſunt fratres, vel aliqui ex his. Alij autẽ ſunt fratres,
qui ſunt coniuncti ex parte patris tãtum, vel filij eorum, vel trãſ-
uerſales, nũquam ſuccedunt cum parentib. vt colligitur in pręd.
Auth. vt fratrũ filij. § 1. Olim tamen erat aliter. l. pen. C. ad Tertu.
& de leg. hær. l. de emancipatis. in princ. de bon. quæ lib. l. quæcun
que c. & C. communia de ſucc. l. fi. tamen omnes illæ leges corri
guntur. & hoc de filijs legitimis, & naturalibus, qui decedunt re-
lictis parentibus. Si autem ſint filij legitimi decedentes relictis
parentibus, dic idem quod in ſuperioribus, exceptis legitimatis
per oblationem curiæ, in quib. dic, φ ſi ſuccedunt ſine liberis, ſuc
cedũt parẽtes, reſeruata tñ parte curiæ, in Auth. quib. mo. na. effi.
ſui.

ADDITIONES.

a Th. D. De nepotib. Vide do. Io. Bap. Se. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orſ. & Pe. Phil.
Cor. lib. & in conſi. 233. in 4. vol. pro deciſione prætensis quæ.

b Matre. Caue tamen de matre, ſi ſecundas inijerit nuptias propter l. 1. & auth. ſi
per eam poſitam. C. de ſecun. nup. per quas vincitur. quod hoc intellige, vbi ma-
ter non conuolat ad ſecunda vota.

ſui.§.ergo ſaciendũ.& C.c ñ,& qui.quar.parr.vebe.l.1.& 2.in prin.
14 lib.x.† In naturalibus aũt filiis tantũ . dic ꝙ parentes eis ſuccedũt eodem modo & eodem iure,quo ipſi parentibus ſuccedũt. vt ſit par eademque ratio pietatis.ff.de inoff.c.teſt.l.nã & ſi parentibus, & in Auth.de hę.ab inteſt.§.2.& hoc ſm Azo. Sed Pla.dicit patrẽ inſolidum ſuccedere filio nãli,ẽt ſi filius ſit ſpurius,& iſtud aliqua
15 lex non probat.† De filiis aũt legitimis tm̃ deſcendentibus dic, ꝙ adoptator,vel arrogator, in cuius ptãte trãſiuit,quod eſt,ſi ſuit paternus,vel maternus auus,vt ſ.dictum eſt,vno filio, hẽt vſumfructũ in bonis filii.Inſt.de acq. p arrog.in prin.Si autẽ ab inte.decedat talis filius,ipſe ei ſuccedit tanq̃ filio lĩmo & nãli , eo ſaluo, ꝙ nõ poſſet dicere matrẽ ſuccedere,cũ adoptate non poſſet.Inſti.de adop.§.fœminæ. Si aũt fuerit extraneus q in adoptione eſt, dic. ꝙ in nihilo ſuccedit ei,cũ non exeat de ptãte pr̃is nãlis. C.de adop.l. cũ in adoptiuis §.ſed ne articulũ.ſ.qa damnat a lege. De filiis autẽ ſpuriis,dic.ꝙ ſicut ipſi nõ ſuccedunt parẽtibus æqua rõne, ita nec parentes eis.matres aũt bene ſuccedunt eis eadẽ rõne,qa ipſi matrib.ſi tales filii decedant ſine liberis. Nã ſi liberi extarent.mr̃ non ſuccederet.C.ad Ter.l.1.§.liberi.ff.vnde cogn.l.4 §.neq;.De inceſtuoſis aũt & nefatiis,vl̃ adulterinis ſic damnatis. dic ꝙ patres nõ ſuccedunt eis. Nã qua rõne ipſi parentibus nõ ſuccedunt, eadem
16 rõne ipſis nõ ſuccedũt patres.† Reſtat vltimo explicatis duobus gradib.vt ad tertiũ tranſeamus.ſ.trãſuerſaliũ.in quo no.ꝙ ſicut deſcendentiũ plures vocantur ſpẽs,ac aſcendentiũ, & tranſuerſaliũ totidẽ ſunt ſpẽs. Si igit defuncta perſona careat liberis, & aſcẽdẽtibus,& collaterales ſtẽat,ita diſtingue. Aut hẽt fratres ex vtroque parente coniunctos tm̃ . aut filios fratrũ ↄiunctorũ ex vtroq; parẽte. Aut hẽt ſimul fratres,& filios fratrũ. Primo caſu ſuccedũt ſoli fratres. Secundo caſu ſoli filij fratrũ. Tertio caſu ſimul ſuccedunt fratres.& filii fratrũ in ſtirpes,& non in capita. ff.de col. bon. l.ptor. Et vt hoc exẽplo manifeſtius fiat,ita exẽplificatur. Si decedat qs relicto fratre vno, & tribus filijs ex fratre pmortuo ex vtroque parente,tm̃ habebit frater ſolus,quantũ tres oẽs filijs ex fratre
17 pmortuo,& ſuccedunt iſti oĩb.alijs collateralibus excluſis.† Et tã aliis fratrib.q ſunt cõiuncti vno parente tm̃,puta pr̃e, vel matre,q̃ cęteris agnatis,& cognatis excluſis, prædictis vero collateralibus deficientibus.ſ.fratribus, & filiis fratrũ ex vtroq; parente coniunctis,ſuccedunt fratri defuncto.ſ. fratres ex vno parente coniuncti tm̃,excluſis aliis collateralibus.ſ.patruis,auunculis,amitis, & materteris,& hoc verũ eſt indiſtincte,ſiue maſculi,ſiue fœminæ agnati,vel cognati ſint in ptãte,vel ſui iuris.& hoc colligit in Auth. de hæ.ab inteſt.§.reliquũ.& §.ſeq.C.de le.hę.auth.ceſſante.& auth.
18 poſt fratres.† Sed põne,qs moritur ſine liberis deſcẽdentibus relicto fratre ex parte matris tm̃,& alio ex parte patris tm̃,qualr̃. ſuccedunt iſti? Rñ.frater ex parte pr̃is in bonis paternis, ex parte mr̃is in bonis maternis. C.de leg.hæ.l.de emancipatis.in fi.in aliis autẽ bonis aliunde q̃ſitis,ſuccedunt æqualr̃. Nam quãtũ ad alia bona, ſublata eſt dr̃ia cognationis , & agnationis,vt in authẽ. itaque.C. com.de ſuc.licet Pla.ↄ̃l hoc. Sed qd ſi decedit relicto fratre ex parte patris tm̃,& fratre ex parte mr̃is,tm̃, & alio fratre ex vtroq; parẽte ↄiũcto,qualr̃ ſuccedunt? Rñ.ſm Azo. ꝙ ille, q eſt ↄiunctus ex vtroq; parente, ſuccedit in oĩbus bonis,ta pr̃nis,q̃ maternis, & in aliũde q̃ſitis,aliis duob.fratrib.excluſis. Et ẽ rõ,qa iſte hẽt duplex vinculũ.ſ.paternũ,& maternũ,merito ille pfert aliis,q non hẽt niſi vnũ,vt ĩ Auth.de ↄſ.& vte.fra.circa mediũ.& C.cõia de ſuc.auth. itaq; mortuo,in fi. Pla. vñ dicit hoc caſu coniunctũ ex parte pr̃is ĩ bonis pr̃nis admitti,ↄiunctũ ex parte mr̃is in bonis mr̃nis,tm̃ ↄiũctũ ex vtroque parẽte ad alia bona admitti, qd prorſus eſt ↄ̃ d.au-
19 then. † Sed pone, ꝙ aliquis deceſſit relicto vno filio ex frẽ pmortuo,& relictis duob.filiis ex alio fratre pmortuo,nunqd iſti ſuccedũt defuncto in capita, vel in ſtirpes? Rñ.ſm Azo. in capita ita,vt quilibet habeat ſuã partẽ,& ita ſm eũ hereditas diuidit ĩ tres partes.vt vr̃ innuere ĩ Auth.de hæ.ab inte.§.ſi autẽ defuncto.Sed Azo vr̃ ↄ̃riũ velle ↄcludere p eandẽ auth.§.ſi vero neq; fratres,neq; filios fratrũ,p qd innuitur filios fratris debere ſuccedere in ſtirpes.& non in capita.& huic opi.attendo. Na ſp innuendo filios fratris ſuccedere in ius patris ſui. Inſti.de hæ.q̃ ab inteſta. §. cũ filius. & in pdicta
20 auth.§.ſi vero.& C.vñ l.b....a.† Si aũt decedat qs ſine aſcẽdentib. & deſcẽtib.& ſine filiis fratrũ. Dic tũc, ꝙ illi,q ſunt pximiores in gradu,ad ſucceſſionẽ eius admittuntur , & inter eos fiat diuiſio ĩ capita,& non in ſtirpes,non habita dr̃ia,an ſint agnati , vel cognati,maſculi,vel fœminæ,in ptãte , vel ſui iuris, vt in auth. poſt fres. C.de le.hę.& ibi no.licet cognati olim ſuccederẽt vſq; ad ſeptimum gradum,vt Inſt.de ſuc.cog.§.ſi tamen.hodie ſuccedũt vſq; ad decimũ gradum,& ibi.d.ar ibi , cũ ſublata ſit dr̃ia agnationis, cognationis,vt ſ. de naturalib. aut legitimatis a patre, dic, vt ſ.in bis ſcripſi,excepto( vt qui legitimãt per oblationem curiæ ) ꝙ non ſuccedunt ab inteſtato agnatis,vel cognatis , niſi ipſi ſoli pa-
21 tri,vt in Auth.qui.mo.na.ef.ſu. §.ſancimus. † De naturalibus autem collateralib.no legitimatis,dic,quod inter ſe ſi ſint fratres ex eadẽ matre tm̃,ſuccedunt,qm ſi hoc eſt in ſpuriis,vt ff.vñ cog. l. 2.ita dico multo fortius in naturalib.ſiit , non aũt dico , ꝙ vnus q ſuit naturalis filius tm̃ , fratri ſuo legitimo, & naturali agnatis, & cognatis patris ſuccedit , vel ẽt fratri ex alia matre, vt in d. §.cum

filius.in Auth.qui.mo.na.effi.ſui. nam ſi legitimatus per oblationem curiæ nõ ſit legitimus ſucceſſor agnatis, vel cognatis patris, multo minus efficitur ille,qui nullo modo eſt legitimatus,ſed naturalis remanſit.Sed vr̃ ↄ.Inſt.de ſenat.c.og.§.ſi.ſed ꝙ ibi dicit,re-
22 feratur ad parentes tm̃,non ad alios,vt infertur.† De legitimis aũt collateralibus tm̃,dic vt de primis fratribus dixi. ſ. qñ ſuit aliquis arrogatus vel adoptatus ab auo paterno,vel materno, oĩa rũc, vt dixi,legitima iura conſequitur. Si autẽ extraneo datus ſuit quis in adoptionẽ,licet retineat iura legitima quantũ ad patrẽ naturalẽ tm̃,ſoli patri adoptiuo poterit ab inteſtato ſuccedere, non filius eius,agnatis,vel cognatis,nec ipſi ei.C.de adop. l. cũ in adoptiuis. Scias tñ,ꝙ collaterales,puta frater, non põt adoptare , vel arroga-
23 re fratrẽ,vt C.de hæ.inſti.l.nec ſi ud.† De ſpuriis aũt dicas,ꝙ duo fratres ſpurij ex eadẽ matre inter ſe inuicẽ ab inteſtato ſuccedunt. ff.vnde cogn.l.2.& l.ſi ſpurius Inſt.de le.agn.ſuc.§. vulgo. Sed pone,ꝙ ſint duo fratres ſpurij,ex diuerſis matrib.nati, nunquid inter ſe ſuccedãt. Pone ergo ꝙ ſacerdos vel monachus ex diuerſis matribus hẽt filios,ꝙ abſit. Pone largius q̃õnem,quidam ſolutus de vna muliere ſoluta concubina tm̃ habuit filiũ vnum,& de alia habuit aliũ,qui vulgariter appellatur in Lõbardia baſtardus, nunqd illi inuicem ſuccedant ab inteſtato:& an ſuccedant agnatis patris, vel agnatis matris? vr̃ ꝙ ſic,quia fratres alis ſunt proximiores gradu.ideo admittuntur.in Auth.de hæ.ab inte.§.reliquũ. Nec ob.ſi ſint fratres ex parte pr̃is tm̃,quia ſola naturalis eã inſpicitur, C.de ſiis & leg.auth.in ſucceſſione. Itẽ delictũ patris,qui ad aliã mulierẽ acceſſit,non debet nocere filio.ff.de pęn.l.crimen.ff.de decur.l. l.1 §.nullus. Ecõtra vr̃.ꝙ tanquã cognatus ei, non, cũ cognatio ſit p matrem, Inſti.de leg.agna.ſuc.in prin.tanquã agnatus non, cum nulla ſit inter ſpurios agnatio,ſiue ius agnationis:tunc.n.per patrẽ agnatio ↄhitur,cũ legitimæ nuptiæ ſint ↄ̃ctæ. Inſt.de nup. §. ſi aduerſus. Inſtit.de leg.agn.ſuc.§.1.& 2.cũ igitur iure agnationis, vel cognationis non veniãt,merito repelluntur,cũ alia iura ſucceſſionis non reperiantur in iure,niſi vt ſibi ſuccedant a iure, vel a lege, vel ſenatuſconſulto.quod vltimum credo verũ,vt in Auth. quib.
24 mo.na.effi.ſui.§.1.in fi.& §.ꝙ vero.& ibi pbat.† De inceſtuoſis,ſiue nefariis,ſeu damnatis.& aliis fratrib.dic agnatis, vel cognatis, nullo mõ ſuccedere,cũ eẽ bñficio legis careant,vt palle.auth.in fi. Nã talib.inter viuos,vel ĩt morte pr̃ donare non põt. C. de inceſt. nup.l.ſi quis inceſtas. Quod de iſtis dictũ eſt,intellige qñ ex matrimonio,vtroque ſciente ſunt tales progeniti,ſecus alitero,vt no. de clan.deſpon.c.cũ inhibitio. Sic aũt ex prædictis colligi apparet , ex ſucceſſionibus ab inteſtato ordinẽ in ſucceſſione. Prima. n. cauſa eſt liberorũ.ſecunda aſcẽdẽtium vſq; in infinitũ. ff.de in ius voc.l. quiſ,ſlitigã di.§.parentẽ tertia tranſuerſaliũ.iſti vſq; ad x.gradũ,ſiue agnati,ſiue cognati ſint, hodie ſuccedunt, vt Inſt. de leg.agn. ſuc.in fi. Iſtis aut deficientib.ſuccedit fiſcus,exceptis quibuſdã caſib.in quib.alij fiſco præferuntur, vt refertur.n.vxor. C.vñ vir, & vx.l. 1.aliqui ẽt,vt puta,decedit miles,nauicularius,cohortalis, fabricãſis,de pd.nau.p totũ. Itẽ ſocius liber.imperia.vt C.ſi imp.lib.ſoc.l. vni.lib.x.Certum eſt enim.quod collegiũ ſiue ſocius pfert fiſco,vt
25 ſ.allc.lege, hoc de pdictis laicis vendicat locũ. † De clericis autẽ ſcias tu legiſta,ꝙ ſi clericus platus moriat inteſtatus in his quę ab eccleſia vel ↄtẽplatione eccleſiæ habuit, ſuccedit eccleſia tãtũmodo,ꝙ intellige,vt C.de ſacroſ.eccl.l.ſacroſanctæ.& auth.licentia.& 12.q.2.c.ſic manifeſte. In bonis aũt quæſitis ante promotionẽ,vel poſt,pſunæ intuitu,ſuccedunt agnati ſeruato ordine, vt in pmiſſis,vt 12.q.vlt.c.ſi. His aũt deficiẽtib ſuccedit eccl̃ia , ext. de ſuc.ab inte.c.1.& plene in c.2.eo.ti. Plura circa hoc nõ curaui po-
26 nere.† Poſtremo vr̃,ꝙ quædã innouata ſunt, & quædã regulariain ſucceſ.ab inteſt. No.primo quædã regularia, & curſus, p q̃ ſunt innouata ab inte.& ſic no,ꝙ nemo ſuccedit iure affinitatis ab inte.C.cõia.de ſuc.l.vitrico, & l.affinitatis iure. Dr̃ aũt affines oẽs illi,q p vxorẽ mihi attingũt.ff.de gra.l.non facile.§. affines. Vxori aũt vir ſuccedit,qia non dr̃ affinis,ſi vxor decedat ſiue aſcendentib.ſiue deſcẽdẽtib.ſiue collateralib fiſco excluſo,vt l. 1. C.vñ vir, & vx.& alio caſu,i auth ibi poſita. Itẽ & alio caſu, ſi vxor decedat relictis filijs emãcip. vel nepot.b. vel pr̃ vr a cũ eis hẽt vſũſ vſumfruc.C.de bo.ma.l.3.
27 † Itẽ eſt & alia regula,ꝙ ſeruus non põt hr̃e ſucceſſores.vt l.ſeruus.C.cõia de ſuc. fallit cũ mura eſt facta in libertate pſtanda.C.ad Orfi.l.fi.de his qb.vt indi.l.fi. Itẽ fallit cũ de-
28 ceſſit apud hoſtes.C.de ſuis & leg.l.apud hoſtes. † Itẽ eſt alia rl̃a, donec põt hr̃e locũ ſucceſſio ex teſto,ceſſat ab inteſt. ff. de re iu.l. q̃diu poſſit.C.co.de ſuc.l.anteq. Fallit iſta rl̃a, ſi ſic dicat teſtãr,rẽ hrẽdẽ inſtituo,ſi lĩmi voluerint,vt ff.de hæ.inſti.l.ſi qs ita hr̃s inſti-
29 tuat † Itẽ eſt alia rl̃a,q proximior eſt in gradu, proximior,& potior eſt in ſucceſſione,vt C.cõia de ſucc.l.auunculo. quod intelligo ſm diſtinc ſ.poſitã.ſ.de ſucceſſio.deſcendentium,aſcẽdẽtium, & collateraliũ. Itẽ eſt rl̃a alia,ꝙ nullus hoſpes põt ẽt ab inteſt.ſuccedere alumno,ſine teſtamento hoſpitis.C.e.ti.l.nutritorib. & in auth.
30 oẽs peregrini,ibi poſita. Vltimo uidere reſtat, † quæ ſunt p ius nouiſſimũ immutata,licet ex præcedẽtibus poſſis ſatis perpendi , tñ olim non ſuccedebat filius emãcipatus pr̃i, niſi de iure prætorio, hodie ſublata eſt dr̃ia prius ptãtis,& emãcipationis, vt in Auth.de ſucc.ab inteſta.§.1.quæ eſt.C.de leg.hære.authen.ceſſante ſucceſſione.

Digitized by Google

ſione. Itē olim nepos, vt puta filius filij, non admittebatur ad ſucceſſionem cum auũculis, niſi cum diminutione tertiæ partis C. de ſuis, & le. l. ſi defunctus, & l. illã. C. de colla. ſed hodie ęqualiter ſuccedunt, vt in auth. ibi poſita. Item olim aſcendentes, puta, mater per Orficianum, pater vero iure prætorio. Sed hodie de iure ciuili, vt in authen. defuncto. Item olim ſi pater nõ emancipabat filium contracta fiducia, non ſuccedebat ei de iure ciuili, hodie ſemper in emancipato contracta fiducia præſumitur. Inſt. de leg. agn. ſuc. §. fi. & in Auth. de hære. ab inte. & §. ẽfis. Item olim pater ad ſucceſſionem filij, fratribus extantibus, vocabatur cum matre in beſſem vſusfructus. ff. ad Ter. l. ſi. hodie autem in uiriles admittitur, ut in auth. defuncto, Itē olim admittebantur conſanguinei de iure ciuili, & uterini de iure prætorio, ut Inſt. de ſucceſ. cog. Hodie autem prędicta dña eſt ſublata agnatorum, & cognatorum, ut in prædictis aperte cauetur. Dy. de Muſello excellen. Doct.

# TRACTATVS

a **TESTIMONIORVM.** a

## Secundum Bart. de Saxofer.

ADDITIO.

a Th. D. Trac. teſtimoniorum. Illum pro trac. Bar. alleg. Do. &. maxime Fel. in c. ſicut nobis. in 3. & 5. col. de re iud. & Ale. in l. legatis. in princ. ff. de lega. 3. in apoſtil. Bart. in conſil. 54. in fi. in 1. vol. & in conſil. 199. in eod. vol. viſis, & vt oportet cõſideratis, in 6. vol. & in conſi. 10. in 6. vol. 1. col. Lud. Ro. in l. 1. ff. de ver. obl. & dicit, q pauci habent hunc trac. & dicit Ale. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. mat. quod ipſe habet tra. huiuſmodi duplicatum, vnum breuem, & alterum longiorem. & licet dicat, q ſit trac. alimentorum, tñ quia all. Bar. in c. oppoſita prudentiæ, voluit alle. Bar. hic & illum pro trac. Bar. all. Bal. in l. ſolam. C. de teſt. & vide Nellum de ſan. Gem. in trac. de teſt. & Fel. in c. qm̃ frequenter. in §. porro. vt li. non conteſt. & dicit idem Fel. in c. cum cauſam. de teſti. quod Bart. compoſuit huiuſmodi tract. de teſte, quem morte præuentus non compleuit. all. ita referre Bal. in l. de quib. ff. de leg. in l. 3. C. de teſt. & in d. c. cauſam. in 2. fallen. Adde Bal. in l. edita. in repe. Para. C. de eden. vbi dicit, q Bar. a Saxofe. præceptor ſuus illuſtris compoſuit tract. de teſt. & morte præuētus incompletum reliquit, qui vltra etiam, quam Legiſtis expediat, cum intellectu volauit ad ea, quæ nõ poſſunt intelligi, niſi per ſummos viros, qui cognoſcant genus, & differentias, & virtutes, & vitia, quæ generantur ex actibus. Vnde Bal. ad hunc tract. ſuſpirans ſubiungit, quis dabit mihi pennas columbæ & in altum volabo.

1 *Teſtes, an probent, iudicis arbitrio relinquitur, facta conſideratione circa perſonam, & dictum teſtium.*
2 *Teſtis debet reddere cauſam ſui dicti ſufficientem ſimpliciter, ſi de ea fuit interrogatus.*
3 *Teſtis interrogatus de cauſa ſcientię, ſi dicit, ſcio, quia ſcio, non probat.*
4 *Teſtis reddere debet cauſam dicti per alterũ ex quinq; ſenſibus corporeis*
5 *Teſtis dicens quem dominum, & non reddens cauſam dicti, etiam non interrogatus non probat.*
*Idem ſi dixerit quem ebrioſum.* (dere.
6 *Teſtis deponens ſuper his quæ diſcurſu intellectus percipiũtur, debet red cauſam ſui dicti etiã non interrogatus, ſecus ſi ſine diſcurſu, vel modica.*
7 *Teſtis deponens fundũ valere decē, nõ probat, niſi reddat cauſã ſui dicti*
8 *Teſtis deponens quem dominum, adijciens cauſam, quia vidit cum tanto tempore, quòd præſcripſiſſet, probat vtile dominium.*
9 *Teſtis de cauſa cauſæ, ſi non interrogatur, non deponit.*
10 *Teſtis dicens aliquem poſſediſſe, probat etiam ſi non adiecit cauſam.*
11 *Teſtis deponens aliqua vera eſſe, quia audiuit dici, non probat.*
*Dicta teſtium, quando teſtificata per ipſos ſunt deperdita, probantur per teſtes, qui dicunt vidiſſe teſtes in cauſas iurare, ſolenniter examinari, eorum dicta vidiſſe.*
12 *Teſtis deponens de credulitate non probat niſi in conſiſtentib. in peritia.*
13 *Teſtis deponens ſe vidiſſe, probat licet interrogatus cauſam nõ deponat.*
14 *Teſtis deponens de vita, & moribus alicuius, ſi reddit cauſam, quia conſanguineus, vel vicinus, probat.*
15 *Vinum eſſe dulce ſi teſtis dicit, & reddit cauſam, quia bibit, probat.*
16 *Teſtis qui dicit Titium promiſiſſe Seio, probat*
17 *Teſtis dicens, ſcio, quia præſens fui, vel interfui, probat.*
*Qui dicit ſe fuiſſe præſentem, neceſſario dicit, & intelligentem, ſecus ſi alium dicit præſentem.*
18 *Lex, vel teſtator mandans aliquid fieri, & aliquo præſente intelligitur, & intelligente.*
19 *Notarius dicens aliquid factum in præſentia alicuius, includit etiam intelligentiam.*
20 *Teſtis, qui deponit per verbum, videtur, non probat.*
*Teſtis dicens, vidi Titium poſſidere, & mihi videtur, quòd ſint decem anni, probat.*
21 *Subſtantia rei apud legiſtas quomodo capiatur, & eſt aut rerum corporalium, aut incorporalium.*
22 *Subſtantia rerum comprehenditur, & accidentia rerum, qua ſenſu percipiuntur.*
23 *Teſtis deponens ſuper his, quæ ita nobis communia ſunt, quòd aſpectu ab omnibus cognoſcuntur, vt in lapide, ligno, & ſimi. & dicat quod erat lignum, quia vidit, probat.*
*Teſti qui dicit neſcio, ne ſibi ſit contrarius intelligitur, niſi vt ſup. dixit*
24 *Teſtis deponens ciuen aromata, lapides pretioſos, & ſimilia, ſufficit, quod dicat ſe vidiſſe, & ſcire illius conditionis eſſe.*
25 *Quidditas rei quæ non poteſt, niſi per valde peritos cognoſci, quo probet.*
26 *Binominus ſi aliquis ſit, qualiter probetur, eſſe illum de quo agitur.*
27 *Homo ex auditu vocis non cognoſcitur.*
28 *Identitas fundi qualiter probetur.*
29 *Identitas animalis, qualiter probetur.*
30 *Teſtis deponens ſuper identitate rei mobilis, vt probet qualiter deponat, & qualiter probatur.*
31 *Fructuum identitas qualis probetur.*
32 *Teſtis deponens ſuper peremptione, vel amiſſione rei, vt probet, qualiter deponat, & peremptio ſeu amiſſio rei qualiter probetur.*
33 *Paſtoribus aſſerentibus multa animalia in paſcuis, & itineribus perempta, an ſit credendum.*
34 *Teſtis deponens vinum eſſe, quia vidi, non probat, niſi dicat, & guſtaui, vel odoraui, vel vidi in taberna vinaria.*
35 *Negatiua coarctata dicitur probari, quando quis refert ſe ad certum corpus, puta talis res non eſt lignum*
36 *Hominem viuum fuiſſe, qualiter cauſa reddi debeat, vt probetur.*
37 *Mortuum aliquem eſſe, qualiter probetur.*
38 *Fama probatur mors alicuius, ſi de magna cauſa agatur.*
*Mors iuuenis luxurioſi, bellicoſi, & vagabundi, quomodo probetur*
39 *Teſtis ſi dicit quem mortuum, quia interfuit eius ſepulturæ, licet cadauer non viderit, ſi aſſerat ita dici, probat*
40 *Mors in maximis cauſis per famam non probatur.*
41 *Teſtis deponens ſuper morte alicuius, vere, vt probet, qualiter reddat rationem.*
42 *Titium fuiſſe, qui aliquid fecit, qualiter probetur per teſtes, & an ſufficiat ſi dicant teſtes, ſe vidiſſe* a
43 *Vidiſſe aliquid fieri de nocte, qui dicit, probat ſi dicat vidiſſe, quia erat lumen Lunæ, vel magnus ignis.*
44 *Teſtis, qui dicit Titium fuiſſe qui illud fecit, quia dum ſe aſpiceret in ſpeculo illum vidit, non probat.*
45 *Teſtis deponens, ſe ante Titium cognouiſſe, quia erat vicinus ſuus contiguus, probat.*
46 *Iudex hominem exhibet, vt cognoſcatur a teſte, qui dixit aliquid factum ab aliquo, & nomen ignoraret.*
*Mortuus vt ex aſpectu recognoſcatur, exhibetur.*
47 *Teſtis deponens ſuper longitudine, vel latitudine alicuius rei probat, ſi dicit, quod vidit menſurari, & idem ſi teſtis dicit rem magnam, vel paruam, quia vidit.*
48 *Teſtis deponens ſuper menſura fundi, vel muri limitate probat, ſi eſt peritus in menſura, & dicat ſe menſuraſſe, vel menſurari vidiſſe.*
*Menſura fundi indeterminate ab omnibus cognoſci poteſt.*
49 *Pondus determinate probatur per teſtes dicentes ſe ponderaſſe, vel vidiſſe põderari: indeterminate vero ſi dicant, quod manibus ponderauit.*
50 *Teſtis deponẽs determinate circa mẽſurã vini, vel olei, ſi dicit q a mẽſurauit, vel mẽſurari vidit, probat: ſi verò indeterminate, ſatis eſt q vidit.*
51 *Menſuratio totius corporis in non conſiſtentibus pondere, numero, vel mẽſura, difficilis eſt, & non fit niſi a peritis.*
52 *Quantitas corporum ſeparatorum, quorum numeratio eſt facilis, fit per numerationem.*
53 *Teſtis ſi dixit, quòd vidit tradi x. corbes frumenti, probat: ſecus ſi dicit, quòd vidit tradi acerum frumenti, quod erat x corbes*
54 *Teſtis deponens de quantitate vaſis, qualiter deponere debeat vt probet.*
55 *Fama probat quantitatem, hoc eſt numerum milliarium exiſtentium de loco ad locum*
*Menſura quantitatis milliarium fit per longitudinem itineris, ſecundum quod commeatur.*
*Menſura ſuper diſtantia, vel vicinitate fieri debet per directum, & quãdo per terram fieri non poteſt, fit per aerem cum chordula.*
56 *Intelligere ſubſtantiam incorpoream non pertinet ad Iuriſtam*
57 *Miraculum dicitur quaſi admiratione plenum, & eſt id, cuius effectus eſt manifeſtus, & cauſa eius omnibus ſimpliciter occulta.*
*Miraculorum tres gradus, & qualiter probentur*
58 *Quantitas ſubſtantiæ animatæ anima rationabili ſunt tres.*
*Sacramentum eſt ſacræ rei ſignũ, item inuiſibilis gratiæ viſibilis forma.*
59 *Chriſtianum aliquem eſſe, vel ſacerdotem, qualiter probetur.*
60 *Iuriſtam aliquem eſſe qualiter probetur.*
*Iuriſta an ſit ſufficiens ad doctoratum, probatur per teſtes eiuſdem, vel maioris peritiæ.*
61 *Teſtis deponens aliquem cerdonem alicuius artis, ſi dicat quòd vidit eũ exercere dictam artem probat.*
*Cerdonem eſſe bonum probatur per teſtes eiuſdem, vel maioris peritiæ.*
62 *Mercatorem eſſe, officium eſt, non artificium.*
*Mercator dicitur, qui cum quadam perpetuitate mercatur.*
*Mercatorem eſſe qualiter probetur per teſtes.*
63 *Mercator, qui per quinquennium dimiſit conſuetudinem mercandi, non dicitur mercator, & ex hoc probatur, quòd deſijt eſſe mercator.*
64 *Artifex, qui per decennium artem non exercuit, non dicitur artifex, & probatur, quod deſijt eſſe artifex.*
65 *Scholaris quod deſierit eſſe ſcholaris, quantum temporis requiratur, arbitrio iudicis relinquitur.*

*Virtus*

Digitized by Google

66 Virtus eſt habitus electiuus in medioeritate conſiſtens, quo ad nos, determinata ratione, & vt ſapiens determinabit.

67 Virtuoſus probatur probando actus tales, qui apud iudicem, & bonum virum virtuoſi determinantur.

Iudex apud Iuriſtas dicitur bonus vir.

68 Virtutum moralium quatuor ſunt Cardinales, ſ. Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo, & Temperantia.

69 Prudentia eſt habitus cum ratione actiuus circa bona, vel mala.

Scientia, Sapientia, & Prudentia differunt.

70 Sapientia eſt habitus ſpeculatiuus, conſiderans cauſas altiſſimas, & ad Iuriſtas etiam ſpectat.

71 Scientia eſt habitus ſpeculatiuus demonſtratiuus ratione vera conſiderans cauſas inferiores, & hoc ſpectat ad naturales, & etiã ad Iuriſtas.

Lex eſt inuentio, & donum Dei

72 Ars eſt habitus ratione naturæ factus:

Ius ciuile appellari poteſt ſapientia, & ars.

73 Prudentia conſiſtit circa particularia, & ea quæ contingenter eueniunt, vt inter ſe conciliari, & diſputare, & recta ratione vniuerſalia particularibus congruentibus applicare.

74 Prudentem aliquem eſſe qualiter probetur, & quòd requiruntur octo, ſ. memoria, intelligentia, experientia, docilitas, deliberatio, ſolertia, prouidentia, circumſpectio, & cautio.

75 Prudens quilibet præſumitur, niſi contrarium probetur.

76 Prudens prudentia perfecta ea perfectione, quæ in hominem cadere poteſt naturaliter, qualiter quis poſſit eſſe

77 Prudentia particularis eſt, cum ad ſui ipſius. quidam prudentes inueniuntur, qui habent ea, quæ generaliter ſupra de prudentia dicuntur.

78 Eremitæ, & vitæ contemplatiuæ dediti, quo ad ſe ſunt boni, & prudentes, & aliorum negotiorum inexpertes.

Eremitæ excuſantur à tutela, & ad prælaturam non promouentur, & ſi ſint vitæ laudabilis in teſtimonijs multum creditur.

Epiſcopum oportet eſſe prudentem non ſolum literarum peritia, ſed ſecularium negotiorum diſpenſatione.

79 Oeconomica prudentia pertinet ad regimen familiæ.

80 Carolus quartus conceſſit Bar & eius deſcendentibus poteſtatem concedendi veniam ætatis.

81 Mores ciuitatis, qui dicantur.

Habitus in moribus probatur per tempus trium annorum.

82 Honeſte viuere aliquem, qualiter interpretetur.

83 Teſtis qui dicit aliquem prudentem diligentemque patrẽ fam. quia p triennium vidit diligenter gerere negotia ſua, probat, & interrogatus de concernentibus actum ſuum, quid habeat reſpondere.

Teſtis qui dicit ſe continue vidiſſe, intelligitur de viſione continua, quæ cadit in ſocium, vel vicinum

84 Defectus modicus animæ non facit quem non prudentem videri, ſed vitium notabile, & damnoſum.

Iudæus publicus fænerator non reprobatur, vt imprudens.

85 Prudens vt quis dicat, & diligens circa celebrationẽ actus particularis a ſe geſti, ſiue gerendi, tria ſunt neceſſaria ſ. prudentia, circunſpectio, & cautio, & qualiter teſtes reddere habeant cauſam eam deponunt.

86 Prudentia regnatiua conſiſtit in bene operando in bonum finem, hoc eſt in quietem, & bonum ſubditorum, non in finem ſui lucri, vel gloriam.

87 Prudentia regnatiua in principe præſumitur, quando gradatim aſcendit, vel quod ita de eo ſit fama, vel ex vnico actu notabili declaratur, et hoc iure ciuili.

88 Prudẽtia regnatiua alia in principe eccleſiaſtico, alia in ſeculari requirit

89 Nullus vilis, qui ex turpibus lucris lucratus eſt dignitatem, habet prudẽtiam regnatiuam.

Ad probandum in aliquo eſſe prudentiam regnatiuam non requiritur tãtum tempus, quantum in œconomica.

90 Actum particularem fuiſſe prudenter factum a regente, probatur per circunſtantias.

91 Prudentia ciuilis ſiue politica, quæ in ſubditis requiritur, conſiſtit, vt in bonum finem dominus operetur.

Mercatorem, uel artificem prudentem diligentemque eſſe probatur, ut ſupra œconomica.

92 Prudentia militantis conſiſtit in bene operando, in finem victoriæ, ob quietem reipublicæ.

Prudentia militantis quòd in aliquo ſit generaliter uel particulariter, qualiter probetur. (ſtri.

Nobilis qui eſt aſſuetus equis, præſumitur, quòd præualet in militia equeſtri.

Carnifices, & fabri præſumuntur, quod præualeant in militia pedeſtri.

93 Imprudentia, quæ contingit ex ætate, vel coſa, eſt oppoſita prudentiæ particulari ad ui ipſius regimen.

94 Furioſum quem eſſe probatur, ſi teſtis dicit, quòd uidit eum furere, & actus furioſos facere, ſecus ſi dicit, quia uidit eum carceratum, niſi adderet, & audiuit uerba inſana dicere.

95 Actus factus ab habente dilucida interualla, quando in furore, & quando ſana mente dicatur factus.

96 Furorem fingere aliquem ex ſuſpicione poteſt cognoſci.

De quodam, qui biennio finxit ſe dementem, ut uindictam de inimico ſumeret, & fecit

97 Imprudentes ex ſenſus defectu qui.

Mutus, & Surdus qualiter dicantur, & probeatur imprudentes.

98 Mente capti, alij ſtulti, alij fatui, & qualiter probentur.

Stulti dicti a ſtupore, quia ſtupenda non ſtupent, & non ſtupẽda ſtupẽt.

Fatui à fando dicuntur, ideſt, loquendo, quia ſuam fatuitatem loquendo fatentur.

99 Prudentiæ œconomicæ quæ opponuntur.

100 Dolus eſt omnino oppoſitus prudentiæ œconomicæ.

101 Doloſus deceptor, uel ſimilis, quod quis ſit, probatur ex uno actu:

Doloſus quis non dicitur, ſi poſt dolum commiſſum per triennium bonam uitam ducat.

102 Dolus an fuerit commiſſus in actu aliquo particulari, qualiter probetur.

103 Teſtis deponens aliquem ſagittam, equum calcitroſum, uel quid ſimile, ut probet qualiter deponat circa ſcientiam

104 Aſſerens aliquid eſſe, quod non eſt, quod dicatur dolum committere, & numero 17.

Scientia aliquius tripliciter ſumitur.

105 Dolus aduerſus ſolertiam, qualiter probetur.

106 Dolus dicitur quoq uerbo uel facto committitur, fraus quod facto.

107 Latior culpa, an ſit dolus.

108 Dolus manifeſtus dicitur, de quo præſumptiones ita claræ ſunt, ut iudex in claram fidem inducatur.

Dolus præſumptus dicitur, quando præſumptiones non ſunt ita claræ, ſed aliqua indicia apparent.

Minor excuſatur a dolo præſumpto.

109 Lata culpa eſt deuiatio indeliberata ab ea prudentia, quæ ineſt communiter omnibus, qui ſunt eiuſdem inſtructionis, & profeſſionis.

110 Lata culpa poteſt committi contra quamlibet prudentiæ partem, & nu. 112 113. & 114.

115 Leuis culpa ad quem proprie pertineat, & quibus modis conſideretur. & num 116. & 117.

118 Ex omiſſione etiam culpa committitur & 119.

120 Leuis culpa qualiter diffinitur, & quot ſunt eius ſpecies, & quomodo debeat æſtimari. & num 121 122 & 123.

Et quid leuior culpa, & leuiſſima, & qualiter diligentes, diligentiores, & diligentiſſimi cognoſcantur & num 124. 125.

TEſtimoniorum vſus frequens eſt, & neceſſarius. Et circa perſonas, & modũ producendi, cogendi, iurandi, examinandi, & publicandi multa dubia oriuntur, ad quæ declaranda præſens opuſculum non intẽdit. Poſtquam vero prædicta diſcuſſa ſunt, ad dicta teſtium litigantes veniant, & an dicta ſufficentia ſint ad probandum id quod intenditur, ad diſputationẽ veniunt, ſuper quo iurium cõditores, & antiqui iuris interpretes, ac ẽt Moderni cuncta vñr tractauerunt, & ad particularia trahere eſt contentioſum partibus, iudicibus durũ qm õ ſe moleſte ferunt litigãtes, pp quæ veritas ſæpe ſubuertitur, & ſcandala ſæpe oriuntur. Super his viri ſcholaſtici, & ẽt cauſidici remanent ſcientes, quibus obuiare cupit ſcribentis intentio. Igitur prout ille, qui trinus, & vnus bene miniſtrabit eidem, ita poſteris tradet, & ſi quid bene traditum eſt ei ſoli adſcribatur: ſi quid vero minus bene, vel imperfecte, imbecillitati ſcribentis illud lector attribuat. Omnis. n. imperfectio, quæ hic eſt, ſcribentis eſt. Audet. n. ſcribens ſcribere, quia etiã minus bene dicta proſunt. Incitant enim alios ad inueſtigationem perfectã. Cupit igitur ſcribens corrigi, & ſuppleri. Charitas enim eum incitat ad laborem, vel vt detur ſitientibus potus, vel vt via aperiatur, per quam inducatur intelligentia, vbi his plena ſunt vaſa, ille qui ſcribit eſt Bart. de Saxoferrato, legum Doct. minimus Peruſij ciuis, cuius in tradendo forma hæc eſt, vt hoc vnum opuſculum, quod facit, teſtimoniorum liber vocatur, qui liber per rubricas ſupraſcriptis diuiditur: quælibet autem rubrica p multas particulas diuiditur, ſicut ſunt multa teſtimonia, & quælibet per ſe particella teſtimonium nuncupetur, ſeu nominetur, &c.

TEſtium dicta an probent, princeps certã legẽ non tradidit, ſed iudicenti in hęc verba reſcripſit, vt ff. de teſt. l. 3. §. ideo quod diuus. Tu magis ſcire potes, quãta fides adhibenda ſit teſtib. q & cuius dignitatis, & cuius exiſtimationis ſint, & qui ſimpl'r viſi ſunt dicere verum, vtrum vnum eundemq; pmeditatum ſermonẽ attulerint, an ad ea quæ interrogaueris, ex tpe veriſimilia rñderint. Hic annotandum eſt, puſillimum principem non in ſola iudicis ptãte hęc poſuiſſe, ſed ei quatuor conſideranda iniunxit.
1 † Primũ circa perſonas, dum dicit, qui, & cuius dignitatis, & exiſtimationis ſint, & hæc ad præſentem tract. non pertinent. Secundum circa ipſius teſtis dictũ reſpectu ipſius teſtis & dicti, dum ſubijcit, & hoc dum dicit, qui ſimpl'r ſunt viſi dicere verũ. Tertium circa ipſum dictum, reſpectu habito ad aliorũ teſtiũ dictũ, dum dr, vtrũ vnum eundemq; præmeditatũ ſermonem attulerint. Quartum circa ipſum dictum, reſpectu habito ad circunſtantias tpis. loci, & ſimilium, dum dicit, an ad ea, quæ interrogaueris ex tempore veriſimilia reſpõderint. ad quæ tria præſens inueſtigatio intendit. Primo igitur, qui teſtis videatur ſimpliciter dicere veritatem, ſubſequenti teſtimonio declaretur.

2 TEſtis cauſam † ſui teſtimonij faciat manifeſtam, in Auth. de teſtibus. §. & licet dudum. quod interpretatũ eſt,

ſſ

Digitized by Google

vt no. C. de teſt. l. ſolam. per Inn. de teſti. c. cum cām, in gl. de cauſis. i. vbi allegat d. §. & licet. Si interrogatus fuerit de cā. alias ſtabitur dicto ſuo, quia verboſus eſſe nō dēt, ꝑ hoc manifeſte docentr ꝙ qui cauſam ſufficiētem ſui dicti non reddit, non ſimplr, ſed malitioſe loqui vr, vel loquitr ſimplr, ea ſimplicitate quæ ſtultitiam includit, quæ eſt legibus inimica. Qui vero cauſam ſufficientem aſſignat, videlicet, ſimpliciter, hoc eſt pure, & ſine plica, viſus eſt loqui ſimpliciter, quæ ſimplicitas legib. eſt amica. Qualiter autē cauſa reddatur, declarabitur in ſequenti teſtimonio.

3
a **Teſtis** † interrogatus de cā eius, qd dixerat, d dixit, ſcio,[a] qa ſcio, vel quia ſic eſt. Rñſum eſt, huius dicto ſtandum non eſſe, per Inn. ext. de teſt. c. cum cauſam. & in Spe. eo. ti. §. nunc tractandum, qualiter in teſtium examinatione, verb. de viſu. probatur. §. in fi. ib., vel ſcio, quia ſcio, & cum eadem ſit ratio cum dicto, quod eſſe non debet. ff. de pe. her. l. pro hærede. & no. de offi. proc. Cæſ. l. fi. ibi, in glo. in ver. non habent, vt dixi. & de excu. l. r. cui aſſentio. Nam dictum debet probari ꝑ aliud manifeſtius eo, non per idem, vel per aliud manifeſtum æque, vel minus.

b
4 **Teſtis** b cām ſui † dicti reddere dēt ꝑ id quod aliquo corporis ſenſu ꝑcipitur, quia ſui nam nil eſt ī intellectu, ꝙ prius nō fuerit in ſenſu. Vnde ſi de aliquo viſibili interrogetur, ꝑ viſum cām reddat, vt dicat, id ſic ſcite qa vidit, & eodē modo ſi de dicto, vel eām, ꝑ auditū. Si de odore, ꝑ odoratū. Si de ſapore ꝑ guſtū. Si de lenitate, vel aſperitate, ꝑ tactū, & pariter de ſmi. iſtud legib. cōprobantr, vt ff. de teſt. l. qui teſtō. in fi. de his, quæ in teſt. delen. l. 1. in prin. l. teſtiū. vbi gl. in ver. pręſto. C. de teſt. & ibi, in eo ꝙ requirit eos fuiſſe pñtes. & in Auth. de hær. & Fal. §. ſi vero abſint ibi, ſe adfuiſſe, & vidiſſe. & a noſtris maiorib. eſt receptum per Inno. in d. c. cum cauſam. & in Spec. e. ti. §. nunc tractandum. & Iac. de Are. & Cy. C. e. l. teſtium. Sunt ēt quædam, quæ ꝑ diuerſos ſenſus percipimus, vt motum alicuius rei per viſum, ꝑ tactum, & auditum, vt motum campanæ per ſonum. Similiter & alicuius rei, quam ꝑ viſum, & ꝑ tactum percipimus, quandoq; ēt ad cognitionem non ſufficit vnus ſenſus. & tūc vtraq; rō reddi pōt, ſeu debet.

5 **Teſtis** dicit † aliquē eſſe dñm rei, & cauſam nō reddit; qui nec īterrogatus fuit, an eius dicto ſtetur? Rñſum eſt per Inno. d. c. cū cā. & in Spe. in d. §. nunc tractandum. &c. nō eſſe ſtandū quod. n. traditū eſt ualere dictū ſine cā, etiā non interroga
c tur, in his receptum eſt, q̄ ab aliquo ſenſu corporis percipiuntur, ut dcm̄ eſt. dñi aūt magis ab hoīb rōne iudicat, q̄ ſenſu percipiatur. hoc aūt ad iudicē pertinet, non ad teſtē. Idē dicum eſt ſi teſtis dixerit aliquē ebrioſum, vel iracūdū, & cām nō adiecit, cū ēt hoc ſenſu non percipiantr, & hoc iure utimur. & hoc ꝯ i ſ his, q̄ conſtituta ſunt in l. teſtiū. C. de teſt. enumerationē pecuniæ ꝑoſſe probari ꝑ teſtes, q uiderunt. ſolus. n. color vr. An autē ſit pecunia, uel aliud, & an ſit aurea uel argentea, iudicat intellectus. Et ſi ſr, partitū ſolū uox audit, ſignatio aūt in intellectu percipitur, ſenſus aūt corporis maioribus, & in ſanribus eſt, & nobis, & in brutis, i. brutā non teſtificantur qm̄ carent iudicio. ꝑ aliud ergo, quam per id qd ſenſu ꝑcipitur, rō reddi dēt. dū ergo dr̄ ſenſu corporis ꝑcipi, latius aſſumendū eſt. ſ. id quod ꝑ oēm ſenſum hoī in notitiā deducit, ita ꝙ illud ignorare in ſupinā ignorantia caderet. Et ita ſenſerūt, qui dictā doctrinā primitus tradiderunt. qs. n. tā ſtultus, tāq; ignorās repentur, ut pecuniam an ſit aurea uel argentea nō cognoſcat aſpū, uel qs eſt, q ex ſono uerborū intellectū non capiat? Tales quide, ut demētes iudices non admittūt, & ſup eorū teſtimonio nō diſpu-
6 tatur, ſed ꝑꝑ pſonā nō creditur. Et ut † hoc euidētius declaretur, cōſiderare oportet, ꝙ res q̄dā ſenſu ꝑcipiunt, & ex his cū magno diſcurſu ꝑ intellectū aliqd indicat. ut quē eſſe dñm. Nā qa uidi titulū. & qa uidi legitimis tpib. poſſidere, ex his ꝯcluſio oīum. Per modū. n. cuiuſdā ſyllogiſmi ad notitiā huius deducit, & hæc ſūt q̄ dicta non ſufficiunt, niſi cā reddatur per ꝑmiſſa, q̄ ſenſu, ꝑcipiū-
d tur. Quædā ſunt, q̄ non ſolo ſenſu d abſq; diſcurſu aliquo, uel ſaltē cum modico ꝑcipit intellectus, ut quē poſſidere, & loquor de ea poſſeſſione q̄ eſt facti, ut numerare pecuniā. quē ambulare, & ſimilia, & in his dictis ſufficit, cū nō interroget de cā eius cuius grā
7 de facto † qōnē occurrētem ſubdamus. Teſtis dixit fundū ualere
e decē, e an probet ſi non fuit interrogatus de cā. Dixi non probare.
* Nā ualor fundi, non niſi cum magno diſcurſu percipitur, quia ex fructuum q̄titate, ex ſitu, ex circūſtantijs rerū, & ualore. Syllogizat n. intell̄s ex his. nec hoīſ eſt cōis notitia. In iumētū uero æſtimatione, uel alterius aīalis ad uſum hoīs deſtinati, ſecus eſſet. nā ex ſolo aſpectu uel tactu æſtimationis ē cōis notitia. In equo uero
f æſtimādo, ſicut in fundo, diſcurſus requirit, & forte uehementior.f

8 **Teſtis** dixit † aliquē dñm, & cām adiecit, qa uidit eū poſſidere tanto tpe ꝙ præſcripſiſſet. Rñ. eſt ꝑ Inn. i d. c. cū cauſam, & in Spe. e. ti. §. nunc tractandum. vtile dñium eſſe probatū, ſi non fuit ulterius interrogatus. Sicut. n. probat dictum, ſi non interrogatur de cauſa, ita ſufficiens cauſa eſt, ſi de cauſa cauſæ, uel eius circumſtantijs non interrogatur. hic de ea præſcriptione intelligendum eſt, in qua titulus non requiritur, & ſic ex eo quod poſſidere cōſpexit, ſine magno diſcurſu comprehēditur eum dñm, quod ſi titulus requiratur, non ſufficeret, niſi de titulo ſufficiens teſtimonium redderetur. eſt enim quid a poſſeſſione ſeparatum.

9 **Teſtis** dixit † aliquē poſſediſſe, & cām non adiecit, videbatur, nō probare, quia poſſeſſio eſt ius inſiſtēdi rei nō prohibitæ poſſideri. hoc quippe ſenſu non ꝑcipit, ſicut nec dñi ſ.
g Sed rñſum eſt, ꝙ ſic, per gl. in ver. ſtipuletur. in l. ſtipulatio[g] iſta. §. hi quoq; de ver. ob. & per Inn. in d. c. cum cauſam. verſ. vr. ꝙ ſi teſtis dicit, &c. nam ad poſſeſſionē, q̄ facti eſt, & ſenſu ꝑcipitur, hoc referendum eſt. Idem in ſimilib. quę ius, & factum ſonant.

10 **Teſtis** dixit † aliqua vera eſſe, quia audiuit dici, reſponſum eſt, ꝙ non probet, vt no. C. de teſt. l. teſtium. in gl. in ver. præſto. & de aqua plu. arc. l. 2. §. idem Labeo. & c. licet ex quadam. & c. ſeries. ext. de teſt. in Auth. de hę. & Fal. § ſi vero abſint. col. i. & in Spe. eo. §. j. ver. item, ꝑ non prohibet. Teſtimonium. n. de auditu alieno regulariter non valet. Huius ratio eſt, quia ratio non eſt manifeſtior dicto, ſed ęque, vel minus. Iudex enim non audiuit a teſte. & ex eius dicto certus non redditur, ideo de cā quęrit. Si igitur ab alio ſe audiuiſſe reſpondet, ignotū ꝑ ignotius oſtēdit. Sed ſi addat ſe audiuiſſe ab aliis, qui ſe vidiſſe dixerunt, cā videtur aliqualiter manifeſtior dicto, ſufficiens tamen nō eſt. Nō enim teſti creditur niſi in iudicio per iudicem iuramento pręſtito, parte ꝑęſente, vel contumace ſolemniter examinetur. Sed cū teſtis audiuit alium, ſe alium vidiſſe dicentem, iſta ſolemnitas de-
11 fuit: ergo inſufficiēs eſt cauſa. Sed ſi forte † ſcriptura continēs dicta teſtium deperiret, & extarent, qui dicerent ſe vidiſſe aliquos
h teſtes idoneos[h] iurare in cauſa. & ſolemniter examinari, & dicerēt ſe vidiſſe, tunc eorum teſtimonio ſtandum eſſet, vt no. ff. eo. l. circent fact. C. eo. l. teſtium, in fi.

12
i **Teſtis** dixit † aliqua vera eſſe, quia credit[i] ſic, eius dicto ſtandum nō eſſe ab omnib. reſpōſum eſt, per Ia. de Are. & Cy. in l. teſtium. ver. ſecundo caſu. C. eo. magis. n. iudicat, quam teſtificentr, niſi cauſam, ꝑꝑ quam credit, ſufficientem annectat, niſi in his, quæ conſiſtunt in artis ꝑitia, vt medici, & obſtetrices & ſimiles, qui de credulitate deponunt. Non enim ſunt proprie teſtes, ſed magis vt iudices aſſumuntur ad illum cauſæ articulū iudicandum. l. i. de ven. inſpi. & quod ibi notatur circa prin.

13 **Teſtis** dixit † aliqua ſe uidiſſe, & interrogat. de cauſa, nullam reddit, reſponſum eſt per Inn. eius dicto ſtandū eſſe in c. cum cauſam, in gl. de cauſis. 2. quia in dicto ſenſum exprimit, quod uerum eſt. quod. n. demonſtratum eſt, amplius demōſtrari fruſtra eſt. ut ff. de do. preleg. l. i. in fin. Nec repugnat ꝙ viſus decipi poteſt, ſimiliter & cæteri ſenſus. Nam intelligimus perſonas teſtium eſſe probatas, in quib. ſm ꝙ communiter accidit, nō cadit ſenſus deceptio, ita ꝙ non cognoſceretur ab eis. Porro ſi ſen
k ſum decipi cognoſcerent,[k] non teſtificarentur.[l]

l
14 **Teſtis** † dum de uita & morib. alicuius interrogatur, depoſuit, & cām ſcientiæ reddidit qa uicinus, & cōſanguineus eſt, & ſic videbatur eius dicto non ſtandū, qa per nullum
m ſenſum corporis[m] cauſam reddidit. Dicebam ſtandum eſſe. ſufficit. n. ſenſum exprimere, uel aliquid per quod ſm cōtera accidentia, ꝑ ei ſenſum habeatur notitia, quia eius uicinus uel conſanguineus eſt, vr. ſm ꝙ communiter accidit, ſcire uitam, & mores eius, per uiſum. Ergo cauſam reddidiſſe uidetur, hoc etiam legio cō-
n probat, ut C. de in inte. reſt. l. de tutela.[n] ff. unde cogna. l. octauū. in fi. ext. de pręſump. c. quodam. & ea. ſi. ff. loc. l. dominus horreorū. de fun. inſtr. l. ſi ita teſtamento. §. mulier in ratione.

ADDITIONES.

a Th. D. Dixit ſcio. Vide Bal. in d. l. 2. §. voluntate. ff. ſol. matr. & Abb. in c. peruenit, de teſt. cog. & Spe. in ti. de teſt. §. 1. ver. de teſtimonio quoque de viſu. & Bal. in l. die. §. coram. ff. de arb. & in l. ſi non ſpeciali. C. de teſt. & Ang. in Auth. de teſt. §. ſi qs. per glo. & Doct. in c. in noſtra præſentia. de teſt.

b Teſtis. Vide Pet. Corn. in conſi. 27. in 3. vol. in præſenti conſultatione. & Abb. in c. conquiuit de app.

c Percipiuntur. Adde Bar. in l. ſolam. C. de teſt. Inn. d. Abb. Bal. & Car. Fel. in c. cum cauſam. de teſt. & ibi vide Abb. vbi alle. Bar. hic in 2. col. & ibi vide plures concor. per Fel. vbi omnino videas.

d Senſu. Adde Abb. poſt Card. in c. cum cauſam. de teſt. cum concor. de quibus per Fel. ibi, in ver. modo hanc fallentiam.

e Valere decem. No. quod dicit Bar. hic, quod teſtis deponens ſuper valore, nō probat niſi aſſignet cauſam, etiam non interrogatus, vide Car. & Ab. in d. c. cum cauſam. de teſt. & Bal. in l. pen. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. cum concor. de quibus ꝑ Fel. in præall. c. cum cauſam. de teſt.

* Crau. conſi. 265. col. pen. ver. venio ad ſecundum. I. M

f Vehementior. Vide Ale. de Imo. in l. pretia rerum. in vlti. col. ff. ad leg. Falc. & ibi ſcripſi.

g In l. ſtipulatio. Adde Bar. in d. l. ſtipulatio iſta. §. hi quoque, cum concor. de quibus ibi per Ale. & Iaſ. & vide Fel. in d. c. cum cauſam. de teſt. in ver. ſecunda tempora.

h Aliquos teſtes idoneos. No. quod dicit Bar. hic. quod ſi ſcriptura continens dicta teſtium eſt deperdita, & extant teſtes, qui dicunt ſe vidiſſe aliquos teſtes idoneos iurare in cauſa. & ſolenniter examinari, tunc dicto eorum ſtandum erit, vide plures concor. per Fel. in c. ſicut nobis, extra de re iud.

i Quia credit. Vide plures concor. per Fel. in c. ſicut nobis. extra de teſt.

k Non teſtificantur. Vide Ale. in l. 2. C. de reſcin. vend. in apoſt. Bar. & ibi vide apoſtil. meam, vbi plene ſcripſi.

l Teſtificantur. Vide Alex. in l. 2. in apoſtil. Bar. ibi dixi in apoſtil. mea. C. de reſcin. vend.

m Nullum ſenſum corporis. Vide Bar. in l. Labeo. ff. de ſupel. leg. & ibi Alex. addit. penult.

n L. de tutela. Et ibi vide Ale. & ibi apoſtil.

Teſtis

Digitized by Google

15 a **Teſtis** † de ſapore vini interrogatus, dixit eſſe dulce, cauſam reddit, quia bibit, vř non valere, quia bibere tactum reſpicit, ſapor autem habetur per guſtum. ſed cum per talẽ tactum perueniatur ad guſtum, iſtam cauſam reddidiſſe vř: guſtus enim quidam tactus eſt, vt Ariſt. dicit.

16 **Teſtis** † dixit, ꝙ vidit Titium promittere Seio. an tale teſtimonium valeat, dubitatur, quia magis auditu quã viſu percipitur actus promittendi. Sed reſponſum eſt per Iaco. de Are. & Cy. in l. teſtium. C. de teſt per Spe. c. ti. §. nunc tractandum ver. de auditu vř aliter dici, & c. ꝙ appellatio vidẽdi vř cõis ad om
b nem ſenſum, quo aliquid percipitur. Quotidie[b] enim dicimus, vi
c di tale vinum eſſe dulce, & vidi talẽ rem eſſe duram, vel mollẽ,[c]
& ſimilia, cum recte alio ſenſu percipiantur. An aũt de tactu hæc
poſſent dici, probabiliter dubitatur: ſæpe enim dicimus nos mani
d bus[d] tangere id, quod non eſt tãgibile, vt in epiſtola canonica. io.
1. c. 1. ibi, manus noſtræ pertractauerunt, quæ ſunt de regno vitæ.
Sed in noſtrã claram peruenit notitiam, & illud pro claro intellectu apponitur, non ꝙ vnum tangere pro alio ſenſu ponatur.

17 **Teſtis** dixit aliquid † ſcire, quia pñſens fuit, vel quia interfuit an probet. non. n. p ſenſum aliquẽ cãm reddit, & pot eſſe ꝙ fuit pñſens, nõ tñ videns, nec audiens, qđ pleriq; dixerũt pro hoc. C. de erro. aduo. l. j. & ibi gl. in ver. præſentibus. & Io. And. ext. de teſti. c. præſentium. lib. 6. & Spec. eo. ti. §. i. ver. item ꝙ non probet teſtimonium. ibi, dẽt enim præſens. arbitror tñ, quod probet.
e Quod enim dixit ſe[e] pñſentẽ ſcire, creditur per ſenſum ſuum, cũ non ſit interrogatus ulterius, in præcedentibus eſt relatum, non aũt potuit ſcire ſe præſentẽ fuiſſe negotio, niſi id intellixiſſet. hoc ẽt imperiali conſtitutione probatur, quæ dicit validum eſſe eius teſtimoniũ, qui ſub præſentia ſua dicit debitum eſſe ſolutũ. C. eo. l. teſtiũ. Sed cõtra facit in Auth. de hæ. & Fal. §. ſi vero abſent. vbi innuit, ꝙ dẽt dicere ſe pñſentẽ fuiſſe, & vidiſſe. Sed ſol. patet, aliud eſt dicere ſe præſentem, & aliud ſi aliud dicere fuiſſe præſentem, quod ad præſentiam corporis refertur quæ ſenſu percipitur, non ad præſentiam animi alterius quam teſtis, quæ ſenſu non percipi-
18 tur & ita intelliguntur ꝯria. Sed ſi lex, † teſtator, vel contractus aliquid fieri debere aliquo præſente requireret, ſemper intelligit pñſente & intelligente, vt ff. de arb. l. diem proferre. §. coram autem
19 dicere. de ver. ſig. l. corã. ſecus † ſi notarius in inſtrumẽto aliquid
f factum eſſe ab aliquo præſente narraret,[f] quia de præſente, & intelligẽte intelligitur. Verba. n. notarij, & iudicis ſunt cum effectu iuris intelligenda, aliter quam in teſte, vt patet in verbo, promiſit, ff. de verb. obl. l. ſciendum. & quod ibi dixi. ver. procedo vlterius, referentur in actis. & Inſti. de inut. ſtipu. § ſi ſcriptum.

20 **Teſtis** † ſuper aliquo depoſuit dicens, quia ſic ſibi vř. quidã putabant eum probare exemplo iudicum, qui pronunciant ſibi videri, ſed hæc diſſimilia ſunt: illud. n. verbum, mihi videtur, refertur ad iudicium intellectus, ꝙ iudici congruit, non teſti. Vnde dicebam non probare, niſi hoc quod dicit ſibi vide-
g ri,[g] ſit coniunctum ſenſui: vt ſi dixit, ꝙ vidit talem pu dere, & vř ſibi, ꝙ ſint decem anni. Ex eo enim, ꝙ vidit, coniuncto eo, ꝙ ſibi
h vř, bonum eſt teſtimonium,[h] vel ſi dicit ſe vidiſſe vnum hominem, & videtur ſibi quod fuerit Titius, & ſimi.

ADDITIONES.

a Teſtis de ſapore. Vide Bar. in conſ. 150. quidam Maſſiolus. & inf. ver. vinum dixit, vide etiam Feli. in c. cum cauſam. in 2. fallen. de teſtibus. & ibi vide plures concordan.
b Quotidie. Vide Ale. in l. 1. in prin. 8. col. ff. ſi cer. pe.
c Vel mollem. Adde gl. in c. teſtes. 4. q. 3. in c. quia uide no. 3. q. 11. de qua facit ſeſtũ Lud. in l. ſciendum. ff. de uer. oblig. cum concor. de quibus per Feli. in d. c. cum cauſam. uer. ſed iſtam concluſionem. ubi citat Bar. hic, uide Alex. in l. 3. §. fin. ff. ſolut. matr.
d Nos manibus. Vide plene per Iaſ. in l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iu.
e Dixit ſe. Vide Bar. in l. 3. §. tutor, & ibi vide apoſtil. in uerſi. quod ſufficiant. ff. de auth. tu. & ibi dixi, & uide Ale. in conſi. 29. in 6. uolu. inci. clariſſime do. & in cõſi. 174. in 6. uol. in cauſa & lite.
f Notarius. Et ꝙ uerbum, præſentia, a notario ſcriptum neceſſario includat intelligentiam, præter Bar. hic tenet etiam do. Soc. conſil. 114. uer. licet poſſet cõtra hoc in fi. in 1. uol.
g Videri. No. hic, ꝙ uerbum, uidetur quando iungitur cum ſenſu corporis, tunc teſtis ꝓbat, adde Bar. in l. quid tamẽ. §. ſi arbiter. ff. de arb. & Ale. in conſi. 111. uiſis, & ut oportet conſideratis. in 1. uolu. & hæc adde ad no. per Fel. in c. quoties. in ult. col. de teſt. & uide Ale. in conſi. 147. in 2. uol. in prin. & Iaſ. in l. 1. in prin. in ult. col. ff. de iuſt. & iu.
h Teſtimonium. Adde, intellige hoc, ut no. ad Bar. in l. quid tñ. §. ſi arbiter. ff. de arb,

**Poſt tractatum** rerum vſum pertinent ũ ad teſtiũ dicta eſt ad particularia deſcẽdẽdũ. Omnis autẽ res, ſuper qua põt teſtis interrogari, aut eſt res aliqua in actu, aut in potẽtia ad eſſe. Item eorum quæ ſunt in actu, aut eſt res aliqua intra intentionem aut eſt res aliqua extra intentionem, Itẽ earum, quæ ſunt extra, aut eſt ſubſtãtia, aut quantitas, aut qualitas, aut eſt relatio, aut actio, aut paſſio, aut tempus, aut ſitus, aut habitus. aut eſt aliquod cõpoſitum ex prædictis, vel aliquib. prædictorum, & prædicta p ſuas rubricas j. ſingulariter ꝓſequemur: quia tñ ea, quæ ſunt in potentia. non intelliguntur, niſi per ea, quæ ſunt in actu, & ea quæ ſunt in intentione, non intelliguntur niſi p ea, quæ ſunt extra, ideo ab his, quæ ſunt extra eſt inchoandum, & primo de ſubſtantia videamus.

**Subſtantia** ſi accipiatur pro genere generaliſſimo, vel ſubalterno, vel ſpecie aliqua ſ. indiuiduũ, ſiue dicamus, ꝙ ſit intentio ſola, ſiue quod ſit extra animam, vt Dialectici diſputãt, ad tractatum noſtrum non pertinet. Non. n. illo modo ſumpta, eſt noſtro in cõmercio: licet. n. dicatur hominem deberi in genere, non tñ ipſum genus, vel ſpecies, ita debe-
21 tur, ſed iſtud indiuiduum, ꝙ ſolueretur. igitur prout † hoc nomẽ, ſubſtantia, reſpicit indiuidua, quæ in noſtro commercio ſunt, inueſtigationis noſtræ eſt: aut enim ſubſtãtia eſt rerum incorporalium aut corporaliũ. de incorporalibus teſtificari non poſſumus directo, quũ ſenſu non percipiuntur, ſed per alia dicta, vel facta cõprehenduntur, ideo de his, ſub tit. de actione, & paſſione dicetur. Corporalis autem res ſenſu comprehenditur, igitur de his dicendũ eſt. licet enim Iuriſconſultus res corporales ſubdiuidat in plures, tamen illæ ſubdiuiſiones magis qualitates rerum, quam ſubſtantiam reſpiciunt. ideo de his in tract. de qualitate dicẽt de ſubſtantia ergo rerum corporalium eſt dicendum.

a **Rem aliquam** eſſe conſtat omne id quod ſenſu percipitur, ſed quæ ſit, vel fuerat e[9] ſubſtantia, ſi dubitatur, ad teſtes decurretur. quamuis. n. res corporales, & viſibiles ſint, ipſa tñ ſubſtantia inuiſibilis eſt, vt in homine anima, vnde circa rationem dicti teſtis poteſt probabiliter hæſitari.
22 n. † Aduertendum eſt igitur, ꝙ per rerum accidentia, quæ ſenſu percipiuntur, ſubſtantiam comprehendimus, hoc autem tripertitum
23 num eſt. † Quædam † enim ita nobis cõmunia ſunt, ꝙ aſpectu ab omnibus cognoſcuntur, vt lapis, lignum, ferrum, & ſimilia, & in his ſufficit ſi teſtis dicat, lignum fuit, quia vidi, & ſi vlterius interrogetur quid vidit, & dixit, vidi hãc formam ligni, ſeu qualitatem ligni, ſatis exprimit. Si vlterius interrogetur, quæ erat illa forma, ſeu quales illæ qualitates, non cogitur reſpondere, nec dẽt interrogari, cũ non habemus nomina manifeſtiora his: non. n. color ligni eſt albus ſimpliciter, nec niger, nec vllo alio nomine expreſſius dici põt, quã cũ dico, color ligni eſt, recte teſtis de his interrogatus dixit, neſcio aliter quam dixerim. & ſi ſimpľr dicat. neſcio. dẽt
24 itelligi eo modo, ne ſibi ꝯtrius ſit. † Quædam aũt non oĩbus cõia ſunt, ſed certæ ꝓdõni hominum, vt aromata. lapides pretioſi, & ſimilia, quę a mercatorib. & eorũ artificib. manifeſte cognoſcuntur, ab alijs non, tunc pro eã ſufficiẽt duo teſtes oportet dicere. l. ſe vidiſſe, & ſe ſcire illius ꝓdõnis eſſe: creditur. n. ei in hoc, cũ nihil
b ꝯtrium probetur, ſed quod ſimpľr dixerit ſe vidiſſe, ei non ſtatur,[b]
25 niſi per alia illius ꝓdõ doceatur. † Alia vero ſunt, quæ non p homines illius artis. niſi per valde peritos cognoſcuntur, quod ſint, quod ſæpe contingit in his rebus, quæ multas ſimilitudines hñt, tunc ſi res, de qua dubitatur, poteſt haberi, quia ius dicit, quibuſdam peritis committatur, qui de rei quidditate renuncient, quibus ſtatur, & illud magis iudiciũ, quam teſtimoniũ eſt, vt in his quib. committitur literarum comparatio facienda, ꝙ ſi de quidditate rei quæ deſijt, vel haberi non põt, dubitetur, & tam difficilis fuerit cognitionis, & hoc conſtat teſtib. peritis, qui talem rem viderant eſſe, credẽdum eſt, vt in his qui priuilegiorum deperditorum tenorẽ probant cõſtitutum per canones eſſe cõperimus,
26 qđ a noſtris præceptorib. approbatur. † Contingit aliqñ aliquem eſſe binominum, & ex aliqua honeſta cauſa nomen propriũ cõmutaſſe, tunc dicẽdum eſt iuſtum eſſe errorem, qui alio nomine Philippus vocatur, vel qui alio nomine nũcupatur, cauſam autẽ
27 dicti reddit, vt ſ. Illud aũt, † quod a quibuſdã eſt receptum, vt auditu vocis cognoſcatur homo, nunquam approbaui. multæ. n. ſimilitudines reperiuntur in vocibus, & ſæpe vidi unum alterius vocem fingere, vt auditu idẽ omnib. videretur, & in voce eiuſdẽ multas mutationes vidimus, vt idem nõ videatur. Alia enim eſt vox pueri, alia adulti, alia iuuenis, alia ſenis, alia ſani, alia ægrotantis, vel rauci, alia ieiuni, alia ſaturi, vel ebrioſi. Ex loco ẽt apparet mutatio vocum. Aliter. n. percipimus vocem exiſtentis in eodẽ cœnaculo, aliter eius qui eſſet in alio exiſtente medio pariete. Et etiam ex tempore contingit mutatio vocum. Aliter enim per vocem percipimus, cum ventus ſpirat, aliter quieto tempore, cum hæc ſit quædam aeris repercuſſio. Apparet hoc non vniformiter fieri, quin tamen indicium aliquod faciat, non negarem.

ADDITIONES.

a Th. D. Rem aliquam. Vide Iaſ. in l. 1. in prin. ff. ſi cer. pet.
b Et non ſtatur. Vide plene per Fel. in rub. decretalium. in vlt. col. in fi. & Iaſ. in l. 1. §. voluntatem. ff. ſol. mat.

28 **Hanc eandem** † rem numero eſſe iſtã cũ illa, de qua retro, aliã qdẽ fuiſſe ponitur, ſi de re aliena ab homine loqtur, fortis probatio eſt. Hæc. n. dubitatio contingit interdum in rebus ſolo cohærentib. pone enim inſtrumentum emphyteuſis continere fundum, cuius fines ſunt fundus Titij, & fundus Sempronij, qui fines curſu temporis dominos mutauerunt. Vt igitur illum eſſe eundem fundum cũ eo, qui in inſtrumento continetur, oſtendam, hoc modo habeo ponere, & probare, ꝙ talis fundus, cuius olim erãt tales fines, & talis fundus, cuius hodie cõfines ſunt tales, eſt vnus, & idẽ fundus, & ſi teſtis hoc dixerit verum eſſe, & pro cauſa adiecerit, quia vidit olim

Digitized by Google

olim illos fuiſſe poſſeſſores di [illegible] torũ fundorũ, q pro finib. apponũ-
tur, nũc vero videt poſſideri ab iſtis, ſane dicis, nõ.n. de dñio finiũ
diſputat, ſed ſufficit ꝙ teſtis aliquid dicat, ꝑꝑ qđ illi fines talr de-
nominati fuiſſent, ſed ꝯſtata poſſeſſore fundum denominari ſole
re. Sed aliqñ vetuſtas, vt teſtes hẽant de viſu nõ patit, tũc puto ſuf-
ficere, ſi teſtes dixerĩt ſe a ſuis audiuiſſe antiquis fide dignis, qa ta
lis fundus, q pro fine apponit, iã fuit Titi. poſtea venit ad aliũ, gra
datim ſingulos nominando, vſq; ad eũ, q nũc poſſeſſor eſt, & hæc
eſt opinio circũcolentiũ. hoc. n. receptũ eſt ſufficere in ꝓbõne ꝯ-
29 ſanguinitatis, qđ grauius eſt. † Aliqñ dubietas hæc occurrit in ani
malib. vt ſi dubitat, vtrũ equus, vel mulus ſit ille, q aũ fuit Titij, nõ
n. iſta p faciẽ cognoſcunt vt hoĩes, ſed cũ corpora aĩaliũ non co-
gnoſcũtur ſup corio, pñt eſſe ſigna, p q̃ recognoſcunt de facili, &
30 ex qb. teſtis ſui dicti cãm poterit ꝯprobare. † Aduertendũ tñ eſt,
ne cõtingat deceptio, qa q̃dã sũt, q̃ mutari pñt ſcõ hoĩs, vt ĩ boue
cornua, q̃ in igne apposita in partẽ aliã volui pñt. Quędã ẽt aĩalia
igneo ferro ſignantur, vt valeãt recognoſci. Sæpe ẽt de hoc dubi-
tari ꝯtingit in ſpẽb. aliarũ rerũ mobiliũ, & harũ q̃dã ſunt multa va
rietate ꝯpoſita, vt libri, vaſa argentea, & talia varijs formis ornata,
& his ſiřia, & hęc recognoſcunt de facili, & ſi teſtis iõ ſe recogno
ſcere dixit qa vidit, & diligẽter aſpexit, puto ſufficere. ſicut de aſpe
ctu faciei de hoĩe diximus. Quędã horũ ſunt magis ſimplicia, &
tũc ꝑꝑ multã ſiř. tudinẽ, quã cum alijs eiuſdẽ ſpẽi reperiunt hr̃e,
recognitio difficilis eſt, & harũ q̃dã accipiũt formã ope manufa-
ctã, q̃dã ab ipſa nã formata ꝓducunt. Primo qdẽ, qa eiuſdẽ hoĩs
opæ ſm varietatẽ tpis ſunt diuerſæ, & de facili pñt hr̃e ſigna, vel
in ipſarũ ꝯfectione ꝯcurrẽtia vel ex poſt facto accidẽtia, ex quib.
recognoſcunt, tũc teſtẽ oportet p illa ſigna, vel ipſorũ vnã tñ cãm
notabilẽ reddere, cũ receptũ ſit, ꝙ p duas demrõnes, vł vnã nota-
bilẽ, res certa demrõetur, ꝙ ſi hæc ſigna deficerẽt, cãm reddi opor-
tet p aliquid, ꝙ ſit extra ipſam rẽ. Exẽpli gr̃a q̃dã referamus. inter
dũ ex vaſe ad fidẽ de rei identitate adducimur. Quid.n. ſi habebã
cultellos cõis formæ, ĩ vagina difformi, & apud te vagina digno-
ſcit cũ cultellis. Vel qd in marſupio difformi, & difformiter ligato
pecuniã certã poſui, qđ marſupiũ apud te eſt cũ tãta pecunia, quis
n. cultelli p ſe nec pecunia p ſe recognoſci nõ valeãt, ex vaſe tñ
eadẽ eſſe numero recte dicã. Interdũ ẽt aliarũ rerũ ꝯadunatione
adducimur ad dicendũ idem eſſe. Quid.n. ſi in marſupio formæ
cõis poſui certã q̃titatẽ pecuniæ aureæ, certã argẽteã, certã ære ꝯ-
taminatã, & marſupiõ apud te reperiat illius formę cõis, cũ eiſ-
dẽ q̃titatibus? Certe ad fidẽ adducor, ꝙ corpora ſunt eadẽ. Interdũ
ex pſona hñtis, hoc ꝯprehẽdit. qd.n. ſi ſcyphũ meũ cõis formę p-
didi, & apud te reperiat? nẽpe cũ a me cãm hẽas, illũ eundẽ eſſe
certũ eſt, niſi aliud doceat expſſe. Vel, qd ſi apud famulũ pauperẽ
reperiat ſcyphus argenteus formæ cõis, dicã eſſe ſcyphũ dñi ſui,
quẽ eiuſdẽ formę cõis añ habuiſſe cõſtat, niſi aliud doceat. Hoc
ẽt Salomonis ꝓbat exẽplo, q illius iudicauit eſſe infantẽ, q̃ eũ di-
uidi ꝯdixit, ꝙ ꝯſtitutũ, & tñtum eſt in libello tã in reali, q̃m pſona
li ſufficere, ſi pecuniæ dicat numerus, materiæ vero factæ, mã, &
ſpẽs, & ſcyphũ argenteũ, & ſiřia, & iſtud ſufficit, vt admittat libel-
lus, nõ aũt in ꝓbõne ſufficeret, qñ ꝯſtaret, ꝙ eiuſdẽ mã & formæ
reperirent. qa.n. plurũ diuerſitas rerũ noĩe cõprehenſarũ ꝓbatio-
nẽ facit obſcurã, vt cõſtitutũ eſt, hanc igit rerũ multiplicitatẽ reus
31 doceat. † Quędã ab ipſa natura formata ꝓducuntur, vt fructus. in
qb. cũ vniformiter operet, ex forma, vt plurĩ recognitio eſt im-
poſſibilis, vt in vino, & frumento in eadẽ regione nato igit recur
rency eſt ad ſigna, q̃ ab extra veniũt. Si enim frumentũ meũ fuit
in certo loco depoſitũ, & ibi reperiat, illud eſſe pręſumit, niſi de
mutatione doceat: ſi tñ aliqui fructus eſſent, q ſummũ gradũ bo-
nitatis attingerẽt, hi certi dñr, vt ꝯſtitutum eſt, & tũc recognitio
eſſet poſſibilis ex colore, odore, & ſapore. & ſimilib. licet aũt hæc
ꝓbõ, ꝙ ſit eadẽ res, difficilis ſit iñ ꝓbõ, ꝙ non ſit eadẽ res, facile eſ
ſe põt ex diuerſitate formæ, & ẽt qualitatũ, q̃ nõ pñt abeſſe abſq;
corruptione ſubſtantiæ, vt ꝙ liber parui voluminis efficiatur ma-
gni voluminis abſq; adiectione chartarũ, aliud in his qualitatib.
quæ adeſſe, & abeſſe poſſunt abſque corruptione ſubſtantiæ.

32 **Peremptam rem,** † ſeu deperditã eſſe quãr ꝓ
bet, dubiũ eſt, qm̃ hoc priua
tionẽ ſignat, & quantũ ad eũ ad quẽ rẽ peruenitſe nõ ꝯſtat, ſatis li-
quet rẽ nõ eſſe, vel deperditã eſſe, ſi adhibita diligenti inquiſitio-
ne rẽ nõ reperit, & nõ reperire ſe aſſerit, niſi p aduerſariũ aliud do
ceat. Sed ſi ad aliquẽ rẽ perueniſſe ꝯſtat, & ipſe rẽ deperditã, vel
perẽptã eſſe dicat, hoc ꝓbare dẽt. Hoc aũt interdũ iuro ſolo pro-
bat, vt ſi ad rẽ exhibẽdã ſolo officio iudicis arcebat, vt ꝯſtitutũ ẽ
in eo, a quo inſtrũ producti exhibitio poſtulat. Sed ſi ad hoc iure
oblĩonis tenebat, tũc hoc hẽt manifeſte probare, ꝙ in reb. ſolo co-
hærẽtib. fit de facili p aſpectũ, vt ſi ibi erat domus, q̃ nõ eſt. Si ibi
erat fundus, q nunc nõ eſt, qa chaſmate perijt. In reb. vero mobi-
lib. ẽt poſſibile eſt, ꝙ qs caſum viderit quo res perẽpta eſt, vt rẽ ex-
tingui incẽdio, vel impetu aquarũ, vel facto hoĩs, & in his directo
p viſum teſtis rõnẽ dicti ſui reddere põt, ꝙ ſi talis caſus viſus non
fuerit, põt aliqñ ex nã ipſius rei ꝓbari perẽptio. ſunt.n. q̃dã q̃ lõgo
tpe ſeruari nõ pñt, ſeu modico tpe naturaſt pereũt, vt fruct⁹ quo-
rũ qdã paucis dieb. qdã menſib. qdã anno pereũt, & animalia ſuæ
ætatis tps lõgiſſimũ hñt nał. limitatũ, qđ tps ſi elapſum fuerit, rẽ
ꝯſtat eſſe extinctã, vt eſt in homine dictũ. In his vero, [illegible] ſeruari
pñt, eſt ad alia indicia recurrẽdũ, vt ſi horrea, in qb. res erat, reperi
ta ſunt fracta, & aliæ ſi[illegible]es pſũptiones, hæc oĩa legib. ꝯprobãtur
An aũt perdentis culpa interueniſſe præſumatur, alibi dicemus.

33 **Cura † carnium** ᵃ in abundantia habendarũ cõmiſ
a ſi eſt aliquib. a populo Peruſino, q
animalia multa emerunt in Apulia, & cõduxerunt ea in territo-
rio Peruſino, & ea tenuerunt p annum, faciebantq; de eis occidi,
prout quotidiana neceſſitas exigebat, paſtores quãplura ex illis
aĩalib. ĩ itinerib. & in paſcuis perempta, & perdita retulerunt, &
ſic in libro rõnis dicti officij ſcriptũ eſt, q ab eis rõnes exigebant,
non adhibebant eis fidẽ. Dixi, ſi cõiter ſic alias cõtigiſſet, vt ex tã-
to numero tot animalia illo tpe perdidiſſent, & hoc probaret, &
ẽt eis hoc veriſimiliter euenilſet, & ſic probatũ eſſet ea deperdita
p hoc veriſimile. ſi enim in hoc gñe causarũ ẽt de hoĩs morte p
veriſimilia receptũ eſt probari, multo fortius hoc dicebam in pa-
ſtoribus deponentibus eſſe credendũ. Sicut.n. Duci de morte
militis credit, ſic & paſtori de morte animalis eſt credendũ, ꝙ ita
æquum viſum eſt, vt lege lata ipſius ciuitatis ſic determinaretur.

ADDITIO.

a Th. D. Cura carnium. Vide Ale. in conſi. 10. in 6. vol. incip. mature. quod eſt dupli catum conſil. 141. in 1. vol. vbi Alexan. dicit, quod tract. iſte non inuenitur eſſe Bart. niſi vſque ad hoc capitulum, & quod ipſe habet perfectum, & ideirco concludo huiuſmodi tractatum eſſe perfectum ex verbis do. Alex.

34 **Vinum † dixit,** quia vidit, dixit ᵃ probare, quia hoc
a ꝙ dixit, vidit, oẽm ſenſum reſpicit, p
quẽ ad iſtius notitiã perueniret. ſed ſi dixit, qa vidit colorẽ, dubiũ
habet. Nã aqua tincta de ebulis, vel moris colorẽ vini hẽt, ſimili-
ter lixiuiũ, & vrina. Quędã ergo per teſtẽ addi oportet, ſ. quia vidi,
& odoraui. ex his.n. duobus ſenſib. circa vinũ non contingit de-
ceptio cõiter. vel dicat, quia vidi, & guſtaui, vel vidi hęc in taber-
na vinaria, vel extrahi de vãſe vinario, & ſimilia ſecus aũt ſi in apo
theca ſpeciarij: potuit.n. eſſe ſyrupus, vel quid ſimile. viſus ergo in
prædictis ſine alijs adminiculis ad fidẽ iudicem nõ adducit. Sunt
aũt alia adminicula, vel ſenſus, alij attenduntur, vel locum, vel tem-
pus. licet enim in cereo paſchali tpe facto, vuæ videantur, aſpe-
ctuſũ ex loco, & tpe comprehendimus ceram eſſe ad illam ſimi
litudinem coagulatam, aliud ſi in vite tpe congruo viderẽtur, ꝙ
35 in ſimilibus arbitror admittendum, & ẽt ex his modis negatiua
directe probatur. ſ. ꝙ talis res non erat lignum, & ſimilia. Cum.n.
ad certum corpus nos referamus, eſt negatiua coarctata, & ſic
per qualitates, quas percipit ſenſus, directo repræſentatur eidem,
quod ab alia ſubſtantia non eſt, ſicut cum diem video, directo cõ
prehendo noctem non eſſe, & econuerſo, vt Proculus reſpondit.
De alijs vero negatiuis ĩ. locis ſuis dicemus.

ADDITIO

a Th. D. Dixit. Adde quæ no. Bar. in cõſ. 110. quidã Maſſiolus. & ſup. ver. de ſapore.

36 **Hominem viuum** † fuiſſe, vel aliud animal di
a xit. ᵃ Qualiter aũt huius dicti
cã reddatur, eſt manifeſtum, ſi de ſano loquamur. Dico.n. me ſci
re, quia vidi operationes hoĩs, vel alterius animalis illius ſpeciei. ſ.
edere, bibere, ambulare, loqui, & ſimilia. ſed in puero põt eſſe du-
bium: quod enim de partu, quem dicunt natum viuũ, ſed ſtatim
mortuũ, alij negant viuum fuiſſe, vel de eo, qui in actu moriendi
erat quidã iam mortuũ, alij adhuc viuere dicunt. Rñ. ſi teſtis dixe
rit viuere, quia vidit eum moueri, non probat: nã in mortuo ſępe
viſum eſt, ventoſitates in corpore, ſæpe moui facere. dicat igitur
teſtis quo motu. ſi tibias, vel brachia extendere, vel arctare vidit.
hæc quidẽ actio, vel paſſio aĩę eſt. Vel ſi dicat ſe ſenſiſſe diaſtolem
& ſiſtolem pulſuum, hæc quidẽ a corde cauſantur, vbi radix ſpi-
ritus vitalis eſt. Idem ſi dicat, quia vidit emittere & attrahere fla
tum, aperire oculos, & claudere, hæc procuidubio viuentis ſunt.

a
37 **Mortuum hominem** ᵃ † dixit, qualiter cauſa
ſiue ratio reddat eſt hæ
ſitatio. Mors enim eſt priuatio vitæ, ſi priuatio, ergo negatiua, cu-
ius difficilis probatio eſt. Sed animaduerte de morte, quid in cau
ſis paruis, quid in magnis, maioribus, & maximis. In paruis quidẽ
vbi præiudicium modicum vertatur, vt ſi de aperiendo teſtamen
to tractatur & ſimilia, non ſolum per viſum, ſed per leuem præ-
b ſumptionem, ᵇ probatur mors. In cauſis vero † magnis, vbi ma-
38 gnum præiudicium vertitur, vt ſi de hereditate contenditur, vel
alio commodo pecuniario etiam magno per famã mortẽ pro-
bari iuris interpretes tradiderunt. Quod intelligendũ opinor nõ
de fama, quæ ab hominibus vilibus, & de cauſis leuib. ſumpſiſſet
originem: illam enim leuem præſumptionem reputo, quam in
pcedenti articulo ſufficere receptũ eſt: ſed intelligo de fama, quæ
ab ho-

ADDITIONES.

a Th. D. Mortuum hominem. Vide ſup. in tract. Bar. quomodo probetur mors, & illa verba ſunt eadem prout ſup. & vide Fe. quomodo probetur mors in c. quoniã frequenter. § 1 ſ. porro, in ver. vide, dum tangit Abb. vt li. non conteſt.

b Per leuem præſumptionem. Vide Alex. in conſ. 172. in 6. vol. verſ. nunc ſuccedit nu. 8. & in conſ. 167. in eo. vol. in fi.

Digitized by Google

ab hoſb. grauib.& cauſis rõnabilib.originẽ trahat:qd.n.ſi intrauit
mare,ſuperuenit tẽpeſtas, & expectato tpe ꝯgruo nõ eſt reuerſ⁹
& perquiſitus per loca veriſimilia,nec ipſe eſt inuẽtus, nec nauis
eſt inuẽta. Quid ẽt, ſi in magno exercitu viſus eſt,& finito aliàs ſe-
cuto cõflictu,nõ inuẽtus,& expectatus eſt, & a ꝯſanguineis pqui
ſitus. Quid.n.ſi p loca inſidioſa tranſiuit, nec poſtea eſt repertus?
Quid ẽt ſi per loca nõ inſidioſa tranſiturus de domo receſſit mer
cator bonæ vitæ,diues,& a familia expectatus p tẽpora nõ reuer-
titur,& perquiſitus nõ reperi. Dico ꝙ fama,q̃ ex cauſis iſtis pro-
gredit,& ſi'bus,nõ eſt leuis p̃ſumptio,ſed ꝓbatio,q̃ iudicẽ,& bo-
ni viri adducit ad fidẽ. ſit ergo cauſidicus in probando attentus.
Sed ſi ponamus ſenẽ diſceſſiſſet,tãto tpe ſteuiſſe,ꝙ nũc ſi viueret,
centũ annorũ ætatis,eſſet,erit quidẽ hęc ſufficiẽs ꝓbatio,qualiter
aũt poſſit talis ætas proban. ĩ. tit. de tpe diſcernemus. De ꝓfugo
aũt,ſeu vagabundo, vel in alio in quo prædicta indicia ceſſant, pl⁹
• dubitationis eſt, ſed cauſas abſentiæ inueſtigandas arbitror. Si.n.
pp inimicorũ potentiã aufugit,& ſe per mũdum occultat, & vbi
ſit,ignoretur, quãſcunq; tpibus ignotus extiterit,ad mortis fidẽ
iudex non adducetur: niſi indicia alia doceãtur, vel ad exceſſum
ætatis lõgiſſimæ,& legitimæ veniatur. Sed ſi per mundum vaga-
ri cępit luſor,luxurioſus,bellicoſus,tũc ab eo tpe de eius vita cępit
dubitari, ſi poſtea quinquenniũ ſit elapſum,nec de eius ſoſpitate
aliter aliquid ſit notũ, mortẽ probatã arbitror. ſic enim Impera-
• tor ꝯſtituit in muliere, q̃ virum tanto tpe expectauit, & licet hoc
per poſteriores leges mutauerit,tñ quãtum ad matrimoniũ illud
fecit,quæ cã eſt maior,& ſequentẽ articulũ reſpicit. In prædictis
ẽt puto iudicẽ,poſtulante eo,cuius intereſt, debere exploratores
mittere pro fama.ſicut cũ rerum diſcuſſio agitatur, qa ſi in mino
ribus cauſis hoc fit, & in maioribus euidem cauſis fieri debet,
a vbi maius periculũ[a] vertitur,vt puta ſi famæ,vel ſtatus cã, ex hoc
principaliter oritur, inter quas eſt, ſi de alio matrimonio contra-
hendo tractaretur grane eſt.n. vxorẽ propriã alij copulatã recipe
re,& bona apud aliũ tranſlata retrahere. dictæ probationes non
ſufficerent.ſed conſtitutum eſt,ꝙ ſi mulier mortuũ virũ audierit
illius ſub quo militabat dictũ recipiat, ꝙ apud acta cum iuro de-
ponat,ꝙ ille de quo quæritur pro veritate mortuus eſt.quæ cõſti-
tutio oſtendit famam ſolã nõ ſufficere,niſi taliẽ dicto vnius teſtis
eã idonea cõprobetur.Sed aduertendum eſt,ꝙ conſtitutio nõ re-
quirit,ꝙ dicat.ꝙ viderit eum mortuũ, ſed ꝙ in veritate mortuus
eſt,quæ veritas põt in noſtram notitiã peruenire,ẽt ſine viſu,ſicut
receptũ eſt de eo,qui iurat de veritate dicẽda,ꝙ in alijs teſtibus nõ
ſufficeret ſm ea,quæ relata ſunt. Sed finge quem in terra longin-
qua mortuũ, qui ſub nemine militabat,qualiter in hoc gñe cau-
ſarum talis fiet probatio. puto ꝙ ſi fama eſſe probarentur in loco
vbi cã agitur,& probaretur ẽt ea fama certi loci vbi mortuus dr̃,
ſufficit vt illius loci fama loco dicti eius,ſub quo militabat,ſucce-
dat. quod enim dictum eſt in hoc genere famæ probationẽ non
ſufficere intelligendum eſt de fama ſimplici,quẽ mortuum eſſe,
non de fama quæ in certo loco eſt,vbi quis mortuus dr̃.hæc.n.eſt
39 vehemẽtior.† Pone teſtes dicere quem mortuum,quia interfue
runt eius ſepulturæ, non ꝙ ipſi viderint cadauer. qa erat in capſa
coopertum linteis, vel pannis inuolutum, ſed ſic tũc ab homini-
bus dicebatur,proculdubio in hoc gñe cauſarum probabit. Satis
enim ad fidẽ iudicẽ adducet. ſm ea quæ cõiter à noſtris maiorib⁹
40 obſeruantur.† In maximis vero cauſis vbi hominis vita periclita
tur,vt ſi de homicidio accuſetur,vel de puniendis ſeruis,qui non
iuuerunt dñm,vel de torquendis eis pro homicidio inueniendo,
lege cautum eſt,ꝙ debet cõſtare & liquere hoĩem interemptũ.&
liquido apparere. Qñq; ſit per relationẽ officialis,qui ad hoc mit-
titur, qñq; ad teſtium examinationẽ recurritur,vt in occiſis. pñt
aliqñ manifeſtã cãm reddere,vt ſi viderunt eum capite mutilatũ
ſi viderunt venas gulæ præciſas, & inde ſanguinẽ effundi, donec
frigidus remaneret, & ſine ſenſu, & ſimilia. Aliqñ talia ſigna viſa
non ſunt,vt in eo,qui dr̃ ſuffocatus, nonnunquam ẽt ad ſui defen
ſionẽ dicit,qs aliquẽ ante naturaliter mortuum,quã ab eo percu-
teretur. Nonnunq ꝯtingit & mortẽ expedite probari vere in cau-
ſis maiorib.& magnis,vt cum certa die,& hora,quis mortuus dr̃.
Hæc enim ita limitate raro in famã deducuntur, vnde ad proba-
41 tionẽ teſtiũ de viſu peruenitur.† Si igitur dicit teſtis, ꝙ taliẽ vidit
mortuum,nec interrogetur vlterius, puto ſufficere, & ſi interro-
getur,qũo cognouit,ꝙ mortu⁹ eſſet, et ſi dixerit,ꝙ vidit cũ abſq;
aliquo motu,abſq; emiſſione & attractione ſpũs,iacuit,& nullus
motus erat in pulſu,hæc.n.certa ſigna ſunt mortui. Sed ſi diceret
quia mori,& expirare vidit eum puto ſufficere.ſatis.n. cõiter co-
gnoſcit id,nec verbis clariorib.poteſt exprimi,ſed & ſi dixerit,qa
vidit hẽc oĩa ſigna, & oẽm aſpectum mortui ſatis exprimit. eſt.n.
ille aſpectus cõiter notus,& ẽt in mortuo de recenti,hæc enim te
ſtificatio euangelico corroboratur teſtimonio dicente, ad Ieſum
autem cum veniſſent,& viderunt eum iam mortuum,non frege
runt eius crura. Sed & ſi teſtis dixerit, ꝙ eũ ſepelire vidit hoc ſuf-
ficere ſuſceptum eſt. Sed ſi quis viderit aliquẽ,vel in mari,vel flu-
mine proijci,& corpus nunquam reuiſum eſt,de illius morte re-
cte teſtificatur,licet nun viderit mortuum. Certum eſt.n.poſt illũ
actum,quem modico tempore victurum, & ſalutis nulla indicia
ſupereſſe. Si quis ẽt viderit in carcerem claudi, vbi nihil erat ad vi
ctum & carceris cuſtos fuerit,ita ꝙ eidẽ carceraro aliquid, quod
ipſe non vidiſſet,inferri non potuit,poſt aliquos dierum curſus re
cte teſtificatur de morte,licet cadauer non viderit,& multa his ſi
milia viſa ſunt,quæ enarrare magis laborioſum eſt quã ſubtile.

ADDITIO.

• Soc.iun.conſ.1 6.num.5.lib.2. I. M.
• Conſtituit hoc Imp.in §.vbi etiam captiuitatis,in Auth.de nupt. I. M.
a Maius periculũ. Vide Bar.hic verſ. ſic.n. Imperator. vbi extendit, & ſi de matri-
monio contrahendo oritur contentio.& Cy.poſt gl.in l.ſi quidẽ. C.ſolu. mat.&
Bar.in l.2.§.ſi dubitetur.ff.quemad.teſt.aper.& ibi fortius tenet. Ioa.de Imo.ſe-
quutus Cy.in d.l.ſi quidem, ꝙ indiſtincte, vbi tractatur de magno præiudicio,
& commodo pecuniario,requiratur vera probatio mortis,& non per famam, &
coniecturas.vide Ale.in conſ.187.in 1.vol.in fi.& Fel.in c. qm frequenter. in.§.
porro.in 11.col.vt l.non conteſt,& eundem Fe.in c.ſicut.in 5.col.de re iu.

a 42 **Titium eſſe**[a] vel † fuiſſe vult aliquis probare,qa pars
aliquid factũ eſſe fatetꝫ p vnũ hoĩm, ſed
illũ fuiſſe Titiũ negat.pp qd ad teſtes recurrit. Si teſtis dixerit Ti
tiũ fuiſſe illũ,qa vidit,ſatis eſt,idẽ ſi dixit,vidi faciẽ eius, ſatis expri
mit. Nã Paulus rñdit,ꝙ per imaginẽ recognoſcimur. Tot.n. Dẽ
fecit in facie,ꝙ fere eſt impoſſibile reperire hoĩes,qui in facie om
nino ſimilentur:ſecus puto,ſi a tergo dixerit ſe vidiſſe. Huic autẽ
dicto de viſu derogaretur, ex loci diſtãtia. Si enim a longe dixerit
ſe vidiſſe,aduertenda eſt diſtantia, vt ſi eſt tanta,in qua ſenſus cõi-
ter poſſit decipi plenã fidẽ non facit: ſecus ſi diſtantia eſſet modi-
ca,& hoc a noſtris maioribus eſt receptũ, & iõ vt p̃dicta ceſſent,
ſæpe dicto teſtis adijcit,qa vidit,& p̃ſens fuit. Sed ſi ſimpr̃ dicat,
vidi, intellige de viſione plenaria, quæ eſt de propinquo,niſi inter
a idē ſi eſſet cęcus, vel quouis alio mō pp ſenſus defectū, a in eū ñ caderet notitia eorū, q̄ apud prudētē reqrūt, merito in lege dictū ē gñalr curatorē dari his, q aliquo ppetuo morbo reb. ſuis ſupeeſſe nō pñt. Iſtorū aūt ſenſuū defectus, qualr p teſtes pbaref, ī tract. de ſent. dicemus. Hos vero non pcipere nutu, probaf ex eo, q teſtes dñt vidiſſe, q cū eis aliqd nutu ſignabaf, nec voce, nec nutu, nec 98 alio mō rñdebat, p quę eos intelligere ɔphēdere poſſent. † Mēte b capti vero, q ſtāte ſēſus integritate carēt iudicio intelſs,[b] qdā ſtulti, qdā fatui appellāf. Stulti dcī ſūt a ſtupore, qa ſtupēda nō ſtupēt, vł non ſtupēda ſtupeſcūt. Quid. n. ſi mortis metus, litis, vł famę, vł ɔcuſſionis oīum bonorū imineat, & hic tāq̃ nō cognoſcēs ñ rñdere pcurat nec ſtupeſcit, & ſua auferri patīt a quocūq; vel eɔ̄. Quid .n. ſi quolibet leuiſſimo caſu, ſed a caſu mortis non terretur ppriē hic ſtultus ē, & his actib. pbaf. Fatui vero dñt a fando, hoc eſt loquēdo, qa loquēdo ſuā fatuitatē oñdunt. Hi pbanf per eos, qui viderūt eos aliena loq, & q p vicos more īſanorū deridēda loquūt, vt Vlp. ait, ī l. ti. de ędil. edic. & pdicta ſm vocabulorū pprietatem, licet in iure qñq; iſtis vocabulis abutamur. Sed qd, ſi multa verba ordinate pferāt, inter quę alia fatua īterſerūt? Certe in illo actu pſumit, vt Modeſtin⁹ rñdit in eo, q in hēdis inſtōne interuit ɔdōnē, ſi reliqæ eius in mari pueiāt. Hęc āt pſūptio remoueri pt pſpicuis rōnib. vt ibidē Modeſt. ait, vt ſi hō erat hiſtrio, vel alr ɔſuetus ſiſa c verba pferre, & ad riſū puocātia,[c] vel ſi humilitatis cā nō reputās ſe dignū in eccła ſepeliri talia verba ptulit: erūt qppe hmōi pſpicuę rōnes, vł pbōnes. De aliquo dubitaf, an qs ſit furioſus, vł mēte capt⁹ morbo ppetuo. dixi hoc peritorū medicorū iudicio ɔmittēdū, vł ēt ſi morb. eū p annū tenuerit, ppetu⁹ pſumit. Iu tm̄. n. cerebrū lædit, q cura reddit īpoſſibilis, huic ēt pticulari prudētię opponunī oēs mali, & inhoneſti act⁹ itriſeci, vł extriſeci, ēt ſi totalr ñ puniātur, ſed eorū īueſtigatio ad iuriſtā ñ ptinet, ſufficit q d ho-99 neſtate circa prudētiā ęconomicā dixim⁹. † Opponūtur ēt ęconomicę prudētię, oīa ea, q̄ ɔtingūt hāc eē ſine illa. Opponunf ēt oīa alia s. ſcripta pſumūt. n. legiſlatores quēlibet minorē hac prudentia carer, iō eis tutores, vł curatores dāt, ex ætate ergo hæc imprudētia pſumit. Opponif ēt oīs culpa. Eſt āt culpa dñiatio ab eo, q a prudēte fieri dēt. Culpa alia eſt leuis, alia leuior, alia eſt latiſſima, quæ eſt dolus, alia lata, &c. Opp. ēt prudentię oīs ignorātia, ex qua re ipſa ɔtingit deceptio. De qualibet pſequamur per ordinem. Et primo de dolo videamus, quomodo opponitur prudentiæ.

ADDITIONES.

a Propter ſenſus defectum. Vide Ale. in l. idem Iul. §. conſtat. in 3. col. ff. de leg. 1. & in conſi. 2. in 6. vol. quod eſt duplicatū, in 3. vol. & Pet. Cor. in conſ. 69. in 3. vol. §. viſis nonnullis. & in conſ. 73. eo. vol. viſis diligenter. & in conſ. 19. licet videatur, per totum. & in conſ. 36. vi primum. in eo. vol. p totū. & in conſ. 21. viſa dicta repudiatione. in 3. vol. p totum. & in conſ. 22. inci. viſis nonnullis. in 4. vol.

b Iudicio intellectus. Vide Bal. in l. ſi furioſi. C. de nup. l. humanita. C. de impub. & Ale. in conſi. 14. in 1. vol.

c Ad riſum prouocantia. De hoc eſt caſus in l. quidam in ſuo. ff. de cond. inſt. & gl. in c. cum autem, in verſi. Marcellus. 21. diſt.

100 **Dolus** † Oīno eſt oppoſitus prudētiæ ęconomicæ, tam ex parte eius ɔ̄ quē ɔmittit, qm̄ ex eius culpa ſubſtātia eius minuif, q̄ eius q ɔmittit, qm̄ nō recta rōne, nec ī rectū finem agit. Labeo āt cuius diffinitio eſt approbata, diffinit dolū malum eſſe oēm calliditatē, fallaciā, machinationē, ad decipiēdum, fallēdūve alterū adhibitā, vt interpretatū eſt. Calliditatē in tacēdo, fallaciā in mētiēdo. Machinationē in arte verborū. q non tacet oīno, nec expſſe mētif verbis gñalib. & ęquocis loqndo aliū decipere nitif. Cōmittit dolus aliqñ nihil agēte eo, ɔ̄ quē ɔmittit, vt furtū, rapina, & his ſiſa delicta, q̄ in propriū nomē cadūt, de qb. ſuo loco dicef. aliqñ dolus facit aliū facere, qd alr facturus non erat, vel fa-101 cturus erat, alio tñ mō: † nunc videdū eſt, ſi indefinite q̄ritur, an aliqs ſit doloſus, deceptor, vel quouis alio ſiſi mō nūcupatus, nunqd vnica talis actus pbano ſufficiat, ſicut receptū eſt fugitiuū, vel furē eſſe, q ſemel fugit, vel furat⁹ eſt. Cur āt hic tā variæ: q ad pbationē bonæ virtutis curſus trienniū reqrif, ad malitiā vero probandā ſufficit vnus actus nālis, & ciuilis rō ſubeſt. Iſta. n. enormia non ſine multiplici deliberōne ɔmittuntur, licet ſemel in actū extrinſecū pducantur, & ex quo multiplici deliberōne inducitur habitus, merito ſimplr dr talis de tali vitio vitioſus, cui ciuilis rō ſubē, vt hō ab his ɔmittēdis ſiſtat, cognoſcēs, q ex vno actu, ſaltē de facto diffamari valeat, ſi tñ poſt tale ɔmiſſum bona vita triēnalis ſequatur, talis amplius non dicetur doloſus q̄tū ad prudētiā æcono-102 micā, vt ſupius dictū eſt. † De aliquo actu particulari ſi q̄ratur, an in eo dolus ſit ɔmiſſus, dico circa qdlibet eorū, q̄ ſ. dixi ad prudētiā reqri, ſt pt dolus ɔmitti, ad prudētiā ēt vlr loquēdo, reqrif rectitudo mētis. Si ergo ad mētis rectitudinē turbandā aliqd ɔmittif, iſta ſunt pſpicua indicia doli, vt receptū eſt in eo, q vinum album dedit pro aqua, vt ſumens ebrius fieret. Idē puto ſi quid aliud tale ɔmiſerit, ex quo mentem alienari cōtingit. Si vero in particulari q̄raf. requirunf nouem. ſ. memoria pteritorū, notitia pñtium, expiētia, docilitas, deliberō, ſolertia, prouidētia, circūſpectio, & cautio. Circa qdlibet iſtorū, aut. n. qs hēt expiētiā p ſe, & a ſe, vł hēt docilitatē ab alio. Dico igr in his qb. qs hēt expiētiā p ſe, & a ſe, & non cadit dolus, qm̄ ſciēti dolus, de quo hic loqmur, non infert, circa docilitatē, ergo dolus ſolū committitur pprie. Sed qñq; docilitas qlibet dictarū ſpērū pt reſpicere, iō large loquēdo circa q̄libet dicere poſſumus, dolū ɔmitti, & iō aliqua exēpla circa q̄libet, put ē poſſibile, inferamus. Rē aliq̄ emi a te, de ea aliqua pñtia, vł pterita intimaſti, q̄ vera ñ erāt, q̄ ſi ſciuiſſem, empturus ñ erā, vł ñ tāto ptio. Probo ea te dixiſſe, & ſciuiſſe, & vera ñ eē, pbatus ē dolus. Tua .n. doloſitate, & fallacia me decepiſti, & tui lucri cā idē pcuraſti, vt p expſſionē nō veri factā cū alio, vt audītē, vel diceret mihi ab alio, mea decipitur notitia. q ſi verbis gñalib. vſus eſt, vt bonus eſt hic ſeruus, hic expſſe ñ dr dolus ɔmitti, ñ. n. decipif mea prudētia. cū ī ea particularū notitia reqraf. Idē ſi ſciebas aliqd pteritum, vł inſtans de re, nec me certioraſti. cū. n. ex nā ɔ̄ctus reddere me docilē tenearis, tacēdo, ipbato more verſatus es, & meā prudētiam decepiſti, quare ergo taciturnitas eſt pbata, niſi pbef ɔ̄riū. Si ergo pbo te ſciuiſſe, pbatus ē dolus. Sicut āt ea, q̄ dicū ñ dñr ex gñali locutione, nō vñr expſſa, vt dolus videaf eē ɔmiſſus, ita ēt ea, q̄ tacentur ñ dñt, ſi verbis gñalib. exprimāf, ñ vñr expſſa vt excuſēt a dolo, vt ī eo, q ſciebat futurē deberi, dixit ſi qua ſeruit⁹ emerſerit, ſe nolle teneri, vel ſi ſciebat fundū alienū, vł p alimētis obligatū, hac. n. machinatione verborū me decepit. Si ergo ipſius ſciā pbaf, pbatus eſt dolus, niſi ſingulr ɔ̄riū expſſe doceat, hoc qdē nris legib. ɔprobatur. d ēptore idē. Quid. n. ſi cū equū hērē, eū a me emiſti ptio cariori, ex hoc nāq; pſumif dolus. Impator. n. ɔſtituit, q dolus emptoris qualitate facti, ñ q̄titate ptij ęſtimetur. Qd āt dixi, qualitate facti, iterptatū ē, ſi emptor falſa dixit de re, vituperādo eā, diſſimulādo pñtia, & annūciādo futura. Quid. n. ſi cū equū in nundinis emiſſem, dixiſti eum hēre notū ipſūq; pauidū, calcitroſum, vel alr vitioſum, vel q certo tpe anni ɔſueuit infirmari, pp qd tibi vēdidi eū, nēpe ſi hoc pbaf, q hæc dixiſti, & q ſciebas hoc verū non eſſe, pbatus ē dolus, & hoc cū ēptor vitupet, ſeu exprimat. Sed ſi laudes rei vēdite tacet, vł nō exprimit, ɔſiderāda eſt rła Vlpiani, q̄ gñalr loqtur, tūc ɔ̄hētē eū iprobato more in celādo verſatū eſſe. Ad offm āt emptoris ſm mores nros nō ptinet, rē, q̄ vēdif, laudare, tunc ergo dolū nō cōmittif. Prædicta vera, niſi forte venditorē in rei ſubſtātia, vł alr enormiter errare viderit. Quid. n. ſi ruſticus aurum vēdebat pro ære, vel lapidē ptioſum pro vitreo, vel alio vili lapide? Hoc qppe emēdo, iprobato more verſatus ē, & dol⁹ ē, et pdicta circa rē ipſā ſunt, vt qualitas ipſius. Quid. n. ſi cū ſcirē rerū magnā copiā euenturā, & ſic ipſarū ptiū minuēdū, & hoc tibi nō indicaui, & ſic ptio cariori emiſti: vel qd, ſi ſcirē penuriā magnā futurā, pp caſum q aduenerat mercatorib. q ɔſueuerūt portare, q tibi nō indicaui, et a te emi ptio viliori, hoc qppe dolus non vł. Et hoc qppe Th. de Aq. ī 2. 2. cū tractat de peccatis, q̄ occurrunt circa volūtarias cōmutationes, ſic ait, cū in futurum res expectatur eſſe minoris valoris pp ſubuētum negotiorum, q̄ ab ementibus ignorantur; Vēditor, q vēdit, ſm ptiū qd inuenit, non vł ɔ̄ iuſtitiā facere, ſi qd futurū eſt, nō exponit. Si tñ exponeret, vel de pretio ſubtraheret, abūdāe virtutis eſſet, q̄uis ad hoc nō videaf teneri ex iuſtitię debito. Prędicta vera puto, cū tacēt, ſecus ſi eius, q ſciebat. ɔ̄riū aſſerebat. tūc. n. eſt mendaciū inexcuſabile, qd in dolū īcidit, vt declarabitur ī ſeq. Et hæc d his, q̄ ab aliquo ɔ̄hētiū proferūtur. Sin āt a tertio ſtatim ſubiungā eū cui mutuare volebā affirmaſti idoneum eſſe, cū non eſſet, an dolus dicaris ɔmittere? Rñium eſt nō teneri de dolo, quia hæc actio ñ datur, niſi ex magna, & euidēti cā, & niſi ex pſpicuis pbetur indicijs, vt ſi probetur te hoc ſciuiſſe. ſi idoneū eē, tñ lucri cā idoneū affirmaſti, vt Caius ait, tunc aūt lucrū intelligitur, ſi tibi illā pecuniā ſoluturus erat, vel erat tecū aliqñ ɔ̄tracturus. Cum. n. ſimplr dico quē idoneū, ēt ſi eū pauperem ſcio, excuſor, qm̄ ſm multos p bonis morib. reputaf, ne illius detegatur paupertas. Vñ iprobato more uerſatus nō eſt, & ſic excuſabile eſt. Sed eo q inde ɔmodū expectat, mēdaciū inexcuſabile ē. Itē ſi te īgeſſiſti ad hoc dcm̄, cū de hoc nō eſſes īterrogat⁹. Nō. n. eſt excuſabile, q qs ad mētiēdū ingerat, cū ēt alius eo ipſo quod ſe ingerit, ſuſpectus reddatur. Itē ſi in tuis. aſſeueratis ñ ſteriſti, ſi iterrogatus, uel nō, ultra proceſſiſti dicēdo, qd non hēbā inueſtigare ab alio, hic. n. improbato more verſatus eſt, & tale dcm̄ ſm mores bonos culpabile ē magis, q̄ laudabile, me. n. impediſti ab alio fieri docilē. Itē ſi aliqs ſe diceret Titiū, cū eēt Sēpronī⁹ & tu ſciens affirmaſti, licet. n. excuſabile ſit, ſt eius paupertatē nō detegas, non tñ excuſabile eſt, ſi eū aliū eē affirmes, q̄ ſi tacēdo uerū tertius dolū nō ɔmittit, nō. n. cogebatur ſe rei, q̄ ad ſe ñ ptinebat, immiſcere, ſed loquēdo ambiguę eq̄ dolū ɔmitteret, ex quo. n. ſuo dcō ce-103 pit aliū iſtruef, clre loq dēt. † Sup pdictis ad dcā teſtiū dſcēdam[a]. Qñq; aliqd dixiſſe pbat p teſtes, q audiuerūt. ſciā. n. alicuius q aliqd audiuit, tacuit, ul obſcure locutus ē, cū maiori difficultate pbaf, cū ſcī ignorātia ualr pſumaf. Qñq; tñ ſciā directo pbaf, ut ſi affirmauerit ſeruū fugitiuū nō eē, & equū ñ eē calcitroſū, pbatur p teſtes, qui dñt ſe uidiſſe, q ſeruus ſe pñte, vł illo, fugit, q equus eo pñte calcitrat⁹ ē, & ſiſa. Qñq; iſti teſtes de uiſu hri nō pñt, tūc ſciā alr vehemētiorib. pbōnib. pbāda ē, vt, ſi ſeruus de quo aliqd affirmauit, ſu⁹ domeſtic⁹ fuerat p tpa, ſi equū de quo affirmauerat, tenuerat, & recalcitrauerat, vt receptū ē ī tutore, q ętatē, & cōdōnē pupilli,

ADDITIO.

a Iacob. Menoc. Felin. in c. ſi autem. nu. 2. de reſcrip.

pupilli,& ĩ ɔſãguineo ɔſãguinei ſcire pſumit. Itẽ ſi ei fuerat dcm̃ & dnũciatũ p ep̃lã, vl̃ erat d hoc fama ĩ vicinia, vt ɔſtitutũ ẽ ĩ tuto re. q̃ iſtis modis ſcire ſe eẽ tutorẽ datũ ꝓbat. Itẽ illud ꝓbabimus in volẽte adire hr̃ditatẽ, qa iſtis modis ꝓbat ſcire quẽ mortuũ eſſe, ſe iſtitutũ, & ſilia. Et hoc cũ ꝓbãda ẽ ſcia alicuius, qđ fuit in eẽ, ſi nãt tractaret de ꝓbãda ſcia alicuius, qđ ñ fuit in eſſe, vt ſi volo ꝓbare te ſciuiſſe, qđ ſeruus ñ erat cęcus, vel qđ liber nõ erat corrupt⁹, tũc ſiqdẽ eſt talis negatiua, q̃ p viſũ, vel p aliũ ſenſũ pcipi p̃t, ſuberũt oẽs modi ꝓbãdi quos diximus, aſs ceſſaret modus ille, quo p ſẽſũ

104 ꝓbat cętera locũ hr̃e. † Supeſt aliud, qa eo ipſo, ꝙ ɔſtat ñ eẽ, vel fuiſſe id, qđ aſſeueratũ ẽ, appet aſſeuerãtem dolo feciſſe. Nulla.n. ſubeſt cã, quare ñ dixerit ꝓpria malitia, niſi aliqd ad doli excuſationẽ ꝓbet. Hoc loco ſubiũgẽdũ eſt, ꝙ ſcia alicui⁹ tripliciter ſumitur. ſcire.n. dicimus rẽ p cãs cognoſcere, vt in ſcijs ɔtingit. Dicim⁹ .n. aliqd eſſe, qa p rõnes illius ſciæ ſic demrãt & ĩ his dolus facilr excuſat, & difficiliter ꝓbat. Si.n. artiſta aliqd ɔſuluerit, vl̃ medic⁹, & appareat ɔ̃ veritatẽ dixiſſe, nõ p̃ſumit dolus ɔmiſſus. Põt.n ĩ his qs de facili errare, & p̃t moueri rõnib appẽtib. ñ exiſtentib. niſi ꝓbaret corruptus pecunia, vl̃ pcib. vel qđ dixerit cognoſcere ſe facere ɔ̃ iuſtitiã, vel ſi aliqua pſpicua indicia ſuppeſſent. Scđo mõ dicimur ſcire ea, quorũ notitiã hẽmus ex ſenſib. nr̃is vl̃ ct viſu, auditu. &c. & ĩ his dolũ vehemẽter opinamur, vt qđ ẽ nobis ab alio renũciatũ, vel qđ fama pcipim⁹, p hãc ſciam dol⁹ qñq; ꝓbat, qñq; excuſat. Quid.n. ſi dixit, tale qđ eſſe, qđ nõ eſt, ſi ꝓbo mihi ꝓnũciatũ fuiſſe, vl̃ famã eẽ, excuſabor, & p̃dicta legib. ɔprobant. Et aduers⁹ eã partẽ prudẽtiæ, q̃ deliberata dr̃ docilitas, dolus ɔmittit, vt ſi cũ deliberate vellẽ de adeũda, vel repudianda hr̃ditate, aliqs mihi pſuaſit. vt repudiem. qm̃ ſoluẽdo ñ erit, vl̃ vt optem talẽ fũdum, cũ melior ĩ hr̃ditate ñ eẽt, de dolo tenebit̃ ſi ſic callide fecit, vt Vlpi.

105 ait. † Qualr ãt ꝓbetur, qđ callidẽ fecerit, ꝓbat ex his q̃ dcã ſũt. Aduerſus ſolertiã dol⁹ ɔmittit̃, vt ſi, cũ ad iudiciũ pgerẽ, iturus ĩ terlo, aliqd intimaſti, aut dixiſti aliqd qđ ñ habui neceſſe ire, cũ verũ nõ dixeris, dolũ ɔmiſiſti. Tua.n. calliditate meã ſolertiã ĩpediuiſti. Aduerſus prudẽtiã. q̃ futura reſpicit, certe p̃t dici, ꝙ dol⁹ ɔmittitur cũ circa p̃terita. vl̃ p̄ñtia qs mẽtitur. ex hoc.n. ex ꝓuidẽtia futurorum qs decipit. Sed ſi nullo dicto de p̃tõ. vl̃ p̄ñti mihi pſuaſiſti, vt aliqd facerẽ, vl̃ ñ facerẽ, ſi qdẽ ĩ aliq̃ delicti ſpẽm caderet ex qualitate facti, qđ pſuaderet, dolus ꝓbatur. ꝙ ſi ĩ delictũ ñ caderet, vt ſi pſuaſiſti, ꝙ añ tps fruct⁹ vẽderẽ, vel ñ vẽderẽ, qa ſic tibi melius vr̃, ego tibi credidi, cũ tñ eẽt deterius, hic idẽ cũ difficultate dolus ꝓbat. nã an ſic putares, cũ pſuaſiſti, ſolũ ex tua deliberõe ɔſiſtit, quo potuit decipi, ſicut ĩ ſpãlib. dcm̃ eſt. Probãdi ergo modus hic erit idem, q ibi & eadẽ aduerſus circũſpectionẽ, & cautionẽ dicẽda ſũt. Fra⁹ qđ ſit p̃t dubitari, ſed Labeo p tit. de pactis, ait, ꝙ ineſt dolo fraus,

106 quod varie ĩterp̃tatũ eſt. Quidã.n. dñt, † ꝙ dolus ẽ genus, fraus ẽ ſpẽs. Lqñ mei ɔmodi cã ɔmitto. Alij ꝙ dol⁹, qñ re, & ɔſilio, fra⁹ qñ re tm̃, ĩ hoc vr̃ magis gloſſatores ĩclinare. Huic ẽt aſſentit Th. de Aq. dicẽs, ꝙ dolus ɔmittit, ſiue p verba. ſiue p facta, fraus vero p facta tm̃, cuius teſtimonio ſtãdum. Sed aduertendum puto, ꝙ interdum fraus ſumitur ꝓ ſpẽ diſtincta a dolo. Nã ad dolũ requirit̃, quod fiat ɔ̃ aliq̃ perſonã, vt patet ex eius diffinitione, ſ. ad decipiendum alterum, fraus ẽt ſi non ɔ̃ pſonã, ſed legis p̃cepta principalr fit, vt cum fraus legi fieri dr̃, ſed qñ ɔ̃ pſonã dolus eſt genus, fraus vero ſpẽs eſt licet iura qñq; iſtis vocabulis abutantur. Ex dictis ãt, & alijs dicendis, modum probandi lector inueſtiget.

a 107 **Latiorem** a culpã † dolũ eſſe Proculo diſplicebat, Celſo veriſſimũ viſũ eſt, cui⁹ ſnĩa ap ꝓbata ẽ. Quidã tñ a ſignatione verborũ ſine cã recedẽtes, exponunt latiorẽ. i. latã, dolũ eẽ. i. dolo ɔparari, qđ nec menti, nec verbis cõgruat. eſt ergo hic latior culpa dolus. p̃ſumptus. Differt ergo a dolo, ſicut manifeſtũ a p̃ſũpto. Exemplũ ponit Celſus, ſi de reb. depoſitis, ñ adhibuit eãdẽ diligentiã, q̃ in ſuis. Ex varijs ãt legib. varia colliguntur exẽpla, quorũ pauca referã. Dicit ergo Vlp. in tit. mãd. dolus eſt, ſi qs nolit ꝓſeq qđ ꝓſeq p̃t, aut ſi qs ñ exegerit qđ exigere p̃t, aut qs nolit ſoluere, qđ exegit. Pau. tñ ĩ ti. ad l. Fal. Dolo carere ñ vr̃, q cõtrouerſia hr̃ditatis mota legat. ſine cautione dat. licet ãt oĩs dol⁹

108 ꝓbetur ex p̃ſumptiõe, & indicijs, † ille tñ dolus dr̃ manifeſtus, d quo ita clare p̃ſũptiões hñt, ꝙ iudex in clarã, & pfectã fidẽ deducitur. Qñ ãt p̃ſũptiones ita claræ ñ ſũt, aliqua tñ appẽt ĩdicia, dolus p̃ſumptus dr̃, q idẽ ẽ qđ culpa latior, hic dolus p̃ſũpt⁹ ñ ſufficeret ſi criminalr ageretur, qm̃ ꝓbões tũc requirũtur q̃ ſũt luce clariores. Ab hoc dolo p̃ſũpto excuſat minor, vt ĩ ti. de edẽ. receptũ eſt, licet ñ excuſetur a manifeſto. Hic dolus ſicut leui p̃ſũptiõe inducitur, ita p̃ſũptione leui tollitur, vt p̃ſũptus dolus ñ dicatur. Quid.n. ſi res ſuas p̄tioſiores reb. depoſitis p̃tulit? Excuſatur, vt ɔ̃. ti. mãd. receptũ eſt. Itẽ ſi res proprias p̃tulit cõib. ñ eſt dolus p̃ſumptus, ꝑp ius.n qđ in reb. cõib. hẽbat, ñ eſt p̃ſumptio, ꝙ eã doloſe perire pateretur, vt in ti. fam. erciſ. receptum eſt. Circa p̃dicta aũt in modo probandi inſiſtendũ ñ eſt, qñ ex ſe patet, & clarius patebit in ſeq.

109 b **Lata † culpa** b eſt deuiatio ĩdeliberata ab ea prudẽtia, q̃ ineſt cõiter oib. q ſũt eiuſdẽ ɔdõnis, & pfeſſiõis. Iõ ãt dr̃ deuiatio gñalr, vt ɔ̃phẽdat deuiationẽ, ſiue faciẽdo ſiue omittẽdo. & qđ dico, ĩdeliberata, ad drñã doli dr̃, q ex deliberõne manifeſta, vl̃ p̃ſumpta ɔmittit. Ex eo, qđ dr̃, ꝙ ab ea prudẽtia, appet, ꝙ prudẽtiæ opponit. Ex eo, qđ dr̃, q̃ ineſt cõiter oib. differt a leui, leuior, et leuiſſima, vt patebit ĩferi⁹. Qđ vero ɔ̃. dr̃, q ſũt eiuſdẽ ɔdõnis, & pfeſſiõis, adicit̃ ꝑp latã culpã, q̃ ɔmittitur ab aliquo ĩ aliqua arte pito, cui⁹ expiẽtia cõiter oib. nõ ĩeſt, q ſũt eiuſdẽ artis. dr̃ ãt lata culpa, q̃ ẽ manifeſta, & publica, & oib. p3, vt Paul⁹. de ver. ſig. ꝓponẽs, ait, Latæ culpę finis ẽ, ñ ĩtelliger qđ oẽs intelligũt. Vel p̃t dici lata culpa, hoc eſt. ãpla, & magna. Nã vt Vlp. ibidẽ ait. lata culpa ẽ negligẽtia nimia ñ ĩtelliger qđ oẽs ĩtelligũt, & eniã hoc ſẽſu hic aſſumim⁹. Iſta.n. ẽ culpa magna, maior ẽ culpa latior, maxima culpa ẽ dol⁹. ñ.n. p̃t maior culpa eẽ, q̃ ea, q̃ ex vera delibe

110 rõne ɔmittit̃. Hęc ãt † culpa lata p̃t ɔmitti ɔ̃ q̃libet prudẽtię ptẽ. Quid.n. ſi qs ignorat p̄ñtia, vl̃ p̃terita, q̃ cõiter oẽs ſciũt? Vel qđ ſi prudẽtes ñ ɔſuluit de eo, de quo oẽs cõiter aliorũ ɔſiliũ q̃rerẽt, vl̃ q ſi ſic fecerit, latã culpã dicem⁹ eẽ ɔmiſſã. Cõmittit.n. hęc culpa faciẽdo, qđ fieri ñ dẽt, & ĩ ñ faciẽdo, & ĩ omittẽdo, ſeu negligẽdo

111 qđ fieri dẽt. ɔmittit̃, de qb. aliqua inſeram⁹ exẽpla. † In faciendo qdẽ exẽpla ſũt multa. Qui mea gerebat negotia, domũ ędificauit, nec legũ formã ſeruauit, lata culpa ẽ, & ꝓbõ mãifeſta. ɔductor pulliũ nimis, & p̃maturẽ onerauit, vñ mortu⁹ ẽ, lata culpa ẽ. Probabit ãt hoc p hoĩes, q talis aĩalis miniſterio vtunt̃. pullos, n. cõiter añ dcm̃ tps ñ ſunt ſoliti onerare, & hoc p teſtes, q dñt, qđ ſic viderũt onerari p hoĩes dictæ ɔdõnis. In mõ.n. faciẽdi, ſciẽdũ eſt, ꝙ de factis q̃ hñt cãm ꝑmanẽtẽ ex aſpũ p̄ñti, p̃t d maleficio p̃tõ iudicari, vt ꝙ mur⁹ ſit male fcũs, vel domus male ɔpoſita, vel liber male ſcriptus, & ſilia. & ſic teſtes p̄ñt dicere male fcm̃ eẽ illud op⁹, qa illud viderũt, & qa cõiter hoĩes illius ɔdõnis, & artis a tali defectu abſtinere viderũt, vel dñt, ꝙ viderũt cõiter hoĩes illi⁹ artis ſic opari, ꝙ opus in tale vitiũ nõ ĩcideret. Sed ſi dixerit teſtis, ꝙ oẽs hoĩes illius artis a tali vitio vidit abſtinere, vr̃ ꝙ falſũ aſſerũt, qa non potuit oẽs hoĩes illi⁹ artis videre. Sed huius dictũ ſuſtinẽdũ puto, vt intelligat oẽs, quos vidit opari, exẽplo Iuriſc. q volens ꝓbare ꝙ liberorũ educatio ſit iuris ñalis, rõnẽ adiecit dicẽs. Videmus.n. oĩa aĩalia hui⁹ iuris pitia cẽteri. ɔſtat.n. ꝙ ñ oĩa aĩalia viderat, & qđ ait ĩ ti. q ſatiſ. cog. ĩter oẽs. ſ. de hoc ĩterrogatos, & plura ſilia. Diceret aliqs, potuit vidiſſe paucos, ſed hoc nõ ɔtigit ĩ attib. q̃ i.e ciuitatib. multũ frequẽtãt. In his vero, q̃ raro ñ ꝓbarẽt, ĩ his hñt cãm tranſeũtẽ, Cõtigit ẽt, ꝙ ex p̄ñti notitia p̄ñt multa fcã p̃terita iudicari. vt ſi mẽſor certũ agri modũ retulit eius, cui⁹ culpa p̃t ex p̄ñti expientia demrãri. Idẽ in eo, q p ſeruũ ĩpitũ ſcidit, vl̃ vineã ĩpite putauerit, nã intra certũ tps p̃t ipitia fcĩ p̄ñtis detegi, & ſic ille erit mod⁹ ꝓbãdi, quẽ dixi. Quędã vero fcã ita ptrãſeũt, vt ex nulla p̄ñti notitia poſſit de p̃to iudicari, ſvt ſi equũ tibi ɔmodatũ currere, vl̃ ſaltare plus ſolito cogiſti, vltra id qđ cõiter hoĩes illius ɔdõnis feciſſent, tũc p teſtes q actũ viderũt, eſt ꝓbandũ. Quędã aũt in faciẽdo, vt mõ dixi, hãc culpã ɔmitti, p̃t ɔtingerẽ reſpũ loci, tpis, pſonæ, & oĩm qualitatũ, quas circa delicta Iuriſc. dixerat, q̃ p ſigula explica

112 re lõgiſſimũ eẽt, nec expediẽs. † Qm̃ dcm̃ ẽ ĩ hoc libello, quałr

c ꝓbẽt oĩa, q̃ reqrũt. ad hoc colligit omittẽdo, ſeu negligendo, qño ɔmittit lata culpa. Hęc ãt negligẽtia ſẽſũ ñ pcipit̃, iõ nõ ſufficeret teſtẽ dicet̃, qa vidit, ſed op3 aliq̃ fcã dici. ex qb. iudex de negligentia iudicet. Op3 ãt p negligẽtiã omittiſ id, qđ cõiter hoĩes illi⁹ ɔdõnis ñ omiſiſſet. Hęc ãt negligẽtia ex his, q̃ ꝑ̄ñtia ſũt, ꝓbat recte ɔmiſſa. p totũ.n. ãnũ ex vineæ aſpũ cognoſcit̃, ſi putata nõ fuerit ex multitudine ſarmẽtorũ, vl̃ ſi p̃diũ cultũ ñ fuerit, agnoſcit̃, ex multitudine herbarũ, & ſpinarũ. Cõiter ãt oib. ĩeſt hęc prudẽtia, vt vineæ putẽt, p̃dia colãt. hoc itaq; tã notũ eſt, ꝙ ꝓbõne ñ ĩdiget. Poterit ergo teſtis dicet̃, vidi vineã ñ putatã, agrũ ñ cultũ iſto anno, qa vidi: ex hoc.n. ſola negligẽtia colorũ, q̃ ĩ latã culpã cadit, ɔphẽdit̃. Quędã vero negligẽtia ex aliquo p̄ñti ɔphẽdi ñ p̃t, & qm̃ neceſſe ẽ p teſtes de viſu ꝓbari, vt ſi domũ omiſiſti claudet̃, & fures ingreſſi ſũt, vl̃ ſi certa hora, & certo loco venire debuiſti, qđ facere omiſiſti, p̃t idẽ ꝓbari p teſtes, qa illa tota hora ſteterũt, & viderunt ꝙ ñ veniſti, nec venire potuiſſes, qn te vidiſſẽt. Interdũ latitudo loci, vl̃ tpis ñ patit̃, vt p teſtes d viſu te ñ vẽiſſe, ꝓbari poſſet. qđ n. ſi dẽbas venire Peruſiũ? Quis.n. p viſũ ɔphẽdet̃ poſſit te ñ veniſſe in tam latam terram? vl̃ qđ ſimile, ĩtra ãnũ venire debeas certo loco, vl̃ aliq̃ ĩpõnẽ ſoluet̃. Et hoc mõ occurreret, ꝙ duo illo loco toto ãno ſtetiſſẽt. tũc.n. difficile ẽ, tũc ſit alius mod⁹ ꝓbãdi vt̃ ſuet⁹ ſi forte ĩd public⁹ ɔfect⁹ ẽ liber oĩm vẽiẽtũ, vel oĩm ſoluẽtũ, in quo talis ñ repit̃. Poterit ẽt ꝓbari p illos q ĩ ciuitate illa explorauerũt a pſonis, q ſciut hoc dẽbãt, & ĩ locis in qb. veniſſet venire dẽbat & ñ repit eũ veniſſe, ꝓbatũ ẽ eũ ñ veniſſe, vt Põp. rñdit, Si Lucius, Titi⁹ añ calend. in Italiã nõ venerit, decẽ dare ſpõdes, vt nõ añ peti poſſit, q̃ exploratũ ſit, nec veniſſe, nec venit̃ poſſe. Cui ɔgruit, qđ

eſt

ADDITIONES.

a Latiorem. Vide Bar. in l. quod Nerua. ff. depo. Et ibi vide apoſ. in ver. culpa.

b Bar. Lan. Lata culpa. Vide Bar. in l. quod Nerua. ff. depo. & ibi apoſti. Alex. in ver. culpa. & Alex. l. item quæritur. in prin. ff. pro ſoc. in duobus locis. in addit.

c Th. D. Quoniam dictum eſt. No. Bar. hic, qui ponit, quæ requirantur ad probãdã negligentiam. & adde eundẽ Bar. in conſ. 101. clariſſime domine. verſ. pot ẽt, & ibi ſcripſi in add. Et vide Fel. in c. ſi aũt aliquis. ver. negligentia probat. vbi citat Bar. in d. cõſ. 101. de reſcr. & glo. i c. ſ in ver. negligẽtia. de relig. do. & cui culpæ aſſcribat negligẽtia. vide Bar. in l. ſi mora. vbi doc. ff. ſo. mat. & no. i l. 1 c. an glo. in verſ. negligẽtia. C. arb. tu. & in l. ſi ſeruũ Stichũ. i prin. i gl. in ver. vnõ faciẽdo. & ita p Bar. ff. de verb. ob. & vide gl. in ver. negligentib. in c. quæ ſitũ. de pę. & remiſ.

eſt receptũ ,pbari quẽ ñ eẽ ſe lnẽdo.ſ.p diſcuſſionẽ,vtiq; diſcuſſiõi
locũ eẽ nra ꝯſulnerũt,tũ aſr ,pbari,ñ poſſit,ad iſtas ꝯiecturas tecut
113 ti neceſſe ẽ. Pone†aliquẽ negligẽtẽ infirmo medicũ ñ adhibuiſ-
ſe,hoc culpa lata ẽ. Probabri ãt p aſtãtes,& vicinos,cũ medic⁹ ď fa
cili ad infirmũ nõ vadar,quominus p vicinos ñ videaſ, ſi infirmitas
fuerit lõga. Ita ꝙ neceſſe ſint p medicũ viſitari ſepi⁹,ẽt p medicos
ciuitatis poterit iſta negligẽtia ,pbari, ſi ſingľr dixerit ſeñ veniſſe.
a hi.n. magis de fcõ ſuo iterrogãt,ǭ teſtificeſ. Dicet aliqs,ᵃ nõ ſufficit
,pbari medicũ nõ eẽ adhibiuũ.forſan.n.ñ erat i ciuitate,niſi hoc ,p-
beſ.dico ĩ ciuitate.& locis ĩ qb. eẽ plu m.ĩ copia medicorũ pitorũ
legib.& can.ꝓprobaſ. In alijs ãt locis ad hãc negligẽtiã arguẽdã ,p-
bari dẽt,ibidẽ medicũ fuiſſe,q poterat adhiberi,ar. eius ꝙ Vlp.ait,
tũc ĩputari ſocio,ſi alij ñ ꝯmiſit.Cũ.n.abſuiſſ⁹ ſ.erat,facilis erat p
aliũ ſocietatis adminiſtrõ ꝓdeã.& exercere poterat,& hoc ſi pſone
ꝯdõ & q̃litas pñmonij cegrebat, vt medic⁹ ẽt ex vicinis ciuitatib.
114 q̃reret. †S.ſ. dubitõ orit vbicũq; negligẽtia aſr arguit ĩ eo,ꝙ pſo
nã,vel rẽ aliq̃ ñ adhibuit,vbi neceſſe erat, & hoc cũ ď culpa ĩ aliq.
certo actu adhibita q̃rit.ꝯtingit iterdũ q̃ri ſimpľr,an aliqs ſit negli
gẽs,deſidioſus,culpabilis tali culpa q̃ i latã culpã cadit. Hi ſũt,q lz
ex ſermonib. mẽtis ꝯpotes videaſ,tñ furioſi faciũt exitũ,qb.tãq̃ ,p
digis daſ curator,vt diuus Pi⁹ reſcripſit,& Vlp.ĩ ti.de tu.& cu.retu
lit. Hi ,ppꝛie ,pdigi nõ ſũt, qm̃ ,pdigalitas ĩ expẽdẽdo ꝯſiſtit,nec ,p-
pꝛie appellãſ deſidioſi,ſeu negligẽtes,qm̃ hęc culpa ẽt ĩ faciẽdo,ꝯ-
mittit,vt nimia ſęuitia ĩ ſeruos,vľ nouas,& piculoſas negõnes in-
choãdo,talẽ.n.dicimus culpoſũ. Ad hoc igit,vt hunc culpoſo,& ,p
digo curator deſ,,pbari oportet,ſic male tractare negotia ſua,ꝙ nī
ſi ſubueniaſ ei,deduceſ ĩ paupꝛtatẽ,vt eiuſdẽ Pricipis reſcripto ꝯti-
neſ.ſiue hoc faciẽdo,ſiue negligẽdo oñdiſ. Pone.n.aliquẽ ſolũ in
neceſſarias cãs expẽdere,tñ ob hoc pecuniã ſub vſuris accipere,&
ꝓdiorũ ſuorũ culturã negligere,ſuoſq; fructus pati marceſcere po
tius q̃ ſuo tpe vẽdere,,p alijs fideiubere incaute,impõnes publicas
nõ ſoluere,ex quo ĩ graues pęnas incidit,& ſi.a. Iſta qdẽ ,ppꝛie ad
,pdigalitatẽ ñ ptinẽt,ſed magis ad iprudẽtiã, q̃ pt culpoſitas noiari.

ADDITIO.

a Dicet aliquis. Vide Bar.in l.j.in fi.prin.in proœ. Digeſtorum . & in l.itemq;.ver. non.n.congruit.ff.pro ſoc.& Sal.in l.hac edictali.§.his illud.j C.de ſec.nup.

a
115 **Leuis culpa** ᵃ†q̃ ,ppꝛie ad iuriſtã ptinet,diuerſimode ꝯ
ſideraſ. Aſr.n.ſumiſ ĩ reb. alienis, ſeu alijs
debitis,aſr ĩ reb.cõ.o.icidẽter,aſr in cõib.ex ꝯnẽtione. Primo mõ
leuis culpa,eſt deuiatio indeliberata ab ea prudẽtia,q̃ ineſt diligẽ-
tib.hoib.q ſũt eiuſdẽ ꝯdõnis,& ,pfeſſionis,ꝙ Paulus volẽs oſtẽde-
re cũ dictũ eẽt in pignoratitia actione venire & dolũ, & culpã, ſu-
bijcit hęc verba. Ea igit,q̃ diligẽs prſ.ſuis reb.pſtare ſolet,a credito
re exigit,& inde in ti.ad l. Aql.ait culpã eſſe,ꝙ cũ aliqd diligẽter ,p
uideri potuit,nõ eſt ,puiſũ. Per hoc dico,ꝙ ab ea prudẽtia, q̃ ineſt
diligẽtib.differt lata culpa. Per illã.n.deuiaſ a prudẽtia,q̃ cõiter ĩeſt
oib.p hãc ãt ab ea,q̃ reguiſ in diligẽtib.& exptis hoib. ilı⁹ ꝯdõnis.
Cętera diffõnis verba expoſita ſunt in pcedẽti. Cõtingit ãt hãc cul
pã ꝯmitti circa oẽs prudẽtiæ partes,tã in faciẽdo,q̃ omittẽdo. Ali-
116 qua exẽpla ponamus.† Facta q̃dã ſunt,q̃ ſua nã ı ſe hãc culpã ĩclu
dũt,vt ſi furtũ rei ꝯmodatæ fcm̃ eſſe aſſeris. diligẽs.n hõ bñ cuſto-
diẽdo pcauiſſet,niſi forte ab vxore factum eſſet , vel ab alia pſona
fida,de qua ꝯfidẽdũ magis,q̃ pcauẽdũ erat,vel niſi fortia ſeũ eſſet,
vel magna vis adhibita doceaſ. Itẽ ſi equũ,qa ferrũ ,pdidit,aſſererẽ
dãnificatũ, diligẽs.n.hõ ſua ,puiſiõe ab hoc ,pcauiſſet,ſępius pedes
117 vidẽdo.†Quædã vero facta culpã ſine expiſione manifeſtãt, vt ſi
vineã meã vindemiaſti , & vinũ vuis ꝯmixtis in dolijs recõdidiſti
tpe debito,poſſum tñ nũ culpam arguere,ꝙ cõiter oẽs hoies dili
gentes illius ꝯdõnis ſiſes vuas hñtes faciunt,& facere ſoliti ſunt p
tpa pterita ſeparari,& hoc p teſtes,q dñt ſe vidiſſe, ꝙ tu illas com-
miſcuiſti,& ꝙ ex hoc res mea in tm fit deterior, vel ,pbare poſsũ,
oſtendẽdo q̃tus ſit valor vini excuſſi ex vuis ſeparatis , & quantus
eſt valor vini excuſſi ex vuis ꝯmixtis,tũc exceſſus appet, ꝙ diligẽs
118 prſ.hoc debuiſſet ,puidere. †Omittẽdo ẽt culpa ꝯmittiſ,h⁹ ãt exẽ
pla facilia,& modi ,pbãdi faciles ſũt,& qm̃ ex pdictis colligiſ,non
,pſequar. Ex reb.vero cõib.cõione incidẽti incidit culpa.q̃ ſic diffi
119 nitur, Leuis culpa eſt deuiatio † indeliberata ab ea diligentia , q̃
ſuo tpe,ſeu illo tpe ſuis reb.adhibes,Paulus.n.in ti.fam.erc.ait. Nõ
talẽ diligẽtiã pſtare dẽt is,qualẽ diligẽs prſa. qm̃ hic pp ſuã panẽ
cãm habuit gerendi,& iõ negotiorũ geſtorũ ei actio non cõpetit:
talem igitur diligẽtiam pſtare dẽt, qualem in ſuis reb. Eadẽ ſunt,
& ſi duob.eadem res legata ſit, nã & hos ꝯiungit ad ſocietatẽ nõ
ꝯſenſus,ſed res . Ex his verbis a viris ſubtilis ingenij prolatis appa-
ret quali culpa æſtimetur,& qualiter aliter q̃ ſ.ſumatur,hæc ẽt ſta
120 tim declarabuntur. †Circa res vero communes ex conuẽtione,
culpa leuis ſic diffiniſ. Leuis culpa eſt deuiatio indeliberata ab ea
diligentia,q̃ añ ꝯtũ reb.ſuis adhiberi ſolebat. Paulus.n.ait. Socius
ſocio,ẽt culpę noie tenetur.i.deſidię atque negligentiæ,culpa aũt
non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt . Sufficit.n.talem
reb.cõib.adhibibere,qualem reb.ſuis adhibere ſolet , qa q p parũ
diligẽtem ſocium ſibi acquirit,de ſeipſo conqueri dẽt. Hoc idem
Imperator in li.Inſtõnũ ꝯſtituit,ſed cauillari põt,cum.n.adhibere
dẽt diligentiam illam,quam in ſuis adhiberet,præſupponit eũ dili
gẽtem,& ſic tenetur ad id,ꝙ diligens hõ facturus eſſet. Vẽ.n.idem
in alienis,ꝙ in cõib. Sed fateor,ꝙ cum vſ preſupponere diligentẽ,
illa tñ diligentia,quæ communiter ineſt oib.largo modo diligen-
tia eſt,ſed non proprie,vt hic ſumitur,ꝙ ſi ſic acciperetur diligen-
tia,vt accipiſ,ꝙ declarabitur in culpa ſeq.credo,ꝙ idem ſit in alie-
121 nis & cõib. Cuius gratia † ſciendum eſt,ꝙ licet plures ſpẽs poſſi
mus facere,tñ inter ſe quælibet hẽt gradus ſuos.dolus.n.maior eſt
ſi fit corruptione pecuniæ,q̃ ſi fit pcib.ſic.n.ex alijs cauſis dſ maior
& minor. Latior culpa dſ maior,vel minor,ſm ꝙ leuis.vel grauis
eſt doli præſumptio. Lata.n.culpa dſ maior,vel minor,ſm ꝙ in eo
erratum eſt,vel manifeſtum,vel manifeſtius, vel manifeſtiſſimũ.
ſiſr & culpa leuis, de qua loquimur. Nam inter oẽs diligẽtes vnus
eſt in maiori gradu diligentiæ,quã alter. In propoſito ergo dico,ꝙ
culpa leuis in reb.alienis æſtimatur,ſi deuiat ab ea diligentia,vel
prudentia,quæ ineſt diligentib.eiuſdem cõdõnis,& profeſſionis.
Intelligo aũt de hoib.diligentib.ſimpľr,in quocunq; gradu diligẽ
tiæ quis deuiet in leui culpa. In reb.vero cõib.ſufficit , ꝙ habeant
eandem diligentiam,quam in ſuis.forſitã.n.in ſuis erat in ſummo
122 gradu diligentiæ. †Subeſt alia dubitatio,qd erit,ſi quædam cõia
erant,forte merces,quarum ſimiles proprias nunq̃ habuerat,q̃uo
talis culpa poterit æſtimari,cum ad exemplum ſuarum teneatur,
nec tale repeꝛiatur exemplar,nempe ex prædictis apparet reſpõſio.vi
deatur.n.in quo gradu diligentiæ erat in ſuis reb.licet res iſta eſſet
cõib.diſſimilis,in eodem gradu diligentię,in cõib.eſſe cenſentur.
Hoc ex verbis pdictarũ legum oñdit. Dñt.n.requiri eã diligẽtiã,q̃
in ſuis ſimpľr nec ad res ſiſes cõib.ſe aſtringit. Si tñ ſiſes res repe
riantur,culpa talis clarius denuncietur,& ꝙ teſtes haberẽt dicere
facile eſſet. Sed qñ ad gradus diligẽtię recurrimus,eſt difficilis,ſed
in culpis ſequẽtib.declarabitur. Alia ẽt dubitatio ſubeſt,cũ in reb.
cõib.incidẽter culpa æſtimetur, ſi non adhiberi eam diligentiam,
quam in ſuis adhibebat. Quid.n.ſi tunc in ſuis nullam diligentiam
adhibeat,nec tunc circa res ſuas aliquid feciſſe probari põt' Dico,
diligentia eſt q̃dam executio prudẽtię. Prudentia aũt eſt habitus,
& ſic ꝯſiſtit in aĩo'. Sicut ergo poſſeſſio ſemel hĩta,aĩo retinetur,
& continuatur,niſi probetur interruptio,ita hac diligentia proba
ta,diligentia anterior ſuis reb. illo tempore adfuiſſe præſumitur.
Quid ergo articulandum,quid probandum,patet ex prædictis.

ADDITIO.

a Th.D.Leuis culpa.Vide Bar.in l.quod Nerua.in ver.4.quæro,quid eſt culpa.ff.de poſi.& ibi vide apoſt.in uer.culpa latior.

a
123 **Leuior** ᵃ culpa † eſt deuiatio indeliberata ab ea prudẽtia
quæ ineſt diligentib. hoib. qui ſunt eiuſdem ꝯdõ
nis,& profeſſionis. Hanc culpam antiqui legum latores,vel noſtri
iuris interpretes , per ſpeciem culpæ diſtinctę a leuiſſima non po-
ſuerunt,ſed de ea ſicut de leuiſſima vniformiter iudicarunt : quia
igitur inter ea non eſt iuris diuerſitas, antiquorum ſequentes ve-
ſtigia uno nomine leuiſſimam appellamus.

ADDITIO.

a Th.D.Leuior.Vide Bar.in l.quod Nerua.ver.3.quæro ff.depo.

a
124 **Leuiſsima** ᵃ culpa†eſt deuiatio indeliberata ab ea pru-
dentia,q̃ ineſt diligẽtiorib.hoib.& diligẽtiſ-
ſimis q.ſunt eiuſdẽ ꝯdõnis,et ,pfeſſionis. Et qđ dico diligẽtib.& di
ligentiſſimis,dico ad dñam leuis culpæ, & de deuiatione ab ea,q̃
ineſt diligẽtiorib. Caius in ti.de act.et obl.loquẽs de ꝯmodatario,
ſic ait, Aſs tñ exactiſſimã diligentiã cuſtodiendæ rei pſtare cõpel
liſ,nec ei ſufficit eandem diligentiã adhibere,q̃ in ſuis rebus adhi
bet,ſi ali⁹ diligẽtior cuſtodire potuerit. Et idem Imperator in lib.
Inſtit.cõſtituit de ea,quæ ineſt diligentiſſimis. Idem Caius in tit.
comm.ſic ait. In reb.commodatis, talis diligẽtia præſtãda eſt qua
lẽ quiſq; diligẽtiſſimus prſ.in ſuis reb.adhibet. Cũ ergo receptũ
eſt in cõmodato venire leuiſſimam, apparet ꝙ deuiatio ab ea di-
ligentia,q̃ ineſt diligẽtib.& diligẽtiſſimis, eſt culpa leuiſſima. Ex
eo.n.ꝙ dſ,q̃q; diligẽtiſſimus apparet loqui de diligentiſſimo cu-
125 iuſq; gradus. †Quaľr ergo cognoſcãtur diligẽtes,diligẽtiores,di
ligentiſſimi,& qualr gradus inter eos, videndũ eſt. Cuius grã vnũ
exẽplum intelligibile ponamus, in ætate ſenili, quæ,vt nři ma o-
res tradiderunt,incipit a 60.anno excluſiue,& terminatur ĩ cẽte ſi
mo anno. Illud eſt.n.lõgiſſimæ vitæ tpſ,& ſic in ſuperlatiuo. Aſſu
mamus igiſ mediũ inter iſta, & ꝙ ẽ 85.dico ergo, ꝙ vſq; ad iſtud
mediũ ẽ ſenilis ętas,abinde ſ.dſ ſenior vſq; ad ſuperlatiuũ. Abin-
de intrat ſuperlatiuũ,& dſ longiſſimũ vitæ tpſ. Iſta tria cũ docte-
næ ponuntur vt ſpẽs,& q̃libet illatũ hẽt ſuos gradus. Nã quot an-
ni,quot mẽſes,vel quot momenta ſunt in quolibet dictorũ tpm,
pñt dici gradus illius differentes ſm plus,& minus. Ita in propoſi-
to imaginatur terminũ a quo diligẽtia incipit , & eſt illa cõis ,p-
uidentia,q̃ cõiter oib.ineſt.q̃tuncunq; rudibus,& groſſis, poſt illã
ſtatim incipit diligentia,& progreditur vſq; ad exactiſſimam dili
gentiam,quæ vltra non progreditur. Ille igitur, qui habet diligen
tiam aliquam aſcendendo gradatim,vſq; ad medium totius lati-
tudinis diligentiæ,ille dſ diligẽs,ille vero q excedit medium vſq;
ad vltimum terminum,ille dſ diligentior. Ille vero,qui vltimum
terminum attingit,ille dicitur diligentiſſimus,&c.

ADDITIO.

a Th.D.Leuiſſima. Vide Bar.in l.quod Nerua.& ibi apoſt.in verſ. culpa.ff.depo.& Bal.in l.ſol.in verſ.item ſi vero probare.C.de teſti.

# QVAEDAM BALDI.
## AD MATERIAM TESTIVM PERTINENTIA.

*In Auth. ſed iudex C. de ſacroſanctis Eccleſiis.*

a SEd iudex. a Iſta dictio, ſed, aduerſat̃ & corrigit inquantũ lex C. dicebat, ꝙ epũs nõ admittit̃ ad teſtificãdũ. Et no. primo, ꝙ iudex cauſæ dẽt ire, vel mittere ad epũm, qñ epũs pducit in teſtẽ. Scdo no. quẽ dẽt mittere, qa dẽt mittere de ſuis, puta notariũ cãç, qa p eũ dẽnt ſcribi acta q incipere capit in cã, vt C. de ſport. l. j. & in Auth. de hęr. & Fal. §. ſi vero. Hoc declarat Iac. But. in l. j ff. de of. pc. & p Bar. in l. ſi vni ex plurib. a ſs Põponius. ff. de re iu. Itẽ, qa cãç ꝯtinẽtia nõ diuidat̃, vt in c. ad hoc vnxit nos. ext. de ſeque. poſ. & l. nulli pr ſus. C. de iud. Tertio not. ꝙ teſtis dẽt dicere id ꝙ nouit. i. ꝙ ſenſu percipit. ff. de teſt. l. q teſtõ. §. fi. & qa veritas in oẽm partẽ cadẽ eſt, neceſſario ex hoc ſeqtur ꝙ dẽt deponere veritatẽ p vtraq; parte. No. ꝙ teſtis dẽt deponere de veritate, nõ de credulitate, & p vtraq; parte. Circa hoc vide q̃ no. Bar. in l. is pt. ver. p decłone huius. de acq. hęr. Tu dic ꝙ id, ꝙ aſſerit, pſumitur credere. Et q̃ ſit iuſta cã credulitatis, vide p Bar. in l. cũ qdã. §. j. ver. itẽ iſta rõ. de acq. hær. & ita ſeruat conſuetudo ſcdm glo. hic, quam not. & adde quod dicam in l. proxima, &c.

ADDITIO.

a Th. D. Sed iudex. Adde ꝙ iſta ſunt verba Bal. in l. nec honore. C. de epiſc. & cle. in ver. In tex. ibi, ſed iudex, & ideo caſſaui hic, vt ibi videas.

---

*In l. preſbyteri. C. de epi. & cler.*

1 *Preſbyteri non torquentur pro teſtimonio.*

a PResbyter. a † Preſbyteri ſunt priuilegiati, vt occaſione teſtimonij non torqueãtur. ſed in alijs clericis ſeruatur ius commune: ſi falſam tamen dixerint cauſam, puniuntur. h. d.

ADDITIO.

a Th. D. Preſbyteri. Iſta ſunt verba Bal. in l. preſbyteri. prima. C. de epi. & cle. idcirco caſſaui, hic, vt ibi videas.

---

*Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cler.*

a COnuenticulam. a Proſequitur in lec. huius legis quædam, quæ pertinent ad materiam teſtium, Bal. ibi, dum dicit, modo venio ad teſtes.

ADDITIO.

a Th. D. Conuenticulam. Iſta ſunt verba Bal. in lec. ſua in l. conuẽticulam. C. de epi. & cler. in ver. modo venio, & ideo ſequuntur add. ad trac. Bar. ſ. dictum, vt inf. ſequitur, & ea propterea caſſaui.

---

1 *Teſtis dẽt reddere rõnẽ dicti per ſenſum corporis, qui dicta cõgruat & n. 3.*
*Teſtis, qui in reddendo rationem dicit, videtur mihi ꝙ poſſedit decem annis, probat.*
2 *Teſtis deponens ſuper his, quæ percepit intellectu magis quam ſenſu, non probat, niſi reddat rationem dicti, etiam non interrogatus.*
4 *Senſus eſt quid generale ad omnem ſenſum corporis.*
5 *Teſtis deponens, quia præſens fui, intelligitur, & intelligens, vt probet.*
6 *Dictum teſtis ambiguum, quomodo declaretur, remiſſiue.*
7 *Teſtis deponens de valore rei, ſi deponit de credulitate vel opinione, probat.*
8 *Teſtis deponens ſuper identitate rei, qualiter habet deponere, & ibi, ſi de ſanitate, vel infirmitate, vel de ſenectute, & nu. 14.*
9 *Verba enunciatiua in teſtibus non probant.*
10 *Teſtis ſuper qualitate animi deponens, qualiter probet.*
11 *Teſtis deponens ſuper his, quæ curſu temporis mutantur, vt probet, qualiter deponat.*
12 *Teſtis qualiter recte probet damnum eſſe datum culpa, vel negligentia.*
13 *Articulus diſiunctiuus non admittitur, niſi ſuper facto alieno.*
15 *Dictum teſtis inſufficiens poteſt confeſſione partis adiuuari.*
17 *Ratio eorum, quæ ſcripta ſunt in libro rõnum, qualiter probetur per teſtes.*
18 *Teſtis quando videatur repetiſſe locum, & tempus alias dictu in dicto ſuo.*
19 *Iudex ex cauſa non adhibet fidem teſti clare deponenti.*
20 *Fama qualiter probetur.*
21 *Copia articulorum an detur parti petenti.*
22 *Copia interrogatoriorum, quæ fiunt teſtibus, non datur parti.*
23 *Iudex ſi omiſis examinare teſtes ſuper ſubſtantialibus, publicato proceſſu poſſunt iterum examinari.*
24 *Teſtis, qui ſemel declarauit dictum ſuum obſcurum, non poteſt illud iterato declarare.*

a IVxta prædictam a mãm q̃ro, † p quẽ ſen
1 ſum corporeum teſtis dẽat reddere cãm ſui dicti? dic p illum ſenſum corporeum, q dicto ꝯgruit. Nã ſi volo deponere de facto alicuius, reddam cãm, qa vidi vt l. teſtium. C. de teſtib. ſed qd ſi teſtis in redditione rõnis vel cãæ dixit, vr mihi ꝙ x. annis poſſederit Titius, an valeat eius dictũ? Dic ꝙ ſic, vt no. Bar. in l. diui. §. in eadem
2 cã. ff. de li. cau. † Item qd ſi teſtis nõ reddit rõnẽ ſui dicti, ſed ſolum deponit ſup his, quę pcepit intellectu magis, q̃ ſenſu, & rõnem nõ reddit, quia non fuit interrogatus? Dicit Bar. ꝙ dictum ſuũ nõ ualet, vt no. in l. ſciendum. ff. de ver. ob. & p eum in ꝯſi. 103. ꝙ inc. Cõmune Lucignani, & in alio ꝯſi. vbi ipſe ponit de teſtib. q dixerunt
3 ꝙ viderunt talem ad ſui defenſionem feciſſe. † Si uelim reddere cauſam de uerbo alicuius, dico ꝙ audiui. l. ſæpe audiui] Cæſarem. ff. de of. præſi. & de teſt. mil. l. diuus Traianus. in fi. Si de ſapore reddam cãm, quia guſtaui. l. ſi in emptione. §. alia eſt cã. ff. de ꝯh. emp.
4 & ſic de ſimilib. ſenſib. corporis, tactu. & odoratu. † Viſum m̃ addas ad uerbum, uiſus, quod illud eſt gñale ad oẽm ſenſum corporis. Nam dr̃ in Exodo, Vidi uoces, &c. i. audiui, & p intellectum uidi, & hr̃ 3. q. 9. c. teſtes, & de ꝯſe. diſt. 4. c. ueniſti ad fontem. iſicta gl. i uer. qd uideris. & J. de rei ux. act. l. uni. §. uidemus. Per hoc poſſet defendi dictũ teſtis uolentis probare, qa Titius dixerat iniuriã Martino interrogatus de cã ſciẽtiæ, rñdet, quia vidit, & iunetur ꝙ intelligitur, quod viderit. ſ. per intellectum corporeum alio ſenſu corporeo. ſ. auditu. Simile dicit Bar. in l. fi. ver. no. text. qui dicit. C. de peri. no. lib. 11. ꝙ ſi teſtis interrogatus de cauſa ſciæ quõ ſcit, dicit, qa tetigi cum manib. licet non eſſet res tãgibilis, quod refertur ad ſenſum congnium illus rei. Alia vide quæ ſcripſi in l. teſtium. C. de teſti. ſed qualr̃ probet̃ librum eſſe, vel non eſſe correctum p teſtes, & argentum eſſe purum, vel mixtum, vide Bar. in l. ſi qñ. ff. de au. & arg. leg. vbi dicit, ꝙ ſufficit ſi dicat, ſe vidiſſe illud argentũ ſine mixtione. Idem ſi dicit librum corruptum, qa vidit. item ad hoc, vt teſtis recte deponat, oportet ꝙ id, ſuper quo deponit, ſit aliquid formatum, quod ſenſu percipi poſſit, vt no. p Bar. in conſ. 11.
5 quod incip. Chariſſime dñe, &c. † Sed iuxta hoc quæro, an ſufficiat, ſi rñdeat reddendo cãm ſui dicti, quia fuit præſens: iuuatur. n. iuris præſumptione, ꝙ viderit per ſenſum corporeum, vt dr̃ ſ. eo. in j. concluſione, vbi tangit ꝙ ex vicinitate probantur, uita, & mores Titij. dom. Bar. dicit quod ſic, vt ff. de autho. tut. l. j. §. fi. Io. And. tenet ꝯtrium in c. præſentium, ext. de teſtib. lib. 6. & hoc dicit Bar. quando teſtificatur de ſe teſtem fuiſſe præſentem, ꝙ præſumatur intellexiſſe: ſecus ſi cum teſtibus teſtificaretur fuiſſe præſentem, quia tunc non ſequitur, ergo fuerunt intelligentes. Adde not. per Bar. in l. furioſo, uer. ad hoc reſpon. ff. de re iud. An, & quando is, qui pñs eſt actu, præſumatur ibi fuiſſe ad hoc. Item dicit ibi Bar. ꝙ quando lex uel homo præcipit aliquid fieri aliquo pñte, dẽt in-
6 telligi eo intelligente, ut dicit in d. l. j. in fi. ff. de auth. tut. † Sed q̃ro, pro quo debet interpretari dictum teſtis ambiguum, declara plenius per Bar. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de uerb. obl. & per Inno.
7 in c. cãm, quæ. extra. de reſcr. † Item no. ꝙ circa depoſitionem ualoris rei ſufficit ꝙ teſtis deponat de credulitate, ſeu opinione, qđ intellige, ut no. Barto. in l. fin. C. de præd. & alijs rebus naui. lib. 11.
8 † Sed qualiter teſtis debet deponere caute ſuper recognitione rei, & maxime interrogatus, utrum ſit ille, qui ſic fecit, & teſtis dicat ſe recognoſcere dicta: interrogatus debet dicere, uidi, & inſpexi factum eius cum tali ſigno, & cum tali cicatrice, & ſimilib. ut no. Bar. in l. ſtigmata. C. de fab. lib. 11. ſuper ſanitate corporis, & quacunque aliqua re ſuſpecta, uel uitioſa recte teſtis reddit cãm de uiſu, ut no. Bar. in l. unica. uer. no. ꝙ ſicut. C. de mẽdicã. ualid. lib. 11. Et idem dicit ibi, de ætate, uel de ſenectute, quod etiam no. plene in ſua repet. l. de ætate, ff. de min. & in l. j. C. de cano. ſrumen. lib. xj.
9 Sed nunquid uerba enunciatiua in dictis, & atteſtationib. teſtium probent? Dicit Bar. ꝙ no. in quodam ſuo conſilio, quod eſt quintum in ordine, & ibi qualiter dẽt deponi ſuper adulterio. Sed quid ſi ipſi teſtes dicant, l. ꝙ uiderunt dictum Martinum accuſatum percutere, an probent ipſum eſſe ciuem, cum in accuſatione contineatur, ꝙ ille Martinus erat ciuis? Dic quod non, quia eorum dictum coarctatur per rationem. ſ. p uiſum, loco, & tempore in accuſatione contentis, quæ ratio non poteſt trahi niſi ad delictum ſeu percuſſionem, nec potuerunt uidere eſſe ciuem, poſito ꝙ uiderent eum ibi habitare. l. ciues. C. de incolis, & ita conſuluit do. Ray. de mon Vbiano, & cum eo uſ̃ tenere Iac. de Are. in l. ſi præ-
10 ſes. ff. de pę. † Quæro, qualiter teſtis dẽt deponere ſuper aliqua qualitate animi? Dicit, ꝙ dẽt teſtificari p actus exteriores, quos uidit, ut no. Bar. in l. his, qui in ea cauſa. §. diuus Pius. uer. ex quo no. ff. de tut. & cur. da. ab his. Et circa hoc adde no. in l. poſſeſſio quoq;. §. q in aliena. ff. de acq. poſ. an animus ſit iuris, uel facti. Varietas ſignificantis, vel ſignificati in dictionib. grammaticalibus, quę in uulgari non reperiuntur diuerſitatem habere, non cadit in dictis teſtium, ſed in legibus & ſtatutis ſic, ut no. Bar. in l. ſi quid earum. ff. de leg.
11 3. & adde no. in l. ſi quis filiab. ff. de teſt. tut. † Item no. caute qualiter teſtis debet deponere in his, quæ curſu temporis mutantur. Nam ſi dicat, ꝙ uidit iam ſunt plures anni tales uiuere, non ſequeretur, ergo uiuunt hodie, ut not. Bar. in l. cum lite mortua. uer. ſed ꝯ prædicta. ff. iu. ſol. ad probandum negligentiam, & aliam negatiuam, uide in conſi. Bar. 102. incip. chariſſime domine. & ubi diffinit negligentiam, qualiter teſtis debet deponere. Item ſiir̃ qualiter
12 aquis debet probare diligentiam ſuam. † Sed qualiter dẽt probari damnum eſſe datum culpa, uel neglıgẽtia, & qualiter ſit caute articu-

Digitized by Google

ticuladũ. vide Bar in ↄſi. qđ inci. cõe Lucignani. & ibi ẽt dicit, ꝙ
qñ articulus eſt incertus, & dictũ teſtis eſt ẽt incertũ, ꝙ non valet
teſtificatio illa. Apparet ergo neceſſe eſſe, ꝙ dictũ teſtis ſit certũ,
23 vt ibi vr̃ dicere, qđ eſt notandũ. Itẽ no. † ꝙ nemo pt̃ articulare ſub
disiunctiue, niſi articuletˉ ſup facto alieno ĩ quo eſt ꝓbabilis igno-
24 rãtia, vt no. Inn. in c. ex parte, ext. de reſcr. † Itẽ q̃ro, & quařr ꝓbari
dẽt ætas maior. & ætas minor. Dic ſup hoc, vt no. Bar. in l. de æta-
te. ff. de minor. & vide ibi ſup qb' caute teſtis interrogatus ĩſidere
nõ dẽt, & quařr in talib. ĩſidere dẽt. Et ibi vide, an ſufficiat teſtẽ cõ
prehẽdere dictũ ſuũ ꝑ ſenſum corporeũ, an ẽt ꝑ ſenſũ intelľs. Sed
25 qd ſi teſtis ñ recordet de tpe. Aduerte, ꝙ dictũ † teſtis eſt ĩſufficiẽs
& nõ ↄcludẽs, & iõ fiat vn' articulus. q̃ uo ille ↄtus fuit celebrat'
inter partes, & ſi ptes ↄfitebunť, tũc dictũ teſtis nõ ꝓbãtis tp̃s adiu
uabiť ex tali ꝓfeſſione, & fieret valida ꝓbõ, vt not. & maxime per
26 Bar. in l. j. §. ſi quis neget. ff. quẽad teſt. ape. † Sed qd ſi ſint uariata
noĩa pſonarũ ex euẽtu, & volo ꝓbare illũ eſſe illũ & eũdẽ hoĩem,
vel aliũ eſſe illũ, & eũdẽ fundũ, maxime qñ mutata sũt noĩa confi
nãtiũ, vide Bar. in l. demõſtrõ. ver. vlt, q̃ro, pone, in q. fi. ff. de ↄdi. &
27 demõ. † Sed q̃ro quařr redderet rõ eorũ, q̃ ſcripta ſunt in li. rõnũ,
puta ſe aliquẽ tñ expẽdiſſe in tali domo, vide Bar. in l. qui ſub ↄdi
tione. ff. de ↄd. & demõ. vbi dicit, ꝙ dẽt ſic articulari. Dico me tñ
expẽdiſſe in tali domo, & ꝙ tñ expẽdiſſet qlibet bonus uir, & ad
28 ꝓbõnẽ ꝑtiorũ, vide no. ĩ l. ꝑtia terũ. ff. ad l. Fal. † Sed q̃ro, an ſi teſtis
nõ recapiloget, ſeu repetat locũ, & tp̃s, alias dictũ in dicto in ſuo, ui
deaťreperiſſe, ꝓut erat capitulatũ? dic, vt not. ꝑ Bar. in l. Labeo. de
29 ſupel. leg. † Sed an poſſit iudex ex cã nõ adhibere fidẽ teſti clare ꝓ
20 bãti, vide no. ꝑ Bar. in l. Lucius. ff. de his, qui notan infamia. † Sed
qualiter probatur fama. Dic, ꝙ teſtis dicere dẽt, Et de prędictis eſt
publica vox, & fama. interrogatus q̃uo ſcit? reſpõdit, quia audi-
uit publice dici, & non dicit, ꝙ publice dr̃, qa nõ redderet bonam
cãm, qa nõ de auditu ſuo, & ſic de nullo ſenſu, vt not. Iac. de Are.
in l. teſtiũ. C. de teſtib. Dy. ↄſuluit de facto, ꝙ fama ſit ꝓbata dicen
do, ꝙ publice dr̃ ſic, de leg. 3. quæ inci. ſi quis patrem fa. in prin. ff.
ad Maced. ibi, ſed quia publice, & C. ad Maced. l. j. & 2. de quo per
21 Bar. latiſſime in de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. † Sed quæro
an debeat dari copia articulorum alteri parti petẽti. Vide Innocẽ.
in ca. per tuas. in princ. ext. de teſtib. vbi dicit, ꝙ non. adde no. in l. ſi
22 duo patroni. §. item Iulianus. ff. de iureiu. Sed quęro, † quid de in-
terrogatorijs fiendis teſtibus, an dẽat dari copia alteri parti? Inno.
dicit, ꝙ nõ, in d. c. per tuas, ext. de teſti. dicit tñ, ſi iudex det. nõ pec-
23 cat. † Sed quid ſi iudex omiſit examinare teſtes ſup ſubſtãtialib.
Idem Inno. in d. c. per tuas, dicit, ꝙ ẽt publicato proceſſu, põt pars
24 petere, ꝙ examinentur. † Sed pone, ꝙ teſtis reddit cãm congruã
in primo dicto ſuo, ſi poſtea in ſubdendo reddat incongruam, an
probet. Verbi gratia, dicit teſtis, dico, ꝙ vidi Titium poſſidere. Po
ſtea interrogatus quanto tpe? reſpondit, ꝙ 10. ann. vt ſibi vr̃. Dic,
ꝙ probat. l. qd tñ. §. 1. ff. de arb. & ibi per Bar. ſecus ſi dixiſſet in pri-
mo dicto, mihi vr̃, quod Titius poſſederit iam ſunt 10. anni, & vl-
25 tra, quia iſtud non valet, vt ibi. † Sed quæro, teſtis, qui depoſuit di-
ctum ſuũ obſcurum, & declarauit ſemel dictum ſuum, an iterum
interrogandus ſit. Dic, ꝙ non. l. 2. §. ꝙ obſeruari. C. de iu. ca. & per
Bar. in l. 1. ff. ſi cer. pe. Sed an teſtis examinatus ſuper maleficio, ſeu
ſuper inquiſitione, non interrogatus de loco, & tpe, an valeat eius
dictum, ſi non interrogatur de loco, & tempore, in inquiſitione
ↄtentis? Dic, ꝙ nõ, qđ no. Bar. in l. j. ver. no. ergo ꝙ qñ. ff. de aleato.

*De reprobatione teſtium.*

a Circa materiam teſtium [a] dic, ꝙ qdã reijciũtur ipſo iure. Quidã officio iudicis. Ipſo iure, vt pupillus, & ſeru', illa rõne, qa teſtificari nõ pñt, vt C. de teſt. l. hac ↄſultiſſima. in prin. ff. de teſtib. l. teſtiũ. §. lege. Officio iudicis dic, ꝙ quibuſdã cauſis repellaťqs a teſtimonio, q̃ ĩ. ſequunť. In primis ſi de eo multa mala dicanť, vt in Authẽ. de teſtib. §. ſancimus. Scđo, qa nõ eſt bonę opinionis, & famæ. Tertio, qa pauper, vt d. §. ſancimus. & §. ſi vero abſint. ĩ Auth. de hær. & Falci. Quarto, cũ in alijs ſit malus, ergo in hoc, quia cũ in vno delinquit, oĩum fact' eſt reus. & ad Silla. l. ſi quis in graui. §. ſi qs quẽ. & c. fratres. de pęni. diſt. 5. Quinto, cũ reus fuerit, ergo adhuc ꝓſumitur, vt C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis. de prob. l. ſiue. Sexto, quia nõ ſeruat legẽ q̃ tribuit ius petẽtib. ergo nõ dẽt hr̃e legis auxiliũ. & c. quia offerret minus, vt ff. de minorib. l. auxilium. & C. de agr. & cenſ. l. quoties. lib. 11. Septimo, qa huius rei ignarus eſt, ergo verberibus eſt ſubdendus, vt in Auth. de teſti. §. ſi vero ignoti. Octauo, quia infamis, vt ff. de accuſ. l. qui accuſare. & de teſti. l. teſtiũ fides. Nono, quia amiciſſimus eſt, vt ff. de teſti. l. teſtiũ. in prin. Decimo, quia non hẽt in bonis centũ aureos. ff. de accuſ. l. nonnullis. Vndecimo, qa ſuſpicionẽ hẽt maximã, cũ ſit violentus. ff. de accu. l. alij ꝑꝑ ſuſpicionem. Duodecimo, qa varia dixerint, & tales puniendi ſunt. ff. de teſtib. l. qui falſa. Decimotertio, ſi data, vel promiſſa ſit ei pecunia, vt C. de teſtib. l. ſi quis. Decimoquarto, qa malũ teſtimoniũ in eũ tulit, vt ff. de teſt. l. ꝓdıcı. Decimoquinto, quia minor eſt 14. an. ff. de teſti. l. teſtiũ. §. lege. in fi. & hoc in cã ciuili, gl. in ver. ſed nec pupillis. l. inuiti. ff. eo. titu. In criminalibus aũt minor 22. ann. l. in teſtimonijs. in fi. ff. eo. Decimoſexto, qa ea q̃ dixit, non ↄueniunt naturæ, vt ff. de teſt. l. ob carmen. Decimoſeptimo, qa duo ↄria ſimul dixit, vt C. de fi. inſtr. l. ſcripturæ. ff. de reg. iur. l. ubi repugnãtia. Sed in hoc caſu, vbi ↄria dñt, non ſunt admittendi, ſed iudex dẽt veriſimilia videre, vt d. l. ob carmen. in fi. Decimooctauo, quia non reddit cãm teſtimonij ſui, ſiue dicti, vt ff. de lib. cau. l. ſi pariter. §. 2. C. De fi. inſtr. l. ſi res. ff. de tranſa. l. cũ hi. §. in cã, ext. de teſtib. c. cũ cãm. Decimonono, ſi prolixe teſtimoniũ ferat, vt ꝓſumatur, ꝙ non recordeť bene, vt ff. de Carb. edi. l. 3. §. finge. Nã & alibi de tpe dicit lex, ꝙ nõ põt omnium teneri memoria, vt ff. de prob. l. ſi arbiter. C. qui teſta. face. poſſ. l. hac cõſultiſſima. Vigeſimo, ſi teſtes vacillãt. ff. de ꝓba. l. in teſtib. Vigeſimoprimo, ſi eſt inimicus. ff. de teſtib. l. teſtiũ. ĩ prin. Vigeſimoſecundo, ſi teſtis vnum & eundẽ ꝓmeditatũ ſermonem attulerit. ff. de teſtib. l. 3. Vigeſimotertio, quia damnatus eſt publico iudicio, & non fuit reſtitutus, qui in vinculis, cuſtodia publica detinetur, qui cum beſtiis pugnat, vel ſe locauerit ad pugnandum, quidam palam quęſtum faciunt, & quidam ꝑꝑ reuerẽtiam. ff. de teſti. l. teſtium. §. lege Iul. Vigeſimoquarto, q̃dam ſunt perſonæ, q̃ non coguntˉ ferre teſtimoniũ inter ſe, videlicet gener, ſocer, vitricus, priuignus, ſobrinus, ſobrina, ea ſobrino natus, & oẽs qui in proximo gradu ſunt, patronus. & patrona, vxor patroni. patronæ maritus, liberi & eorũ filij, ſponſus ẽt gñi appellõne ↄtineť. ff. de teſtib. l. lege Iulia. cum l. ſeq. quidam ſimiliter ſunt, qui inuiti non vocantur ad teſtimonium dicendum, vt valetudinarij, vel milites, vel qui cum magiſtratibus cã Reip. abſunt, & illi, quibus venire nõ licet, q oẽs notantur in l. inuiti. ff. eo. Et quidam sũt alij, vt publicani. Itẽ hi, q non detrectãdi teſtimonij cã abierint. Item hi, qui exercitũ ꝓhibendam ↄduxerunt, & pupilli ff. de teſt. l. inuiti. Vigeſimoquĩto, qb. imperari põt. & q ſunt, no. ff. de teſti. l. idonei. Vigeſimoſexto, qui eſt ſeruus, ĩ caſu tñ ei crediť. ff. de teſt. l. ſeruus. Vigeſimoſeptimo, qui ſunt domeſtici, vt C. de teſtib. l. ẽt. Vigeſimooctauo, pr̃, & filius, nec volentes, nec inuiti inter ſe pñt ferre teſtimonium, vt C. de teſtib. l. ſi parentes. & liberi. & ff. e. l. teſtium. & ext. e. ti. ſuper eo. 2. iuncta gl. j. ꝓterquã in duob. caſib. qui ibi dñr, videlicet in cã grauitatis cauſæ, & matrimonij. Et ſup iſta mã diſtingue, ꝙ aut parentes teſtificantur ſuper ætate filij, in cauſa inter eos communi, & ĩ fit. Vigeſimonono, qui ĩ re propria teſtificaẽ, vt C. de teſt. l. oẽs. ff. e. l. nullus. Trigeſimo, qui eſt adulterij crimine dãnatus, vt ff. de teſt. l. ſcio quidẽ. Trigeſimoprimo, q eſt crimine repetundarum damnatus, ẽt hermaphroditus in quo ſexus fęmine' magis incaleſcat, vt. ff. de teſt. l. repetundarum. Trigeſimoſecundo, qui falſa, vel varia, vel qui eorum dicta partib. referunt, non ſolum iſtis non credatur, ſed puniuntur, vt ff. de teſti. l. qui falſo. Trigeſimotertio, qui ob crimen famoſum damnatus eſt, nec teſtis eſſe poteſt, nec teſtimonium dicere, vt ff. de teſtib. l. ob carmen. Trigeſimoquarto, qui vendicaturus eſt ſuper alia re, vel qui voluit. Item patroni cauſarum, & executores, vt ff. de teſt. l. ob carmẽ. §. illud. & l. ſi. Trigeſimoquinto, dicto vnius non ſtatur. C. de teſt. l. iuriſiurãdi. in fi. Trigeſimoſexto, qui ab exercitu ignominiæ cauſa remittuntur, vt ff de infa. l. quod ait. Trigeſimoſeptimo, qui artis ludicrę cauſa in ſcenã prodierit, vt ff. de infa. l. athletas. Trigeſimooctauo, qui lenocinium fecerit, vt ff. de inf. l. athletas. §. j. Trigeſimonono, qui præuaricationis cauſa damnatus eſt, vt ff. e. l. j. Quadrageſimo, qui vſuras vſitatum exercuit, & interim fœnus exercuit. C. e. l. qui improbum. C. de infa. l. improbum. Quadrageſimoprimo, qui furti, vi bo. rap. iniuriarũ, de dolo malo dãnatus eſt, vel pactus, vt ff. de infa. l. j. C. de infa. l. 2. & l. nõ damnatos. Quadrageſimoſecundo, qui eã vxorẽ duxit, qui virum intra tp̃s lugere noluit. C. de infa. l. decreto. quamuis hodie caſus iſte non procedat de iure cano. Quadrageſimotertio, qui bina ſponſalia eodem tpe, vel binas nuptias ſuo nomine exercuit, vt ff. eo. l. j. in fin. Quadrageſimoquarto, qui paſſus eſt eum filiũ, quem habebat in poteſtate, eã ducere, quæ nubit intra tp̃s luctus, vt ff. de infa. l. j. Quadrageſimoquinto, qui conuictus fuerit hæreditatem expilaſſe. C. ex quibus, cau. inf. irrog. l. ſi te. expilaſſe. Quadrageſimoſexto, qui in teſtõ patris increpatus eſt. C. illo tit. l. ea q̃. Quadrageſimoſeptimo, qui ꝑ prætorem fuerit fuſtibus cæſus. C. eo. l. fuſtib. Quadrageſimooctauo, qui improbus, & deteſtabilis appellatur. C. e. l. verbum ꝓcibus. Quadrageſimonono, qui ſeparatur a ſacroſancta eccleſia. C. de hęre. & Mani. l. quoniam. Quinquageſimo, qui pupillam, vel adultam filio copulauerit. C. de interd. ma. l. j. Quinquageſimoprimo, qui hæreticorum vocabulo continetur, vt in auth. Gazaros. C. de hæret. Quinquageſimoſecundo, qui depoſiti, tutelæ, pro ſocio, mãdati noĩe ſuo damnati fuerint. ff. de infa. l. j. Quinquageſimotertio, qui inceſtas nuptias ↄxerit, vt ff. eo. l. quid ergo. §. cum aũt. Quinquageſimoquarto, qui deſerto ſacro venit ad ſecunda vota, ut in auth. eiſdem. C. de ſec. nup. Quinquageſimoquinto, mulier quæ nupſit in virum, & quando vir nupſit in mulierem. ff. ad leg. Iuliam. de adulterijs. l. cum vir. Quinquageſimoſexto, qui falſam mone-

ADDITIO.

a Th. D. Circa materiam teſtium. Adde, qđ hic tractatũ eſt Bar. ſed do. Ia. de Butrio. in Chriſti noie am. ſanc. fi. tract. quidam ſuper materia teſtiũ, cõpoſitus per do. Ia. de But. & circa materiam teſtium dic, quod quidam reijciuntur, &c.

Digitized by Google

monetam cudunt,& q adulterinā monetā ſcienter expendunt,q falſum teſtimoniū dīit,vt ff.de teſtib.l.ꝑducti teſtis.Quinquageſimoſeptimo,qui prohibeř ſua bona adminiſtrare, mutus, ſurdus, furioſus,mentecaptus,prodigus reprobanī, qui periurus eſt quocunq; mō,repellit, ēt ſi non ſit infamis, q̄a ſp̄ p̄ſumitur deierare, vt ff.de accu.l.ſi cui.§.eiſdē.& ff.de ſenato.l. Caſſius. & gñalr oēs, qui reprehenſibiles,& notatæ opinionis,& obſcuræ,famæ cenſentur,non ſunt in numero teſtiū.Quinquageſimooctauo, ſi teſtes iurauerunt abſente parte,ɔ̄ quā producuntur,ext.de teſti.ca. in noīe dñi.C.e.l.ſi oñ.Quinquageſimonono,ſi teſtes ſolēniter nō iurauerint.25.q.6.de parentela illa.1.ext.de teſt.c.nup nobis. C. de teſt.l. iuriſiurandi.Sexageſimo,ſi pars teſtificata didicerit ante aptionē, ext.de teſtib.c.ꝯſtitutus.in Auth.de teſti.§.quia vero multi,Sexageſimoprimo,ſi obſcure depoſuit,& non declarauit, ext.de teſti. c.cum clamor.& de teſti.eo.l.c.præterea.ff.de verb.obl.in ꝙ̄ueſtionalib.Sexageſimoſecundo,ſi nō fuit lis ɔ̄te. nō valuit teſtificatio, nec teſtes ſunt recipiēdi,niſi in caſib.vt ſi.non cōte.c.qm frequenter.& ad hoc alias ī Auth.de teſt.§.& hoc vero,quia.Sexageſimotertio, ſi fuerint data capitula,& teſtes non depoſuerunt ſup illis malitia,vel negligētia iudicis,ext.de teſti.c.per tuas. C.eo.l.1.iuncta.gl.in ver.ſoli.Sexageſimoquarto,ſi eſt ꝯſanguineus aduerſarij: 3.q.5.c.ꝯſanguinei.& c.accuſatus.Sexageſimoquinto, qui dixit teſtimonium ɔ̄ te in cā criminali.6.q.1.c.quicunq;20. q. 5.c. ſi quis conuictus,& c.panuli.Sexageſimoſexto, qui cōfiteretur de ſuo crimine,tangens principale non valet, ſed debet de ſuo crimine puniri,ext.de confe.c.cū ſup.Sexageſimoſeptimo, ſi eſt princeps eius cauſæ.ff.de teſti.l.nullus ideoneus.Sexageſimooctauo, non creditur matri aſſerent. ſe p̄gnantem,ad hoc vt mittatur in poſſeſſionem bonorum defuncti per edictum de ventre in poſſ. mit. ff. de vent.in poſſeſ.mitten.l.j.§.j.& de acq.hęre.l.quidam.

*Quibus potius teſtium.*

Dictum eſt ſupra, qbus modis teſtes reijciuntur. nunc dicendū eſt quibus potius credatur. Et dicendum eſt,ꝙ illis potius fides adhibetur,q ſunt in dignitate poſiti, & quanto magis in maioribus,tanto magis creditur, & Imperatori magis,quam præſidi,& ſic de ceteris.C.de teſtib l.teſtium.§.quæ argumenta.quia fides teſtis ex eius dignitate approbatur, in Auth. de teſti.§ ſancimus.Item magis nobili,quam plebeio, magis honeſto,quam inhoneſto,magis diuiti,quam pauperi, vt ff. de teſti. l.teſtium.in princ.Item magis creditur illis,qui dicunt, ꝙ naturæ negotij conuenit,quam alijs.ff.de teſt.l.ob carmen.

*De numero Teſtium.*

Dictum eſt ſupra, quib' potius credaī, nūc de teſtium numero. Et videndū eſt,ꝙ vbicunq; certus numerus teſtium non adijcitur,tunc duo ſufficiūt, quia pluralis locutio duorū numero contenta eſſe dēt.ff.de teſt.l.vbi numerus. In quibuſdā caſib.tres,alias quinq; teſtes requirunī,vt in mutāda voluntate,q̄ p decēniū ſtetit.C.de teſta.l.ſancimus. Itē in ιδιόχειρα facienda,vel priuata ſcriptura.C.qui po.in pig.hab.l.ſcripturas Itē in inuentario faciendo,in Authē.de hær.& Fal. §. hinc nobis. Itē in cautē deponendo.i.in priuata ſcriptura depoſitarij, qñ confitetur apud ſe depoſitum,in Auth de inſtr.caut.& fi.§. ſi quis igitur. & §.ſed & ſi quis.Itē in inſtrō,in quo mulier cōfitetur ſe per fideiuſſorē aliquid accepiſſe.C.ad Velle.l.antiquæ.Itē in quibuſdā caſibus quatuor requirūtur ab eis,vt in prædictis exemplis apparet. In quibuſdam quinque,vt in codicillis faciendis.C. de codic. l. fi. in fi.Itē in ɔ̄ctu excedēte liberā aurī celebrato in ciuitate.C. ſi cer. pet.auth.ſed nouo iure.Item in libertate p epiſtolam vel īter amicos data,vel inſtrō manumiſſionis reddēdo.C.de lati.lib.tol.l.vni. §.ſed & ſi quis inter.Item in cōfeſſione creditoris dicentis ſibi ſolutum eſſe.C.de teſti. l. teſtium. Item in teſtīs in villis celebratis. C.de teſt.l.fi.ver.ſin aūt in illo.Item in teſtīs tm̄ īter liberos ɔditis, vbi qualitercunq; confectum valeat.C. de teſta.l. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.& C.fam.erc.l.fi.Qñq;ſeptem,vt ff.de diuor. l.nullus diuortium. Item in accuſatione Subdiaconi, Acolythi, Exorciſtæ, Lectoris, Oſtiarij Romanæ eccleſiæ,vt in decre.2. q. 5. can.præſul.Item in teſtamentis in ſcriptis,vel ſine ſcriptis.Inſti. de teſta.§.fi.C.qui teſta.face.poſſ.l.hac conſultiſſima.Quādoq; octo, vt in teſtamento cæci,in quo non fuit notarius. C. qui teſta. face. poſſ.l.hac conſultiſſima.§.ſed quia tabulariorū. Quandoq; vndecim,vt in accuſatione eius,qui militarem annonam defraudauit. C.de eroga; mili. anno.l.iubemus per hanc libr.12. Quandoque
17 vt in ſubrogatione præpoſiti ſacrorum ſcriniorum.C.de proxim. ſacro.ſcrin.l.vnicuique.Quandoque 27. vt in accuſatione Diaconi Card. Quandoq; requiruntur 64. vt in accuſatione presbyteri Card.Quādoq; requiruntur 72.vt in accuſatione Epi Card.teſtes, & accuſatores ſine aliqua ſint infamia, vt i decr.2.q. 4.ſed cū pſul.

*In quibus caſibus debent interrogari.*

Dictum eſt ſupra, ubi certus numerus requiritur,nūc in quib.caſib. rogari dēnt. Dic bī in q̄b.caſib.in quib. incertus numer' req̄rit ibi rogari, excepto in codicillis,in quib. non eſt neceſſe,vt rogatio fiat. C. de cod.l.fi.§.vlt.in alijs debent rogari. C. de teſti.l.teſtium.& in auth.rogati,vt in teſtamentis.

*De interrogationibus teſtium.*

Vidimus ſupra de numero teſtiū, & ī quib. poſſint rogari, nūc videam' qualr debeāt interrogari. Dic,ꝙ interrogandi ſunt de p̄ſina,& vtrū interfuerūt ipſi teſtes maleficio ꝑpetrato,vel alij ɔ̄ctui,nec ne. Item, de viſu,auditu, loco,& tpe, de nocte,vel die,tpe nebuloſo, vel claro, de mēſe,die,& anno. Itē q,& quot interfuerūt ɔ̄ctui.Itē ſi ɔ̄hentes erant ſtātes, & ſedētes cum ɔ̄xerunt.Itē,ſi propoſuerunt,& cognouerūt ſigna, ſi p̄ſtitit patrocinium huic cauſæ,ſi eſt amicus,vel inimicus,cognatus, vel affinis, ſi fuit mediator,vel cognouit eū ɔ̄ quē producitur. Itē,ſi fuit rogatus.vel trāſiēs hoc vidit. Item, ſi impubes, vel ſeruus, decurio, vel plebeius, libertus,aut ingenuus. Si ad dicēdum teſtimonium pecuniam acceperit. Si damnū,vel emolumētū ad eū ſpectat. Itē, ſi ſimul viderunt,& interfuerūt ɔ̄ctui.Itē,ſi fuerūt inſtructi,vel rogati.vt taliter dicerent. Itē, de credulitate,& ſcientia, & ſilib. circunſtantijs,ext.de teſtib.c.2.q.j.in prin.c.in primis.ext. de teſtib.c. licet.3.q.9.in c.nihilominus.& c.pura,& ſimplex.

1 *Teſtes debent iurare coram partibus de veritate dicenda, & ſinceritate animi erga partes in ipſa aperienda.*
2 *Dilatio vnica datur in productione teſtium de iure communi,de conſuetudine ſecus.*
3 *Teſtes de iure ciuili poſſunt compelli per iudicem ad teſtificādum, & quid de iure canonico:*
4 *Teſtes vtrum ante litem conteſtatam poſſint produci, & in quib. caſibus.*
5 *Teſtis an teneatur reddere cauſam dicti ſui.*
6 *Mulier in qualibet cauſa poteſt produci in teſtem ſecundum ius ciuile, præterquam in teſtamento,& quid ſecundum ius canonicum.*
7 *Teſtes producens tenetur dicere ſuper quo cap eos producit.& hoc in contradictorio iudicio,& nu.8*

Quædam forma circa teſtes,de officio iudicis circa quaſdam quæſtiones ad ipſos pertinentes.

Et in primis teſtes p̄nte altera parte duci debēt,vt iurēt,vt ext. de teſti. c. in nomine dñi.Itē ſufficit ſi iurēt altera parte citata.licet ſit abſens per contumaciam.ext.eo.c.j & C.de teſti.l.
1 qñ.§.ſed cum minime.† Et debēt iurare p̄ſentibus partibus, ꝙ dicēt veritatē pro vtraq; parte,nec prece,vel dolo,& odio, vel amore negabunt veritatem.vel admiſcebunt falſitatem.C. de teſti. l. iuſiurandi.25.q.6.de parentela.Item teſtes ſunt alendi expenſis ꝓducentis 4.q.1.c.victus.C.de teſtib.l.qm̄ liberti.Item,ſi teſtificata didiciſti, non poteris de cætero teſtes producere ſuper eiſdem articulis,ext.de fi.inſtr.c.cum Ioānes,ext.de teſti.c.cauſam quæ vertitur.& c.fraternitatis.in Auth.de teſti.§.quia vero multi.Item,ſi teſtes produxiſti non habebis quartam productionem, niſi cum ſolennitate legali,quam habes,ext.de teſtib.c.fin.& c.licet.in Authen.de teſt.§.quia vero multi.& dēt iurare, ꝙ nullo modo didicit teſtificata,& ꝙ malitioſe non facit. & ꝙ eos primo hr̄e nō po-
2 tuit,vt ibidem dr̄.† Item,ꝙ vna dēt eſſe dilatio de iure communi intra quā debēt dari tres ꝓductiones,ext.de teſt.c.cauſis.& c.ſignificaſti.& C.de dila.l.1.tn̄ de conſuetudine gñali dantur dilationes tres,& quarta cum ſolennitate, quæ eſt optima legum interpres, ext.de verb.ſign.c.habere.ext.de conſue.c.cum dilectus. ff. de legib.l.ſi de interpretatione. Item quæro, quid ſi teſtis obſcure dixit,vtrum poſſit illud declarare? Dic. ꝙ ſic. ff. de præto.ſtipu.l.in prætorijs.ff.de iud.l.ſi quis intentione.C. de legi.l. imperialis.ext. de teſti.c.cum clamor Item teſtis ſynodalis,ſi errat, pōt ſe corrigere incontinenti,ext.de teſti.cog.c.præterea.Item quæritur,num quid iudex poſt publicationem, ſi cognouerit teſtes male depoſuiſſe,poſſit iterum examinare,& punire,ſi opus fuerit.3.q.9.c.nihilominus.ff.de q.repenta.ext.de teſt.c.cum clamor.& c. præſentata.C.de teſt.l.fin.&. ſic primo ad aliud duces ipſos teſtes, ext. de
3 teſt.c.cauſam.& c.veniens.& c.præſentata.† Item quæritur vtrum iudex ex officio ſuo poſſit.& debeat compellere teſtes venire, & deponere. Dic,ꝙ ſic.C.de teſti.l.ſi quando,nec vltra 15. dies ipſos detinere debet in iudicio,vt d.l.ſi quādo.ff.de ta.exbib.l.3.§. exhibere.ext.de vſuris.c.tuas.& c.dudum.tn̄ ſm̄ Canoniſtas, hoc non procedit in criminalibus,ext.de teſti.cog.c.dilectorum. 4 q.3.c.ſi teſtes.§.qui intendit.nec etiam ſi agitur ciuiliter, poterit literas habere,ꝙ teſtes compellantur in criminalibus,ext. de teſtib.cogen. c.peruenit.Item no.quod effrenatam multitudinem teſtium nō debet pati iudex produci.ff.de teſtib.l. 1. §. quamquam. extra de teſt.b.c.ſignificauit.& num.40.ext,de teſtib.c.cum cauſam. Item
4 quæro,vtrum ante lit.conteſt.poſſunt produci teſtes? † Dic,quod non

non. ext. vt l. non conteſta. c. qm̃ frequenter, &c. ad hæc Deus. in
Auth. de teſt. §. & hoc vero quia. & §. ſi vero. niſi in caſib. in quib.
poſſint produci ẽt lite non conteſt. vt puta, ſi timetur de morte te
ſtiſ, vel abſentia diuturna, & ſenes, & valetudinarij, & intra annũ
annunciabitur parti, ꝯ quam ſunt producti. alioquin non valet.
Pro hoc faciſt omnia iura proxime. ſ. alle. ſ. e. qm̃ frequenter, &c.
5 ad hæc Deus. & d. §. & hoc vero quia, & §. ſi vero. † Item quæro
vtrũ teſtes debẽt reddere cauſas dicti ſui? Dic, ꝙ ſic, ſi ſint interro
gati. C. de teſtib. l. 1. & l. ſolam. & 7. q. 3. ca. Ioan. Si aũt non fuerint
interrogati, valet eius teſtimonium, ext. de ſent. & re iud. c. ſicut
6 nobis † Item quæro, qñ mulier teſtis eſſe poſſit. Dic ſ'm leges in
omni cauſa teſtis eſſe põt, exceptis teſtis. Inſti. de teſta. §. teſtes. 15.
q. 3. decernſit. Sed ſ'm canones in cauſis criãlibus non poteſt eſſe
teſtis, ext. de verb. ſigni. ca. ſoris. 33. q. 5. c. mulierem. iuncta gl. in
ver. nec teſtis. In ciuilib. ſic, maxime in matrimonio, ext. de teſti.
c. cum literis, & c. qm̃ aliqua. Item ſcire debes, ꝙ poſtquam renũ
ciaſti productioni teſtium, debes proteſtari, vt tibi ſalię ſint exce-
ptiones opponendæ tam ꝯ dictum teſtium, quam ꝯ ipſos teſtes,
dicendo, ꝙ intendas aliquas exceptiones opponere, & ſi talẽ pro-
teſtationem non feceris, non poteris poſt aperturam dictorum te
ſtium aliquid ꝯ ipſos, nec ipſorum dicta opponere, niſi de nouo
veniſſet exceptio in notitia. Et ſi diceret actor, imo mei ſunt pri-
mo recipiendi, quia habeo onus probationis, & priuilegium, qui
prior appellat prior agat. ff. de iud. l. qui prior. & de probationib. l.
ei, qui. ex. de ord. cog. c. cũ dilectus. R̃ndeat aduocatus, imo mei
ſunt primo recipiendi. C. de inoſ. teſt. l. liberi. in fi. ff. de prob. l. cir-
ca eum de feriis. l. feriæ. de reg. iur. l. nõ debet. Sed totum hoc ha-
bet iudex terminare ex ſuo officio, vt videat ſi actor dicat, vt non
producat, vel vt impediat, vel ſi vere vult producere. Adhoc ff. de
rei vend. l. in fundo. in fi. & videat ſi periculum eſt in mora, vbi nõ
poteſt ſeruari regula de rigore iuris, ff. de offic. procon. l. aliquan-
7 do. & simil. † Item quæritur, vtrum teneatur producens dicere
ſuper quo c. vult teſtes producere. & hæc in ſcriptis facere redigi.
Vr̃ ꝙ ſic, quia ſi vult probare inutile, non eſt audiendus. C. de ꝓb.
l. ad probationem. 2. Item debet hoc dicere, & prædicere, vt ſcia-
tur, vtrum velit quid tale probare, quod ſit admittendum, quia
non omnia debent probari. ff. de pet. hære. l. ſi quis libertate. vltra
medium. C. qui legitimam perſonam, l. momentaneæ: põt reſpon
dere aduerſarius. Tibi nõ dico, quia tibi non probo, ſed iudici pro
bo, & fidem facio, & ei dicam, ſi debeo dicere. ff. de proba. l. quin-
quaginta. C. de cond. ob turpẽ cau. l. 1. Hic q petit, ſic r̃ndet. ſi de-
bes dicere, iudex dicet mihi, quia in iudicio nihil occultũ nihil
coopertum eſſe dẽt. Præterea iudex neſciret vtrum eſſet vtile, vel
inutile. & merita negotiorum, &c. C. ſi per vim, vel alio mõ. l. fin.
8 † Vel vltimo dic, ꝙ dẽt hoc dicere coram iudice audiente parte
aduerſa, vt poſſit ꝯdicere, ſi habet cãm ꝯdicendi. Item vr̃, ꝙ id, ſu-
per quo teſtes producuntur, debeat in ſcriptis redigi, quia produ-
cens poterit ſecunda, & tertia die dicere hoc non dixiſſe, & ſic da-
bitur materia negandi verum, & probandi falſum, vt ff. de eden. l.
1. §. editiones, & ibi plene no. & ſi r̃ndeat aduerſarius, ſufficit, qđ
ego verbotenus dico, & ſic non teneor, facere ſcribi, vt ff. de eden.
l. 1. §. edere. Iudex officio ſuo faciet ſcribi per perſonam publicã,
ne veritas poſſit deperire. ff. de teſt. l. curent. C. de fide inſtru. l. plu-
res. & hæc locum habent in omnibus, quæ dñr a partibus in iu-
dicio, ext. de proba. c. qm̃ ꝯ falſam. ff. de prob. l. quoties. interroga
tiones ergo dentur in ſcriptis, & in actis probandi, & iudex cãm
videat diligenter, & quod eſt illegitimum dimittat, deinde det di
lationem ad producendum ſeruata doct. C. de dilatio. l. 1. Item
9 quæro, † vtrum quis cogatur dicere numerum, & nomina teſtiũ.
Dic, ꝙ nomina teſtium quis non tenetur dicere abſolute, niſi eſ-
ſet conſuetudo loci, vel niſi appareat, ꝙ fraudulenter quis ſubijce-
ret, & ſuper eis inſtrueretur aduocatus vtriuſq; partis. ff. de excep. l.
non ex oib. C. de poſtu. l. pen. finita dilatione venient teſtes, & ille
ꝯ quem producuntur, cognoſcet eos, quia teſtes debent eos co-
gnoſcere, ꝯ quos producuntur. C. de iure delib. l. ſi. §. 1. & ibi not.

Qualiter exceptiones opponantur teſti, & quid in ipſis
exceptionibus fieri debet.

1 *Excipientes, & producentes circa articulum reprobationis, & approba tionis teſtium quomodo agere debeant.*
2 *Praxis circa actum iudicis confirmatorium, vel infirmatorium productionis teſtium, & de modo practicandi contra teſtes productos.*
3 *Teſtimoniũ vacillantis non valet, & quod idẽ ſit vacillare, & dubitare,*
4 *Teſti ignoranti diem, & horam facti vtrum credatur.*
5 *Interrogatoriorum copia an danda ſit parti, contra quam producitur.*
6 *Verbi ambigui in atteſtatione prolati interpretatio, vel ad iudicem ſpectat, vel ad teſtem.*
7 *Iuramentum præſtitum a teſte ante porrectionem libelli, reiterabitur, & differtur ſcribi eius dictum, quouſq; ſit factus libellus.*
8 *Dicta teſtium an debeant aperiri parte abſente, contra quam producitur, & quid ſi ſunt producti, publicati, & eorum dicta admiſſa & nu. 9.*
10 *Producens teſtes an teneatur reſpondere poſit onibus per aduerſarium factis contra teſtes.*
11 *Teſtificatis dudicitis poſſunt teſtes induci ad corroborandum eorum dicta & an per partem aduerſam poſſint induci de nouo teſtes ad eos reprobãdum. & num 13.*
12 *Teſtis, qui exclamauit corã iudice ſe nolle atteſtari, an iterũ poſſit reproduci.*
14 *Renuncians productioni teſtium, an poterit amplius producere*
15 *Teſtis aſſerens ſe male dixiſſe, vel cum diuerſa teſtatus eſſet coram arbitro, coram iudice, quid iuris*
16 *Citatio tali die facta, vt in ſcriptis notarij, præconi neganti diem, an teſti citato, an notario credatur.*

DIc, quòd ſi teſtes producuntur contra te
& eis potes obijcere ali
quam exceptionem illarum exceptionum, propter
quas teſtes ſubmouentur, vt quia ſeruus, vel inimic⁹,
& c. obijcies dicendo, dico talem teſtem contra me inductum te-
ſtem eſſe non poſſe, propter talem cauſam, & ſic non eſt admit-
tendus, vt ff. de teſti. l. 1. §. adhiberi. habebit reſpondere pars, imo
1 admittendi ſunt. † Et vtrum cauſa illa vera ſit, diſputationi ſerua-
bitur, vtrum ſint admittendi nec ne? reſpondeat aduocatus par-
tis, contra quam producuntur teſtes. Iſti teſtes non debent reci-
pi ſub cõditione, quia actus ille legitimus eſt. C. de ſenten. quæ ſi-
ne cert. quant. l. pen. ff. de reg. iur. l. actus. Adhoc reſpon. ſi cõſtat.
quod non poteſt eſſe teſtis, non debet recipi, vt d. l. 1. ff. de teſtib. &
quia ſuperfluis exceptionibus, & ſuperfluo iuramento non eſt qs
grauandus. Si vero non conſtat, ſed incontinenti vult facere fidẽ,
quod non poteſt eſſe teſtis, recipienda eſt probatio. ff. ad exhiben.
l. 4. §. ibidem ff. ad Treb. l. ille, a quo. §. ſi de teſtamento, & ibi no.
ext. de teſti. c. veniens 2. ext. de reſt. ſpo. ca. literas. vltra medium.
2 † Recepta probatione ſi iudex pronunciabit recipiendos teſtes
eſſe, appellet ille, contra quem teſtes producuntur. ff. qui ſatiſd.
cog. l. arbitrio. arg. contra, quorum appel. non reci. l. ante ſenten-
tiam. Si vero pronuncietur non eſſe recipiendos, appellet ille qui
produxit ſi vult de iure canonico, de iſta appellatione cognoſci, &
ceſſabit interim cauſa principalis iure eccleſiaſtico, & ſi inconti-
nenti non vult eos reprobare, recipiantur, ſeruato in tempore di-
ſputationis quicquid, & in quantum debet eis credi, vt C. de teſt.
auth. ſi teſtis productus. ff. de tut. l. muiſi. §. 1. Cũ vero cõſtet teſtes
recipiendos, dicat ille, contra quem producti ſunt, volo facere
libellum, & interrogationem meam contra teſtes, quos vis pro-
ducere, quod vſu magis eſt approbatum, quam lege cautum.
3 † Quid ſi teſtes dubitant, vel vacillant? Non valet eorum teſtimo
nium. ext. de appell. c. ſolicitudinem. quia quaſi contra ius eſt, &
dubitare, & vacillare, idem ſignificant. C. de acq. poſſ. ſ. l. nemo.
4 † Quid ſi teſtis dicat neſcire diem, vel horã, vtrum ipſius teſtimo
nium valeat? Dic, ꝙ ſic. ff. de accu. l. libellorum. niſi negotium eſ-
ſet tale, in quo requireretur ſcientia diei, vel horæ. ff. quod vi, aut
clam. l. aut qui aliter. §. 1. dicitur, quod ſi denunciatum ſuit nouũ
opus, quod debet poni in inſtrumento denunciationis dies, &
hora diei, vt C. de contrahen. & commit. ſtip. l. pen. & etiam in ca
ſu, in quo q prior eſt, potior eſſet, vel vbi, & de quo poſteriores de
rogant prioribus. ff. de legib. l. ſed & poſteriores. ff. loca. & condu.
5 l. in operis ff. de pig. l. ſi fundus. † Quæro, vtrum debeat dari copia
interrogatoriorum parti, contra quam producitur, cum in ſecre
tum ſit dandum iudici, quia ſi pars ſciret teſtem inſtrueret? R̃n, ſi
tales interrogationes continent quæſtiones ad deſtructionem te-
ſtis, ſecretum ſit omnino, vt dictum eſt. Si vero quæſtiones ad ꝓ-
bandum intentionem, vel exceptionem illius, contra quem pro-
ducitur, & tunc danda eſt copia ad hoc, vt ſeruetur æqualitas. Et
iſtud interrogatorium, de quo ſup. eſt facta mentio, fiet, ſi conſue
tudo eſt loci, vel fori, quod poſt aperturam interrogantur ad po-
ſtulationem illius, contra quem producuntur, ſatis eſt quod fiat
tunc interrogatorium poſt aperturam, ſi non eſt conſuetudo lo-
6 ci, oportet, ꝙ fiat ante. † Quæritur, quid ſi teſtis dicat aliquod ver-
bum ambiguũ, vel obſcurum ad poſtulationem alicuius? Dico,
ꝙ tale verbum ambiguũ interpretabitur per iudicẽ. vel per teſtẽ
ex ſuo offi. ff. de reg. iur. l. in ambiguis. & l. Neratius. ff. de teſt. & ff.
qui teſta. face. poſſ. l. hæredes. §. 1. Si vero non dixit verbum ambi-
guum, ſed dixit aliquid, ſuper quo ille ꝯ quem producitur, nõ po-
tuit eſſe inſtructus, dico adhuc ipſum teſtem eſſe interrogandũ.
7 † Quid ſi iurauit, & adhuc non eſt datus libellus? R̃n. dabitur po-
ſtea, & differetur ſcribi dictum teſtis quouſque ſit factus libellus,
Sed quantum expectabit teſtis? R̃n. forte per quindecim dies. C.
de teſti. l. ſi qñ. Sed cuius expenſis interim? Dic producentis. C. de
teſti. l. quoniam. de appel. l. eos. Vel dic, ꝙ ſi quid eſt, ꝙ ei impute-
tur, qui debet ferre libellum, ipſe interim faciet expenſas, & deſi-
diæ pœnam luat. C. de p. l. ſi. in fin. Quid ſi erat teſtabilis eo tempo-
re quo iurauit, & inteſtabilis eo tempore quo ſcribitur? Dic ſpe-
ctari tempus iuri. C. de teſt. l. teſtium. in prin. Vel dic. tp̃s quo ſcri-
bitur. ff. de teſta. milit. l. ante pe. vel diſtingue cuius dolo, vel culpa
fuerit dilatũ tp̃s. ff. de mino. l. intra vtile. t. reſpon. ff. de excuſa. tut.
8 l. ſed & reprobari. & C. ad leg. Iul. amb. l. vnica. † Item quæro, vtrũ
dicta teſtium debeant aperiri abſente parte, maxime parte, con-
tra quam teſtes producuntur? Dic, ꝙ non, niſi abſens eſſet per cõ-
tumaciam. ff. ad leg. Iul. de adult. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni in-
tereſſe, ad hoc, vt prædicta pars poſſit proteſtari contra perſo-
nas

Digitized by Google

nas,& dicta teſtium,vt ext. de teſti.c.præſentium. Quid ſi non re-
periuntur interrogati de oĩbus interrogationibus factis,& appro-
batis?Rñ.interrogentur,vel iudex,vel tabellio,qui prætermiſit,re
ſarciet.ff.de iud.l.non quicquid.§.iudex ſi quid.Quid ſi pars teq̃-
ſiuit teſtes intra tp̃s,vt teſtificarentur,& ideo forte ſuccubuit,qa
non teſtificati fuerunt. Dic,ꝙ imputabitur volenti eos produce-
re,ſi non fecit eos dicere,cũ per ipſum remanſit,quin faceret eos
cogi.ff.de tab.exhi.l.locum.§.hoc interdictum.& hoc ſiue cauſa
ciuilis,ſiue criminalis ſit.C.de teſt.l.ſi q̃n.ff.eo.tit.l.1.§.adhiberi.
Quod verum eſt,ſi non fuit petitum a iudice,ſed ſi petitum fuit,
& ipſe iudex recuſauit,tunc iudex reſarciet damnum.ff.de mag.
conue.l.1.ff.de dam.infe.l.his.§.pe.Sed nunquid teſtis,qui noluit
iurare tenebitur.Dico,ꝙ ſic,quia teſtificari publicum munus eſt
vt,ff.quemad.teſt.aper.l.cum ab.& l.ſi quis ex.iõ debet damnum
reſarcire.ff.de adm.tuto.l.quidam.in fi.& l.tutor.& C.de excu.tu
9 to.l.quãquam in tutela. † Quæro,quid ſi teſtes ſunt producti,&
publicati.& eorum dicta ſunt admiſſa?ſic diſtingue,ſi quidem
apud iudicem ſunt admiſſa,vel apud publicam perſonam,vel ali-
ter,ipſe reſarciet damnum,& grauiter punietur.C.de app.l.ne cã,
quæ.& de teſt.l.ſi q̃n.Si apud illum,ↄ quem ſunt producti,iterum
producantur,ne poſſit obijcere pp̃ vicium ſuũ,vt qa ſemel ſunt
producti,& ad hoc.ff.ſi quis omi.cau.teſt.l.quia aũt.§.nõ ſimplr.
Si naſit apud illum qui produxit,vr̃ ꝙ imputet ſibi,& ꝙ iterum
non detur ei facultas producendi,quia ſic datetur materia,& oc
caſio delinquendi,& fingendi ſe admiſiſſe,& producendi iterũ,
& ſubornandi,& materia peccandi auferenda.ff.de iureiu.l.ait p̃-
tor.§.1.& de eden.l.1.§.editiones. Si probet ſe eundẽ caſu admi-
ſiſſe.producet iterum,vt ff.de eden.l.ſi quis ex arbitris.§.fi.& l.ſe,
Vr̃ m̃.ꝙ in primo caſu poſſit producere,q̃n ſtetit per iudicem,qa
periculoſum ei eſſet litigare cum iudice,& probare intereſſe eſt
difficile,vel ad minus per beneficium reſtitutionis,ex illa clauſu-
la generali,ſi qua mihi iuſta cã.&c.vel ex illa ſpãli,& perpetuo.
Sed q̃uo probabit damnum.Dic,forte facto illius,qui produxit
10 teſtes,vt ff.quod vi aut clã.l.ſemper.§.hoc.C.vñ vi.l.ſi quis. † Sed
quæro,vtrum ille,qui teſtes produxit,teneatur rñdere poſitioni-
bus factis per illum,ↄ quem teſtes ſunt producti ſuper dictis te-
ſtiumsvel ſuper perſonis eorum,vt quia ponat,ꝙ dictum eorum
non tenet quia varia dixerunt,&c.vel quia ſunt infames,&c.Du-
bitatio huius q̃ónis eſt,quia poterat dicere producẽs,non teneor
accuſare teſtem meum,nec indicare turpitudinẽ ſuam.C.vt ne-
mo inui.ag.l.vni.Sed illud habet locũ,q̃n principaliter,& ab ini-
tio criminaliter quis cogitur.Sed cum q̃ns admitteretur ad pro
bandum cãm remotionis,ergo & per quemlibet legitimũ mo-
dum probationis.Sed poſitio eſt legitimus modus probationis,
11 ergo oĩmodo tenetur rñdere. † Item quæro,quid ſi aliquis vole-
bat,ꝙ quis ferret teſtimonium pro eo.& cum eum duceret ad te
ſtimonium dicendum,teſtis iſte libenter volebat iurare,dixit,&
exclamauit coram omnibus dicendo,Dñe iudex de iſto facto ni-
hil ſcio,ꝙ ipſe dixit,videlicet producens,& hic producens ſem-
per præſens erat,vtrum amplius eum inducere poſſit.Dubium
eſt,quia teſtificata didicit,& ſic vr̃,ꝙ eum vlterius producere nõ
poſſit.Sed ↄtrium puto,quia dĩa eſt inter teſtificata,& teſtifican-
da.Teſtificata dicuntur cum teſtes teſtimonium dixerunt,& eo-
rum dicta in actis ſunt redacta,& poſt aliqua partium didicit te-
ſtificata.Teſtificanda ſunt,quæ non ſunt dicta,ſed dicenda,ſed ꝙ
hoc ſit verum,auth.at qui ſemel produxerit.C.de proba.euiden-
12 ter probat. † Quæro,vtrũ poſtquam pars didicit teſtificata,poſ
ſit ſaltem teſtes inducere ad corroborandum eorum dicta.Et vr̃
ꝙ ſic,vt Auth.de teſti.§.quia vero multi.Sed contrarium puto.
& ſic ſe habet conſuetudo.Sed nunquid poſtquam pars didicit
teſtificata,poſſit teſtes inducere ad reprobandum teſtes.Videtur
ꝙ non,quia teſtificata didicit.Contrarium puto,vt cum velit di-
cere pars,quod ſint criminoſi,& infames,& ſi ſciui eos ab initio
infames,vel criminoſos eſſe,ſi tamen ab initio proteſtatus fui de
iure meo,& eius quæſtio ſeruata eſt poſtea,& prædicta probat,au
13 then.ſi teſtis p̃ductus dicatur.C.de teſt.& l.ſi quis teſtibus. † Sed
vbi a principio ſciui teſtes eſſe infames,& criminoſos dum pro-
ducerentur,& nihil dixi,præiudicaui mihi,& ita do.Azo dixit,vt
audiui.Sed ſi velim reprobare dictũ teſtis,ſemper teſtes poſſum
producere,vt in Auth.de teſti.§.quia vero.Sed decretalis dicit,ꝙ
ſi nihil ab initio proteſtatus fui,nec aliquid dixi,ꝙ poſt publica-
tionem poſſem dicere criminoſos,vel infames,vt in c.denique,
ext.de excep.in glo.in ver.accuſati.in fi.ext.de teſti.ca.præſentiũ,
Sed nũquid aliqua pars poſt publicationem poteſt aliquas inter-
rogationes facere teſtibus aduerſæ partis,per quas aliquid p̃bet,
Et videtur,ꝙ ſic,& in hac opin.erant multi Doc.Bon.Sed cõtra,
dico,ꝙ poſſit cauſam ſui dicti explorare,& ſententiam ſuam mu
tare,& variare,vt ff.de teſta.l.hæredes.& de hære.inſt.l.aſſerit.ſu-
per nouo tamen,& de nouo emergente,bene poſſunt fieri inter-
rogationes,& teſtes induci,vt C.de teſti.l.ſi quis.& ext.de teſti.c.
14 fraternitatis. † Quæro,quid ſit renunciatum eſt teſtium produ-
ctioni,teſtificata tamen non didicit,vtrum poterit non obſtante
renunciatione teſtes producere.Credimus,ꝙ ſola renũciatio no
facit,quod teſtes vlterius non poſſint produci,ſed ſcientia dicto-
rum teſtium,vt in Auth.de teſti.§.quia vero multi.& C.de iudi.
auth.iubemus.non.n.poteſt,poſtquam teſtificata didicit,teſtes
producere,vt C.de prob.l.at qui ſemel.& ff.de rei vend.l.officiũ.
Sed quidam dicunt,ꝙ auth.corrigit leges iſtas,& oẽs alias,q̃ hoc
dĩit,ſed hoc nobis dicere non placet.Sed dño meo viſum eſt di-
ſtinguendũ,vtrũ quis produxerit teſtes extra iudiciũ,vel in iudi-
cio.Si extra iudiciũ didicerit teſtificata ſuorum teſtium,nõ fiet
ei præiudiciũ,ſed ſi in iudicio produxerit,locum nõ habet hæc
15 auth. † Item pone,ꝙ teſtis dixit ſe male dixiſſe.Vel pone,ꝙ teſtis
dixit aliud coram arbitro,& aliud corã iudice,quid erit hoc ca-
ſu faciendum.Et dr̃,quod vltimo dicto ſtetur,& puniatur vt fal-
ſarius.ff.de teſti.l.qui falſo,ꝙ vltimo dicto ſtetur,facit.ff.de quæſt.
l.repetita.& in auth.eod.§.& licet dudũ.ff.de inof.teſta.l.ſi is,qui
admittitur.Alij dĩt.ꝙ primo ſtetur,qa præſumitur,ꝙ corruptus
hoc dicat.Ego neutrum dico,nec credo,& ita de facto ſeruatur
Bono.Sed pone,ꝙ teſtis dixit teſtimoniũ,& notarius cauſæ ſcri-
pſit,& dũ notarius legit dictũ ſuum in publicatione,dicit teſtis ſe
16 ſic non dixiſſe. † Vel pone,ꝙ tabellio legit citationem factam a
præcone,qui dicit p̃dicta die ſe non citaſſe,nũquid ſtabitur dicto
teſtis,vel præconis,ſiue tabellionis.Dico,ꝙ ſtabitur ſcripturæ.Nã
talis facit fidem ſine teſtibus,vt C.de don.l.in donationib.in prin.
& ext.de prob.c.quoniam contra falſam.& ibi dicitur plene per
Inn.Item pone,ꝙ teſtis tulit falſum teſtimoniũ die feriato,quã-
tus ipſum dictum non tenet,vt puta,quia die feriato dixit,vt di-
ctum eſt,vtrum puniatur de falſo.Dic,ꝙ ſic,arg.C.de epiſc.audi.
l.ſi clericus.ff.ad l.Cor.de fal.l.ſi quis legatum.

## *De contrarietate teſtium, quid ſit tenendum.*

1 *Conteſtis in inſtrumento contradicens alijs teſtibus per ſe numero ſufficiẽtibus ad ſolennitatem inſtrumenti,an talis contradictio obſtet*
2 *Teſtibus ab vtraq; parte productis contraria dicentibus,ſtatur dicto plurium,niſi pauciores,& bonitate,& veriſimili ſermone atteſtentur.*
3 *Teſtibus contradicentibus inſtrumento,quid iuris.*
4 *Inſtrumenta reprobantur cum dicto quatuor teſtium,præterquam in duobus caſibus,in quibus non admittuntur.*
5 *Teſtimonium latum per vnum de collegio pro collegio,vtrum admittatur*
6 *Teſtis dictum de poſſeſſione,& ignorantis,quid ſit poſſeſſio,an valeat.*
7 *Teſte obſcure loquente,pro quo fieri debeat interpretatio.*
8 *Teſtibus duobus affirmantibus plus creditur,quam decem negantibus.*
9 *Teſtes producti ſuper vno articulo,an debeant ſuper alio interrogari.*
10 *Delicto commiſſo per vnum ex familia cuius nomen teſtis ignorat,an Dominus debeat totam familiam exhibere,vt teſtis eum cognoſcat.*
11 *Falſum dicentes,cum ſint corrupti pecunia,vtrum ſufficiat alterum de duobus probare.*
12 *Inſtantia iudicij perempta,an dicta teſtium ſint perempta.*

CVm teſtes ſunt ↄtrarij diſtinguo,aut vnus teſtis ↄdi
cit ſibi expreſſe,& eius teſtimoniũ nõ valet.
3.q.9.pura,ext.de app.c.ſollicitudinẽ.C.de li.cau.l.cũ
p̃ciũ.niſi hoc fecerit corrigendo ſe incõtinẽn,ext.de
teſt.cog.pterea.Aut eſt falſus,& vr̃ in nullo valere,dixi ſ.& eſt di.
9.c.ſi ad ſcripturas.Aut vnus teſtis ↄdicit pluribus,& tunc talis ↄ-
trarietas nõ obſtat,qa teſtimoniũ vnius nõ iuſtificat,nec dãnat.33.
q.2.c.admonere.niſi ↄdicat plurib.teſtib.cũ quibus ſcriptus eſt in
vno inſtrõ.ff.quemad.teſta.aper.l.1.in fi.† Sed quid ſi in tali inſtrõ
1 ſunt tot teſtes,ꝙ ſine ipſo ſufficiant,q̃uis vnus ↄdicat,nunquid ta
lis ↄdictio obſtet?Et dic,ꝙ non,vt no.in d.l.1.ſ.prox.alleg.Si ve-
ro plures pluribus,ſubdiſtinguunt quidam,quia aut ↄdicunt te-
ſtibus ex eadem parte productis,& tũc nullius teſtimoniũ valet
3.q.9.nihilominus,iuncta glo.in ver.ſimul.& vr̃ hoc expreſſum
ext.de prob.c.licet.ſicut q̃n diuerſæ ſcripturæ ex eadem parte pro-
ducuntur,q̃ ſibi ↄriæ ſint,& tunc nulla ex illis valet,vt C.de fide
2 inſtr.c.ſcripturæ. † Sed ſi ↄdicunt teſtes partis diuerſæ,p̃ualet plu
rium teſtimonium teſtimonio paucorum,niſi illi teſtes paucio-
res ſint meliores,vel magis veriſimiliter loquantur.Hãc opinio-
nẽ non approbo.Licet.n.teſtes eiuſdem partis ↄdicant,non dico
hoc caſu,ꝙ eorum teſtimonia non valeant,licet ita ſit in inſtrĩs,
quia inſtrã ſua põt quis præuidere,an ſibi ↄdicãt.Vñ imputet ſibi
ſi ↄtria exhibet inſtrã.Sed in teſtibus neſcitur qd dicturi ſunt.Dic
ergo,ꝙ ſi teſtes ↄdicant teſtibus,ſiue ex eadẽ parte,ſiue ex aduer-
ſa parte productis,primo concordabit iudex ↄdictionem illam
ſi põt,ext.de teſtib.cum tu fili in decre.c.periculoſe.de pœn.diſt.1.
ext.de verb.ſig.c.nihil obſtat.Idem poteſt dici de ↄñis inſtrumen-
tis,ext.de conſue.c.cum dilectus,niſi ſit manifeſta cõtrarietas.3.
q.9.c.nihilominus.35,q.6.de parentela.Vbi ergo teſtes contrarij
ſunt,teſtimonium plurium præualet,niſi ex altera parte tanta ſit
dignitas,ꝙ merito debeat præiudicare numero,vel veriſimilia lo
quatur,vel niſi per pauciores teſtes plura probẽtur,q̃ per plures,
Verbi gratia,plures teſtes probant me poſſediſſe rem per decem
annos,pauciores p̃bãt te poſſediſſe p quadraginta annos talẽ rẽ,
& pterea.ſit titulũ poſſidẽdi,& dicemus valere teſtimoniũ pau-
corũ,ext.de prob.c.ex literis.hoc verum eſt,vbi teſtes de eodem
tpe introducti ſunt.Si autem teſtes ex vtraque parte ſunt pares,
& in numero,& in dignitate,tunc fertur ſententia pro reo,extra
de prob.

de ꝓb.c.ex literis.& de fi.inſtr.c.īter dilectos,niſi in mr̄imonio,&
ī cā liberali,ꝓ teſtō,& ī dote,ex.de ſen.& re iu.c.fi. Si aūt neuter
poſſidet,ſed vterq; petit rē ab extraneo,tūc ſi vtriuſq; partis teſtes
ſunt pares,diuidat res ſi pt,ext.de ꝓſūp.c.afferte.ſi res ē indiuidua,
pt iudex gratificari,& dare cui vult,ext.de paro.ca.1. vel res forte
3 diuimiē.17.q.8.ſors ñ ē aliqd.† Si vero teſtes ꝯ dñt īſtrō,aut ꝯ. ñi in
ſtrō,ī quo ſūt ſcripti,aut īſtrō ī quo ñ ſūt ſcripti. Primo caſu ꝓua-
lēt teſtes īſtrō,ext.de ꝓb.c.3.& de ꝯſue.c.ꝑ tuas.ff.queād.teſ.ap.l.1.
ī Auth.de fi.inſtr.§.ſi vero ta le aliqd· Scđo caſu dñt qdā,ꝙ ſp ꝓiu-
dicat viua vox mortuæ,ī Auth.de fi.iſtr.§.ſi vero.coll.7. Alij dñt,
ꝙ ſi factū ē remotū ab hoīm memoria. potꝰ credat īſtrō,q̄ teſtib.
Sed ſi factū ē certū,potꝰ credat teſtib.tūc iō,qa memoria vltra an
nū nō hr̄.ff.đ ꝓb.l. ſi arbiter.tūc idē,qa teſtes ꝯſueuerūt eorū fidē
variare ex tractu tpis.ff.đ Carb.edi.l.3.§.duç ãi ſunt.ver. finge cē.
4 ff.de dā.īfe.l.q bona.§.fi.† Ego credo,ꝙ ꝯ īſtrm̄ admittāt teſtes q̄
tūcūq; ſit publicū,ext.de ꝑſcr.c.ad audiētiā.C.de ꝓb.l.cū ꝑcip.nō
tñ credo,ꝙ teſtimoniū duorū,vel triū ꝓualeat īſtrō,Nā cū īſtrm̄
obtineat vicē duorū teſtiū,& ꝑterea tabellio eqpollet, vel maior
ſit vno teſte, oportet,ꝙ ad minꝰ reprobet īſtrm̄ ꝑ quatuor teſtes,
ext.de fi.inſtr.c.cū Io.Fallit in hoc ī duob.caſib.vbi vr̄,ꝙ ꝯ īſtrm̄
nō admittant teſtes,ſicut ꝯ inuētariū publice ꝯfectū nō admittū
tur teſtes C.arb.tu.l.fi.& ī ꝯfeſſione,q̄ fit a muliere,ī īſtrō,in quo
ꝯfitetur ſe recepiſſe pecuniā ꝓ interceſſione,vt l.antiq. C.ad Vel-
5 le.† Quæro,qd ſi vnꝰ đ collegio ferat teſtimoniū ꝓ collegio,vel ꝯ
collegiū,an tale teſtimoniū valeat nec ne? Dic,ꝙ ſic,vt no ff.ꝙ cu
iuſq; vniuer.l.itē eorū.§.actor vniuerſitatis.Quæro, qd ſi aliqs ac-
cuſatꝰ ē,ꝙ īterfecit aliquē ī quadā domo, teſtes ꝓducti ad ꝓbādū
dictū maleficiū,ꝓbāt dictū maleficiū ꝯmiſſū añ dictā domū,vtrū
6 ſit ꝓbatū? vr̄, ꝙ ſic,vt ff.de ver.ob.l.q añ Calē. Quid † ſi teſtis dicat
quē vidiſſe,tenuiſſe,& poſſediſſe,& neſcit qd ſit poſſeſſio, nunqd
eiꝰ dictū valeat,& ſi valet,de qua poſſeſſione vr̄ ipſū ꝓbaſſe? Sol.
dic,ꝙ eiꝰ dictū valet,& vr̄ ꝓbare illā poſſeſſionē, ſuꝑ qua introdu-
ctꝰ ē,vt no.ff.de ver.ob.l.ſtipſo iſta.§.hæc quoq; ſtipſo,& ibi ꝑ Dy,
7 † Quid ſi teſtis obſcure depoſuit ī iudicio,ꝓ quo dēt fieri interpre
tatio? Dic,vt ꝑ Dy.ext.de re.iu,c.ꝯ eſt.li.6.Pone ſtatuto cauet,ꝙ ſi
qs ꝓduxerit teſtes falſos,ꝙ ſoluat certā penā,mō qdā ꝓduxit vnū,
Mō q̄rit vtrū teneatur ad penā ſtatuti. Dic,ꝙ ſic.ff.de neg.geſ.l.ait
8 ꝑtor ī pri.§.negotia.† Itē q̄ro,ſi duo teſtes dicāt,ꝙ qdā fundus va-
let cētū,& ñ plus,duo dicāt,ꝙ valet ducēta,cui dicto ſtabimꝰ? Di
co ꝙ ſtabimus dcō duorū. Nā gl.in l.diē ꝓferre.§.ſi plures.ī ver.ꝯ-
ſēſerūt.ff.de arb.đt,ꝙ plus credit duob.aſſerētib.affirmatiuā, quā
decē ꝓponētib.negatiuā, q̄uis ꝯrıū ſit ī arb. Nā ſtat dicto illorū,q
9 ꝯſenſerūt ī maiori q̄titate,q̄uis ſint pauciores ī numero.† Quæro,
vtrū teſtes producti ſuꝑ vno articulo dēant ſuꝑ alio interrogari?
Vr̄,ꝙ nō,arg.l.ſi qs libertatē.ī fi.ff.de pet.hær.de iureiu.l.ſi duo.§.
fi.in fi.C.de ord.co.l.j.Sed ꝯ facit,auth.ſi teſtis productus.C.de te
ſti.Sol.ibi interrogat,an ſit libera natiuitate,vel nō. Et dic de ma-
10 teria iſta ꝑ Inn.ext.de teſt.c.ꝑ tuas.† Quæro,pone,ꝙ ex familia ali
cuius vnus deliquit,dicit teſtis,ꝙ nomē delinquētis ignorat,ſed ſi
videret,bñ cognoſceret,vtrū dñs dēat totā familiā exhibere, vt te
ſtis poſſit recognoſcere delinquētē? Dic,ꝙ ſic.ff.ad.exhib.l.3.§.ſi
qs noxali.ff.de pub.l.cum ſi exhibuiſſent.§.ante aūt.ext.de teſti.c.
cū cām.Idē,ſi aliqs erat in loco aliquo,& vnus deliquit. Idē,ſi ali-
quis ꝯmiſit maleficiū,& dū ꝯmiſit,erat īdutꝰ alijs pãnis.q̄ nūc ſit,
11 ꝙ dēt ſe induere priorib.pãnis,ut teſtis eū recognoſcat.† Pone,ꝙ
teſtes falſū teſtimoniū dixerūt,corrupti pecunia,nūqd ſufficit alte
rū ꝓbare? Dic,ꝙ nō.l.diuus.ff.de re iu.qb.ex cau.in poſſ.e.l. Ful-
cinius.§.2.& §.qd ſit latitare.vi bo.rap.l.a.§.dolo aūt.& §.ſeq. ext.
de ꝓb.c.licet.Nā ad hoc ſe adſtrixit,ex quo ſic limitate locutꝰ fuit
ut ſ.dicta iura ꝓbāt. Secus ſi diceret,ꝙ teſtes falſū teſtimoniū dixe
rūt,& pecunia corrupti ſūt,qa tūc uideor duo ponere, & ſufficit
alterū ꝓbari.ff.de uerb.ſig.l.ſepe.§.cū uero dixit ꝑtor.& p.e.ſ. all.
12 † Quæro,utrū inſtātia iudicij perēpta,dcā teſtiū pēpta ſint. Dic,ꝙ
aut īſtātia ē pēpta añ publicationē teſtiū, & tūc dicta teſtiū pēpta
ſunt: nā poſtea nō faciūt fidē. Aut inſtātia pēpta eſt poſt publica-
tionē teſtiū,& tūc dicta teſtiū nō pereūt,ut no.C.de iu.l.ꝓperādū.
§.ſi uero cāę.uer.2.q̄rit.Quid ſi teſtis adijciat aliqd falſū dicto ſuo
ſeu teſtimonio,utrū totū ſuū dictū corrūpat? Dic,ꝙ ſic, ext.de re.
iur.c.defleat peccator.Quæro,cū ſint qdā,q nō cogunt ferre teſti
moniū,ut ff.de teſti.l.inuiti.nunqd ipſis uolentib. admittant? Dic
ꝙ ſic,ut no.in gl.fi.d.l.prox.alleg.in uer.non licet,in finalib. uerb.
Quid ſi teſtis unū dicit ī uno iudicio,aliud in alio? Dic,ꝙ q̄ñq; te-
ſtis uariat in eadē cā inter eaſdē ꝑſonas, & tūc aut ſm dictū eſt cū
tormētis,& ſtat ſcđo,ut l.ſi poſtulauerit.§.rō. ue. ſed ſi negauerit.
ff.de adul.aut ſine tormētis,& tūc aut dicit aīo ſe corrigēdi,& ſcđ
tinēti,& pōt,& ualet ſcđm,ut ī Auth.de teſt.§.qa uero.in gl.mag.
& ext.de teſti.c.ſicut.aut nō aīo ſe corrigēdi,& tunc hr̄,ut teſtis ua
rians,& punitur.l.eos.ff.de fal. Qñ teſtis uariat in iudicio ab eo, ꝙ
dixit extra iudicium,& tunc aut primo teſtificatus eſt in iudicio,
deinde ꝯrium dixit extra iudicium, & tunc ſtatur primo dicto. l.
generalr̄.C.de non nu.pecu,& d.c.ſicut.aut dixit extra iudicium,
deinde ꝯrium in iudicio,& tunc punitur,ut falſarius.d.l.cos.2.rñ.
aut profert diuerſa,& uaria teſtimonia ꝯ diuerſos, & tūc punitur,
d.l.eos.3.rñ.& iſta colliguntur ex dictis Bart.in d.l.eos.

# TRAC. IAC. AEGID.

## DE REPROBATIONE TESTIVM.

1 *Teſtis infamis non admittitur.*
2 *Serui teſtimonium reprobatur.*
3 *Monachus,canonicus regularis,& ſimiles,teſtificāt in cauſis ſuę eccleſię:*
4 *Fratres Minores,& Prædicatores,de licentia ſui ſuperioris teſtificantur, & ipſis magis creditur.*
5 *Mulier non admittitur in criminalibus,in ciuilibus ſic.*
6 *Minor in criminalibus non admittitur.*
*Impubes teſtificatur de his,quæ vidit in pupillari ætate.*
7 *Furioſus,& mentecaptus repelluntur.*
8 *Pauper admittitur,ſed ei tanta fides non adhibetur.*
9 *Excommunicati,infideles,& hæretici repelluntur a teſtimonio.*
10 *Domeſtici,& familiares repelluntur.*
*Vxor dicitur domeſtica.*
11 *Teſtes debēt cū iuramento deponere,& tale iuramentum non pōt remitti.*
12 *Teſtis in cauſa propria quis eſſe non poteſt.*
*Monachus pro eccleſia,& illi de vniuerſitate ꝓ vniuerſitate teſtificantur.*
13 *Venditor pro emptore non teſtificatur.*
*Fideiuſſor pro debitore ſic.*
*Tutor,curator,& ſimiles pro dominis non teſtificantur.*
*Aduocatus durante aduocatione non teſtificatur.ſed ea finita ſic.*
14 *Teſtes ſingulares reprobantur.*
15 *Socij,& conſortes,in cauſa communi non teſtificantur.*
16 *Princeps,& ſocius criminum repellitur.*
17 *Teſtes obſcuri,& ignoti repelluntur.*
*Iudex cogit teſtem dictum obſcurum declarare.*
18 *Teſtis incontinenti poteſt dictum ſuum mutare in totum,vel in partem,& ſtatur vltimo.*
19 *Teſtis non reddens cauſam dicti,non probat.*
*Iudex non interrogans teſtem de cauſa dicti,tenetur parti ad intereſſe.*
20 *Inimicus repellitur a teſtimonio.*
21 *Teſtis,qui falſum dicit,reprobatur.*
22 *Teſtificans corruptus pecunia, repellitur.*
23 *Teſtis,qui celat veritatem,non probat.*
24 *Teſtis repellitur,ſi veriſimilia non deponit.*
25 *Teſtes deponentes per eundem præmiditatumq; ſermonem , non probant.*
26 *Reprobantur,qui de diuerſis rebus deponunt.*
27 *Teſtes deponentes de diuerſis perſonis,reprobantur.*
28 *Reprobantur ratione malæ computationis graduum.*
29 *Teſtes deponentes de diuerſis locis,non probant.*
30 *Teſtes errantes,& deponentes in eccleſia,reprobantur.*
31 *Teſtis vnus ſi dicit de vno tempore,alius de alio,reprobantur.*
*Teſtis quando ſit interrogādus de tēpore,& an varietas in tēpore noceat.*
32 *Decima nō probat per teſtes,quorū vnus dicit de fabis,alius de ciceribus.*
33 *Officium iudicis quale eſſe debeat,quando teſtes variant,ſiue inter ſe,ſiue inter alias.*
34 *Teſtes dicentes vnum pro alio,vel pluribus dixerunt ſua teſtimonia,reprobantur,& tanquam falſarij puniuntur.*
35 *Vſurarij,& conſiſtentes in peccato mortali, repelluntur a teſtimonio.nume.58 in fi.*
36 *Teſtis reprobatur ex illis cauſis,ex quibus iudex vt ſuſpectus recuſatur.*
*Iudex propter quas cauſas ſuſpectus recuſatur.*
37 *Teſtes ſuper eiſdem articulis iterato recipi non poſſunt.*
38 *Teſtis,qui alias protulit falſum teſtimonium,repellitur.*
39 *Teſtis,qui contra me teſtificatus eſt,ſi modo per me producitur,repellitur.*
40 *Teſtes poſt didicita teſtificato repelluntur.*
41 *Teſtis ſi ſecrete,& ſigillatim non depoſuit,reprobatur.*
42 *Teſtis,qui non fuit receptus a iudice,vel ab alio de eius mandato,non admittitur.*
43 *Teſtes recepti ante litem conteſtatam,non probant.*
44 *Teſtes reprobantur quando deficiunt in numero requiſito.*
45 *Teſtes ſi non ſunt rogati non probant.*
46 *Teſtes ſola voluntate illius,cōtra,quē producunt, corā arbitro reꝓbātur.*
47 *Teſtis nō admittitur in illis caſibus,in quibus oportet probare ꝑ ſcripturā.*
*Scriptura in quibus caſibus neceſſaria.*
48 *Teſtes reprobantur,quando articuli producti non faciunt ad cauſam.*
49 *Teſtes producti ſuper id,de quo eſt actum,reprobantur.*
50 *Teſtis poteſt interrogari de facinoribus ſuis.*
51 *Multitudo effrenata teſtium,reprobatur.*
*Numerus quadragenarius,dicitur effrenata multitudo.*
52 *Teſtes,quorum dicta non ſunt redacta in publicam formam, non probant.*
53 *Producere teſtes,vel inſtrumenta contra ſe quis non cogitur.*
54 *Senes,& valetudinarij,non admittuntur.*
*Senex dicitur,qui compleuit ſeptuaginta annos.*
55 *Proxeneta non admittitur,niſi vtraque parte volente.*
56 *Hermaphroditus non compellitur.*
57 *Aſcendentes,& deſcendentes inter ſe non teſtificantur.*
*Mater teſtificatur pro filio de ætate & an de impedimento matrimonij.*
58 *Frater contra fratrem in criminalibus non cogitur ferre teſtimonium.*
59 *Teſtes reprobantur,ſi non dicunt ſe vidiſſe,& interfuiſſe.*
*Teſtis deponens per verbum,credit,quam probationem faciat.*

*Iuramentum*

Google

60 *Iuramentũ teſtis in ꝓbãdo impedimẽtũ matrimonij, quid cõtinere debeat.*
61 *Teſtes quãdo poſſunt reꝓbari ante aperturã, vel poſt aperturam teſtium.*
62 *Teſtes a me productos, quantum ad perſonam non poſſum reprobari, ſed dicta ſic.*
63 *Teſtium reprobatio non admittitur vltra quartam productionem.*
64 *Teſtibus reprobatis, quæ pœna imponatur.*
65 *Iudex, vel notarius, qui patitur dicta teſtium videre ante aperturam, tenetur falſi.*
66 *Teſtis, iudex, vel notarius, vel alius reuelans ſecreta teſtium, cauſa, vel alterius rei, tenetur pœna falſi.*
*Iudex, qui reuelat ſententiam, quam laturus eſt, tenetur pœna falſi.*
mittitur, iſtæ ſunt huius ſapientiæ manſiones, ꝑꝑ quas quilibet iu
riſta ſecurus, & gratioſus redditur. vere ergo Io. hic. grã hic. in hu-
ius igĩ grã operãtis ſignum do tibi lib. clauſum. in ſignũ grã coo-
perantis do tibi lib. vt aſſidue ſtudeas, tibi, alijſq; proficias. hic. n.
eſt liber, de quo ſcribit Io. Apoc. 5. & vidi librum in dextra ſeden-
tis ſuper throno. ſcriptum intus, & foris, ſignatum ſeptem ſigillis,
& ĩ. ſequitur. Nemo erat auſus aperire, niſi leo de tribu Iuda. hic
eſt liber, qui eſt in dextra ſedentis ſuper throno. hic eſt liber ſigna-
tus ſeptem ſigillis, qm̃ digeſtorũ volumina a Iuſtiniano in ſeptẽ
partes diuiduntur, in ti. de vete. iu. enu. hic eſt liber quem nemo
poteſt aperire, niſi leo de tribu Iuda, q eſt trib. regalis, quilibet do-
ctor eſt de tribu. regali, qm̃ ei Reſpu. regenda committitur, vt ſ. di
ctum eſt. Et hoc de primo. Secundo denotatur ĩ verbis preaſſum-
ptis huius ciuilis ſapientiæ laus, & exaltatio propter reuelationem
ſecretorum factam intelligẽn, dum dr̃, venit in teſtimonium. Ex
teſtimonio. n. res ſecretæ reuelant̃. ſcriptum eſt. n. Tria ſunt, q̃ teſti
monium dant in terra. Sp̃s, Aqua, & Sanguis. j. Ioan. 5. c. iſta ſunt
tria iuris præcepta honeſte viuere, alterum non lædere, ius ſuum
vnicuiq; tribuere. Per primum quis in ſe viuificatur. ſ. ſp̃s, cui cor
reſpondet honeſte viuere. Per ſm̃ homo intra ſe ad diligendũ ac
cendit. ſ. ſanguis, cui correſpondet alterum non lædere. Per tertiũ
ad actum dilectionis exhibẽdum impellitur. ſ. aqua, cui correſpõ-
det ius ſuum vnicuiq; tribuere. Primum igr̃. ex quo homo intra
ſe viuificatur. eſt ſpiritus, propter ꝙ debet honeſte viuere, hoc eſt
huius ciuilis ſapientiæ teſtimoniũ. qui. n. his, quæ iuris ciuilis ſunt,
priuati ſunt, mortui dicuntur, hoc eſt, ꝙ religioſi appellãt aliquos
ciuilibus actis eſſe priuatos, qui fecerunt peccatum ad mortem,
vt dr̃ 1. Ioan. vlt. cap. qui hac ciuitate eſt priuatus, eſt mortuus, er-
go qui hac ciuitate potitur, viuit vere, ergo ſpiritus eſt, qui viuifi-
cat. Per ſm̃ homo intra ſe ad diligendum accenditur. in hoc. n. co
gnoſcetur, ꝙ diſcipuli mei eſtis, ſi dilexeritis me, dicit hæc ciuilis
ſapientia. Ioan. 13. c. qui enim non diligit iuſtitiam, non eſt eius di
ſcipulus, vt eo. c. dicitur. Per tertium ad actum dilectionis exhibẽ-
dum impellitur. ſ. per aquam, cui corrñdet ius ſuum vnicuiq; tri-
buere. Aqua. n. huius ciuilis ſapientiæ per ſuos occultos riuulos
omnibus tribuit, ꝙ eſt ſuum. Iſta eſt aqua, quam Chriſtus miſit ĩ
peluim, & lauit pedes diſcipulorum Io. 13. c. iſta enim eſt aqua, ꝑ
quam pedes eccleſiæ lauantur, hoc eſt nodoſitates & dubia, quæ
in ea occurrunt tempore litis diremptæ. & licet Petr. dixerit, Do-
mine, non lauabis pedes meos in æternum, tamen ei reſponſum
eſt, Si non lauero te, non habebis partem mecum, ita in propoſi-
to, licet ſtatutum ſit per eccleſiam, vt iura ciuilia per religioſos, et
clericos in ſacris non diſcantur, & ſic pedes non lauentur, tamen
ſi hæc ſcientia non lauabit in eorum curijs, iuſtitia non erit, & ſic
non habebit partem mecũ, hæc ſcientia, quæ figurata eſt in quin-
que panibus, & duobus piſcibus, ex quibus ſaturata eſt turba. Io.
6. c. quid enim aliud quinque panes, niſi quinque volumina lib. ff.
huius ciuilis ſcientiæ. ſ. ff. Vetus, Infortiatum. ff. Nouum, Codex,
& Volumen. duo piſces ſunt duo ſenſus legales. ſ. ſenſus literalis,
& ſenſus argumentalis. Ex iſtis enim quinq; panibus, & duobus
piſcibus, totus mundus ſaturatur.

*Laus Deo, & gloria, Amen.*

Digitized by Google




# CONSILIA XXXIIII. TAM CIVILIA,

## QVAM CRIMINALIA

# BARTOLI A SAXOFERRATO,

## HVIC TOMO ADIECTA.

*Quorum ſex priora in Voluminibus Criminalium habentur.*

Poſteriora vero XXVIII. nunc primum in lucem prodeunt.

### *SVMMARIVM.*

1 *Conſilijs in deciſiuis non redditur ratio.*
*Sententijs non redditur ratio.*
2 *Iniuriarum actione non tenetur dicens ſe eſſe alio probiorem, & nobiliorem.*
3 *Comparatiuum præſupponit poſitiuum.*
4 *Comparatiuum præſupponit participationem vtriuſque.*
5 *Duellum omni tempore prohibitum.*
6 *Duellum etiam acceptatum poteſt recuſari.*
7 *Duellum per Imperatorem concedi non pōt, cum ſit cōtra ius diuinum.*
8 *Duellum ſine cauſa, & vbi non eſt iniuria, in omnem caſum etiam de facto non conceditur.*
9 *Iniuriarum in actione, an teneatur dicens, mentiris.*
10 *Mentiris verbum, an liceat dicere.*
11 *Verbis verba tollere eſt naturalis defenſio.*
12 *Iniuria omnis tollitur per verbum, tu mentiris.*
13 *Honoris cauſa, & vita æquiparantur.*
14 *Honoris amiſſio, & mors æquiparantur.*
15 *Honorem amittens perdit gradum, & militiam:*
16 *Honorem amittens Romam, & Principis conciſtorium non intrat.*
17 *Honoris cauſa aliquid facienti, an parcatur.*
18 *Duellum inuentum ad probationem veritatis.*
19 *Duellum ceſſat, vbi de veritate conſtat.*

### CONSILIVM I.

Coram Sereniſſimo Domino Domino
Carolo Quarto, Romanorum Impe
ratore, cuius ſum Conſiliarius, verti
tur quæſtio, mihi ac Domino Gulielmo de Conſtantia Germano, & Cōſi
liario commiſſa. An nobilis Comes
Ioan. Bapt. de Plotis Nouarienſis, ip
ſius Domini Imperatoris & Conſilia
rius, teneatur actione iniuriarū, ꝓ eo,
quia dixit Domino Friderico nobili Germano, detrahenti ho
nori Italorum ꝙ mentiebatur, & quod ipſe Comes de Plotis
erat probior, & nobilior ipſo Domino Friderico, q his de cau-
1 ſis prouocauit ipſum Comitem de Plotis ad duellum. † Et q̄-
uis de iure, & cōſuetudine in conſilijs deciſiuis, ſicuti & in ſen
tentijs, Conſiliarij, ac Iudices non teneātur exprimere cauſam
quæ ipſos mouet: vt no. Gulielmus Duran. in Specu. in titu. de
requiſ. conſil. tamen cum cauſa agatur inter Italum, & Ger-
manum, ne videar apud alienos abſque cauſa expreſſa votum
dando, cum ſim Italus, voluiſſe fauere eidem Comiti de Plo-
tis Italo contra Germanum, cauſam conſilij, ac voti mei expri
2 mam. † Dico itaque D. Comitem Ioan. Baptiſtam de Plotis,
actione iniuriarū non teneri, licet dixerit ſe nobiliorē ac ꝓbio-
rem ipſo nobili Germano: quia verbum illud nobiliorem, ac
3 probiorem eſt comparatiuum: † & comparatiuum præſuppo
nit ſemper de ſui natura poſitiuum, cuius reſpectu fit cōpara-
4 tio, † ex quo comparatiuum præſupponit participationē vtriuſ
que. Ergo D. Comes de Plotis dicēdo, quod eſt nobilior, ac ꝓ
bior D. Friderico, vtique præſuppoſuit D. Fridericum eſſe no-
bilem, ac probum, & ſic illi nullam cenſetur dixiſſe iniuriam
ff. de leg. ſecundo leg. cum filius, §. pater pro filia, & ibi dixi de
hac natura cōparatiui, per illum tex. Ad idem tex. ff. de verbo
rum obligatio. l. vbi autem non apparet quid. in princ. Et cum
5 vterque ſit nobilis, hoc non habet dubium. † Ergo non poteſt
D. Fridericus prouocare ad duellum D. Comitem Ioan. Bapti
ſtā de Plotis: tum quia duellum eſt de iure diuino, canonico,
6 & ciuili reprobatum, & inducit peccatum mortale, † adeò
quod etiam ſi eſſet acceptatum, poteſt, & debet cum honore
recuſari. C. de gladiato. libro 9. cap. monomachiam. 2. quæſt.
4. & habetur in Decretalibus, de torneamen. & de clerico pu
7 gnante in duello, & de purga. vulga. † Et per Imperatorem
concedi non poteſt, cum non poſſit tollere ius diuinum, quo
8 cauetur, Non occides; vt habetur in Geneſi. Tum etiam † quia
cum D. Fridericus non ſit iniuria affectus, tale duellum eſ-
ſet ſine cauſa, & vbi requiritur duellum nulla ſubſiſtente cau-
ſa, dicitur tentari Deus. quo caſu etiam apud milites non de-
bet concedi, cum ſit ſcriptum in nouo, & veteri Teſtamen-
9 to diuino, Non tentabis Dominum Deum tuum. Et † quia
D. Fridericus detrahebat honori Italorum, licuit impune D.
Comiti de Plotis dicere D. Friderico, quod mentiebatur:
10 † licet enim retorquere in alium, ff. de procurator. l. quæ om-
nia, §. ſed etſi aduerſarius, & l. qui cum maior. §. ſi liberti. ff. de
bon. lib. & l. ſi quis in grau. §. vtrum, ff. ad Syllan. & ff. de in ius
11 vocan. l. libertis a patrono. Hæc † enim eſt naturalis, & mo-
derata defenſio, vt verbis verba tollantur, leg. nihil tam natu-
rale, ff. de regu. iur. l. vt vim, ff. de iuſtitia, & iure. Fuiſſet enim
magna verecundia, & magnum dedecus D. Comiti Ioan.
Baptiſta de Plotis, cum ſit nobili familia natus, & ſit Domi.
Imperatoris Conſiliarius, & ſit Italus, vbi contra Domi. Fride
ricum detrahentem honori Italorum non reſpondiſſet; er-
gò licuit impunè eidem dicere, quod Domin. Fridericus mē
tiebatur: quia ſic dicendo, videtur potius dixiſſe animo ar-
cendi, & negandi iniuriam illatam Italis, quam animo iniu-
12 riandi Domino Friderico. † Cum per verbum, Tu menti-
ris, omnis iniuria verbalis tollatur, & habeatur ac ſi dicta non
fuiſſet, dicta l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. & ff. de orig. iu-
ris l. ſecunda verſi. vt morte virginis contumeliam ſtupri arce
ret. Nam ſi ibi iniuria facti facto tollitur, ergo iniuria verbi ver
13 bo tollitur, dicta l. nihil tam naturale. Et † de iure compatien

dum eſt illi qui cauſæ honoris aliquid facit, vel dicit; Cum
14 cauſa honoris,& vitæ æquiparentur: Et perditio honoris mor
ti eſt ſimilis,l. iſti quidem. in fin. ff. quod met. cau.l. iuſta. ff.
15 de manu.vin.† Nam honoris amiſſio ſoluit a militia,ff.de his
16 qui notan.infam.l.prætor. § ignominiæ. Et † vbi D. Comes
de Plotis honorem amiſiſſet,non erat eidem licitum Impe-
ratoris Romanorum,cuius eſt Conſiliarius,ingredi conſiſto-
rium,nec conſilium, nec ciuitatem Romanam.ff. de excuſ.
17 tut.l.ſed & milites.§.ignominia.† vnde Paulus Apoſtolus ait
Expedit magis mori,quam vt gloriam meam quis euacuet.
Tenebatur enim D. Comes de Plotis reſpondere pro patria
ſua,& ſic in honorem Italorum,ac Italiæ,l.2. ff. de iuſtitia, &
18 iure. Et † cum duellum fuerit inductum ad probationem ve-
ritatis, vbi conſtat de veritate, debet in omnem caſum ceſſa-
re duellum:quia duellum eſt experimentum innocentiæ, & ſo
19 lum habet locum in defectum aliarum probationum: † & cũ
conſtet de veritate,quod idem D. Fridericus contra debitum
& iniuſte detrahebat honori Italorum, ſequitur, quod inter
præmiſſos debet ceſſare duellum, vt no. Hoſtien. in ſum. de
cleri.pugnan.in duello.maxime cum omni iure ſit duellum
prohibitum. Et ita etiam participato voto cum ipſo D.Guliel
mo collega meo,qui ſimile etiam votum ſubſcripſit, dico &
conſulo ego Bartolus de Saxoferrato, ſaluo ſemper iudicio
Maieſtatis Cæſaris,& in fidem me ſubſcripſi.

Ego Gulielmus de Conſtantia Doctor, approbo votum
D.Bartoli de Saxoferrato.

*SVMMARIVM.*

1 *Striga renuncians baptimati,debet mori.*
*Lamiarum pęna.*
*Baptiſmati renuncians,cremari debet.*
2 *Lex Euangelica etiam in foro contentioſo eſt ſeruanda,& alijs legibus prævalet.*
3 *Crucem conculcans debet mori.*
4 *Diabolum adorans,morti eſt tradendus.*
5 *Strigæ, an pueris noceant.*
6 *Poetas allegare licet.*
7 *Hęretici bona confiſcantur,& quando his parcatur,& nu.8.*

## CONSILIVM II.

MVlier ſtriga,de qua agitur,ſiue Latinè loquen
do lamia,dēt tradi vltimo ſupplicio,& igne
1 cremari. † Fatetur enim Chriſto,& baptiſ-
mati renunciaſſe,ergo debet mori, iuxta di-
ctum Domini noſtri Ieſu Chriſti, apud Ioan
nem,c.15. Si quis in me non manſerit,mittet
foras,ſicut palmes,& areſcet,& colligent eum,& in ignē mit
2 tent,& ardet, † & lex Euangelica præualet omnibus alijs legi-
bus,& debet ſeruari etiam in foro contentioſo,cũ ſit lex Dei
C.de ſumma Trinit & fide cathol.l.cunctos populos.
3 Item † confitetur dicta ſtriga,ſiue lamia, ſe crucem feciſſe
ex paleis,& talem crucem pedibus conculcaſſe,& crucem ip
ſam dedita opera feciſſe,vt illam pedibus cōculcaret,& ſuppe
ditaret,ergo ex hoc ſolo etiam debet morte puniri,C.nemini
liceat ſignum Saluatoris Chriſti humo,&c. vbi tex.& Gloſſa
c.ſi canonici.§.cæterum.de offic.ord.in 6.
4 Vlterius † hæc ſtriga confitetur ſe adoraſſe diabolum illi
genua flectendo,ergo debet capitaliter & vltimo affici ſuppli
cio,cum lege Cornelia de ſicarijs teneantur ex Senatuſconſul
to,qui mala ſacrificia fecerunt,tex.ad leg. Cornel. de ſicar.l.ex
Senatuſconſulto.
5 Confitetur † etiam pueros tactu ſtrigaſſe,& faſcinaſſe adeo
quod mortui fuerunt,& de eorum morte conſtat, & matres
ſuper hoc dederunt querelas,ergo ipſa ſtriga tanquam homi
cida debet mori,toto titu.ff & C.ad leg. Cornel.de ſicar. Au-
diui enim a ſacris quibuſdam Theologis has mulieres, quæ
lamiæ,ſiue ſtrigæ nuncupantur,tactu,vel viſu poſſe nocere, ēt
vſque ad mortem faſcinando homines,ſeu pueros,ac beſtias
cum habeant animas infectas,quas dæmoni vouerunt. Et fa-
cit illud Virgilij,Ecloga 3. Neſcio quis teneros oculis mihi fa
6 ſcinat agnos, † cum Poetas allegare ſit licitum, ff.de contrah.
empt.l.1.ſed in hoc vltimo , an tactu, vel viſu, poſſint ſtrigæ,
ſeu lamiæ nocere,maxime vſque ad mortem,remitto me ad
ſanctam Matrem Eccleſiā,& ſacros Theologos,quia in hoc
puncto pro nunc nihil determino, cum aliæ cauſæ præmiſſæ
7 † ſint ſufficientes,vt ipſa ſtriga vltimo ſupplicio detur, & eius
bona confiſcentur,ac publicentur fiſco D. Ioannis Ploti, Epi-
ſcopi Nouariæ, Domini in ſpiritualibus,& temporalibus op-
pidi Orthæ,& Ripariæ,ex quo loco eſt ipſa ſtriga, vt habetur
in Decretali,c.vergenti.de hæret.vbi pro crimine hæreſis bo-
na confiſcantur,cum ſit crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ,ſicu-
ti confiſcantur pro crimine læſæ maieſtatis temporalis, etiam
8 ſi eſſent filij catholici ipſius hæreticæ. † Sed an vbi iſta ſtriga
veniat ad pœnitentiam, & ad catholicam fidem reuertatur
errorē ſuum parata publice abiurare ad arbitrium D. Ioā. de
Plotis, Epiſcopi Nouariæ,debeat eidem quo ad pœnas tem-
porales,& mortem huius ſeculi parci,& dico quod ſi inconti
nenti poſt deprehenſionem erroris reuertatur ad fidem,& ſi-
gna pœnitentiæ in ea appareāt,debet in hoc caſu eidem parci
[illegible] de hæret. Et ſi non ſit inconti-
nenti,ſed cum interuallo, iudicis arbitrio relinquendum pu-
to,an ſigna veræ pœnitentiæ in ea appareant,& tunc eidem de-
beat parci,alias non,ſi timore pœnæ peniteat, hoc autem D.
Epiſcopi de Plotis,& D. Inquiſitoris arbitrio collocandum di
co l.3.ibi,tu magis ſcire potes. ff. de teſti. vbi autem concede-
retur eam fuiſſe homicidam, & pœnitentia non euitaret pe-
nam mortis huius ſeculi, ff.de furt.l.qui ea mente, ſed vt dixi
ſuper homicidio remitto me ad Eccleſiam ſanctam. Ego Bar
tolus de Saxoferrato.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum quod vnus pro alio teneatur,maxime in criminalibus,an va leat & limitatur nu.3.*
2 *Intellectus,& limitatio.l.iure prouiſum.C.de Fabricen.lib.11.*

## CONSILIVM III.

DOminus Ioannes Aloyſius de Plotis, Prætor
Mediolani in carceribus detineri fecit He-
ctorem de Mapamundis,ſub prætextu,quod
frater eius ſit rebellis , & quod ex forma de-
creti, ſeu ſtatuti Mediolani, frater pro fratre
puniri debeat in ęre,& in perſona,in crimine
1 rebellionis, & dico quòd debet relaxari, † quia dictum ſtatu-
tum, & decretum videtur non valere,tanquam contra ius di-
uinum,& contra naturalem æquitatem factum, & contra
omne ius.l.ſancimus.C. de pœnis,& C.ne filius ꝓ patre,& C.
ne vxor pro marito,vnuſquiſque enim portabit onus ſuum,in
quit Apoſtolus,ergo non alterius,ff.de offi.eius,cui manda. eſt
iuriſdi. Et eſt ſcriptum, filius non portabit iniquitatem patris.
Ergo dictum ſtatutum & decretum non valet ex quo ius eſt
2 ars boni,& æqui. ff.de iuſtit,& iure.l.1. † Nec obſtant no. in l.
iure prouiſum.C.de ſabricen.l. 11. vbi vnus punitur pro alio,
quia d.l.iure prouiſum procedit in his qui vnum corpus con-
ſtituunt,puta in collegio fabricenſium.& quando non agitur
de pęna corporali,nec bonorum confiſcatione, & poſſet im-
putari aliqua culpa alijs fabricēſib. ex mala nominatione,ſeu
electione,ſeu quia viderunt, & non prohibuerunt cũ poſſent
3 prouidere,ſeu prohibere. † Lex enim & ſtatutum,quod vnus
pro alio teneatur , intelligitur quando illis qui pro aliquo te-
nentur , poſſet imputari dolus vel culpa , mora vel negli-
genti,alias dicta lex & ſtatutum locum non habet.l.prima,in
fi.vbi Glo.ff.ad municip.& ff. de tut.& rat.diſtr.l.1.§.nunc tra-
ctemus.in Glo.ordin.circa.med.& Inſtitu.de ſatiſda.tut.§.pe-
nult.Glo.d.l.Imperator.in fi.vbi Glo.docet,quod licet lex ſim
pliciter dicat,ꝙ vnus collega in ſubſidium teneatur pro alio,ēt
quando adminiſtratio eſt diuerſa,alias diuiſa a iudice,tñ illud
debet intelligi ſi mora ſibi,vel negligentia imputari poſſit , &
ſi ſciat collegam ſuſpectum,& iudici non denunciet & ita lo
quuntur d.l.iure prouiſum in verſi.nominationibus , & ver.ſo-
ciorum actibus quandam ſpeculam gerant,C. de fabricenſi.
Iniquiſſimum enim & diabolicum eſſet, ꝙ ex facto alterius
alter conueniretur omnino abſq; cauſa,ergo ſtatutum ipſum
& decretum,intelligitur vbi dolus poſſet, vel fraus imputari
fratri,& ſic eidem Hectori,alias ſecus, C. de noxal. act.l. 2. vbi
eſt tex,& ibi dixi,quod ne aliquis indebitè damnum patiatur,
verba ſtatuti recipiunt interpretationem reſtrictiuam. Statu-
tum enim & lex non cenſetur obligare ignorantē, ff.de lib. a-
gnoſc.l.1.§.illud.& §.ſi mulier.cum ibi no.& ff.de magiſt.cō-
uen.l.1.§.magiſtratibus.& ff.ad Syllan.l.1.§.occiſorum. & ibi
dixi. Et hoc maxime procedit cum dictus Hector eſſet abſens
& inimicus eius fratris tempore rebellionis per eum commiſ
ſe,quo caſu non tenetur,cum ſic ſtatuentes veriſimiliter di-
xiſſēt,ſi fuiſſent interrogati,ergo hoc habet ꝓ ſtatuto,ff.de pa
ctus

ctis.l.tale pactum.in fi.vbi Glo.Ego Bartolus de Saxoferrato conſulo ita eſſe de iure.

*SVMMARIVM.*

1 *Falſum, quid ſit?*
2 *Magnifica Plotorum familiæ Nouarienſis origo.*
3 *Verbis vulgaribus, & barbaris vti licet, vt melius intelligatur.*
4 *Falſi pœna non tenetur notarius, vbi corrigit inſtrumentum his, quæ ipſum inſtrumentum non vitiant.*
5 *Falſi pœna non eſt, vbi non eſt dolus.*
6 *Falſi ſuſpicio ceſſat in re modica.*
7 *Falſitatis ſuſpicio ceſſat, vbi non eſt cauſa, nec vtile.*
8 *Delictum non præſumitur vbi delicti cauſa non adeſt.*
9 *Falſitas nemini nocibilis non punitur.*
10 *Falſitas ſcripturæ priuatæ, an puniatur.*
11 *Falſi pœna non tenetur notarius apponens clauſulas conſuetas poni, etiam ſi non ſtipuletur, ubi ſic erat conſuetudo.*
12 *Notarius cenſetur rogatus ponere clauſulas conſuetas.*
13 *Conſuetudo excuſat a pœna falſi, & alterius delicti.*
14 *Falſitas non præſumitur, ſed error in notario.*
15 *Falſitatis præſumptio ceſſat in inſtrumento facto coram multis.*

## CONSILIVM IIII.

SEr Petronius notarius Bononiæ, de falſo accuſatur, quod in inſtrumento per eum rogato, in quo erat ſcriptum, quod Reuerendiſſi. D. Ioannes de Plotis Epiſcopus Nouariæ teſtabatur, ipſe notarius verbum illud, de Piotis, mutauerit, vt diceret de Plotis, mutando I. literam, qua dicebatur de Piotis, in L. literam, qua dicit de
1 Plotis.† Et hoc videtur falſum, cum falſum ſit mutatio veritatis, & veritas ſcripturę fuit mutata, vbi dicebat de Piotis, nūc vero dicit de Plotis, ff. de falſis l. quid ſit falſum. Item accuſatur idem notarius, quod in dicto teſtamento appoſuerit quaſdam clauſulas, quas non fuit ſtipulatus, & quod clauſulam vnam quam fuit ſtipulatus in protocollo non ſcripſerit, licet ſit ſcripta in prima notula per eum ſcripta in cubiculo Reueren. D. Ioan. de Piotis Epiſcopi.

Et præmiſſis non obſtantibus dico, ipſum Ser Petronium notarium non teneri ad pœnam. Nam ad primum reſpondeo, quod licet prius ſcriptum eſſet de Piotis, & fuerit ſcrip-
2 tum de Plotis,† quod in hoc non eſt commiſſa falſitas, nec mutata veritas, quia vna eſt & eadem familia Plotorum, vt fama eſt a Cneo Planco Ploto, & eius fratre, a Romanis originem ſuam ducens, quæ Nouariæ viget inter alias nobiles familias, quæ in lingua Latina ſuum adhuc ſeruat nomen, & appellatur domus, ſeu familia de Plotis, ſi quis Latine loquatur: vbi vero lingua vulgari, quis loquatur, eadem familia de Plotis, appellatur di Pioti, & ſic L. litera, quæ eſt in lingua Latina, dicendo de Plotis, conuertitur in lingua vulgari in litera I. dicendo de Pioti, & hoc eſt apud Italos in vſu frequenti, vt L. litera ſermonis Latini, conuertatur in litera I. in vulgari Italico ſermone, vt flamma, fiamma, Gloſſa Gioſſa. ergo ſiue dicamus de Plotis, ſiue de Pioti, cum ſit vna & eadem familia, non dicitur falſitas aliqua per notarium commiſſa, cum ſubſtantia non ſit mutata, & ſit eadem familia, & nihil referat Latine, an vulgariter quis loquatur, vt nota. per Gloſſa. ff. de re iudicata. l. decreta. & dixi ff. de verborum obligatio. l. prima
3 §. eadem.† Forte enim notarius voluit primo verbo vti vulgari dicendo de Piotis, & non Latino verbo, dicendo de Plotis, vt ab omnibus etiam mulieribus Bononię intelligeretur, cū etiam Iureconſultus etiam verbis vulgi eius temporis vtatur, loquendo per verba barbara, & abuſiua, vt ab omnibus intelligeretur, licet Latinè loqui ſciuiſſet, vt eſt tex. in l. inſula. in fi. ff. de acquirendo. rer. domi. Et poſtea idem notarius cum inſtrumentum teſtamenti totum eſſet Latinum excepto illo verbo de Piotis, voluit corrigere errorem ſuum, ſi error dici poſſet. ponendo verbum Latinum de Plotis, cum prius dictū
4 fuiſſet vulgare verbum de Piotis,† & talis error ex quo non reddebat inſtrumentum nullum, puta mala Latinitas dicendo de Pioti cum dici debuiſſet Latinè loquendo de Plotis, vt l. Imperator, ff. de ſtatu homi. potuit per ipſum notarium corrigi quandocunque, etiam parte non citata, vt ff. de re iud. l. verba actorum, & dixi ff. de regu. iur. l. ſi librarius, circa princi.
5 † Et hoc maximè procedit, cum notario ex hoc dolus aliqs non poſſit imputari, & vbi non eſt dolus, non eſt falſum, nec
6 pœna falſi, C. de falſ. l. nec exemplum.† Dicere enim de Piotis, vel de Plotis, idem eſt ſicuti Mutina, Modena; Bononia, Bologna, eſt res modici, ſeu nullius momenti. & vbi agitur de re modica, vel parui, aut nullius valoris, ceſſat falſitatis præſumptio. l. cum hi. §. modus. ff. de tranſact. capitu. & ſi quæ-
7 ſtiones. de ſimo.† Nec præſumitur falſitas commiſſa, cum ex hoc partibus ac notario, nec vtile, nec damnum afferatur, & abſque vtili, & abſque cauſa quis non præſumatur velle falſum committere, eius famam, & nomen amittendo. l. cum de indebito. ff. de proba. l. merito. ff. pro ſocio. non enim ſolet
8 falſitas committi ſine aliqua cauſa.† Nec ſolet quis ad delinquendum moueri ſine aliqua cauſa, & hic nulla reperitur cauſa delinquendi, ergo non fuit falſitas, nec delictum, & ſufficit, pro lege rationē hanc naturalem allegare ff. de bon. damna-
9 to. l. cum ratio.† Sicuti dicimus, quod falſitas nemini nocibi-
10 lis, puta commiſſa a perſona priuata † in ſcriptura priuata ſine ſolennitate publicæ ſcripturæ, quæ nullo modo probat, quod non punitur, ex quo nemini nocet, & nemini prodeſt, vt no. C. de falſ. l. damus. in fi.
11 Ad † ſecundum. dum dicitur, quod notarius appoſuit clauſulas, quas non fuit ſtipulatus, reſpondetur, quod dictæ clauſulæ de conſuetudine omnium notariorum Bononiæ ſolent apponi in omnibus teſtamentis, ergo habentur pro appoſitis & ſic notarius non incidit in falſum, cum fecerit
12 illud, quod a iure habetur pro appoſito, maximè † cum notarius cenſeatur ſaltem tacitè rogatus, vt apponat clauſulas conſuetas, etiam ſi de eis nihil fuiſſet dictum in rogatione, & ſi eas ponit, non tenetur pœna falſi. l. fi. in fin. C. de fideiuſſor. Innocen. in cap. olim. poſt princ. de verborum ſig. Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de inſtru. editi. §. inſtrumentum. verſi. quid ſi a contrahentibus. Et hoc maximè procedit, cum probatum fuerit quod ita ſoleant alij notarij facere de conſuetu-
13 dine.† Et conſuetudo excuſat a pœna falſi, & alterius delicti. ff. de ædil. edi. l. ſi quis fugitiuus, §. apud Labeonem, & ibi dixi per illum tex.
14 Ad † tertium, dum opponitur, quod notarius in protocollo non ſcripſit clauſulas per eum ſtipulatas, & ſcriptas in dicta notula, reſpondeo, quod in notario ſemper præſumitur potius error, & obliuio, quam dolus, ad excuſandum eum a falſi pœna. Vnde ſi probatur aliquid dictum, & non ſcriptum, vel aliter dictum quam ſit ſcriptum, præſumitur error & non dolus, & non falſitas notarij. l. pe. C. de his, qui ſibi aſcrip. l. quoties. §. 1. & ibi dixi per illum tex. ff. de hære. inſtit. Et cum in notario præſumatur error, & non dolus, non tenetur pœna falſi quod ſine dolo non committitur, d. l. nec exemplum. C. de
15 falſ.† Nec eſt præſumendum, quod notarius falſum committere voluerit in inſtrumento publicè facto, coram teſtium multitudine, maximè Illuſtrium de Pepulis, & de Maluetijs, ac Elephantijs. l. hac conſultiſſima, in fi. C. qui teſta. face. poſſunt. Ego Bartolus de Saxoferrato, ita conſulo.

*SVMMARIVM.*

1 *Non exhibendus in iudicio deducendus eſt, niſi de eius exhibitionē pronunciauerit iudex.*
2 *Iudæum offendere, vel aliquod turbulentum inferre, nemini licet.*
3 *Aditus liber vbi in ciuitate non eſt, an Princeps offendatur, uel iniurietur.*
4 *Latro fugitiuus a quocunque capi poteſt.*
5 *Malefactor, an ſine iudicis authoritate capi poſſit, ubi iudicis non poteſt haberi recurſus.*
6 *Captus, & in carcere detruſus non habet in confitendo propriam uolūtatem.*
7 *Conſentire non uidetur, qui diſſentire non poteſt.*
8 *Animus cuiuslibet eſt indagandus, ne per timorem dicat, ſibi placere, quod odit.*
9 *Condemnatio an ſequi poſſit, ex confeſſione coram iudice non ſuo facta.*
10 *Confeſſio vtique ualere debet ſi quis in reſpondendo coactus non fuit.*
11 *Malefactor coram iudice ex uinculis cauſam dicere debet.*
12 *Captus cum furto in loco non commiſſi furti, an ibi poſſit puniri.*
13 *Argumentum a ſufficienti partium enumeratione, in iure ualidum eſſe.*
14 *Iudex non debet ponere falcem in meſſem alienam.*
15 *Fures plagiarios, & raptores, iudex exquirere omnino debet, & exquiſitos condemnare.*



Digitized by Google

16 *Iudex circa pœnam maleficiorum diligens eſſe debet, vt ſunt patres circa filios diligentes.*
17 *Imperatoris voluntas eſt, vt iudex omnino delinquentes acriter puniat, nec permittat eos aliquo priuilegio vti.*
18 *Deprehenſus cum furto a quocunque, & in quocunque loco conſiderata perſeuerantia iudicij furti commiſſi, an in loco captura puniri poſſit.*
19 *Delicta non debent inulta pertranſire.*
20 *Furtum non debet eſſe gaudium reis, pœnas enim ob ſcelera ratio ſolui ſuadet.*
21 *Iudex non debet præſtare impunitatem furibus.*
22 *Ciuitas vnaquęque habet iuriſdictionem, & Imperium ſeparatum, quantum habet Imperator in Imperio.*
23 *Iudex loci captura poteſt punire furem, ea pœna, quæ ſibi videbitur opportuna.*
24 *Fur an ad locum furti commiſſi ſit tranſmittendus, ut ibi ſupplicium patiatur.*
25 *Fur a quo iudice, & quibus legibus puniri debeat.*
26 *Fur an puniri debeat ea pœna, quæ reperitur in loco, in quo deliquit.*

## CONSILIVM V.

QVidam furtum commiſit in diſtrictu ciuitatis Auximi, cum furto receſſit, & fugit verſus Senogalliam per diſtrictum ciuitatis Anchonę, & captus fuit cum furto, & ductus coram iudice ciuitatis Anchonæ, coram quo ſine tormentis confeſſus eſt dictum furtum commiſiſſe. Ex hoc themate quatuor dubia eliciuntur. Primo an per diſtrictuales Anchonæ capi potuerit. Secundò, an confeſſio facta per ipſum coram iudice Anchonæ valeat. Tertio, an dictum maleficium poſſit iudex Anchonæ punire. Quartò, an pœna ſtatuti Anchonæ, vel alterius puniri debeat. Quod autem capi non potuerit, probatur apertè, quia nō exhibendus in iudicio deducendus eſt, niſi de eius exhibi-
1 tione iudex pronunciauerit. † vt de exhiben. l. fi. nemo enim poteſt ius dicere, vt ff. de iudic. l. nullus. Nec licitum eſt in ali-
2 quem Iudæum † inferre manum, vel aliquod turbulentum, vt C. de Pagan. l. Chriſtianis. Item quia iniuriatur ciuitas An-
3 chonæ, quando per diſtrictum † eius cuilibet non patet aditus liber. ff. de ſeru. cor. l. 1. §. perſuadere. quia non fuit citatus, ideo ad iudicem adduci non debuit. C. de Epiſc. & cler. l. curiales. & de decurioni. l. generali. lib. 10.
4 † Econtra videtur quod capi potuerit, quia latro a quocunque, præſertim quando fugitiuus eſt, ad iudicem eſt adducendus, C. de his, qui latrones, vel raptores. l. vni.

Item ſi poteſt latro a quocunque inquiri, multo fortius ad iudicem adduci, l. diuus. ff. de ſer. fugi. & C. de ſer. fugi. l. 2.
5 Secundò, quia vbi iudicis non poteſt haberi recurſus † ſine iudicis authoritate poteſt capi malefactor. 1. diſt. cap. malefactor. l. ait prætor. §. qui debitorem. ff. de his, qui in frau. cred. ff. de ar. l. 1. §. ſi mulier vent. nomi. l. 1. & ff. de ſepul. viol. l. 3. §. non perpetuæ.

Secundo, an confeſſio facta valeat? & videtur quòd non,
6 † quia captus non habuit in confitendo propriam voluntatem. 12. q. 1. non dicatis. 23. q. 3. præſes. 17. q. 2. ſcripſit, & de ſta-
7 tu homi. eum, qui. † Nec videtur conſentire, qui diſſentire nō poteſt, ff. de opno. leg. l. ſi cui. Plena enim debet ſecuritate gau-
8 dere, † cuius eſt animus indagandus, ne per timorem dicat ſibi placere quod odit, extra de ſponſal. cum locum. &c. requiſiuit, extra de procurat. c. auditis, ff. quod met. cau. l. metum. Debuit enim voluntariè ſe ſubmittere iuriſdictioni, vt litis conteſtatio valeat, vel confeſſio. ff. de iudic. l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. ſi per errorem. Glo. tria enim. Item videtur, quod ſit caſus legis, vt no. ff. de cuſtod. reo. l. diuus. & l. 2. Item quia ex ta-
9 li confeſſione non poteſt ſequi condemnatio, † cum non ſit ſuus iudex rationibus prædictis, extra de exceſ. prælat. c. quam ſit graue. & de confeſ. cum ſuper. de iudi. at ſi clerici.
10 Solutio. ſi coactus non fuit in reſpondendo, † valet confeſſio per prædicta iura, ſed pro eo quòd captus eſt, & datus ad
11 iudicem, non eſt coactus, † quia coram iudice ex vinculis malefactor cauſam dicere debet, ff. de cuſto. reo. l. a. Nec coram iudice aliquid timere ponit, C. de his, qui per met. l. 1. ff. quod met. cau. l. fi. ff. de appel. l. cum quidam, & de appel. reci. ei cuius, cum ſimil.
12 Super tertio membro, † An iudex Anchonæ poſſit ipſum punire? videtur quod non. Primò, quia ipſe malefactor non eſt iuriſdictionis iudicis Anchonę, nec quo ad domicilium, nec quo ad delictum commiſſum in diſtrictu, nec ratione litis conteſtatæ, ergo per locum a ſufficienti partium enumera-
13 tione † iudex Anchonæ non poteſt ſe intromittere, vt C. vbi de cri. agi opor. authen. qua in prouincia. & in Authen. vt nulli iudi. §. ſi quis comprehenſorum, & in Authentica, vt omnes obedi. iudi. prouin. §. ſi vero. remittendus eſt puniendus ad locum vbi deliquit. C. vbi de cri. agi opor. l. 1. & vbi de ratio. l.
14 1. Non debet iudex Anchonæ mittere † falcem in meſſem alienam, vt dicit decretum. Et quia eccleſię ordo confunditur ſi ſua cuique menſura non ſeruatur. 11. q. 1. peruenit. & de ſuo quandocunque agere oportet, l. vti frui. §. 1. ff. ſi vſusfr. petat. l. ſi conſtiterit. fin. reg. remittatur ergo vbi deliquit, ff. de accuſatio. l. ſi cui. §. pe.
15 Econtra videtur, quod ſic: † nam fures, plagiatores, & raptores ſuo officio præſes prouincię exquirere, exquiſitos condemnare debet, ff. de offi. præſi. l. congruit, in Auth. de manda. Princ. circa fi. vel nec ibi diſtinguit, vnde ſint, ff. de offic. præſi. l. 3. quia metus omnem honorem excludit, C. vbi ſenator. vel
16 clariſſi. l. fin. & l. 1. † Diligens enim debet iudex eſſe circa pœnam maleficiorum, vt ſunt patres circa filios diligentes, in Au-
17 then. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. exequuntur. † quia mandatum eſt imperatoris, vt iudex puniat delinquentes, nec permittat eos aliquo priuilegio vti, in Auth. de manda. Princ. §. quòd ſi delinquentes, & §. & nō permittas. in Auth. iuſiuran. quod pręſtatur. §. fi. Item, & quia in diſtrictu Anchonæ dicitur deliquiſſe, & furtum commiſiſſe, quia & tunc furtum factum dicitur, quando cum furto per diſtrictum Anchonæ p-
18 tranſiuit, & cum furto fuit deprehenſus, † & tempore prehēſionis a quocunque factæ, & in quocunque loco, conſiderata perſeuerātia iudicij furti, furtum commiſiſſe dicitur, vt iudex Anchonæ poſſit cognoſcere, ff. de fur. l. 3. 4. 5. & 6. ff. qđ vi aut clam, l. prohibere §. 1. ff. de fur. l. in furti. §. 1. ff de incē. rui. naufra. l. ſi quis, de dam. infec. l. damni. §. Sabini.

Item ſi fur permitteretur tranſire cum furto, eſſet tale de-
19 lictum inultum, † quod eſſe non debet, C. de luc. aduoc. l. 2. li. 12. Et lucrum furi quęrerenur, & eſſet furtum pretij gaudium
20 quod eſſe non debet: pœnas † enim ob mala ſolui ratio ſuadet, ff. de fide. l. ſi quis a reo, ad leg. Aquil. l. ſi ita vulneratus. inuitarentur homines ad delinquendum ſi non punirentur, ff.
21 de pact. dotali. l. conueni, & iudex Anchonæ præſtaret † tali furi impunitatem, ff. de fur. l. infitiando. §. quod furi. Nec poteſt niſi iudex eandem pœnam in ſe vellet tollere, & ſuſtinere, quā ſuſtineret fur. C. ne ſanct. baptiſ. l. a. C. ad legem Iuliam de vi publi. l. ſuos.
22 Solutio, conſiderato quod iuriſdictiones † ſunt ſeparatæ, & vna quæque ciuitas habet iuriſdictionem ſuam, & tantam quantam habet Imperator in Imperio. C. de pręſcript. longi temp. l. fi. tam ex parte Conſtantiæ, quam ēt ex longinqua vſurpatione, quā aſſerunt ſibi ciuitates, & quia furta nimium excreuerit, & vt multis graſſantibus opus eſt executione, ff. de pœnis. l. capitaliū. §. famoſo, & res eſſet mali exēpli. ff. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. q abortionis, dico ipſum eſſe puniēdum
23 per iudicē Anchonę, † & hoc per l. ei qui. ff. de furt. & l. ſerui, & filij, in prin. & C. an ſer. ex ſuo facto. l. fi. de noxali. l. 1. & Inſti. de noxali. actio. §. oīs, & quia inuentus fuit in flagranti crimine, C. de rapto. l. prima. præcipueque vnum, & idem furtum, dicitur furis eius, quod commiſit in diſtrictu Auxini, antequā perueniret ad locū deſtinatum, ad quem nōdum peruenit, ff. de fur. l. quamuis. & ſic vna lege puniatur, C. de inceſ. nup. l. cū
24 ancillis, † niſi per iudicē loci vbi commiſit peteretur tranſmitti, quo caſu haberet locum tranſmiſſio. in Authentica. vt nulli iudi. §. ſi quis vero comprehenſorum. alias non, vt ibi dicitur in litera.

Nunc reſtat videre, qua pœna condemnari debeat, an ſe-
25 cundum legem rei an Terrę vbi deliquit, † an iudicis vbi ventilatur iudicium? & videtur quod rei, quia actor ſequitur forum rei, C. de iuriſdict. omnium iud. l. iuris ordinem, extra de foro competent. cum ſit generale, 11. quæſtio. 1. experientiæ. Item videtur quòd iudicis, C. de emenda. lib. l. 1. ff. de euictio. l. ſi fundus. ff. de vſur. l. prima, & 8. diſtinct. capitu. quæ contra. ff. de teſti. l. 3. §. eandem. Item videtur ꝙ Terrę, vbi deliquit, in d. authē. qua in prouincia. & in Authen. vt nulli iudi. §. ſi vero. Et vt iudices ſine quoquo ſuffra. §. delinquentes, & §. exequantur. & in Authen. de manda. Princi. Item videtur quod iure communi. 2. diſtinctio. quis neſciat. ff. de aſſi. li. l. ius alimentorum.

Solutio attendendum eſt, quæ pœna reperiatur in loco, ubi
26 deliquit † contra talia committentem, ut illi iuri ſubiaceat, vt d. auth. qua in prouincia. & 12. diſt. illa. 8. diſt. quæ cōtra. Si nautem non poteſt attendi, puniatur iure communi, per d. l. ius alimentorum. & per d. ca. quis neſciat. Bartolus.

SVM-

Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Statutũ ciuitatis non porrigitur ad delictum, extra territorium commiſſum.*
2 *Dominus pro famulo non tenetur.*

## CONSILIVM VI.

Vtrum ſtatutum ciuitatis porrigatur ad delictum commiſſum extra territorium, & an dominus teneatur pro famulo.† Super quo dicendum eſt, quòd illa fuit quæſtio antiqua: Nam Odoffred. tenuit, quòd ſtatutum ciuitatis non porrigatur ad delictum commiſſum extra territorium, quam opin. latè recitat Alber. de Gandi. in fi. ſui libelli poſteà D. Cy. in ciuitate Senarum diſputauit contrarium: Sed poſtea de hoc apparet ealiis expreſſius, quòd non ligat extra territorium, extra de conſtitutio. cap. vt animatum, & ibi Ioan. And. reprobat opinionem Cy. & ſequacium in nouella. Ego idem puto, & teneo in l. cunctos populos, C. de ſumma Trinit. & fide catholica. Concludo ergo, quòd id quod dicit de taberna, ſecundum formam ſtatutorum ciuitatis Aſſiſij, non habet locum in cõmiſſis extra territorium ſuum.

2 Super † ſecundo, an dominus teneatur pro famulo, Dy. ponit in l. 1. §. familiæ, ff. de publi. & determinat dominum non teneri, per l. quoties, in prin. & §. 1. ff. de noxali. Ego idem teneo. Bartolus de Saxoferrato.

# CONSILIA XXVIII.

## EIVSDEM BARTOLI,

### Hactenus non impreſſa.

*SVMMARIVM.*

1 *Iurans per corpus, ſanguinem, capillos, & alia membra Dei etiam honeſta, punitur de blaſphemia.*
2 *Statuta contra blaſphemos habent locum contra iurantes per membra Dei.*
3 *Blaſphemans ſemel, & blaſphemare ſolitus, diuerſimode puniuntur.*
4 *Papa eſt Vicarius Chriſti, eiq; omnes ſubijciuntur.*
5 *Authent. vt non luxurient. contra natu. & c. ſi quis per capillum. 22. q 1. declarantur.*
6 *Blaſphemus an dicatur iurãs per corpus Dei, intelligendo de Chriſto.*
7 *Iudex poteſt cogere reum ad declarandum propoſitionem ambiguam.*
8 *Verba intelligi debent iuxta mentem proferentis.*
9 *Verba, ad corpus, vel ad ſanguinem Dei, quomodo in dubio interpretanda ſint.*
10 *Facta, & dicta in dubio licita præſumuntur.*
*Fallit vt num. 11.*
12 *Iurare per membra Chriſti, Beatæ Virginis, & Sanctorum, an & quando ſit blaſphemia. & nu. 13.*
14 *Bartolus fuit Conſiliarius Caroli Quarti Imperatoris.*
15 *Bartolus hortatur, & rogat Imperatorem, vt in arduis conſulat Romanum Pontificem.*

## CONSILIVM VII.

Christi nomine inuocato, Maieſtas Imperatoria Caroli Quarti, Romanorum Imperatoris, cuius ſum Cõſiliarius, ſcribi mihi fecit per D. Marcum Aurelium de Plotis, Comitem Nouarienſem, & Cõſiliariũ euiſdem Imperatoris, literas tenoris huiuſmodi, videlicet: Comes Marcus Aurelius Plotus Nouarienſis, & Diui Caroli Quarti Imperatoris Conſiliarius, Domino Bartolo a Saxoferrato, Iuriſconſultorum numini, & totius orbis oraculo iuris, ſcilicet accuſatus fuit apud Inuictiſſimum Carolum Quartum Romanorum Imperatorem Auguſtum, & Chriſtianiſſimum, & fidei Chriſtianæ optimum cultorem, quidam Princeps Germanus ſacro Romano ſubditus Imperio, tanquam reus mortis, eo quia ſit conſuetus dicere, per corpus Dei: vnde accuſatores aiunt, quòd eſt blaſphemus, qui loquitur aut iurat per corpus, vel per ſanguinem, vel per caput, vel per capillos Dei: allegantes tex. in Authent. vt non luxur. contra natu. & in capit. ſi quis per capillum vigeſimaſecunda, quæſtione prima. Et in ipſius Imperatoris auditorio, ſeu potius conſiſtorio accuſatores dixere mortis, & vltimi ſupplicij pœna, & capitis amputatione eſſe puniendum eum qui eſt ſolitus, & conſuetus loqui, aut iurare per corpus, vel per ſanguinem Dei, vel per caput, aut capillos, vel alia membra Dei: quia eſt attribuere Deo, quod non habet, & illi non conuenit: vnde per præmiſſa verba, vel per alia Dei membra, vel per eius corpus, & ſanguinem iurare, eſt atrociſſima blaſphemia, vt eſt tex. in d. Authent. vt non luxurien. contra natu. Sed Imperator ipſe ſacratiſſimus reſpondit eiſdem accuſatoribus ſuper hac re maximi ponderis velle conſiderare maturius, & mihi dixit ſeſe velle conſulere Iuris Lucernam, id eſt te Bartolum, & mandauit mihi prouinciam hanc, vt ad te ſcriberem, rogaremque eiuſdem Imperatoris nomine: ut in premiſſis tuum ſcribas votum, an Princeps ipſe Germanus ſit reus mortis præmiſſa de cauſa. Vale, & Comitem Aurelium Plotum Nouarienſem, qui totus tuus eſt ama: Mutuo certe amabis, ſi me beneuolentia proſequeris: vnde vt mandatis Imperialibus obediam; Dico ego Bartolus de Saxoferrato, ſuper prædicto caſu mihi tranſmiſſo per D. Comitem Marcum Aurelium de Plotis, de mandato ſacri.
1 Romanorum Imperatoris, quòd iurans, † vel loquens per corpus Dei, vel per ſanguinem Dei, aut per caput Dei, vel per capillos Dei, vel per aliqua alia membra Dei etiam honeſta, committit blaſphemiam atrocem, & eſt atrociter puniendus: quia attribuit Deo, quod non habet, & quod non conuenit, vt eſt tex. in Authent. vt non luxurientur contra naturam, & cæt. Ibi, ab huiuſmodi, & aliis blaſphemijs, & 22. q. 1. c. ſi quis per capillum, & de hoc ſcripſi in d. Authen. vt non luxurientur contra naturam, vbi eſt textus theologi-
2 cus contra blaſphemos. Et ſtatuta † omnia, & leges omnes, quibus imponitur pœna contra blaſphemos; habent locum contra loquentes, vel iurantes ad corpus, vel per corpus Dei, vel per ſanguinem, aut capillos Dei, vel per alia membra Dei, etiam honeſta: & ad hoc facit tex. in d. Authen. vt non luxurientur contra naturam, vbi de hoc dixi per illum textum, qui aureis literis deberet ſcribi. Et pro-
3 pterea † iurans, aut loquens per corpus Dei, vel per caput Dei, vel per ſanguinem Dei, ſiue per capillos Dei, vel per alia membra Dei, eſt blaſphemus, & puniendus atrociter, etiam quòd ſemel tantum hoc diceret: ſed ſi eſt ſolitus, & conſuetus talia dicere, aut iurare, debet pœna mortis vltimi ſupplicij puniri per tex. in d. Auth. vt non luxurientur contra naturam.

Tamen ſaluo ſemper diuino iudicio ſanctiſſimi Domini
4 Papæ, † qui eſt vicarius Domini noſtri Ieſu Chriſti, mundi Redemptoris, & filij Dei Patris omnipotentis, ad quem D. Papam me remitto, & illi me ſubijcio, eum ſit caput Eccleſiæ Romanæ Catholicæ, & in Sede ſedeat Apoſtolica, quæ eſt omnium fidelium Magiſtra, & Domina, & locus quem elegit Dominus ad quem Imperatores, & Reges, & omnes Principes, & Populi totius orbis debent aſcendere pro interpretatione, & deciſione omnium dubiorum, cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus, filius Dei vnigenitus dixerit Petro, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, &c. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, vt habetur in ſacro Euangelio Sancti Matthæi, cap. 16. Dico votum meum ſuper præmiſſis: vt ſatisfaciam voluntati Sereniſſimi Caroli Quarti Imperatoris, qui medio D. Comitis Marci Aurelij de Plotis,
5 eius conſiliarij, me requiſiuit, quòd d. Authen. † vt non luxurientur contra naturam, &c. & d. c. ſi quis per capillum. 22. q. 1. & omnia iura, & ſtatuta quibus prohibetur tanquam blaſphemus verus quis loqui, aut iurare per corpus Dei, vel per ſanguinem Dei, vel per capillos, & alia membra Dei, etiam honeſta, quòd intelliguntur, vbi loquens, vel iurans per corpus, vel ſanguinem Dei, vel per alia membra Dei, intelligit de Deo Patre, qui non fuit incarnatus, nec humanatus, vel de Deo Spiritusſancto, qui etiam non fuit humanatus, nec incarnatus: tunc enim loquendo per corpus, vel per ſanguinem, aut per caput, vel aliud membrum Dei eſt blaſphemia: quia eſt attribuere Deo, quod non habet, vt ait Sanctus Ambroſius, & in his caſibus procedunt præmiſſa iura in Authent. vt non luxurientur contra natu-



Digitized by Google

rum, & in d. cap. ſi quis per capillum, 22. q. 1. & alia iura ſimi-
6 lia. Sed ſi quis dixerit, vel iurauerit † per corpus Dei, vel per ſanguinem, aut caput Dei intelligendo a ſe ipſo, ſolum de Domino noſtro Ieſu Chriſto, vero Deo, & vero homine, filio Dei patris, & conſubſtantiali patri, nato ex Maria Vergine, & concepto ex Spirituſancto: tunc dicens vel iurans per corpus Dei, vel per caput Dei, aut per brachium, vel ſanguinem, aut manum Dei, non eſt blaſphemus, nec poteſt puniri pœna blaſphemiæ, vbi præmiſſa non dixit irreuerenter, nec iniurioſe, nec cum irriſione, nec cum vituperio, nec in contemptum: quia vt dicitur in ſacro Euangelio, intelligendo de Ieſu Chriſto Deo, & filio Dei, apud Sanctum Ioannem Euangeliſtam, cap. 1. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis; & in ſacro ſymbolo fidei, Et homo factus eſt: Et vbique ſacræ ſcripturæ intelligendo de Ieſu filio Dei dicunt, & homo factus eſt: Et ſic filius Dei, qui eſt Ieſus Chriſtus, Rex æternæ gloriæ, tanquàm homo habuit omnia membra, quæ habent alij homines. Ergo dicere per corpus Dei, vel per caput Dei non eſt blaſphemia, nec habet locum aliqua pœna blaſphemiæ, vbi intelligatur de Ieſu filio Dei Patris: ex quo Filius Dei eſt Deus, qui fuit incarnatus, & humanatus, & qui eſt verus Deus, & verus homo: vnde non eſt blaſphemia, quia attribuitur ei quod habet, ſi dicatur per corpus Dei, vel per caput Dei: cum verbum caro factum ſit, vt dicitur in ſacro Euangelio Ioannis Euangeliſtæ ſanctiſſimi, cap. 1. Et verbum caro factum eſt.

Debet ergo Imperator Inuictiſſimus Carolus Quartus, Dominus meus, iuxta l. vbicunque. ff. de interroga. actio. per ipſum D. Comitem Marcum Aurelium de Plotis, conſiliarium ſuum Imperialem, vel per alium examinari, & interrogari facere ipſum Principem,
7 qui eſt conſuetus † dicere ad corpus Dei, vel iurare per corpus Dei, an intellexerit, & intelligat de Deo Patre, vel de Spirituſancto Deo: & ſi dixerit quod ſic, tunc eſt blaſphemus, & pœnis blaſphemiæ debet puniri, tex. in dicta Authentica. vt non luxurientur contra naturam, & 22. quæſt. 1. cap. ſi quis per capillum. Sed ſi dixerit ſe tantum intelligere, & intellexiſſe de verbo Dei, & ſic de Ieſu Chriſto Deo, filio Dei incarnato, & humanato: & tunc nõ eſt blaſphemus, nec eſt puniendus pœnis blaſphemiæ: quia verbum caro factum eſt, vt ait Sanctus Ioannes Euangeliſta capitu. 1. & Ieſus Chriſtus fuit, & eſt verus Deus, & verus homo, qui habuit & habet carnem, ſanguinem, & oſſa, & corpus, ſicut habent alij homines, vt habetur in ſacris Euangelijs; vnde dicere ad corpus Dei, vel ad ſanguinem Dei, non eſt blaſphemia, nec habet locum pœna blaſphemiæ, ſi proferens talia uerba dicat ſe intellexiſſe de Ieſu Deo, & ſic de
8 Filio Dei incarnato: quia verba † debent intelligi, iuxta mentem proferentis, ff. de iudici. l. ſi quis intentione ambigua. & ibi dixi, quod pars & teſtis poteſt declarare eſt eius verba ambigua, per illum tex. & per tex. in Authen. de teſtib. & ibi no. & extra, de teſtib cap. cum clamor. & ibi no. & extra, de probat. c. in præſentia, in glo. ver. dubius.

In dubio autem, ſi quis dixerit ad corpus, vel ad ſanguinem
9 Dei, vel iurauerit † per corpus vel per ſanguinem Dei, præſumitur intellexiſſe de verbo Dei, & ſic de Ieſu Chriſto filio Dei, qui eſt verus Deus, & verus homo, & habet corpus, & ſanguinem, & ſic non eſt blaſphemus, nec tenetur pœnis blaſphemiæ, cum & liceat iurare per ſancta Euangelia Dei. Et minus eſt blaſphemus dicens, vel iurans per caput Dei: quia præſumitur intellexiſſe de verbo Dei, & ſic de filio Dei incarnato, vero Deo, & vero homine, qui caput & corpus, & ſanguinem, & omnia alia membra humana habet: quia verba, & actus hominum in dubio præſumuntur prolata, & facta in caſu licito, & non in caſu illicito, vbi poſſunt capi in ca-
10 ſu licito: & illicito: nam in dubio † præſumuntur dicta, & facta in caſu licito: vt excludatur delictum, & vt pœna non habeat locum, ff. de oper. noui nunciat. l. non ſolum. §. ſed vt probari, & ibi late dixi per illum tex. & gloſſam ibidem poſitam; & pro hoc videtur tex. ff. de incẽd. rui. naufrag. l. prima in fi. cum l. ſequenti. & facit ff. pro ſoc. l. merito. & ff. de pœnis. l. interpretatione. Et hoc procedit, niſi qualitas perſonæ proferen-
11 tis talia verba aliud ſuaderet: † Nam ſi proferantur a Iudæo perfido, vel alio infidele, dicente per corpus, vel per ſanguinem, aut per caput Dei: tunc præſumitur blaſphemus, & debet pœnis blaſphemiæ puniri, nec admittitur eius interpretatio ad excuſandũ eum a pœna, quod intellexerit de Ieſu Chriſti filij Dei capite, vel corpore, aut ſanguine: quia de homine malo, & peſſimo, & eius verbis, non poteſt præſumi, niſi malum, ſiue ille homo malus ſit Iudæus perfidus, ſiue alius infidelis, ſiue malus Chriſtianus; maxime ſolitus alijs blaſphemijs obloqui, vt per Hoſtienſem in ſumma in titulo. de Iudæis. §. in quibus, circa finem. verſicu. quid enim de Iudæo.

Vbi autem aliquis loqueretur per membra Chriſti, vel Virginis Mariæ eius Matris, aut Sanctorum pudibunda, quæ etiam ſi nominentur de noſtris membris loquendo, eſt pu-
12 dor: tunc eſt † blaſphemia atrox, quæ atrociter debet puniri, etiam quòd Chriſtus, & Virgo Maria habeant, ac Sancti habuerint illa membra, cum talia membra pudibunda nominare ſit contra bonos mores, & ſit Chriſtum, & Virginem ac ſanctos inhonorare, & parupendere, & nominans membra pudibunda Ieſu Chriſti, Regis æternæ gloriæ, aut eius Virginis Matris Mariæ, vel Sanctorum, aut Sanctarum, eſt blaſphemus, & ſuſpectus de hæreſi: Sic & loquens per membra Chriſti, aut Virginis Matris, & Sanctorum, ac Sanctarum, quæ non ſint pudibunda: puta de capite, de brachio, vel de corpore, aut ſanguine Chriſti, aut Virginis Mariæ, Vel Sanctorum, aut Sanctarum, vel per corpus, aut ſanguinem Dei, etiam de Ieſu Chriſto intelligendo, ſi de eis loquatur vituperosè, vel iniurioſè, aut obſcœnè, vel turpiter, vel maledicè, aut
13 iniurioſè, ſeu irreuerẽter, eſt blaſphemus, † & debet puniri pœnis blaſphemiæ, vt extra de maledic. capitulo, ſecundo, & dixi ff. de iniurijs, in l. item apud. §. ait prætor. in fin. vbi probaui quod non eſt differentia inter blaſphemare, & maledicere, quando verba referuntur contra Deum, vel contra Sanctos Dei. Et per prædicta ſunt expedita omnia, quæ nomine ſacratiſſimi Imperatoris Caroli Quarti ſollicitatus fuit a me D. Comes Marcus Aurelius de Plotis, Nonarienſis Patricius cui Carolo Quarto Imperatori multum debeo. tum quia e-
14 legit me in ſuum Conſiliarium. † tum etiam quia fuit primus, qui me Bartolum de Saxoferrato appellauit Iuris Lucernam licet ſim inter Doctores minimus.

Vnde ego Bartolus de Saxoferrato conſulo vt ſupra ſcriptum eſt ſaluo tamen ſemper iudicio Summi Pontificis Ro-
a mani, & Sanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ, & ſic Sedis Apoſtolicæ omnium fidelium Magiſtræ, & Dominæ, quibus in omnibus me ſubdo, tanquam fidelis Chriſtianus, & Sedis Apoſtolicæ ſeruus fidelis, etiam Imperatorem ipſum hortan-
15 do, & rogando, † vt antequam aliquid in præmiſſis declaret, conſulat Beatiſſimum Papam. Et ita dico ego idem Bartolus de Saxoferrato.

---

## *Additio Joan. Baptiſtæ Ziletti Veneti.*

a Quia Bartolus a Saxoferrato Iuris Lucerna conſulendo, quòd dicere ad corpus, vel ſanguinem, vel per caput Dei, intelligendo de Ieſu filio, & verbo Dei humanato, & incarnato, non eſt blaſphemia: quia verbum caro factum eſt, vt dicitur in primo capitulo. Euangelij Sancti Ioannis, dubitat ipſe Bartol. errare, & ideo ſe remittit ad iudicium Dom. Papæ Chriſti vicarij: Adde quod hanc eandem opinionem, quod dicere, vel iurare per corpus, vel ſanguinem Dei, intelligendo de Ieſu Deo, verbo, & filio Dei incarnato, qui habet corpus, & ſanguinem, quod non eſt blaſphemia, tenuit in ſpecie Reuerendiſſimus in Chriſto Pater Thomas de Vio Caietanus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, in eius ſumma Caietana, in verſicu. blaſphemia. Et Comes Ioann. Baptiſta. Plotus tract. de blaſphemia. D. Piotta. tertio, verba tamen ipſa licet de ſe non ſint blaſphema, efficiuntur blaſphema, ſi cum irriſione, vel vituperio, aut irreuerenter proferantur Alphon. de Caſtro, capitulo, 12. quid ſit blaſphemia, libr. primo, de iuſta hær. punit.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Pœna ſtatutaria prouocantis ad duellum, non habet locum in negante ſcripturam cartelli a ſe factam, alio non probato.*

2 *Literarum comparatio non probat in ciuilibus, nec in criminalibus.*

3 *Scribere quis non cogitur in ciuilibus, nec criminalibus, vt fiat literarum comparatio.*

4 *Omne ſimile, non eſt idem.*

5 *Duellum, & bellum non dicuntur, niſi præcedat animus deliberatus.*

6 *Statutũ loquens contra prouocantes ad duellum non habet locum, niſi prouocatio fiat præcedente animo deliberato.*

7 *Statutum pro homicidio, vel duello, imponens pœnam capitalem,*

*Procedit*

Digitized by Google

*procedit ſolum ubi dolus malus, & animus deliberatus præceſſet.*
8 *Pœna arbitraria habet locum pro homicidio in rixa commiſſo.*

## CONSILIVM VIII.

IN Chriſti, & Virginis Mariæ nomine: In ſtatuto antiquo, facto per Nobiles Dominos Bartholomæum de Catijs, Ioan. Franciſcum de Tornielli, Petrum de Plotis, & Marcum Antonium de Bruſatis, Antianos, & Rectores, ac Decuriones Reipublicę Nouarienſis, deputatos a Communitate Ciuitatis Nouarię ad infraſcriptũ ſtatutum condendum; habentes authoritatem: cauetur quod ſub pœna priuationis vitæ, & bonorum, nemo audeat aliquem prouocare ad duellum: Et accuſatur D. Sebaſtianus de Plotis, miles & Comes, quod tranſmiſſo cartello ad duellum prouocauerit D. Comitem Ioan. Mariam de Plotis, & propterea quod ipſe D. Comes Sebaſtianus de Plotis, inciderit in pœnam dicti ſtatuti: Et requiſitus, vt ſuper ipſa quæſtione conſulam, viſo proceſſu ex officio D. Prætoris Nouariæ ſuperinde formato, Dico quod ipſe D. Comes Sebaſtianus Plotus debet abſolui ad ipſa pœna ſtatutaria: Primo, quia tam ipſe quam teſtes deſcripti in ipſo cartello in-
1 terrogati in iudicio negant † ſe ſcripſiſſe, & ſubſcripſiſſe dictum cartellum, & prouocationem ad duellum, & dicunt nihil ſciuiſſe de ipſis cartello, & prouocatione: ergo in eorum examine non ſe grauant, & debent abſolui, C. de eden. l. qui accuſare, & ff. de pœnis, l. abſentem. & l. interpretatione.
2 Neque obſtant ſimilitudines † literarum, quæ producuntur ad probandum cartellum eſſe ſubſcriptum per Comitem Sebaſtianum Plotum, & ipſos teſtes: Quia reſpondetur quod hodie ſola literarum comparatio non facit plenam probationem in ciuilibus: ergo multominus facit in criminalibus, & ſic ſola literarum comparatio non probat, C. de fide inſtrumen. authent. & ſi contractus. vbi de hoc eſt tex. & ibi dixi: Præterea, literæ ex quibus fit comparatio ad cartellum non ſunt ſubſcriptæ per tres teſtes, & ſunt ſcripturæ priuatæ, non habentes qualitates requiſitas ex l. comparationes. & ex authent. ad hæc. & authent. & ſi contractus. C. de fide inſtrumen. ergo ex eis ad cartellum non poteſt fieri comparatio, vt patet ex prædictis iuribus: vltra quod hodie ſola literarum comparatio abſque teſtium adminiculo non probat, vt eſt tex. in d. authent. & ſi contractus. vbi de hoc ſcripſi, C. de fide inſtrumen. & ibi eſt gl. no.
3 Nec poteſt iudex † cogere D. Comitem Sebaſtianum de Plotis, & teſtes ad ſcribendum: vt inde fiat comparatio, vt probaui in d. authent. & ſi contractus. C. de fide inſtrument. ex quo comparatio literarum non poteſt fieri, niſi ex quinque generibus ſcripturarum, in quibus non eſt vt quis poſſit cogi ad ſcribendum, vt inde fiat comparatio: immo ſi ſponte ſcriberet, & eius ſcriptura eſſet ſimilis ſcripturæ cartelli, non fieret probatio ex hac literarum comparatione, cum non ſit ex quinque generibus ſcripturarum, ex quibus poſſit fieri comparatio. tex. in d. l. comparationes. ver. non aliter, vbi etiam glo. & Doct. C. de fide inſtrumen. & dixi in d. authen. & ſi contractus. in ver. habes ergo hic, quod comparatio fit ex quinque generibus ſcripturarum, in fi. C. de
4 fide inſtrumen. Nam omne † ſimile non eſt idem, vt no. ff. depoſi. in l. quod Nerua. & Aſtianacta non erat Aſcanius, licet vt ſcribit Virgilius, Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat.

Secundo ex alio capite, & fundamento reſpondeo; quod D. Comes Sebaſtianus de Plotis debet abſolui ab ipſa pœ-
5 na ſtatutaria: Nam duellum † deriuatur a bello, & dicitur duellum, quaſi duorum bellum: Ergo ſicuti bellum non fiat, niſi præcedente animo prius penſato, & deliberato, ac præmeditato, & præparatis prius machinis, & tormentis bellicis, pecunijs, & militibus: & aliter non fit, nec dicitur bel-
6 lum: ſic etiam non dicetur duellum, † nec prouocatio ad duellum, niſi fiat animo prius penſato, & deliberato præcedente, ex quo duellum deriuatur a bello, & dicitur quaſi duorum bellum: Et ſi non fiat præcedente animo penſato, & deliberato, non dicitur duellum: ſed rixa, nec dicitur prouocatio ad duellum: ſed ad rixam, & hoc probatur ex vocabuli deriuatione, & ex ratione naturali, quam pro lege ſufficit allegare, ff. de bon. dam. l. cum ratio. Ergo cum ſiſcus præſuppoinat, quod Comes Fabianus de Plotis ſubito audito nuntio, quod Comes Ioan. Maria de Plotis obloquutus fuerat de ipſo Comite Sebaſtiano Ploto quod tranſmiſit cartellum contra eum, eſt clarum, quod non interuenit animus deliberatus: Ergo non habet locum pœna ſtatu-
1 ti loquentis contra prouocantem ad duellum, ex quo fuit prouocatio ad rixam, & non ad duellum, cum animus deliberatus non interuenerit, nec præceſſerit, iuxta no. in tit.
7 C. de iure deliberan. Statutum † enim ipſum imponens pœnam priuationis vitæ, & confiſcationis bonorum, ei qui alium ad duellum prouocauerit, & teſtibus qui cartellum ſubſcripſerint, intelligatur quando dolo malo, & ſi animo deliberato præcedente id factum fuit, non autem ſi abſque animo deliberato id ſit factum incontinenti audito nuntio, quod aliquis contra eum ſit obloquutus, vel in rixa, aut calore iracundiæ, ff. de reg. iur. l. quicquid calore iracundiæ. Et omnis lex, & omne ſtatutum imponens pœnam capitis, & confiſcationis bonorum, intelligitur ſi delictum fiat dolo malo, & ſic animo deliberato, & penſato, non autem ſi fiat abſque dolo malo, & ſic abſque deliberatione præcedente: quia tunc non habet locum pœna capitis, nec confiſcatio bonorum, etiam ſi eſſet homicidium patratum in rixa abſque dolo malo: Ergo multo magis pœna confiſcationis bonorum, & capitis locum non habet in prouocante ad duellum, & tranſmittente cartellum, quo fit prouocatio ad duellum, vbi prouocatio ad duellum, & tranſmiſſio cartelli fit in rixa, vel calore iracundiæ, non præcedente animo deliberato, cum hoc ſit minus delictum, quam homicidium in rixa patratum abſque dolo pro quo pœna mortis, & confiſcationis non imponitur, etiam quod lex, vel ſtatutum dicat, quod pro homicidio ſit pœna mortis, & confiſcationis bonorum: quia intelligitur ſi dolo malo, & non in rixa fa-
8 ctum ſit homicidium: quia tunc pro homicidio † in rixa commiſſo debet imponi pœna minor arbitraria, vt eſt tex. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 1. §. diuus. & in l. lege Cornelia. §. cum quidam. & in l. in lege Cornelia. & dixi in l. 1. ff. ſiquis teſtam. lib. eſſe iuſſus fuerit: Vnde dico ipſum Comitem Sebaſtianum de Plotis, Nobilem Nouarienſem, debere abſolui a pœna prædicti ſtatuti: Et ita conſulo ego Bartolus de Saxoferrato.

### SVMMARIVM.

1 *Euchariſtiam ſacram in terram proyciens, vel alio modo vituperans, igne debet comburi.*
2 *Crucis ſignum in terram ponens debet mori, quia pedibus conculcari poſſet.*
3 *Euchariſtia ſacra faciens incantationes, vel de ea vituperium, debet mori.*
4 *Præſumitur contra habentem malum nomen.*

## CONSILIVM IX.

HOmo impius appellatus Malagiſius, detentus in fortijs Reuerendiſſimi P. Ioannis de Plotis, Epiſcopi Nouariæ, viri Catholici, & optimi Paſtoris, debet mori, cũ ipſe Malagiſius
1 ſacram Euchariſtiam † in qua eſt verum corpus Ieſu Chriſti, mundi Redemptoris, inhonorauerit eam in terram proijciendo, ex induſtria, & dedita opera: Ergo Malagiſius debet tradi morti, & vltimo affici ſupplicio, & comburi: quia ſi quis vltimo punitur ſuppli-
2 cio ſolum ex hoc vbi ſignum † Crucis Ieſu Saluatoris humi affixit, vel ſculpire, vel celare fecit in ſilice, aut marmore in terra poſito, ex quo ſignum Crucis Saluatoris poſſet pedibus conculcari, vt eſt tex. cum glo. in l. 1. C. nemini liceat ſignum Saluatoris Chriſti, in humo, vel in ſilice, vel in marmore inſculpere, aut pingere, vbi tex. & glo. in d. l. 1. in ver. pœna grauiſſima: Quantomagis debet pœna mortis puniri, & igne comburi ille, qui ſacratiſſimam Euchariſtiam conſecratam pedibus conculcauit, vel in terram proiecit, aut lacerauit, vel in loco immundo poſuit, vel alio modo malo inhonorauit, vel vituperium de ea fecit, aut in ea ſacrilegium ex induſtria fecit, C. de ſacroſan. eccleſ. authent. multomagis, iuncta d. l. 1. C. nemini liceat ſignum Saluatoris, vbi eſt tex. cum glo. in ver. pœna grauiſſima: Nam in hoſtia conſecrata,

Digitized by Google

ta, ſiue Euchariſtia ſancta eſt verum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti: vt probatur ex verbis Domini noſtri Ieſu Redemptoris dicentis: Hoc eſt enim corpus meum, quod &c. vt habetur in ſacro Euangelio: Ergo qui aliquouis modo inhonorauerit ſacram Euchariſtiam, in qua eſt verum corpus Chriſti Saluatoris debet vltimo affici ſupplicio, & mori, & igne comburi, ſic iubente Domino, vt habetur in ſacro Euangelio Sancti Ioannis, cap. 15. vbi Chriſtus Ieſus Rex æternæ gloriæ, & filius Dei ſic ait: Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignẽ mittent, & ardet, &c. Et eadem mortis pœna tenentur illi,
3 qui † incantationes, vel alia mala ſacrificia faciunt cum ſacra Euchariſtia vel de ea aliquod vituperium, aut dedecus, aut aliud non faciendum faciunt, C. nemini liceat, ſignum Saluatoris, &c. & ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs. l. ex Senatuſconſulto. Et ita Reuerend. D. Ioannes de Plotis, Epiſcopus Nouariæ, debet iudicare, faciendo comburi dictum Malagiſium, qui præmiſſum ſacrilegium nefandiſſimum perpetrauit, & con-
4 tra quem, cum habeat malum nomen, † eſt præſumendum, quod ſit in omni malorum genere poſſimus, iuxta not. extra depoſiti. in cap. 1. per illum textum. Et ita dico, & conſulo ego Bartolus de Saxoferrato.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna periurij, & falſi non tenetur accuſatus, vel inquiſitus reſpondens cum iuramento contra veritatem.*
2 *Accuſatus cum iuramento, reſpondens negando veritatem peccat.*

## CONSILIVM X.

1 ACcuſatus vel inquiſitus reſpondẽs cum iuramento ſuper interrogationibus criminis, de quo accuſatur vel inquiritur, non tenetur pœna † periurij, nec falſi, etiam quod reſponderit contra veritatem, & dixerit mendaciũ, & negauerit ſe deliquiſſe, vel quid feciſſe, aut dixiſſe, & conuincatur teſtibus de mendacio, & periurio per eum commiſſis: quia ex hoc non debet in hoc mundo puniri pœna falſi, nec periurij, & ita ſeruatur in practica per tex. ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi con-
2 ſciuere, in l. 1. cum ibi notatis per me: Tamen licet talis † non puniatur in foro contentioſo, tamen peccat, & punietur a Deo, qui nullum bonum irremuneratum, & nullum malum impunitum relinquit: teſtis tamen falſus punitur de iure. Ego Bartolus de Saxoferrato.

*SVMMARIVM.*

1 *Sodomitæ pœna mortis de iure communi puniuntur.*
2 *Sodomiæ crimen tam per iudicem Eccleſiaſticum, quam ſecularem poteſt cognoſci, & puniri.*
3 *Statuta ſecularium contra Sodomitas poſſunt allegari in curia Eccleſiaſtica.*
4 *Sodomia proprie dicitur ſiue in maſculum, ſiue in fœminam fiat.*
5 *Statutum loquens contra Sodomitas comprehendit etiam caſum, vbi Sodomia fit in fœminam.*
6 *Sodomita eſt infamis, & non poteſt eſſe index, teſtis, nec habere dignitatem.*
7 *Statutum quod Sodomita indiſtinctè puniatur morte, limitatur duobus modis.*

## CONSILIVM XI.

1 SOdomitæ † tam agentes, quam patientes de iure communi, debent vltimo affici ſupplicio, & ſic mori, gladio vltore, C. de adulter. l. cum vir nubit in fœminam. & §. item lex Iulia de adulterijs. Inſtitu. de public. iud. & Authen. vt non luxurientur contra naturam. Et ex forma ſtatuti conditi in Ciuitate Nouariæ iam agitur annus centeſimus, & vltra per dominos Ioan. Franciſcum Torniellum, Bartholomeum Catiam, Marcum Antonium Bruſatum, & Petrum de Plotis, omnes Nobiles Antianos, & Rectores, & Decuriones Reipublicæ, Nouariæ, habentes a Generali conſilio Baliam, & authoritatem condendi ſimilia ſtatuta: cauetur quod Sodomitæ omnes ſiue ſint agentes, ſiue patientes, igne comburantur indiſtinctè: vnde ex præmiſſo ſtatuto oriuntur plura dubia. Primo quæritur, an Reuerend.
2 P. Epiſcopus Nouariæ in cauſa Sodomiæ † poſſit procedere contra Sodomitas. & dico quod ſic: quia eſt delictum quod poteſt cognoſci, & puniri tam in foro eccleſiaſtico, quam ſeculari: Nam Sodomitæ, qui contra legem naturæ peccauerant a Deo puniti fuere, vt habetur Geneſ. cap. 19. Et cum Dei iudicia ſint nobis exemplaria: ſequitur quod Papa, Epiſcopi, & iudices omnes Eccleſiaſtici, ſunt iudices competentes contra Sodomitas etiam ſeculares, etiam in terris Imperij, ex quo Papa, & Epiſcopi, & iudices Eccleſiaſtici ſunt Dei Miniſtri: Et in eorum curia poteſt contra Sodomitas alle-
3 gari prædictum ſtatutum † contra ſeculares eidem ſtatuto ſubditos, etiam quod conditum fuerit ab ipſis Dominis Ioan. Franciſco Torniello, Bartholomæo Catia, Marco Antonio Bruſato, & Petro Ploto Antianis & Rectoribus ſecularibus Communis Nouariæ, extra de in integrum reſtitutio. cap. conſtitutus. cum ibi no. Super ſecundo dubio dico,
4 quod Sodomia † etiam proprie loquendo, dicitur ſiue fiat ſodomia per maſculum in maſculum, ſiue per maſculum in fœminam: nam vterque tam agens, quam patiens, tam maſculus, quam fœmina, proprie loquendo dicitur Sodomita, & committit ſodomiam, 32. q. 7. cap. vſus. & cap. adulterij.
5 Ergo pœna ignis de qua in ipſo ſtatuto, † locum habebit tam contra maſculum agentem, quam contra maſculum patientem, & tam contra maſculum agentem, quam contra fœminam patientem, ex quo etiam proprie loquendo dicitur ſodomia, ſiue fiat per maſculum in maſculum, ſiue per maſculum in fœminam, d. cap. vſus. & d. cap. adulterij, 32. q. 7. Et militat ſemper eadem ratio, quod eſt peccatum contra naturam, ſiue fiat per maſculum in maſculum, ſiue per maſculum in fœminam, quando fit præpoſtera Venere, cum ſemper ſemen hominis abſque ſpe procreationis perdatur, perinde ac ſi caderet, & ſpargeretur in terram: Ergo militat idem ius, & eadem pœna tam in vno, quam in alio caſu, ff. de verb. oblig. in l. ab eo. vbi glo. ait, quod vbi militat eadem ratio, quod militat idem ius. Super tertio dubio dico, quod
6 Sodomita † eſt infamis, & per conſequens non poteſt eſſe index, nec teſtis, nec habere aliquam dignitatem, l. ob carmen. ff. de teſtibus. & Inſtit. de teſtamen. §. teſtes autem. vbi glo. in ver. inteſtabiles. Super quarto dubio dico, quod licet
7 † ſtatutum Nouariæ conditum ab ipſis Dominis Torniello, Catia, Bruſato, & Ploto, Antianis, & Rectoribus Communis Nouariæ dicat, quod Sodomitæ ſiue agentes, ſiue patientes igne comburantur indiſtinctè, quod tamen ſtatutum ipſum recipit reſtrictionem, & diſtinctionem iuris diuini, & naturalis, cum illud ſit immutabile, nec poſſit tolli etiam per Imperatorem: ergo nec per ſtatutum, §. ſed naturalia. Inſti. de iure natu. gent. & ciuili. & extra de vſuris, c. ſuper eo. & extra de reſtitut. ſpoliat. cap. literas: Ergo non tenebuntur pœna dicti ſtatuti, nec iuris communis Sodomitæ patientes ſodomiam per vim, & contra eorum voluntatem, cum tales excuſentur a iure diuino, & a iure ciuili, & canonico, & a iure naturali, nec pati debeant aliquam pœnam, nec ſint infames, C. de adulte. l. fœdiſſimam, & toto titu. ff. quod metus cau. geſtum erit, & C. de his, quæ vi metus ve cauſa geſta ſunt, & extra de his, quæ vi metus ve cauſa fiunt. Similiter aliqua pœna non tenentur minores doli non capaces patientes ſodomiam: iſti enim iure naturali, & diuino excuſantur: quia quicquid vident ignorant. C. de falſa moneta, l. fin. Reſeruato tamen arbitrio iudici minores terrendi, & verberibus, ſcutica, & ſimilibus paternò more eos arbitrarie caſtigandi, iuxta qualitatem facti, & perſonarum minorum, argumen. l. 1. ff. de iure deliberan. & ff. de teſtibus. l. 3. ver. tu magis ſcire potes. Et ita dico ego Bartolus de Saxoferrato.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæreticus vbique capi, & puniri poteſt, etiam extra locum commiſſæ hæreſis.*
2 *Hæreſis cognitio, ſiue principaliter, ſiue incidenter cadat, ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, etiam ſi coram iudice ſeculari incidenter fieret: quia debet remitti ad iudicem Eccleſiaſticum.*
3 *Hæreticus vbi quis eſt declaratus impœnitens, vel relapſus, aut pertinax*

*pertinax per iudicem Eccleſiaſticum, iudex ſecularis eſt merus exe cutor pęnarum, nec poteſt cognoſcere.*
4 *Sententiam latam contra hæreticum iudex ſecularis debet exequi, & quid ſi dicatur notorie iniuſta, vide hic per Bart.*

## CONSILIVM XII.

1 HAereticus † ſi conſtat quod aliquis in Hiſpa-
nia fuit, vel in ea dixerit aliquam hæreſim, po
teſt in Italia, & in omni parte mundi capi, &
puniri, etiam quod in loco in quo dixit, vel
commiſit hæreſim nõ reperiatur, quia com
miſit crimen lęſę maieſtatis diuinæ, & Deus
eſt Dominus dominantium, ac cœlorum, & totius orbis, vt
ait Iac. Cyn. in l. 1. C. de ſumma Trinit. & fide cathol. & Ioan.
And. de hæretic. in 6. ca. vt commiſſi. Ergo Mantuę potuit de
tineri Fracaſſius ob hæreſim per eum prolatam in Hiſpania.
2 Hęreſis † autem cognitio non ſpectat ad iudicem ſecularem,
& ſic ad D. Prętorem Mantuę, ſed ſpectat ad iudicem Eccle-
ſiaſticũ, ſiue principaliter, ſiue incidenter, tractetur de hęreſi,
& in quauis parte iudicij ſecularis, quæſtio hęreſis inciderit
debet incontinenti remitti ad iudicem Eccleſiaſticum. de
hęret. in 6. capitulo vt inquiſitionis. §. prohibemur, & hoc te
nent omnes Doct. Sed vbi iudex Eccleſiaſticus declarauerit
3 aliquem eſſe hęreticum † relapſum, aut pertinacem, aut im-
pœnitentem, tenetur iudex ſecularis condemnare, & punire,
eum, abſque eo quod poſſit cognoſcere de meritis cauſæ, cũ
ſit merus executor non in cognoſcendo, ſed in exequendo
ſententiam Epiſcopi, & Inquiſitoris hęreticorum. de hęretic.
in 6. capitu. vt inquiſitionis, & a 3. quęſtio. 5. capitu. principes. Si
4 tamen iudici † ſeculari conſtaret notorie de iniuſtitia ſenten-
tiæ iudicis Eccleſiaſtici, puta ſi fuiſſet conſultor, vel aſſeſſor
Inquiſitoris hęreticorum, poſſet iudex ſecularis diligenter
agendo monere ſuperiorem Eccleſiaſticum, puta Papam,
vel Inquiſitorem generalem aliorum Inquiſitorum, vel
alium ſuperiorem Eccleſiaſticum, & eius expectare reſpon-
ſum, & interim ſuperſedere ab executione: ſed ipſe iudex ſe-
cularis, etiam ſi eſſet Princeps, vel eius Senatus, non poteſt
cognoſcere de iuſtitia, nec iniuſtitia, & validitate, vel nullitate
ſententię iudicis Eccleſiaſtici, & ſic Epiſcopi, & Inquiſitoris,
nec petere vt ſibi oſtendatur proceſſus. de hęreticis, in 6. capi
tulo, vt inquiſitionis. §. prohibemus. Poterit tamen iudex ſecu
laris, ſi ſententia iudicis Eccleſiaſtici notorie ſit iniuſta, & de
hoc ſibi conſtet, quia fuit aſſeſſor iudicis eccleſiaſtici, vel eius
Aduocatus Fiſcalis, aut Conſultor, monere ſuperiorem Ec-
cleſiaſticũ, vt dixi, & interim ſuperſedere ab executione, etiã
quod ſit merus executor, vt dixi ff. mandati. l. ſi hominem. vbi
eſt textus aureus. Ego Bartolus de Saxoferrato, ſic dico, ſal-
uo ſemper iudicio Sanctę Matris eccleſiæ.

## *ARGVMENTVM.*

Authoritas ſtatuendi data prioribus.
Ciuitatis diſcutitur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Conſilium ciuitatis poteſt per legem generalem iuri alteri quæſito præ iudicare, Secus faciendo legem particularem contra certas perſonas, num. 2.*
3 *Poteſtas ſtatuendi alicui generaliter concesſa, qualiter intelligatur.*
4 *Ius vnius fratris, an & quando iure alterius fratris lædatur.*
5 *Sapientes, quibus data eſt facultas ſtatuendi, & an appellationem, & nullitatis dictionem tollere poſſint.*
6 *Appellandi facultas a nullo tolli poteſt.*

## CONSILIVM XIII.

FVit concesſa poteſtas per authoritatem ha-
bentes prioribus cum quibuſdam aliis, ſta-
tuendi, & ordinandi ſuper facto cataſto Com
munis Tuderti. Quæritur primo, an potue-
rint ſtatuere dicti ſapientes, quod ſi aliquis
frater, vel agnatus alterius reperiretur ſcrip-
tus inter Comitatenſes, quod hęc ſit plena probatio, quod al
ter frater quandocunque ſit ſcriptus in ciuem, ſit comitaten-
1 ſis. & licet ciuitas, † ſeu cõſilium ipſum poſſet, ſi vellet, legem
generalem condendo, iuri etiam iã alteri quæſito præiudica-
re, vt l. venditor. §. ſi conſtat, communia prędio. C. de vendi-
tio. rerum. ad ciuitatẽ pertinen. l. prima. lib. 11. ad munic. l. li-
bertus. in fine, de priuilegio. credi. l. Antiochẽſium. licet non
2 poſſet prеiudicare † faciendo legem ſpecialem contra certas
perſonas, ff. qui, & a quibus. l. ſi priuatis. tamen in quęſtione
noſtra dubium facit, an conſilium voluerit hoc concedere il
lis ſapientibus, concedendo illam poteſtatem. Circa quod di
3 co, quod talis poteſtas † generaliter conceſſa ſtatuendi, debet
intelligi, quod ius alteri quęſitum non auferat, vt l. ſi pater. de
his, quę in fran. credit. & ne quid in loco publico, l. prima. §.
merito, & §. ſi quis a principe. & extra, de maioritate, & obe-
dientia. capitulo, fin. hoc tenet Innoc. in capitu. quæ in eccle-
ſiarum. de conſtitutionibus. extra, circa princ. ſed per tale ſta-
tutum. prout trahitur ad præteritum, ius pręteritum tollitur,
vt probo, ergo &c. hoc ſic probatur, communiter, & de iure
4 communi & ſtatutorum, vnius fratris ius † alterius fratris iu
re non læditur, fallit in caſu mirabili in l. cum ſeruus. §. fi. C.
de agric. & cenſit. lib. 11. & loquitur ibi in fratribus commu-
ne patrimonium habentibus, quod hic non fuit, quod ibi no-
tatur in glo. ſed per tale ſtatutum inducitur quod ibi ex perſo
na fratris alius frater præſumatur Comitatenſis, & ſic frater
eius, qui eſt ciuis Comitatenſis, ergo &c. Tertium dubium
5 eſt, an dicti † ſapientes vigore dicti arbitrij eis dati potuerint
ſtatuere, quod a ſententia iudicis ſuper hoc iudicantis non po
tuerit appellari, nec de nullitate dici. Circa quod dico, quod
ciuitas quæ habet primam, & ſecundam appellationem, ſicut
eſt ciuitas Tudertina, ita quod ad nullum alium ſuperio-
rem appelletur, bene poteſt tale ſtatutum facere, ff. de orig.
iur. l. ſecunda, §. exactio. & quia poteſt fieri per pactum, l. fin. in
fi. de temp. appell. & l. 1. §. 1. quibus appellare non licet, ergo
per legem. ſtatuit enim de his, quæ pertinent ad eius iuriſdi-
ctionem: ſed in quæſtione propoſita eſt dubium, an in tali ge-
nerali commiſſione facta per conſilium, veniat quod dicti
ſapientes non potuerunt inhibere appellationi a diffinitiua,
ſed ab interlocutoria ſic, niſi hoc eis fuerit ſpecialiter commiſ
6 ſum, quod probo, licet Princeps † det alieni iuriſdictionem
condendi legem, & ſenatui, & præfecto, vt l. non ambiguum.
de legi. C. de offic. prętoris. l. normam. & licet ab illis iudici-
bus, ſi a ſenatu, & præfecto non poſſit appellari, vt l. prima §. 1.
qui, & a quibus appellari non licet, & C. de ſententijs præfect.
l. 1. tamen prędicti non poſſunt conſtituere iudices, vt ab eis
appellare non liceat, quia ſoli Principi hoc conceditur, l. 1. in
fi. C. quibus appel. non licet. vbi eſt caſus noſtrę quęſtionis, ſi
vellent appellare ab interlocutoria, poſſunt, C. de ſenten. l. fi. &
ibi no. in fi. glo. magnæ. idem in propoſito, licet Commune
dederit illis ſapientibus poteſtatem condendi legem, tamen
appellationi inhibere non poſſunt, ſicut hic ſenatus non po-
teſt. Bartolus de Saxoferrato.

## *ARGVMENTVM.*

Voluntas teſtatoris contraria, quando
vitiet teſtamentum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Verba, inſtituo te, fundo excepto, quid importent.*
2 *Leges quin locum habeant in ſuo teſtamento, an quis facere poſſit, & non.*
3 *Lex præſumit inſtitutum ex parte habere totum, non dato hærede vniuerſali.*
4 *Diſpoſitio libertatis eſt fauorabilis.*
5 *Vulgaris tacita requirit aditionem.*
6 *Subſtitutio rumpitur inſtitutione poſthumę.*

## CONSILIVM XIIII.

DIxit quidam teſtator, plus petere non poſſit, &
ſi plus peteret cadat a dicto legato. quidam
enim vult illud teſtamẽtum eſſe nullũ, quia
deceſſerit pro parte teſtatus, & pro parte in-
teſtatus: ſi vero totum peteret, a toto caderet
ↄcludit ergo qđ inſtitutio nulla eſt, nõ obſtat
ff. de

ff.de hæred. inſtituen.l.ſi ita quis hæres inſtitutus ex toto fun-
1 do, &c. quia verba, † inſtituo te, excepto ſundo, hoc important, te in fundo non inſtituo, non autem prohibet poteſtatem legis, ſine iure tacite accedere, ſed ſi expreſſe diceretur, quod fundum petere, vel habere non poſſit, & ſic voluntas teſtatoris manifeſte contradiceret, tunc non valet, vt dicta l. quoties. §. ſi duo. & dictis iuribus. Non obſtat ſi di-
2 catur, nemo † poteſt facere quod leges non habeant locum in ſuo teſtamento, quia quædam ſunt leges, quæ aliquid de neceſſitate diſponunt, vt quod teſtamentum habeat ſeptem teſtes, & ſimilia, & tunc ſi teſtator vellet contrarium, non poſſet, immo teſtamentum eſſet nullum, vt d. l. nemo poteſt. Quædam ſunt leges, quæ aliquid diſponunt ſupplendo defectum voluntatis defuncti, vt in caſu propoſito, ſi te-
3 ſtator non fecit hæredem vniuerſalem, lex † præſumit enim quem ex parte hæredem inſtituit, totum habere, ideo totum ſibi dat: ſed ſi apparet manifeſte teſtatorem voluiſſe contrarium, tunc ceſſat iuris præſumptio, vt dictis iuribus, immo totum teſtamentum irritatur, quia non poteſt pro parte decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus, vt dictum eſt, ſi lex introducit quod in conditionibus, quæ conſiſtunt in non faciendo cautio Mutiana habeatur pro implemento teſtamenti, vt l. Mutianæ. ff.de conditio. & demonſtra ſed ſi apparuerit teſtatorem aliud ſenſiſſe, tunc ceſſat cautio Mutia-
4 na, poſito quod ex hoc irritetur diſpoſitio libertatis, † quæ eſt ita fauorabilis. ff de manu. teſta.l.fi. Item ſimiliter lex diſponit, quod expreſſio conditionis, quæ tacite ineſt, non ſuſpendatur: hoc verum, niſi appareat teſtatorem aliud ſenſiſſe, l.in conditionibus. §. 1.ff.de conditio. & demonſtrat. Concluditur ergo inſtitutionem dicti poſthumi eſſe nullam, & idem eadem ratione concluditur de inſtitutione facta de matre dicti teſtatoris. Modo reſtat videre de viribus ſubſtitutionis, & ſi quidem dicti ſubſtituti volunt venire vigore ſubſtitutionis pupillaris, non poſſunt, quia ex teſtamento non poteſt, nec potuit adiri hæreditas, vt dictum eſt, ergo non valeat ſubſtitutio. l. 1.adeo.de vulga.& pupilla. aut volunt venire vigore tacitæ vulgaris, & ſimiliter non poſſunt, ſecun-
5 dum opinionem Dy. & aliorum, qui dicunt, † quod tacita vulgaris requirit aditionem, vt l. quod ſi filius. ff. de capt. & poſtliminio reuer. quod tenet Cy.in l.precibus. C.de impub. & aliis ſubſtitutio. in materia vulgaris, & multi alij. Sed poſito quod nō requireretur aditio, tamen adhuc idem, quod iſta poſthuma non reperitur inſtituta, taliter quod adire potuerit, nec exhæredata, ergo teſtamentum eſt nullum, l.poſthuma. de lib.& poſthu. præterea talis ſubſtitutio vulgaris cœpit dependere ex inſtitutione poſthumæ ſupra, ergo in-
6 ſtitutione poſthumæ rumpitur † ſubſtitutio. l.2.§. fi.& ibi no. de vulg. & pupil. & de liber. & poſthu. l. poſthuma. de iniuſ. rupto teſtamen. l. nam & ſi ſub conditione. §. 1. Concluditur ergo dictum teſtatorem inteſtatū deceſſiſſe, & ſic dicta filia hæreditatem tranſmiſit ad matrem, C.de ſuis, & legitimis.l. apud hoſtes. Bartolus de Saxoferrato.

## ARGVMENTVM

Perſonarum ratio in primis attenditur in iudicijs.

### SVMMARIVM.

1 *Iudicium conſtituitur ex actore, reo, & iudice.*
2 *Exceptio, quę præponenda ſit ant litis conteſtationem.*
3 *Exceptiones, quæ poſt litis conteſtationem examinentur.*

## CONSILIVM. XV.

ANte omnia de perſonis eſt quærendum, C.de procuratoribus. l.licet.& l.non ignorat. in fi.
1 C.qui accuſare non poſſunt. † tamen hoc eſt intelligendum de perſonis, in quibus debet fundari iudicium tantum, ſcilicet de auctore, reo, & iudice, & non de perſonis, quæ incidenter veniunt in iudicio ad fundandam intentionem alicuius partis. licet enim probetur primo procuratoris exceptio,
2 † quæ reſpicit inhabilitatem perſonarum, in quibus fundatur iudicium, debeat ante litis conteſtationem examinari, ff.de procuratoribus.l. Pomponius. §.rati. ff.ſi quis voca.in ius non
3 ierit.l.1.in princ.ſed exceptiones, † quæ reſpiciunt merita negocii principalis, debent examinari poſt litis conteſtationem, exceptis quibuſdam, vt extra de litis conteſtatione, capit. 1. libro ſexto. & no.in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff.de condict. indeb. Sed iſta exceptio, quod non fuit ſindicus, reſpicit materiam principalis cauſæ, ergo &c. primo hoc probatur per glo.ord.in ſimili caſu, in l. 1.C.de edic.diui. Adriani tollendo. in glo. penult.in ſolutione contrarij.l.ſi res. C. de ordi.cognit. Aut opponitur perſonæ agentis, aut perſonæ teſtantis. primo caſu, quia opponitur illi perſonæ, in qua debet fundari iudicium, procedit: ſecundo caſu, quia opponitur de perſona eius, ex qua fundatur iudicium agentis, non procedit. Sed contra prædictam opinionem facit ff. de teſta.l. ſi quæramus. C. de petit.hæred.l.liberi. vbi dicitur, quod ante omnia debet inquiri de perſona eius, ex qua intentio eius fundatur, ſcilicet de teſtatore, vtrum potuerit teſtari.ad quod reſpondeo, aut enim quærimus vtrum quis debeat ingredi iudicium, & ſic litem conteſtari, & habeat locum quod ſupra dixi. Aut contrarium, vtrum quis potuerit teſtari, & habet locum l.ſi quæramus. quando autem potuit inquiri de perſona teſtantis, hoc non dicitur ibi, certe debet quæri poſt litis conteſtationem, per rationes ſupradictas. Bartolus de Saxoferrato.

## ARGVMENTVM.

Matriculatus abiens ſi redeat, an iterum ſoluere teneatur.

### SVMMARIVM.

1 *Scholaris matriculatus ſi recedat a ſtudio, & poſt tempus reuertatur, an debeat iterum matriculari, & ſoluere.*
2 *Abſentia quinquennalis nocet matriculato.*
3 *Soluens ſemel pro aliquo actu, non tenetur iterum ſoluere.*

## CONSILIVN. XVI.

STatuto vniuerſitatis noſtræ cauetur, quod quilibet ſcholaris pro introitu noſtræ matriculæ teneatur ſoluere viginti ſol. Bonon. Con-
1 tingit quod quidam † ſcholaris ſemel ſoluit, & matriculam introiuit, deinde abſens a ſtudio per plures annos, nunc de nouo eſt reuerſus ad ſtudium, quæritur an pro introitu matriculæ iterum ſoluere teneatur. Et hæc quæſtio habet duo puncta: primo, an per abſentiam deſierit eſſe de matricula: ſecundo, ſi redijt, an iterum teneatur ſoluere. ſuper primo videtur quod ſic, ex eo quod videtur depoſuiſſe conſuetudinem reuertendi ad ſtudium, vt ff.de acquiren. rer.domi.l. naturalem. §.pauonum. & §. fi. & Inſtit. de rerum diui. §. in his. & §. pauo-
2 num. finaliter dico, quod ſi per † quinquennium ſtetit abſens a ſtudio priuatus eſt matricula: ſi autem ſtetit minori tempore, retinet matriculam. C.de permic.l.fi.circa mediū, lib.12.& de domeſticis, lib.3. eodem lib. & ibi eſt expreſſum. Super ſecundo, poſito quod eſſet priuatus matricula, dico
3 quod ſoluere non teneatur iterum † quia ſemel ſoluit. caſus eſt C.de conſulib.l.1.circa finem, lib.12. facit in argumentum, ff.pro ſocio, l.ſi ſocium pro filio.cum ſimilibus. Bartolus de Saxoferrato.

## ARGVMENTVM.

Dotis confeſſatæ in teſtamento, materia diſcutitur.

### SVMMARIVM.

1 *Confeſſio mariti dotis receptæ teſtamento emanata, an proſit vxori.*
2 *Solutione vnius ex duobus debitoribus, pro parte non minuitur creditoris obligatio contra vtrunque.*
3 *Confeſſio facta præſente parte, præiudicat confitenti.*
4 *Legatarij præſentia, non eſt neceſſaria in legato.*

CON-

## CONSILIVM XVII.

NErius Philippi recepit ab vxore nomine dotis pro Vgutione eius filio, qui Nerius obligauit ſe, & ſuos heredes ad reſtitutionem dictę dotis in caſu dotis reſtituendæ. moritur Nerius, Vgutione, & Philippo ſuis filiis, & hæredibus inſtitutis, & hæreditati ſe immiſcentibus: tandem Vgutio fecit teſtamentum, in quo inter alia diſpoſuit, quod relinquebat B. eius vxori florenos quos cõfeſſus fuit ſe habuiſſe, quo condito deceſſit. Modo dicta mulier agere intendit ad dotis prædictæ reſtitutionem, tam contra hæredes Vgutionis, quam contra Philippum, tanquam cohæredes Nerij eorum patris, & hoc non reuocatur in dubium quod poſſit, ſed Philippus conuentus vult agere contra hæredes Vgutionis ſui fratris, reuocatur in dubium an poſſit, cum conſtare non poſſit dotem prædictam a Nerio receptam integre ad manus dicti Vgutionis perueniſſe, niſi per dictam confeſſionem Vgutionis in teſtamẽto emiſſam, quę-
1 ritur an dicta confeſſio † proſit. Et primo ſciendum eſt, ad hanc dotem reſtituendam ambos prædictos ſine dubio fore obnoxios tanquam hæredes, quæ quidem obligatio pro portionibus hæreditarijs inter ipſos diuiſa eſt, per legem duodecim tabularum. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat. cum infinitis
2 ſimilibus. † Quando ergo duo ad eandem rem obligati ſunt, & vnus ex his ſuo creditori debitum dimittit, non ob hoc creditoris obligatio minuitur, quin contra vtrumque non habeat actionem, ſed correus obligationis poteſt agere contra hæredes teſtatoris, qui tale legatum fecit, vt integrum debitum ſoluat, ff. de legat. 3. l. fideicommiſſa. l. interdum. & l. ſi cui. §. 1. de legat. 1. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonſtratio. in quibus iuribus videtur caſus, cum Vgutio expreſſit quantitatem dotis integram, ad cuius reſtitutionem tam ipſe, quam Philippus tenebantur vt hæredes Nerij. tutius tamen eſſet Philippo, quod in teſtamento poneret notarius ipſum fuiſſe præſentem dictæ confeſſioni Vgutionis, ſicut vere dicitur in facto: nam tunc propter eius prę-
3 ſentiam dicta † confeſſio probaret dotem ad dictum Vgutionem proueniſſe, & ſic ad eius reſtitutionem teneretur, l. ſi non ſingula. ff. ſi cert. pet. & dicta confeſſio in præſentia partis emiſſa faceret plenam fidem, vt no. in l. cum de indebito. ff. de probatio. C. de fide inſtrumen. l. ſi cautio. ſi autem non dicitur quod fuerit præſens, poteſt peti vt legatum, tanquam
4 ſua intereſſit, non vt debitum, in quo legato † legatarij præſentia non eſt neceſſaria, vt l. cum pater. §. ſurdo. de legat. 2. Bartolus de Saxoferrato.

## ARGVMENTVM.

Dos materna, an computetur nepotibus in legitimam.

### SVMMARIVM.

1 *Dos data filiæ, an computetur nepotibus in legitimam.*
2 *Legitima, ſeu eius ſupplementum, de cuius bonis debeatur.*
3 *Dos imputatur in legitimam eodem modo, quo venit in collatione.*
4 *Aduentitia non veniunt in collatione, profectitia ſic.*
5 *Filiusfamilias de iure antiquo non habet hæredem ab inteſtato.*

## CONSILIVM XVIII.

IN Chriſti nomine amen, pater dedit dotem pro filia, quæ mortua eſt viuo patre ſuo, ſuperſtitibus filijs ex ipſa filia præmortua: deceſſit auus inſtitutis filijs filiæ in certa quan-
1 titate, quæritur vtrum dos † data filiæ computetur filijs ipſius filiæ in legitimam portionem, vel non. Iſtam quæſtionem videtur tangere Dy. in l. filium emancipatum. de collatione bonorum. licet aliqualiter ponat plus in facto, & multi Doctores, & Authores dicunt, quod non computatur in legitimam, nam legitima,
2 † ſeu eius ſupplementum debet fieri de ſubſtantia eius, de cuius ſucceſſione agitur. l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffi. teſtamen. ſed iſta dos non eſt de bonis aui nam iam bona aui exiuit, vt l. pater, in princ. ad l. Falcid. ad Trebel. l. mulier. §. cum proponeretur. & in l. a filia. de collat. dot. l. ſi. ergo, &c. Præterea ad iſtos nepotes nõ peruenit iſta dos ex perſona aui, ſed ex perſona matris eorum, vt d. §. repletionem. & per hoc apparet reſponſum ad l. quoniam nouella. de inoffic. teſtamen. quia ibi loquitur in dote ipſius filiæ vel nepoti datæ. In contrarium, quod iſta dos computetur in legitimam, ſic pro-
3 batur, dos † eodem modo computatur in legitimam, quo venit in collatione, vt d. l. quoniam nouella. vbi in duobus locis dicitur ſubſtantialiter dos data matri, debet ab ipſis nepotibus conferri. C. de collatio. l. illam. ergo cõcluditur, quod eſt caſus dictæ legis, illam. coniuncta d. l. quoniam. Secundo
4 probatur ſic: Certum eſt, quod aduentitia † non veniunt in collatione, ſed ſolum profectitia, C. de collat. l. fin. ſed talis dos venit in collat. ergo apparet quod eſt profectitia ex bonis aui profecta, ergo computatur in legitimam, & ſic non obſtat §. repletionem. quia ibi loquitur in his, quæ capiunt quodam aduentitio iure. Tertio probatur ſic: Certum eſt quod de iu-
5 re antiquo filiusfamilias † non habet hæredem ab inteſtato, vt l. 1. & 2. de caſtrenſi pecul. cum ſimil. vt ibi no. & eſt expreſſum per Glo. & Doct. ff. ſolu. matrimo. l. nuptias. & l. filię meç. eo. tit. per Azo. in ſumma ſolu. matrim. circa fi. ſed de iure hodierno eſt receptum in caſtrenſi, vel quaſi, & in aduentitio peculio, ſed in profectitio remanẽt iura antiqua incorrecta. in Authent. de hæredi. ab inteſt. §. ſi diſſimitiuum. & ibi no. in glo. magna. illa ergo filia, quæ fuit dotata non tranſmiſit illam dotem profectitiam ad ſuos iure hhæreditario, cum hæredem habere non poſſit de iure communi: ſed illa dos, quæ de iure ſecundum vnam opinionem debet reuerti ad patrem, vt l. dos a patre profecta. C. ſolu. matrimo. per conſuetudinem aufertur patri, & datur alijs nepotibus. non ergo ab eorum matre filij habent, ſed a patre iure conſuetudinis, merito tanquam de bonis patris profectitia computantur in legitimam. Quarto hoc probatur ex l. omnimodo. §. fin. de inoffiçio. teſtamen. C. vbi non requiritur quod ei qui petit ſupplementum acquiratur. Ex his patet reſponſio ad d. l. ſcimus. §. repletionem. quia loquitur in alijs, qui non proceſſerunt directo a defuncto, vt ibi pater, & ſic refertur ad alia. Bartolus de Saxoferrato.

## ARGVMENTVM.

Statuti deferentis marito lucrum tertiæ partis dotis materia.

### SVMMARIVM.

1 *Maritus an retinere poſſit partem dotis ex pacto.*
2 *Pactum æquiparatur ſtatuto, & legi.*
3 *Statutum tollens ius alteri ſine cauſa, non valet.*
4 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota non poteſt conditionem dotis facere deteriorem in præiudicium filiorum primi matrimonij.*
5 *Statuta debent intelligi, facta generaliter, ne præiudicium alteri inferant.*

## CONSILIVM XIX.

DIctat ſtatutum Vrbini, quod mortua vxore in matrimonio, tertia pars dotis debeat remanere penes virum, vel eius hæredes. Quædam Ioanna habuit duos viros, ex primo habuit vnum filium, ex ſecundo habuit alium ſoluto matrimonio ſecundo morte vxoris, poſtea deceſſit vir. Primus filius petit ad ſecundo medietatem dotis. dicit ſecundus filius, quod vult retinere primo
1 tertiam partem ex vigore ſtatuti: Quæritur, † an poſſit. Dominus Paulus Mare: dicit quod ſic, quia ita eſt in pacto. ff. de pact. dotal. l. pater cum filio. & l. inter ſocerum. §. cum inter & l. Lucius. & dixit, quod eſt caſus, qui determinat hanc quęſtionem. ff. de dote preleg. l. 1. in princ. ibi, nam quod eſt amiſ-
2 ſum. ſed † pactum æquiparatur ſtatuto, & legi, ergo &c. no. Dy. in c. indultum. de reg. iur. in 6. Et iſta ſunt verba ſua ſuper quo meum expectauit conſilium. Mihi videtur, quod ſua argumenta concludant, valere ſtatutum prædictum, quia forte vertebatur in dubium, quod non valeret, † quia ſine cau-
3 ſa ius alteri tolleret, argumen. l. quotiens. C. de precibus Imperatori

peratori offeren. & quod ibi notatur per Docto. ſed puto quod magis dubium ſit propter tranſitum ad ſecunda vota, & quia non ponitur aliquid, an mater fecerit teſtamentum, vel non, & ideo eſt latius explicandum. Er primo videamus de illa tertia parte, & præmitto argumentum quod Dominus Paulus facit, quod illud ius quod eſt in pacto, ſit in
4 ſtatuto: ſed ita eſt in pacto, quod vxor † tranſiens ad ſecunda vota non poteſt per pactum facere dotis conditionem deteriorem in præiudicium filiorum ex primo matrimonio, C.de donatio. ante nupt. l.ſi conſtante. in fi. quæ lex iure Authenticorum non corrigitur, immo lex illa confirmatur, vt in corpore de nupt. §. deinde autem, & ita tenet Azo in ſumma, C.de ſecundis nuptijs. §. ſed illud quæritur. ergo ne ſtatutum intelligatur in muliere, quæ habuit alium virum, & filios ex primo matrimonio, ſed in muliere, quæ non habuit alium virum, vel habuit primum virum, & filios, ſed filij non
5 extant, quia † ſtatuta debent intelligi generaliter facta, ne præiudicium alteri inferant, vt l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſtiua. maxime cum ſint reducenda ad conſonantiam iuris communis, C.de noxal. l. 1. & l. vt gradatim. C. de munerib. & hon. ſed de iure communi dos vxoris tranſeuntis ad ſecunda vota eſt obligata primis filijs, &c. Bartolus de Saxoferrato.

## *ARGVMENTVM*

### Dos an probetur per inſtrumentum diuiſionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Extraneus dotās mulierem, ſtipulari poteſt ipſam mulieri, licet abſenti, reddi.*
2 *Verba enunciatiua dotis in inſtrumento pro dote, inducunt plenam probationem.*
3 *Confeſſio extraiudicialis, probat ſemiplenè.*
4 *Liber rationum confectus inter tutores, probat contra eos.*
5 *Maritus recipiens rem æſtimatam, tenetur æſtimationem reddere.*

## CONSILIVM. XX.

FActum ſic ſe habet, Titius & Seius in diuiſione venerunt ad tale pactum, & concordiam, quod dictus Titius habeat, & habere debeat vnam petiam terræ poſitam, & contentam pro reſtitutione dotium dicti Titij pro pretio quinquaginta florenorum dotis prædictæ. Item fuit confeſſus dictus Titius habuiſſe, & recepiſſe a Seio centum florenos auri pro reſtitutione dotis, & pro complemento ipſius dotis Dominæ B. vxoris dicti Titij, de quibus fecit eidem finem, quietationem, & pactum. Quæritur, vtrum vigore dicti inſtrumenti dicta Domina poſſit petere dotem ſuam, poſito quod non habeat inſtrumentum. Secundo quæritur, an cogatur recipere poſſeſſionem prædictam, an debeat habere pecuniam. Viſo inſtrumento diuiſionis, in quo inter cætera continetur, quod pro reſtitutione dictæ dotis habuit a Seio ſuo fratre vnam petitam terræ, iuxta ſuos confines pretio quinquaginta florenorum, de quo pretio eidem quietationem fecit. Quæritur, vtrum vigore dicti inſtrumenti dicta Domina poſſit petere dotem ſuam poſito quod non babeat aliud inſtrumentum. Secundo quæritur, an cogatur recipere terram prædictam, an debeat habere pecuniam. Ad primum reſpondeo, quod dicta Domina poteſt petere dotem prædictam, & probare ſe dediſſe eam vigore dicti inſtrumenti: nam in dote eſt hoc, quod quicunque extraneus dat dotem viro pro muliere, ipſi mulieri acquiri-
1 tur ius † repetendi, licet ipſa fuerit abſens, l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. act. & l. fin. C. de iure dot. ſed verbum dubium pro reſtitutione non minus importat, quam verbum dari, vt l. eum quidam. de legat. 2. & l. verbum reddendi. ff. de verb. ſignificat. Ex quibus concluditur dictæ Dominæ vigore dicti
2 inſtrumenti ius eſſe quæſitum per verba † enunciatiua dotis, quæ pro dote inducunt plenam authoritatem, l. 2. C. de dot. promiſ. & ibi no. per Glo. ita in propoſito, iſta verba inducunt plenam probationem. & præterea poſito, quod ple-
3 ne non inducerent, inducerent ſemiplene, ſicut confeſſio † facta extra iudicium, vt l. capite quinto. ff. de adulter. & ſic debet ipſi mulieri deferri iuramentum, vt C. de iureiuran. l. in bonæ fidei, & l. admonendi. ff. eo. tit. Præterea iſta diuiſio facta inter fratres eſt quædam ratio compoſita inter eos, & ſic inducit probationem contra confitentem. l. quædam. §. num-
4 mularios. ff. de eden. & ſic liber † rationum confectus inter tutores probat contra eos. l. 1. §. nunc de officio. ff. de tutel. & rat. diſtrahendis. & inuentarium confectum per tutorem probat contra eum, l. fin. C. arbitrium tut. ita ex hoc inſtrumento probatur contra dictum Titium, & eius ſucceſſorem. ſaltem de hoc non eſt dubium, quod tale inſtrumentum facit fidem, taliter qood ipſi mulieri debet deferri iuramentum, vt d. l. capite quinto. & l. in bonæ fidei. Super ſecundo
5 non eſt dubium, quod † ſicut recepit poſſeſſionem, & rem æſtimatam, ita tenetur reddere æſtimationem. l. ſi ex ſtipulatione. ff. ſolu. matrimon. & l. ſi æſtimatis. & l. ſi maritus. C. de iure dotium.

*Ita conſulo ego Franciſcus de Fabriano.*
*Ita conſulo ego Bartolus de Saxoferrato.*

## *ARGVMENTVM.*

### Hæres, an & quos fructus reddere teneatur vxori defuncti.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus induſtriales, communes ſunt viro & vxori. Et qui dicantur, num. 2.*
3 *Fructus naturales, qui dicantur fructus.*
4 *Operæ ſeruorum, an dicatur fructus.*
5 *Mulier nupta poteſt habere bona triplicis generis.*
6 *Vir agens pro vxore, quando teneatur de rato cauere.*
7 *Vir quomodo teneatur reddere rationem vxori de fructibus bonorum paraphernalium, & nu. 8.*
9 *Vir quos fructus dicatur conſumere contra voluntatem vxoris.*
10 *Mulierum genus auariſſimum eſt.*
11 *Vir debet ſubſtentare vxorem, non vxor virum.*

## CONSILIVM XXI.

QVæſtio talis eſt. Titius habens vxorem habentem paraphernalia bona, fecit contra ipſa bona, quod ipſorum bonorum fructus in domum communem, ſiue communis habitationis deferebantur, & mittebantur: mortuo Titio, dicta vxor repetijt dictos fructus ab hæredibus dicti Titij ſui mariti, ſeu eorum æſtimationem: eſt quæſtio, an dicti hæredes teneantur ad reſtitutionem dictorũ fructuum, vel ad eorum æſtimationem. Videbatur quod dicti hæredes ad æſtimationem dictorum fructuum minime tenerentur. & quod hoc ſit verum, ſic oſtendo. Aut dicti fru-
1 ctus induſtriales † fuerunt, & tunc non eſt dubium quod vir ponit eos in domum cõmunem, conſtituere cum dicta eius vxore, ſicut dicitur C. de pact. conuent. l. fi. Idem ergo de fructibus induſtrialibus, cũ ſit eadem ratio, & ibi no. glo. & Cy.
2 fructus † autem induſtriales appellantur ſegetes, & vinum: licet de oleo poſſit dubitari, tamen dico quod in oleo idem, quia inter induſtriales connumeratur, cum in eo acquirendo multum de hominis induſtria, & de ſolicitudine requiratur, facit quod no. ff. de rei vendic. l. ex diuerſo. in glo. magna, & per Doct. in l. certum. C. de rei vendic. aut dicti fru-
3 ctus ſunt naturales, in quibus quærendis modica † induſtria requiritur: & tunc, licet glo. in d. l. fi. C. de pact. conuent. videatur dicere, quod ſint mulieris, tamen Mart. Syll. in publica diſputatione determinauit contrarium, cuius opinio-
4 nem puto veriorem, quod ſic probatur. Operæ † ſeruorum dicuntur fructus, vel ſaltem fructibus æquiparantur. ff. de oper. ſeru. l. 2. 3. & 4. de acquirendo rerum dominio. l. quæſitum. §. fin. & ſunt fructus naturales, ſeu æquiparantur fructibus naturalibus, cum in operibus ſeruorum quærendis non verſetur induſtria, ſed iſtas operas a viro perceptas mulier non repetit, vt ff. de donat. inter virum, & vxorem. l. ſi quid. §. ſi quid. ergo fructus naturales non erunt reſtituendi. Nec obſtat l. penultima, in princ. ff. ad l. Falc. quia intelligitur de eo quod ibi remanſit apud virum de ipſa ſorte, ac ſubſtan-

tia

ſta bonorum, non de vſuris, vel fructibus, & ita tenuit ibi
gloſſ. & Bartol. ponit in dicta l. penult. ad leg. Falcidiam. Et
ideo pro notitia veritatis iſtorum eſt ſciendum, quod mulier
5 † nupta poteſt habere patrimonium triplicis generis, videli-
cet bona dotalia, & quæ ſunt iſta planum eſt: bona parapher
nalia, & hæc ſunt bona mobilia, quæ vxor defert in domum
viri maxime ratione ſui proprij vſus, vel cauſa ſui, & viri. ff.
de iure dot. l. ſi ego. §. dotis. C. de pact. conuent. leg. fin. & iſto-
rum paraphernalium, quandoque vxor tradit viro cuſtodiam
& tunc videtur ei tradere tacite adminiſtrationem & vſum,
vt dictis iuribus, quandoque ſibi reſeruat cuſtodiam, & tunc
vir nullum ius prætendit in illis, vt dicta l. ſi ego. §. dotis. niſi
quemadmodum in illis, quæ ſunt de tertia ſpecie. Quædam
ſunt bona mulieris quæ non ſunt dotalia neque parapherna-
lia, veluti ſunt ea quæ extra dotem, & extra ea quæ vxor in do
mum viri inducit, & iſta differunt ab vtraque ſpecie prædicto
rum, quia in iſtis vir non habet dominium, vt in dotalibus ha-
bet, nec adminiſtrationem ex tacita, ſeu præſumpta mente
6 vxoris vel eius voluntate. Et hinc eſt, quod quando † vir agit
pro vxore ſua ad hanc tertiam ſpeciem, tenetur de rato caue-
re, C. de procur. l. maritus. ſecus cum agit pro paraphernali-
bus, quia nullam præſtat cautionem, quia intelligitur habere
voluntatem vxoris certam, propter ipſorum adminiſtratio-
nem, vt dicta l. fin. C. de pact. conuent. vbi gloſſ. tangit hanc dif
ferentiam inter paraphernalia, & non paraphernalia, vt dicta,
l. maritus. tunc ad propoſitum de fructibus paraphernalibus
7 de his eatenus tenetur † reddere rationem, quatenus conuer-
tiſſet in vſus proprios, quia debuit conuertere in vſum com-
munem ſui, & vxoris, vt dicta, l. fi. de pact. conuent. & notatur
in l. ſi ſtipulatus. §. primo de donat. inter virum & vxorem. &
in his procedit diſtinctio Mart. & Bart. in dicta l. pen. ſic con-
ſumptos induſtriales in compenſationem oneris adminiſtra-
tionis ſuſceptæ. vt dicta, l. fi. de pact. conuent. & ibi tangit glo.
& notatur in d. l. ſi ſtipulatus. §. primo de donat. inter virum,
& vxorem, & hoc in princ. conſilij dixi. de fructibus autem re
rum dotalium eſt certum, quod ſunt viri abſolute pro tem-
pore quo durauit matrimonium, ff. de iure dotium. l. dotis, &
l. pro oneribus, & de his duobus mulieri nihil ad quæſtionem
propoſitam ſatisfit, ſed de tertio caſu, quando non ſunt dota-
lia, neque paraphernalia, ſed tertiæ ſpeciei, tunc ſi volūtas vxo
ris eſſet certa, ſeruanda eſt: nam ſi conſtaret quod contra vo-
8 luntatem eius percepiſſet fructus, † indiſtincte teneretur red-
dere rationem, vt C. de donatio. inter virum, & vxorem. l. de
his. aut conſtat quod percipit de eius voluntate, & tunc, aut
quæritur de extantibus, aut de conſumptis, primo caſu inte-
gre reſtituet extantes, vt in dicta l. ſi ſtipulatus, §. primo. ſecun
do caſu, aut de induſtrialibus, aut de naturalibus, vt ſupra di-
ximus de fructibus paraphernalibus. Et hoc vbi voluntas vxo
ris eſt certa, ſi vero dubia, & iſte proprie eſt caſus noſter, &
hunc caſum omiſit Bartol. quo caſu dico quod ille non lu-
cratur fructus, nec extantes, nec conſumptos, nec naturales,
nec induſtriales, ſed tenetur eos reſtituere mulieri, & de his
proprie loquitur l. penultima in princi. ff. ad lega. Falcid. nihil
extra ſubaudiendo, vel nullam vim faciendo literæ, & eſt ra-
9 tio, quia horum bonorum fructus † non intelligitur in dubio
vir conſumare de voluntate vxoris, ſed potius contra volun-
tatem, & hoc ex multiplici præſumptione. Prima ex com-
muni regula, quæ eſt, ne quis res ſuas videatur iactare, vt l.
cum de indebito. ff. de probatio. Secunda præſumptio eſt,
10 quia † genus mulierum auariſſimum eſt, ff. ad Velleia-
num. l. ſi ego. Et ideo monſtruoſum eſt ipſas velle largiri, qa
regulariter amicitia acquiritur, ſecundum propriam natu-
ram, & communem opinionem, & earum morem, vt dicta,
l. cum de indebito, & l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re milit.
Tertia eſt ſumpta ex congruenti perſonarum proportione,
11 quia debet † vir ſubſtentare vxorem de proprio, vel de fructi
bus bonorum dotalium, non vxor virum, ff. de donatio. inter
virum & vxorem, l. ex annuo. Quarta ratione ſumpta ex per-
ſonarum coniunctione, & earum qualitate, ſcilicet quod in-
ter virum & vxorem, in quibus eſt annexa reuerentia ex parte
vxoris propter quam ex eius parte reſultat præſumptio diſſen
ſus, ſeu voluntatis correctio. ff. quarum rerum actio non da-
tur. l. prima §. quæ onerandæ. & Bart. in l. quæ dotis. ff. ſolu. ma
trimon. & quia præſumptio bonorum mulieris eſt præiudi-
cium ipſi mulieri, vnde in dubio videtur eius diſſenſus. l. pri-
ma ff. de furtis. ex quibus omnibus concludo, quod in hoc ter
tio membro hæredes tenentur reddere rationem dictæ vxori
fructuum prædictorum. Recuperus de Sancto Miniato. Bar-
tolus de Saxoferrato.

## *ARGVMENTVM*

Laudum poſt quadriennium parte non cita-
ta, an valeat, & poſt publicationem
bonorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Arbitramentum latum abſente, & irrequiſito venditore, an valeat.*
2 *Præſentia partis non requiritur in his, quæ fiunt ſine cauſæ cognitione. & nu. 3.*
4 *Compromiſſum parte abſente prorogari non poteſt.*
5 *Verbum placuerit, quid importet.*
6 *Arbitramentum latum poſt quadriennium, an valeat.*
7 *Arbitramentum latum poſt publicationem bonorum, an valeat.*

## CONSILIVM. XXII.

THolomeus de Spoleto vendidit cuidam vnā
ſuam poſſeſſionem pro pretio, quod arbitra-
bitur Dominus Ray. qui arbitratus eſt ab-
ſente venditore, & poſt quadriennium ven-
ditore exbannito, & bonis eius publicatis.
Quæritur, an arbitramentum latum abſente,
& irrequiſito venditore valeat. ſecundo an valeat, quia latum
eſt poſt quadriennium. tertio an valeat latum poſt publicatio-
nem bonorum. ſuper primo dico, quod Petrus de Bella perti
ca, ff. de verb. obligat. l. ſi quis arbitratu. dicit quod non valet,
1 † per illam l. quam ipſe allegat pro caſu. quia ſi poſſet fieri ab-
ſente venditore ſtipulatio non eſſet in mora, ita tenet Cyn. in
l. fin. C. de contrahenda emptione. Quidam aduocati conſu-
luerunt contrariis rationibus. primo, quia arbitrator non de-
bet iudicialiter cognoſcere, ſed extraiudicialiter, ſi de nego-
tio informatur, vt no. Innocent. in capitu. Quintauallis, de iure
iuran. facit quod no. ff. de iudi. l. prima de arbitris. ſed & ſi. ſe-
cundum eum. §. primo eodem titu. & quod ibi nota. in Au-
2 thent. vt differentes iudi. §. primo per gloſſ. † ſed ea quæ fiunt
ſine cauſæ cognitione non requirunt partis præſentiam, vt l.
diem proferre, de arbitra. in princip. & leg. ſed & interpellatus
§. primo, eodem titulo. propterea videmus quando aliquis a-
ctus fit per iudicem non iudicialiter, non requiritur partis
3 † præſentia. ff. de bonorum poſſeſſione. l. prima §. penultima,
& ibi nota. Præterea arbitrator habet nudum miniſterium
facti, ſicut executor, qui poteſt expedire ſibi commiſſa, etiā
parte non citata, & de cauſa non cognoſcere. C. de executio.
rei iudica. l. ſi vt proponis. & no. Innocen. in capitulo dudum.
de arbitra. Præterea tempore quo arbitratur vna partium nō
debet requiri, ſicut in euentu cuiuslibet alterius conditionis,
vt puta ſi nauis ex Aſia venerit nam ridiculum eſſet quod na
ui ex Aſia veniente, requireretur partis præſentia, iſtæ ſunt
rationes illius conſultoris. Ad l. ſi quis arbitratu reſpondeo,
quod poteſt dici quod ibi adhibuit aliud impedimentum
mortis vel ſimile, vt ſic arbitrari non poſſit. Vel poteſt dici
4 quod ibi fuit actum de prorogando compromiſſo, † quod
non poteſt fieri parte abſente. l. ſi eum dies §. fin. ff. de arbitra.
Iſta ſunt verba illius conſultoris, & licet prædicta ſubtiliter di-
cta, ſint, ego a dictis Cy. & Pet. non recedo, ſed eos indubitan-
ter dicere veritatem puto Primo per dictam l. ſi quis arbitra-
tu. vbi narratur caſus. nā ſi poſſet arbitrari abſente parte, non di
ceretur fieri mora per ſtipulantem. l. diem. §. ſi quis litigatorū
ff. de arbit. Nec obſtant dictæ reſponſiones, quia omnes ſunt
diuinationes. Præterea de hoc eſt caſus expreſſus, ff. de ædilit.
edic. l. quod ſi nolit. §. ſi quidem. circa finem vbi dī, quod ille
qui emit. vt niſi placuerit, inempta ſit res vel fiat, non poteſt
ſuum placitum, & voluntatem exprimere parte abſente, &
5 eſt aduertendum, quod verbum, † placuerit, idem importat,
ſi arbitratus fuerit, ſcilicet arbitrio boni viri. l. Thais. §. ſoro-
rem. ff. de fideicom. liberta. Propterea eſt caſus etiam C.
de ſecundis nuptiis. l. hac edictali. §. iis illud. vbi dicitur
quod tales arbitratores poſiti ad æſtimandum, ſeu pretium
conſtituendum, coguntur iurare, & ab eis iuramentum

exigitur, ergo apparet quod pars debet eſſe præſens, dum iu-
ramentum exigitur, l. ſi quando. C. de teſt. Præterea hoc vide
mus expreſſum in iudice, qui licet non in forma iudicij co
gnoſcat, vt quando decernit modum dandi alimenta pupillo
tamen debet cognitionem abhibere, & partes interrogare,
& explicare ea, quæ circa ea expediunt, ff. vbi pupil. educari
debeat, l. prima §. ſi non conſtat. quod ita debuit hic facere ar
bitrator, tamen ſi non fecit, non valet arbitramentum. Præte
rea hoc dicit Cynus. expreſſe in arbitratore, qui debet diſcure
re partes, & eas interrogare, quid velit, quantum æſtimat, iſta
eſt amicabilis compoſitio, leg. ſi de meis. §. recepiſſe. in fin. ff.
de arbitra. Præterea expreſſum videtur in leg. legatum. ff. de
vſufru. lega. vbi quando ſit arbitramentum illud de tranſmit-
tendo legatum de vna re ad aliam, debent adeſſe omnes
quorum intereſt, pro hoc ratio facit naturalis, & iuris diſpo-
ſitio, quæ eſt, quod debent requiri hi qui lædi poſſent, cu-
ius præſentia traheret arbitratorem in aliam ſententiam. Nõ
obſtant allegata in contrarium. de bon. poſſeſſio. l. prima, §.
penul. quia loquitur in his quibus parti abſenti paratur præiu-
dicium, vt ibi patet. Non obſtat exemplum de executore
quia illud eſt in eo executore, quando præceſſit cognitio ple-
na, alias ſecus, leg. etſi non cognitio, ſi contra ius, vel vtilita-
tem publicam. Super Secundo puncto, an valeat arbitra-
6 mentum † latum poſt quadriennium, dico quo Specul. in tit.
de arbitra. §. deſteri. verſi vt infra triennium. vi videtur dicere
quod arbitramentum non firmatur tempore, triennij, ſed nec
aliquid boni allegat, nec bene intellexit. Ideo ſciendum eſt,
quod talis quæſtio, ſi talis arbitraretur, deficit illo nolente
arbitrari. vt leg. ſi merces. in princip. ff. loca. C. de contrahend.
emptio. l. fin. Inſtitu. eodem, §. pretium. quando dicatur nolle
arbitrari, iura variant. Ideo dico, quod quandocunque ar-
bitramentum conſiſtit circa ea, quæ ſunt de ſubſtantialibus
contractus, vt circa ipſum reum, tunc debet arbitrari infra
80. dies, niſi aliud tempus ſit expreſſum, vt leg. quod ſi nolit.
§. ſi quid ita. de ædilit. edic. ſi vero arbitramentum conſiſtit
circa extrinſeca, tunc debet arbitrari ſtatim cum poteſt,
alias dicitur nolle. leg. hæc venditio. in princ. ff. de contrahen.
emptio. facit de conditio. & demonſtra. leg. hæ conditio. ali-
quando arbitramentum confertur in tertium, vt in caſu no
ſtro, & tunc poteſt duobus modis contingere. primo, quod
arbitramentum ſit circa perſonam, cui debeat acquiri re exi-
ſtente certa, tunc non dicitur velle arbitrari, niſi cum ſuper
hoc fuit in iudicio interpellatus, antequam poſſet moram
purgare, vt l. cum quidam ita. ff. de legat. primo & ibi no. ſed
vbi perſona eſt certa, & declaratio rei vel pretij, committitur
in arbitrio tertij, vt in caſu conuentionis noſtræ, tunc dici-
tur nolle arbitrari elapſo anno, caſus eſt in leg. fin. C. commu
nia de legat. §. ſed ſi quis. Nec dicat aliquis quod ſit ſpeciale
fauore vltimæ voluntatis, quia in ea ſpeciale eſt, quod illo
non arbitrante tranſit arbitramentum in legatarium, quod
non eſt in contractibus, quia contractus annullatur ſi per cur-
ſum anni deſinit arbitrator arbitrari, quia videtur nolle, argu
mentum, l. fin. C. de contrahenda emptione, & ſic de fuit con
ditio, & hoc eſt commune tam contractibus, quam vltimis
voluntatibus, & hoc gloſſ. ſentit in dic. §. ſed & ſi quis, ſi be-
ne inſpiciatur, & quod per curſum temporis quis dicitur per
fecte nolle, probatur ff. ad Trebellianum. leg. fin. §. primo.
7 Super tertio dico, quod dictum † arbitramentum non tenet
bonis publicatis, tamen ille conſultor conſuluit quod te-
neret, & per conſequens bonis publicatis, vt leg. actus § pu-
blicatione. ff. pro ſocio. tamen hoc eſt quando pactum
ſeu tranſactio tranſit ad hæredes. ff. de probationibus, leg.
pactum, & nota. Speculator. in titu. de arbitra. §. finitur, & §.
ſed nunquid. parcat mihi ille conſultor, nam eſt contra tex-
tum leg. quotiens. §. fin. de nouat. vbi dicitur quod contra-
ctus antecedentis exiſtens poſt publicationem bonorum non
facit obligationem oriri, nec ciuilem nec naturalem, quod
patet, quia ſi ibi naturalis obligatio oriretur, fieret noua-
tio. l. prima §. primo eodem titu. ſed iſta venditio de qua loqui
tur, eſt conditionalis, ſi arbitraretur, leg. fin de contrahenda
emptio. Nec obſtat quod dicitur, quod tranſit in hæredem,
quia poſito quod hoc ſit verum, tamen fiſcus hoc caſu non
habetur loco hæredis, vt dicit gloſſ. expreſſe in terminis no-
ſtris in leg. nouatio. ff. de nouatio. & tangitur ff. de fideiuſ-
ſor. leg. inter eos. §. bonis, & ibi per gloſſ. & expreſſim per Ia-
cobum. de Arena ibidem. Concluditur ergo, dictum arbitra-
mentum eſſe nullum triplici ratione. Bartolus de Saxo-
ferrato.

# XXIII.

## ARGVMENTVM.

Securitas pro debito non ſeruit pro maleficio.

### SVMMARIVM.

1 *Fiducia non habet locum in maleficijs,*
2 *Securitas non debet de debitis publicis intelligi.*
3 *Statutum debet intelligi ſecundum propriam, ſignificationem*
4 *Debitor, & creditor proprie quis dicatur.*
5 *Sententia lata pro priuato contra commune, non poteſt exequi in perſo nam.*
6 *Ciuitas Tudertina in ſuis debitis, de iure communi non habet priuilegia fiſci.*

## CONSILIVM XXIII.

STatuto cauetur, quod ſi quis fuerit citatus
quod veniat ad ſe excuſandum ab accuſatio-
ne, vel inquiſitione, & compareret illa die,
& ſequenti, capi non poſſit pro alio debito,
& cæte. Contingit quod A. erat pro certis
debitis exbannitus, & condemnatus in de-
cem, qui citatus comparuit ad ſe excuſandum, & poſt excuſa
tionem eadem die fuit captus pro dicta condemnatione, quę
ritur an potuerit capi de alio debito, debet intelligi præterquã
de maleficio. hoc probatur de his qui ad eccleſias confugiunt
l. ſecunda cum ſua gloſſ. in Authentica. de manda. Principum
1 §. ſed neque autem, & ibi not. gloſſ. vbi dicitur, quod fiducia
1 † data confugientibus non habet locum in maleficiis ibi ex-
ceptuatis, & idem dicit gloſſ. in omni maleficio. Præterea per
l. datur ſecuritas ne quis capiatur intra domum, tamẽ hoc in
telligitur præterquam in cauſa criminali. de regul. iuris. l. ne-
2 mo de domo. Præterea † ſecuritas data non debet intelligi
de debitis publicis, vt in dicta Authenti. de manda. Princ. §. pu
blicorum. Sic ergo ſtatutum prædictum limitatur, & intelli
gitur ſecundum diſpoſitionem iuris communis, vt l. vt grada-
3 tim. §. ſed ſi lege. de munet. & hon. Præterea † ſtatutũ debet
intelligi ſecundum propriam ſignificationem, vt l. non aliter.
ff. de legat. primo. de exercito. l. prima. §. ſi is qui nauẽ. ſed de-
4 bitor † & creditor proprie eſt is qui alienam fidem ſequitur
contrahendo, vt expreſſe dicitur, ff. ſi certum petatur l. pri-
ma. ſed hic ex maleficio eſt obligatus, non ex eo quod quis
fidem ſit ſecutus, & ſic non eſt proprie debitor. verbum er-
go ſtatuti dum dicit, quod debitor qui, non habet locum in
caſu noſtro. Econtra videtur, nam in themate ponitur quod
iſte erat exbannitus, & condemnatus, ſed facta condemna-
tione contractum, qui contrahitur ſententia eſt, vt l. licet §.
idem ſcribit. ff. de pecul. & hoc non dicit lex, quando agitur
de crimine ad aliquem condemnandum debet agi coram
præſide, & iſta dicitur cauſa criminalis, ſed condemnatione
facta tunc agitur coram procuratore Cæſaris, qui eſt iudex in
ter fiſcum, & priuatũ, & ſic eſt cauſa ciuilis, non criminalis. C.
vbi cauſa fiſcalis. l. prima, & quod ibi nota. per hoc reſponſum
eſt ad primam, & ſecundam rationem in contrarium, quan-
do quis capitur pro ipſo maleficio inueſtigando, & puniendo
vnde maleficium eſt cauſa proxima captionis: ſed hic cauſa
proxima eſt ille, quaſi contractus, qui ſententia celebratur,
5 vnde ſicut † ſententia lata pro quodam priuato non poſſet
exequi capiendo eius perſonam, ita nec etiam pro commu-
6 ni. Præterea, ciuitas Tudertina † in ſuis debitis de iure com-
muni non habet priuilegia fiſci. ff. ad municip. l. ſimile. C. de iu
re reipubl. l. ſecunda libr. 11. ſed ad petitionem vnius priuati, p
iſto debito capi non poſſet vetante ſtatuto, ergo & cætera.
Pro hoc reſpondeo ad ſecundam rationem factam in contra
rium, illud loquitur in debito publico, hoc eſt fiſcali: ſed ciui-
tas Tudertina non habet priuilegia fiſci, ergo &c. Præterea a
primo debitore generale eſt, ſiue ex contractu, vt l. Græce. §.
ſi ex delicto. & l. ſi cui. de verborum ſignifi. ſed ſtatutum dicit
quod non poteſt capi pro aliquo debito, ergo &c. & pro
hoc apparet reſponſum ad rationem tertiam, quia in d. l. ideo
ponitur

Digitized by Google

ponitur alluſio. ſeu deriuatio vocabuli, cui non debet ſtari, ſi habemus per l. aliam aliter declaratum, ſicut teſtamentum dicitur, quaſi teſtatio mentis, & tamen non omnis teſtatio mentis eſt teſtamentum, & id in multis ſimilibus exemplis hoc apparet reſponſum, ad ea quæ dicuntur, quod illud ſtatutum eſt poſitum in alijs ſtatutis, quæ continent de ciuilibus, quia fateor quod iſta captura, quæ fit pro condemnatis, fit pro ciuili cauſa, vt probatum eſt ſupra. Concludo ergo, & dico & conſulo, quod dictus A. ex prædictis cauſis non potuiſſet capi de iure, hoc probo potiſſime per l. 1. §. legatus. de iudic. coniuncta l. hos accuſare. circa princip. de accuſat. vbi videtur caſus: nam in §. legatus. datur ſecuritas pro his, quæ ante contraxerunt, iſtam eandem ſecuritatem dedit eis lex pro his delictis, quæ ante commiſerunt, vt d. l. hos accuſare. ratio, quia cauſa huius ſecuritatis erat voluntaria, non neceſſaria, ſed argumentis ſupra factis in contrarium cauſa ſecuritatis erat voluntaria, quia fugit ad eccleſiam, vel ſtat in domo: ſed tunc, quia proxima cauſa ſecuritatis eſt ſimiliter neceſſaria, quia ad iudicium trahitur inuitus, ergo ſecuritas prædicta trahitur ad criminales condemnationes. Bartolus de Saxoferrato.

## *ARGVMENTVM*

### Vxor relicta domina, & vſufructuaria, liberis inſtitutis, quid conſequatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba, domina, & vſufructuaria, quid importent.*
2 *Teſtatoris mens debet præualere.*
3 *Conſuetudo quomodo interpretetur verba, domina, & vſufructuaria.*

### CONSILIVM XXIIII.

PAter in ſuo teſtamento filiam hæredem in-
ſtituit ex certa parte, & pauperes Chriſti in-
ſtituit hæredes ex reſiduo, & ſuam vxorem
reliquit dominam, & vſufructuariam om-
nium bonorum ſuorum, &c. Quæritur quid
1 debeat habere † vxor iſta? in quæſtione no-
ſtra dubium facit, quia ſecundum propriam ſignificatio-
nem verborum, per illa verba, dominam & vſufructuari-
am, intelligitur legatum alternatiue, dominam, & vſufru-
ctuariam, vt l. ſi Titio fundus. ff. de vſufruc. lega. & no. per Dy.
de legat. 1. l. Titia. §. fin. & per Cy. C. ſi mulier ſecundo nup-
ſerit. l. 1. in fin. & tamen de conſuetudine iſta verba interpre-
tata ſunt, quod habeat alimenta, ſicut habebat in vita ſui viri,
quod eſt verum liberis inſtitutis, ſecus in extraneis, vt no. per
glo. dic. l. ſi ſecundo nupſerit. cum ergo in quæſtione no-
ſtra liberi ſunt inſtituti pro parte, & pro parte extranei,
quæritur quid iuris. Mihi videtur quod dictam dominam
non videtur reliquiſſe dominam, ſed magis ei quandam
præeminentiam in domo reliquiſſe, ſicut & tempore viri
defuncti habebat, vt l. 1. ff. rerum amotarum. & ſic non
dicatur proprie domina. ff. de public. l. ſi cum exhibuiſ-
ſet. §. quod au. & ibi per Iaco. de Arena, de verborum ſi-
gnificatio. l. pronunciatio. §. pater, & iſta videtur mens te-
2 ſtatoris, † quæ debet præualere, vt l. 1. de conditio. & de-
monſtratio. ſed ex eo quod dicit vſufructuariam, no. etiam
Odoffre. quod habet plenum vſumfructum, vt recitat
Specul. in titu. qui filij ſint legitimi. §. 1. verſicu. quid ſi
quis ita dixerit. ſed ego dico in quæſtione propoſita, ſtan-
dum conſuetudini ſcriptæ in l. 1. C. ſi mulier ſecundo nu-
pſerit, pro ea parte qua inſtituta eſt filia poteſt percipi de
fructibus, tanquam de alimentis pro illa parte: pro ea ve-
ro, qua ſunt inſtituti hæredes extranei, hoc eſt pauperes,
dico quod ſi eſt tantæ æſtimationis, quod ſufficiat ad Fal-
cidiam, debitam pauperibus inſtitutis, dicta mulier de-
bet habere integrum vſumfructum l. omnes. ff. de vſufruc.
& de vſufru. lega. l. vxori meæ. & ibi no. Nec obſtat, quod
3 conſuetudo † interpretatur, liberis inſtitutis, quod habeat
alimenta tantum, quia cum dicta interpretatio ſit contra
ius, fauore filiorum, catenus ſtandum eſt dictæ interpre-
tationi [illegible] fauor filiorum hoc requirit, & non vltra &
ſic ad extraneos non porrigitur, probatur in de manumiſ. teſta-
men. l. ſi ita ſcriptum. vbi eatenus quatenus reſpicit fauorem
libertatis, ſtamus illi interpretationi, & nõ vltra, probatur opti-
me l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtamen. & · ō-
munia vniuſque iudicij. l. fi. & ita de facto obtentum fuit. Bar-
tolus de Saxoferrato.

## *ARGVMENTVM.*

### Vxor relicta vſufructuaria omnium bonorum, quid conſequatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Subſtitutus non debet in plus teneri, quam principalis.*
2 *Legata annua ſunt plura.*

### CONSILIVM XXV.

INſtituit hæredem poſthumum ſibi naſci-
turum ex ſua vxore prægnante, & eidem po-
ſthumo pupillariter ſubſtituit, & ipſam do-
minam M. reliquit dominam, & vſufructua
riam omnium bonorum ſuorum, donec vi-
tam vidualem ſeruauerit. contigit quod na-
tus eſt poſthumus, & adita patris hæreditate deceſſit, & ſubſti-
tutus ex ſecundis tabiſlis hæreditatem adiuit. Quæritur, an di-
cta domina aliquid debeat habere virtute dicti relicti, & quan
tum? Omiſſa opinione Dyn. & aliorum, qui dicunt, quod di-
cta verba important quod dicta domina habeat totum, vt ip-
ſe Dyn. no. in l. Titio §. fin. ff. de legat. 1. & Cyn. in l. 1. C. ſi mu-
lier ſecundo nupſerit. & habita pro vera opin. circa id quod cõ
ſuetudo obſeruat, videlicet quod liberis inſtitutis vigore di-
ctorum verborum vxor tantum alimenta habeat, ſecus inſti-
tutis extraneis. vt no. glo. in l. 1. C. ſi ſecundo nupſerit. modo fa
cit dubium in quæſtione noſtra, quia in principio fuit hæres
inſtitutus filius, hic autem extraneus, quod iſtorum debemus
inſpicere? & videtur quod iſtud legatum iudicetur ex perſona
1 filij, quia ab eius perſona cœpit deberi, & ſic † ſubſtitutus non
debet in plus teneri, quam ipſe filius teneretur, l. qui fundum. §.
qui filios, ad leg. Falc. de legat. 1. l. ſi fundus ſub conditione. §.
ſi pater. E contra videtur quod iſta eſt veritas, quod ex perſo-
na ſubſtituti habeat pro ſequentibus annis, nam tale legatum
eſt annuum, quod patet ex dictione, donec. ff. de annu. lega. l. le-
gatum. de legat. 3. l. qui concubinam. §. vxori. ſed cõſtat quod
2 legata † annua ſunt plura, primi anni pura, ſequentia conditio-
lia. l. annua. de annuis legat. & l. cum in annos. ff. quando dies
legati. & ſic debemus inſpicere initium cuiuslibet anni, vt d. l.
cum in annos. & l. ſenatus. in fi. ff. de donatio. cauſa mortis. cũ
igitur pro ſequentibus annis incipiat deberi ex perſona ſubſti
tuti extranei, vt d. l. ſi fundus ſub conditione. §. ſi pater. ergo ab
eius perſona debet iudicari, vt ſit ſaltem vſufructuaria integre
vt l. vxori meæ. de vſufructu legato. Bartolus de Saxoferrato.

## *ARGVMENTVM.*

### Sententia tota, an per appellationem ſuſpendatur, ſi in parte quis eſt abſolutus, & in parte condemnatus.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio ab una parte ſententiæ, an ſuſpendat totam.*
2 *Appellationi, an uideatur renunciatum per executionem, coram primo iudice petitam.*
3 *Probatio qua requiratur contra tutorem de rebus non poſitis in inuentario.*
4 *Iuratur in litem contra tutorem, qui non fecit inuentarium.*
5 *Actione tutelæ eſt ſpeciale, ut propter culpam iuretur in litem.*
6 *Verba, arbitrio iudicis, quid importent.*
7 *Iuratur in litem contra tutorem qui non fecit, & non exhibet librum rationum.*



Digitized by Google

8 *Iudex an poſſit eligere reuiſores, & aſtimatores ad referendum,*
9 *Liber rationum, qualiter debeat eſſe compoſitus.*
10 *Rationem confuſam edens, non dicitur edere.*

## CONSILIVM XXVI.

SI ſuper vno articulo tutor extitit pro parte cō-
demnatus, pro parte abſolutus, qui a cōdem-
1 natione appellauit, an tota † ſententia per ap-
pellationem ſuſpendatur, ſecundum l. 1. in
fi. ff. ad Turpil. quod videtur, quia ſententia
non poteſt pro parte valere, & pro parte non:
contrarium tenet Cy. C. de aduocatis diuerſ.
iudi. l. 1. quia ex poſt facto poteſt pro parte valere, argumento
eius quod dicitur de teſtamento. ff. de inofficio. teſtamē. l. Pa-
pinianus. circa fi. ita dicit ipſe. in contrarium videtur caſus in l.
ampliorem, §. 1. C. de appell. vbi ad iudicem appellationis ſpe-
ctat cognoſcere etiam de ſententia lata contra eum, qui non
appellauit, ſi enim remaneret firma, ad iudicem appellationis
non deuolueret, ad idem quando prouocare non eſt neceſſe,
l. ſi. Nec obſtat l. circa. quia illud contingit propter diuerſita-
tem perſonarum, contra quas agitur: nec enim agendo con-
tra vnum, poſſet pro parte approbare, & pro parte improbare
immo approbando pro parte, totum approbatur, l. placet. ff.
de inoffic. teſta. facit ff. de mino. l. eum. in §. ex cauſa. Secundo
quæritur, retenta opinione quod pro parte tantum ſententia
extinguatur, an pro illa parte pro qua condemnatus eſt tutor,
ſi petita fuerit executio coram iudice primo, videatur renun
2 ciatum † appellationi? Dico quod ſic, quia quandocunque ſu
per aliquo principali, vel incidenti, quod ſpectat ad iudicem
appellationis appellans vadit ad iudicem primum, videtur re-
nunciatum appellationi, C. de re iudic. l. ad ſolutionem. extra
de appel. capitu. ſolicitudinem, in fin. niſi fuerit proteſtatus,
quod illam executionem non petit animo renunciandi appel
lationi, quod dic vt dicto capitulo, ſolicitudinem. in fin. Ter-
tiò quæritur, cum pupillus agit contra tutorem, dicens ip-
ſum tutorem non poſuiſſe res in inuentario, quæ probatio
3 † requiratur? Reſpondeo probatio debet eſſe talis, quod con-
cludat tutorem in dolo vel culpa, ſcilicet quod tutor ſciuit d-
las pupilli, vel communiter ſciebatur, vel quod diligens pa-
terfamilias hoc inueſtigaſſet. Sed quæro, qualiter ſit proban-
dum, vt concludat? & videtur quod ſufficiant indicia, nec re-
quiritur plena probatio. C. arbitrium tutelæ. l. ſi defunctus. ibi
alijs &c. & C. de in lite. iur. l. fi. ſed illa videtur intelligenda de
indicijs hoc eſt probationibus claris, & liquidis. C. de in lite.
iur. l. ſecunda ibi, argum. liquidis, argu. optimum, immo text.
pro hoc C. de iure deliber. l. ſcimus, §. licentia. ibi, vel legiti-
mis modis. Sed circa hoc aduertendum eſt; quia tria ſunt,
ſcilicet, res ipſæ; Item quantitates earum; Item valor rerum.
pone ergo probari contra tutorem, veſtes, frumēta, & libros
fuiſſe in bonis pupilli, ſed non probatur, quot veſtes, vel libri,
vel quanta fuerit quantitas frumenti, vel quantum valuerint,
poſito quod probetur taliter quod includatur culpa, vel do-
4 lus tutoris. Reſpondeo ſicut contra tutorem, † qui nullum in
uentarium fecit iuratur in litem. ff. de adminiſtrat. tuto. l. tu-
tor qui repertorium, in prin. ita eadem ratione, ſi fecit, & ali-
qua omiſit ponere in inuentario, pro illis quæ nō ſunt poſita
iurabitur in litem, quia quantum ad illas inuentarium non fe
cit, & verba illius legis ſic debent intelligi, tutor qui reperto-
rium non fecit, id eſt, quatenus nō fecit. l. Stichum qui meus
erit, de legat. primo. ſub iſto igitur iureiur. veniet quantitas re
rum, & æſtimatio, ſicut ſi nullum inuentarium factum eſſet
vt ibi, quod iuramentum præſtabitur taxatione præmiſſa, l.
videamus. §. iurare. de in lite. iur. & aduertendum quod in
5 actione tutelæ † eſt ſpeciale, vt propter culpam iuretur in li-
tem, vt nota. in l. in actionibus. de in lit. iur. & hoc contra
principale, ſed contra hæredes tutoris debet probari plene, vt
C. de in lit. iur. l. ſecūda §. fi. & per totum. Sed quid ſi iudex con
demnauit in certa quantitate pro rebus non poſitis in inuen-
tario, vel certæ quantitatis habuit rationem compenſando,
non tamen detulit iuramentum in litem? Ad hoc reſpondeo
ſi appello a ſententia, videndum eſt per quem, aut appellat
minor, & debet ſuccumbere: nam licuit iudici non deferre
iuſiurandum, & etiam taxare, dicta, l. videamus, §. iurare. &
etiam delatum ex cauſa non ſequi, vt dicta l. videamus. circa
fin. non ergo grauabit pupillum, immo releuabit. quia
eum non coegit iurare in quantitate, quam taxauit, ſed ſimpli
citer condemnauit. Præterea cum non ex primus actus, vel de
nouo factis in cauſa appellationis appareret, quod bene co-
gnouiſſet iudex, in maiorem quantitatem debuiſſet taxaſſe:
6 quod enim dicitur, arbitrio iudicis, † intelligitur ſecundum
bonam fidem, vt dicta l. videamus. §. iurare. in fi. in dubio præ
ſumendum eſt pro ſententia, quod ſit iuſtè lata, & quod iu-
dex fuerit iuſtè arbitratus, niſi contrarium doceatur, vt nota.
ff. pro ſoc. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum & l. vnde ſi Neruæ. &
ff. de euictio. l. Herenius §. Caia. & quod ibi not. ſi appellat tu-
tor tunc fateor, quod iudex eum grauauit, quia condemna-
uit in quantitate non plene probata, nec ſuppleta per iuramē
tum. poſſet tamen iudex appellationis ipſi iuramentum defer
re, & ſic ſententiam confirmare, cum tota poteſtas ad eum
deuoluatur, dico etiam, quod appellatione interpoſita ab
vno tantum, poteſt iudex exgrauare alium non appellantem,
vt dicta l. ampliorem, & ſupra dictum eſt. Quarto videndum,
qui dicantur fructus recollecti de bonis pupilli, & qualiter fiat
7 probatio? Reſpondeo, tutor † de his tenetur facere librum
rationum, & ſi non fecit, vel factum non exhibet, iudex poteſt
contra eum deferre iuramentum in litem, ff. de tutelis, & rat.
diſtra. l. prima §. officio. & ibi nota, ſed vt dictum eſt iudex po
teſt taxare, item contra hæredem non poteſt in litem iurari,
qualiter ergo probabit pupillus? Reſpondeo, probandum,
eſt quod tales poſſeſſiones erant in bonis pupilli, item quod
dicti fructus peruenerunt ad tutorem, & hæc eſſet probatio
plena Primum probatur ex inuentario, vel alio modo de fa-
cili, ſecundum & tertium poterit probari per ſeruos, factores
& laboratores ipſius pupilli. ff. de adminiſtratio. tuto. l. ad. in-
ſtruendum, & de tute. & ratio. diſtra. l. prima §. ſeruis. & ad-
uertendum, quod iſti tales factores, & laboratores exonerant
ſe, & ſic viderentur teſtificari in cauſam propriam, & ideo puto
quod hoc caſu ſit ſpeciale in odium tutoris, qui librum non
exhibet, vt dicitur in dicto §. de ſeruis, ibi, cum inuentario
proferantur remedio vti debere. ſed ſi poneremus quod tutor
confitetur fructus ſibi datos a laboratoribus, & colonis inte-
gre, ſed negaret tot quot dicit pupillus, tunc coloni eſſent ido
8 nei teſtes. ſed an iudex † poſſit committere aliquibus homi-
bus vt videant & diſcutiant, quot poterunt eſſe fructus poſſeſ
ſionum quolibet anno, & eorum relationi credere? puto poſ
ſe adhibere eos qui negociorum pupilli notitiam habent, &
ab eiſdem inſtrui, & eis credere, vt ff. de rebus eorum. l. magis
puto. §. in primis. C. de vſu. & fruc. lega. l. aduerſus, & ff. ſi cui
plus, quam per leg. Falcid. l. prima, §. cum dicitur. & de condi-
tio. & demonſtra. l. ſi cui libertas. An autem iſti tales ſic poſiti
debeant iurare, dixi de ventre inſpiciend. l. prima §. primo vbi
gloſſ. tangit, & not. in l. iuſiuran. C. de teſt. facit quod ſic, C. de
fide inſtrumen. l. comparationes, de ſecun. nupt. leg. hac edi-
ctali. §. illud. quid ſi iudex primus noluit tales examinatores
dari, nec voluit iuſiurandum deferre? Reſpondeo, ſi iudici
appellationis videbitur, poterit per eum corrigi, Quomodo,
9 & qualiter debet eſſe compoſitus liber † rationum? Reſpon-
deo ſingulariter omnia debent inſeri, vt ſic videlicet ex tali
fundo, a tali colono, tantum tali anno: non enim debet in
genere, nec in ſumma poni, vt poſſit reperiri veritas, vel
falſitas. ff. de conditio. & demonſtrat. leg. antepenultima. C.
10 de tranſactio. leg. cum ea. ſi quis † alteri rationem confuſam
ediderit, non videtur edere, quia intelligi non poteſt,
ff. de edend. leg. argentarius. §. editio. Bartolus de Saxo-
ferrato.

## *ARGVMENTVM.*

Iuramenti de calumnia materia
diſcutitur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sacramentum calumnia, an ſit iuſta cauſa litigandi, qua excuſet ab ex penſis.*
2 *Statutum Bononia condemnat victum victori in expenſis, etiam ſi ſit iuratum de calumnia,*
3 *Expenſa quę debeantur a victo victori.*
4 *Ignorantia iuſta excuſat ab expenſis.*
5 *Iurans non præſumitur immemor diuina ſalutis,*

*Litis*

6 *Litis euentus dubius eſt.*
7 *Iuramentum de calumnia omitti poteſt.*
8 *§. Hæc autem omnia. inſtit. de pœna teme. litig. declaratur.*
9 *Litigator improbus, & temerarius, quis dicatur.*
10 *Sacramentum calumniæ, a quibus expenſis excuſet.*
11 *Præſumptio, quæ inducitur per ſententiam, tendit ad veritatem.*
12 *Præſumptio vna tollit aliam, & quando.*
13 *Iudex inquirens, & non probans, an teneatur ad expenſas.*

## CONSILIVM XXVII.

ANdrutulus egit contra Paulutium, lite conteſtata iuramẽtum extitit præſtitum de calumnia ab vtraq; parte, & per ſententiã diffinitiuam, a qua non fuit appellatum, dictus Paulutius a contentis in dicta petitione Andrutuli fuit abſolutus, & eidem Paulutio dictus Andrutulus in expenſis condemnatus, & in quantum de iure venirent: modo quæritur, vnde iure veniant necne. ſuper
1 quo puncto duo elicio, primum an † ſacramentum calumniæ ſit iuſta cauſa litigandi, quæ excuſet ab expenſis: ſecundo an habuerit iuſtam cauſam litigandi. Ad primum igitur accedens, quod eſt dubium, & Doct. variant, nam Ioan. Andrea. & D. Iaco. Butr. in lectu. Cyn. Pet. Iacob. de Arena & Raynu. de Forliu. tenent quod iuramentum de calumnia non excuſet ab expenſis, maxime per §. hæc autem. Inſti. de pœna teme. litig. & per illam rationem, quia ſecunda præſumptio inducta per ſententiam, in qua ſuccubuit, tollit primam inductam per iuramentum calumniæ, argum. §. ſi damnetur. in l. nam & poſtea. ff. de iureiur. & quod iuramentum calumniæ præbeat iuſtam cauſam litigandi, & excuſet ab expenſis quibuſcunque factis in cauſa, tenet Iacob. Butr. in recollect. & in l. Iulianus de act. emp. ob quam cauſam factum fuit ſtatutum
2 Bononiæ, † quod victus victori condemnetur in expenſis, etiam ſi iurauit de calumnia, cum quo concordat Dy. & Iac. de Arena in l. qui ſolidum. §. etiam ff. de legat. 2. & D. Ioan. Paraten. & Dominus Andrea. filius D. Andr. Zaphi de Piſis. Iacob. de Belu. & D. Nicolaus Matarel. in q. quam Piſis diſputauit, quæ incipit, ab expenſis quibuſcunque excuſetur tanquam habens iuſtam cauſam, & tenet etiam. Matt. Sill. cuius verba recitat Cyn. C. de Epiſco. & cler. authent. generaliter. in verbo, alij dicunt aut iuramentum, & illa opinio eſt veriſſima iuncto vno verbo, vt infra dicam. Mihi igitur in hoc articulo
3 conſulendo videtur ſic dicendum, † quod aut expenſæ erant debitæ iure actionis, puta ex promiſſione, & tunc iuramentum de calumnia non excuſat ab expenſis, arg. l. ſi mulier. & quod ibi no. in glo. §. ſi rem. ff. de legat. 3. aut non fuerunt promiſſæ, & tunc recipio dictam diſtinctionem Mart. Silla. & Cyn. quia aut fuit iuratum de calumnia, & tunc, aut euidenter probatur calumnia aliter, quam per ſententiam victoriæ, & tunc etiam in expenſis condemnandus ſit. argumen. l. prima, & quod ibi nota. C. de aduoca. diuer. iud. aut euidenter non probatur, & tunc excuſatur ab expenſis. de hoc do tibi textum ad literam non violando literam in l. prima, ff. ſi mulier ventris nomine, & do tibi gloſſam ordinariam, a qua conſulendo non eſt recedendum, cum ipſa melius cæteris intellexerit, in Authent. ea de iud. §. oportet, colla. 6. & hoc credo voluiſſe gloſſ. in l. properandum. §. ſin autem. C. de iudic. ſecundum authen. generaliter. & in l. cum quidam, & in dicto
4 §. ſin autem. vbi dicunt, quod iuſta † ignorantia excuſat ab expenſis victoria non obſtante: nam iuſta & bona ignorantia fuit ſi iurauit de calumnia, aut non fuit iuratum de calumnia, & tunc, aut apparet aliter ex actis cauſæ, vel præſumptiue, ſeu coniecturate, vel alio modo coniecturate, vel aliquo modo litigantem habuiſſe in aliqua parte iudicij iuſtam cauſam litigandi, & tunc indubitanter credo eum non eſſe condemnandum in expenſis. aut non apparet, nec iurauit, & tunc eſt condemnandus, per regulam, quæ eſt in dicto §. ſin autem alterutrum, & l. properandum. C. de iudici. Et quod iuramentum de calumnia excuſet, vt dixi, patet: nam ille in expenſis debet condemnari, qui improbe, & temere litigauit, vt in dicto §. ſin autem, & in §. ad excludendas. in Authentica de litigioſis. ſed qui iurauit de calumnia, non poteſt dici improbe, & temere litigaſſe, licet ſuccumbat, cum
5 non præſumatur † immemor diuinæ ſalutis, vt l. fina. C. ad legẽ Iuliã. repetund. & extra, de reſcriptis. capitulo ad audientiam. Item, cum ſæpe contingat ſub iuſto quem petire, & habere ſuam iſtam cauſam etiam ſuccumbere, vel per defectum probationum, vel quia ſibi ſubripitur illud, per quod fouebat bonam cauſam, vel quia imperitus cognouit, vel quia non habuit bonum aduocatum, vel pro-
6 curatorem, & cum dubius ſit euentus litis, † vt ff. de peccul. l. quod debetur. & non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. C. de probatio. l. neque natales, & vnde cogna. l. non hoc. Ioann. Andreas. hoc tenuit. hanc etiam opinionem tenent Gloſſ. iur. can. extra, de dolo, & contumacia. capitulo, fin. decimatertia quæſtione ſecunda capitulo, in primis. Cum igitur gloſſ. iur. cano. & iur. ciuil. & præfati Doctores profundiſſimi hanc teneant opinionem, ego ab eis non diſcedo, hoc etiam tenet Gulielm. in Specul. de expenſis, §. nunc dicamus, licet aſſerat aliter ſeruari de conſuetudine, & notatur in l. ſciunt, de excuſatione tutorum, l. prima, C. de ſumptib. recuperan. libro decimo, pro qua opinione inducebat etiam Nicolaum. Matarellum in ſua diſputatione, D. Raynutium in l. tertia §. proinde. ff. de iureiuran. ſed ille textus meo videre loquitur in iuramento veritatis. Non obſtat l. properandum. §. ſin autem. vbi eſt regula generalis, quod victus victori in expenſis condemnetur, & in omni cauſa iuratur de calumnia, ergo & cæter. Reſpondeo, quod immo ſæ-
7 pe contingit, quod non iuratur de calumnia, † quando tacite fuit omiſſum, quod fieri poteſt, vt eſt caſus extra, de iuramento calumniæ. capitulo, primo, libro ſexto, & ita dixit Iacobus. de Belu. in Authentica. de his, q ingre. ad appella. §. fin. collat. vltim. & nota. gloſſa. & D. Iacob. Butri. & Docto. in l. ſecunda §. ſed quia veremur. C. de iuramento calumniæ. quo caſu victus victori ſecundum prædictam regulam in expenſis condemnabitur, niſi aliter quoquomodo appareat ex actis, ſaltem coniecturatis, eum habuiſſe iuſtam cauſam litigandi. at vbi non fuit remiſſum tacitè, ſed præſtitum tunc ab expenſis excuſatur, vt dixi: vel ſi ſit iuratum, non excuſat vbi de euidenti calumnia probaretur aliter, quam per ſententiam in qua ſuccubuit, quod probauit tunc, quando in aliqua iudicij parte apparet eum habuiſſe in aliquo quod petitur, in totum vel pro parte iuſtam cauſam litigandi: ſed ſi doceant, vel in actis appareat, quod in parte aliqua eius, quod petebat habebat iuſtam cauſam litigandi, licet ſuccumbat, non condemnabitur in expenſis, & iſta ſunt optima verba Domini Nicolai prædicti, & Domini Zaphi. de Piſis, & dicti Domini Raynu. de Monte. & hoc volunt omnes gloſſ. quæ dicunt, quod victus victori, & cæte. niſi contumacia, & iuſta cauſa excuſet, vt ſu-
8 pra dixi. Non obſtat † §. hęc autem omnia. Inſtitut. de pœna temere litigand. qui optime facere videtur pro contraria opinione, & aduerte quod ille textus, prout eum intelligunt Doctores prędicti, & ego, facit pro nobis, & ſic neceſſario, vt gloſſ. ſoluit debet intelligi. Tu habes Inſtitu. de pœna temere litigand. in princi. verſicu. idque, eo quod temere litigans aliter punitur pœna pecuniaria, alij iuriſiurandi, alij metu infamiæ, poſtea ſequitur §. hæc autem omnia. ſequitur quod pro his introductum eſt, vt eſt pręfatum iuſiurandum ſubaudiendum præſtet quilibet litigator in quacunque cauſa: in quo caſu intelligo quod, licet poſtea ſuccumbat, non punitur niſi pœna periurij in futuro ſeculo, ſicut & olim illa tantum puniebatur, cum in hoc nil inducit Imperator. Sequitur vt pro his litigator, & cæter. intellige vbi non iurauit de calumnia, & in hoc noui quid inducit Imperator, quia olim, vbi non iurabatur de calumnia, puniebatur in decima parte litis. hodie in ſumptibus litis condemnabitur, per iſtum §. & iſto modo intelligendo gloſſ. ſaluatur, & opinio noſtra eſt vera. Vel dic, & iſta eſt optima reſponſio, quod poſito quod ille §. hæc autem omnia. intelligatur, quando iurauit de calumnia, quod condemnetur in expenſis, quod tamen non credo verum; tamen optimum reſponſum, quia eſt verum vbi expreſsè probatur victum fuiſſe in euidenti calumnia, & in nulla parte eius, quod petebat eum iuſte litigaſſe, non apparet ex actis, vel aliter quam per ſententiam, in qua ſuccubuit, per ea quæ
9 ſupra dixi. & hoc credo voluiſſe ibi tex. qui dicitur † improbus litigator, vel temerarius, cum nullus dici poteſt, qui ſaltem partem eius, quod petebat iuſte, petebat euidenter, vel præſumptiue, ſententia non inſpecta, & ſic remanet vera diſtinctio, quam ſupra feci, quæ eſt notabilis. Et aduerte, quod omnes concordant, quod ſacra-
10 mentum † calumniæ excuſat ab expenſis. ſed quidam

dicunt quod non ab expēſis, quæ veniunt ob temeritatem. Ego credo non eſſe differentiam aliquam inter iſta, nec ſcio inuenire quod aliæ ſint expenſæ præſtãdæ ob calumniam, aliæ ob temeritatem, immo credo eas eſſe eaſdem, & ſic rite & recte inſpicienti apparebit. Non obſtat quod poſſit dici quod per ſententiam tollatur præſumptio prima inducta per ſacramentum, per §. ſi damnetur, quia reſpondeo, quod iſtud nihil facit nam illud valet, vbi vtraq; præſumptio tēdit ad idem, & neceſſario eſt apta ad tollendam primam, vt dixi in l. ſi is qui, ff. de vſuca. in repet. mea. Sed iuramentū calumniæ tollit præſumptionem temeritatis, & perfidiæ, & credulitatis malæ: nam cū iuro, ego iuro quod credo me fouere bonam cauſam, & credo me iuſte litigare, & quod ſic nunc voco aduerſarium meū in ius, vt de eo truffer. & ſic ſemper iurando habeo pro me bonam præſumptionem, ideo non teneor ad expenſas. ſed præ-
11 ſumptio, † quæ inducitur per ſententiam tendit ad veritatem, vt ſic, an iuſte litigabas, vel non, ſuperior videat, an putabas te iuſte litigare, vel non, & ſic vna non eſt apta ad aliam tollendam, & iſta eſt bona reſpōſio, quam facit ſupra Io. Para. D. Andrea. Raph. de Piſis. Poſſes etiam dicere, quod ille §. ſi damnetur, non dicit illud ad quod allegatur: nam ille §. habet duas lecturas, & ſecundum primã non facit ad cauſam noſtrã. Sed ſecundum caſum ſecundæ lecturæ etiam nō facit: ibi reus iurauit in vna cauſa, poſtea ex eodem facto in alia inſtantia nō oppoſuit exceptionem iuſiur. & ſic eſt quod ſibi imputet. In caſu propoſito non poteſt obiici iuranti, quia nō oppoſuit exceptionem, ideo non facit §. ille. Poſſum et aliter reſpondere,
12 quod vna præſumptio † tollit illam, ſ. vbi ſecunda præſumptio eſt obligatoria, & etiam prima, ſ. ubi vna eſſet liberatoria alia condemnatoria, tunc abſolutoria per condemnatoriam tolli non poteſt, ſed econuerſo ſic. fauore libertatis, l. Arrianus de act. & oblig. 1. & dixi tibi anno in d. §. ſi damnetur. Et licet aliqui dicant ſequi ex iſta opinione abſurdum, quia in omni cauſa iurabitur de calumnia, & poſtea non tenebitur ad expēſas, & ſic quilibet de facili litigio fatigabitur; ego dico quod eſt æquiſſima, quia ſi probabitur euidenter ipſum in aliqua parte eius, quod petebat non litigaſſe iuſta de cauſa, ipſe tenebitur ad expēſas, vt ſupra dixi, hoc debet aliter probari, quam per iniam. Item non eſt veriſimile, quia etiam ille litigator ex parte ſua fatigabitur in expēſis, & ſufficit eum in futuro ſeculo pœnam mereri, vt no. Inſti. de pœna teme. litigan. in princ. Nō obſtat l. 1. C. de ſumpt. recuper. & l. ſeueritatem, C. de excuſ. tut. quia ibi nominatores non præbuerunt iuramentum. Vel poſito quod iuraſſent, ibi expreſſe dicit, quod apparebat,
13 quod fraudulenter. Nō obſtat quod poſſit dici, iudex † iurat in principio ſui officii, vt in Authē. vt iuſiur. in princ. & tamē ſi inquirit contra aliquem, & non probat, debet teneri ad expēſas, argu. d. l. ſeueritatem. quod non eſt verum, niſi eſſet in euidēti calumnia, & vera, vt dixi ff. de acquiſ. l. ſi cui. & Dyn. in l. ab executore. §. nunciatores, ff. ad Turpil. Item vbi iurauit generaliter, quod iuramentum generale non poteſt ita excuſare ſicut ſpeciale, ff. ſi quis caut. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ex quibus mihi Bartolo de Saxoferrato concludendo videtur, & ita cōſulo per D. Vicarium Dñi Capitanei pronunciandum eſſe quod expenſæ de iure in caſu propoſito propter iuramentum de calumnia nō veniant, & ſic dicto Paulutio dictum Andrutulum actorē, qui in principali ſuccubuit, nō eſſe condemnandum in expēſis aliquibus factis in dicta cauſa, ſed abſoluendū eſſe, quamuis aliter non appareat eum iniuſtam cauſam habuiſſe litigandi. Et ita in omnibus, & per omnia dico pronunciandum eſſe in præfato dubio. ſic etiã ↄſuluit Dominus Paulus Simonis de Peruſio, legum Doctor. Bartolus.

## ARGVMENTVM

Subſtitutio facta de poſthumo, an valeat;

### SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitutus in re certa, quando habeatur loco uniuerſalis hæredis & nu. 2.*
3 *Teſtamentum non habens hæredem, eſt nullum.*
4 *Teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi.*
5 *Subſtitutus præfertur coniuncto.*
6 *Teſtamentum continens repugnantiam, & perplexitatem, eſt ipſo iure nullum.*
7 *Leges, ne locum habeant in ſuo teſtamento, an quis vetare poſſit.*
8 *Lex diſponens, quod expreſſio conditionis, quæ tacite ineſt non ſuſpendit, quomodo intelligatur.*
9 *Vulgaris tacita requirit aditionem.*
10 *Poſthumę inſtitutione rupta, rumpitur ſubſtitutio.*

## CONSILIVM XXVIII.

BArtolus Gratioli fecit teſtamētum, in quo reliquit Dñę matri eius 40. flo. & in his eam hęredē inſtituit, & iuſſit eã eſſe tacitã, & contētam, & plus de bonis ſuis non petere, vel habere, & ſi plus peteret, cadat ab ipſo legato. Itē indicauit, & reliquit filiæ naſcituræ, ſi vnica naſceretur de ventre ipſius Dñæ Angelæ eius vxoris, quæ dr̄ eſſe prægnans ex eo, 12. & in his eam dotauit, & ſ. ſequitur. Itē iuſſit, & voluit quod ſi naſceretur vna filia, & moreretur in pupillari ætate, vel quandocunq; ſine filiis legitimis, ſibi hęredes inſtituit vniuerſales Cocchum, & Angelum fratres ipſius teſtatoris pleno iure. Et infra ſequitur, quod ſi filius maſculus naſceretur ex ipſa Dña Angela, inſtituit eum hæredem vniuerſalem, cōtigit quod mortuus eſt teſtator, deinde poſt mortem ex dicta Dña Angela nata eſt vna filia, quæ aliquibus diebus vixit. & mortua eſt ſuperſtite matre, & auia paterna, deinde mortua eſt auia: & nunc dicta Dña Angela pet. hæreditatem dicti Bartoli Gratioli, dicens ſibi deberi ex perſona ſuæ filię poſthumæ. ex diuerſo ecōtra dicti fratres ſubſtituti tam vigore dictæ ſubſtitutionis, quam vigore auiæ paternæ dictæ poſthumæ, quæ erat mater ipſorum ſubſtitutorū. quæritur qd iuris. Ad hãc quæſtionem examinandã poſtus oportet videre de viribus ſubſtitutionis de ipſa filia poſthuma, an valeat; cū ipſa ſola nata teſtamēto non reperiatur hæres vniuerſalis, & vr
1 quod ſic, quia hæres † inſtitutus ex re certa habetur loco vniuerſalis hæredis, ſi nō reperiatur alius inſtitutus, l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit. & l. ex facto, eo. titu. & C. eo. l. quoties. In cōtrarium vr̄. & iſta eſt veritas, quod inſtitutio illa nō valuit propter illa verba, & plus de bonis petere non poſſit, & ſi plus peteret: nam illud quod dicit, qđ inſtitutus ex re certa habe-
2 tur loco hæredis vniuerſalis, † eſt verum niſi voluntas teſtatoris manifeſtiſſime refragetur, vt l. quotiens. §. ſi duo. de hære. inſtit. & ibi eſt expreſſum. Cum ergo hic expreſſe dixit, quod plus petere non poſſit, apparet quod non eſt loco vniuerſalis
3 hæredis, ſed loco legatarii, & ſic eſt teſtm̄. † quod non hēt hęredem, & ſic nullum, vt l. proxime. ff. de his quæ in teſt. delentur. & Inſtitu. de legat. §. ante hæredis. Prętereà, quod teſtator
4 poſſit prohibere ius † accreſcendi, & ſic prohibere ne portio vacans accreſcat inſtituto in certa re, ſeu portione, eſt tex. ſecūdum vnam opinionem, ff. de vſufruc. l. dñs. §. 1. & ibi not. ff. de iniuſ. rup. teſt. l. pe. & de lib. & poſthum. l. poſthumus, ver. nam & cum duobus, quod ſic declaro, ſi duo ſint inſtituti, ex quibus primus eſt exhæredatus, & duo alii inſtituti, a quibus poſthumus præteritus eſt, certum eſt quod teſtator dando ſubſti-
5 tutum prohibuit ius accreſcendi, quia † ſubſtitutus præfertur coniuncto, vt C. de fideic. auth. hoc amplius, & no. de acquiren. her. l. qui patri. Si igitur portio vnius ex inſtitutis deficiat, non poteſt venire ad alium hæredem coniunctum, quia teſtator dando ſubſtitutum prohibuit. Item ad ſubſtituendum nō pōt peruenire, quia gradus ille non valuit, & ſic ne decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus totum teſtamentum reducitur ad cauſam inteſtati, & hoc expreſſe glo. intelligit in dicto ver. nam & cum duobus, & iſte eſt intellectus l. j. in prin. ff. de iniuſ. teſta. ita ergo in propoſito, cum teſtator prohibuit ne totum accederet inſtituto ex re certa, totum teſtm̄ eſt irritum. Alius caſus qui ponitur in d. l. 1. nō obſtat, q͂a ibi fuerunt inſtituti inuicem ſubſtituti, vnde eos inuicem ſubſtituēdo noluit teſtator inter eos ius accreſcendi adimere, ſed augere, vt ſic poſſit venire, vel iure inſtitutionis, vel iure accreſcendi. caſus eſt C. de impub. & aliis ſubſtitut. l. teſtm̄. ff. de acq. hær. l. ſi quis hæres, & no. per glo. & Dyn. in l. nec in his, §. hæres. eo. ti. Preterea, qn̄ ex verbis teſtatoris colligitur perplexitas, ſeu re-
6 pugnantia, † tunc teſtamentum eſt ipſo iure nullum. l. ſi Titius. de cond. inſtit. ſed hic eſt huiuſmodi, ergo &c. dicit enim & plus petere non poſſit, & ſi plus peteret, cadat a dicto legato. aut enim vult illud legatum tm̄, & teſtm̄, eſt nullum, quia decederet pro parte inteſtatus, & pro parte teſtatus: ſi vero totum peteret, a toto caderet. Concludo ergo quod inſtitutio nulla eſt. Non obſtãt prædictis ff. de hære. inſtit. l. ſi quis ita hr̄s inſtitutus, excepto fundo. hoc importãt, l. in fundo te nō inſti

tuo,

Digitized by Google

tuo, non autem prohibet poteſtatem ſui iuris tacite accedere,
ſed ſi expſſe diceretur, ꝙ fundũ hæres petere non poſſet, & ſic
volũtas teſtatoris manifeſte intercederet, tunc non valeret, vt
d. l. quoniens. §. ſi duo, & dictis iuribus. Non obſtat ſi dicatur,
7 nemo pòt facere ꝙ leges, † quæ aliquid de neceſſitate diſpo-
nunt, vt ꝙ teſtm̃ habeat ſeptẽ teſtes, & ſimilia, habeãt locum
in ſuis diſpoſitionibus: tunc ſi teſtator vellet contrariũ nõ poſ-
ſet, immo teſtm̃ eſſet nullũ, vt d. l. nemo poteſt, nã quædã ſunt
leges quæ aliquid diſponunt ſupplendo defectum voluntatis
defuncti, vt in caſu propoſito, ſi teſtator non fecit hæredẽ vni-
uerſalem, lex præſupponit eum quem ex parte hæredem inſti-
tuit, in totum hæredem eſſe, & ideo in totũ ſibi dat, ſed ſi appa-
ret manifeſte teſtatorem voluiſſe contrarium, tunc ceſſat le-
gis præſumptio, vt dictis iuribus, immo totum teſtamentum
irritatur, quia nõ poteſt pro parte decedere teſtatus, & pro par-
te inteſtatus, vt dictum eſt, ſi lex introducit, quod in conditio-
nibus quæ conſiſtunt in non faciendo cautio Mutiana habet
pro implemento conditionis, vt l. Mutianæ de condit. & de-
monſtrat. ſed ſi apparuerit teſtatorem aliud ſenſiſſe, tunc ceſ-
ſat Mutiana, poſito quod ex hoc irritetur diſpoſitio libertatis,
quæ eſt ita fauorabilis, vt ff. de manu. teſta. l. fin. Item ſi diſpo-
8 nit, † quod expreſſio conditionis, quæ tacite ineſt, non ſuſpen
dit: hoc verum, niſi appareat teſtatorem aliud voluiſſe, vt l. in
conditionibus. §. 1. de condit. & demonſt. Concluditur ergo
inſtitutionem dictæ poſthumæ eſt nullam, & idem eadem ra-
tione de matre dicti teſtatoris. Sed reſtat videre de vtrib. ſubſti-
tutionis, & ſucceſſores dicti ſubſtituti volunt venire vigore
dictæ ſubſtitutionis pupillaris, & non poſſunt, quia ex teſtamẽ-
to non poſſunt, nec poterit adiri hæreditas, vt dictum eſt, ergo
non valuit ſubſtitutio pupillaris, vt l. 2. § adeo, de vulg. & pu-
pili. aut volũt venire ex vigore tacitæ vulgaris, & ſimiliter nõ
9 poſſũt, ſm Dy. & alios, q dicunt ꝙ tacita † vulgaris requirit adi-
tionem, vt l. ꝙ ſi filius de capt. & poſtli. reuer. ꝙ tenet Cyn. in l.
precibus. C. de impub. & aliis ſubſtitutionibus, in materia vul-
garis, & multi alii. ſed poſito quod non requireretur aditio, ta-
men idem adducit, quia iſta poſthuma non reperitur inſtitu-
ta taliter quod adire poterit, nec exhæredata, ergo teſtamen-
tum eſt nullum, vt l. poſthuma de lib. & poſthum. præterita ta-
lis ſubſtitutio vulgaris cœpit depẽdere ex inſtitutione poſthu-
mæ, rupta ergo inſtitutione poſthumæ rumpitur ſubſtitutio,
10 † vt l. 3. § fin. & ibi not. de lib. & poſth. & de iniuſto teſtam. l.
nam ſub conditione. § 1. Concluditur ergo dictum teſtatorẽ
inteſtatum deceſſiſſe, & ſic dicta filia hæreditatem tranſmiſit
ad matrem, C. de ſuis & legit. apud hoſtes. & ſic dico & con-
ſulo ego Bartolus.

## ARGVMENTVM.

### Quod laudum habeat vires à die ſcientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ſolutioni appoſitus incipit à die ſcientiæ.*
2 *Inſtrumentum ſufficit quod legatur, nec debet dari copia, niſi petatur.*

## CONSILIVM XXIX.

SI Arbiter laudauit quod Titius debet dare Se-
io 10. infra 15. dies proxime futuros, & Titi-
us ignorans non dedit: demum a tẽpore ſen-
tentiæ fuit in mora pluribus diebus, an inci-
dent in pœnam? Ad quę reſpõdeo, quod di-
1 cta verba, infra quindecim dies, † debent in-
telligi a die dati laudi, & ſcientiæ, caſus eſt de ſtatuliber. l. 3. §.
ſi quis hæred. abſurdum enim eſſet aliter intelligere. vt l. ſi dec.
in princ. ff. de cõd. indeb. vnde ſtãdo per quindecim dies poſt
ſcientiam, eſt in mora, & incidit in pœnam. Secundo quæri-
tur, laudatũ eſt, quod debet facere adinuicem finem & quie-
tantiam generalem infra vnum menſem à die lau laudi, vnus
fecit quietationem notario, & notarius notificauit, nec oſten-
dit inſtrumentum; quæritur an incidat in pœnam? reſpondeo,
2 ſufficit, † ſi inſtrumentum legatur. nec debet dari copia, niſi pe-
tatur, de electione, c. cauſam. inſtrumentum autem, nõ eſt au-
ctoritatis, niſi à notario. ſufficit enim quod notarius notifica-
uerit, nec oſtendere tenetur, vel dare inſtrumentum niſi fue-
rit petitum. Item aduertendum, ſi tu non feciſti mihi finem,
nec ego tibi, & ſic neuter incidit in pœnam. Vnde in prædi-
ctis multum aduertatur. Bartolus.

## ARGVMENTVM.

### Pupillaris expreſſa, an excludit matrem.

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris expreſſa excludit matrem totaliter.*
2 *Subſtituti, an excludant matrem.*

## CONSILIVM XXX.

IN Chriſti nomine Amen. Caſus talis eſt qui-
dã nomine Menchus Ioannis habebat quan
dã eius filiam noĩe Vannã, & quendã eius fi-
liũ noĩe Vannẽ, ex d. Iſola eius vxore, qui Mõ-
chus condidit teſtm̃. in quo inſtituit dictam
Vannã eius filiã in 2l. libris. in nĩbus aliis ſuis
bonis inſtituit prędictũ Vannẽ eius filium hęredẽ vniuerſalẽ,
hac cõditione appoſita, quod ſi dictus Vannes eius filius deceſ-
ſiſſet in pupillari ætate, vel poſtea qñcunq; ſine filiis, vel cum
filiis in pupillari ætate decedentibus, ſubſtituit dicto Vanni
Vannã eius filiã ſororẽ carnalem dicti Vãnis, vulgariter, & pu-
pillariter & per fideicõmiſſum. & ſi dicta Vanna deceſſiſſet
ſine filiis legitimis & naturalibus in pupillari ætate, vel poſtea
qñcunq;, vel cũ filiis in pupillari ętate decedentibus, voluit ꝙ
quinta pars ſuorum bonorum deueniat in Maſium, & ſubſti-
tuit pnominatos dictæ Vannæ vulgariter & pupillariter & per
fideicommiſſum in dicto teſtamẽto. Modo mortua eſt dicta
Vanna, deinde Vãnes in pupillari ætate, ſuperſtite matre, quæ
intrauit tutelã, & inuentarium facere. Quæritur modo, an ma-
ter ſuccedat d. Vanni, an ſubſtituti Vannæ, quæ prius deceſ-
ſit quam Vannes, In nomine Dñi Amen. In quæſtione noſtra
non eſt dubium quod dicta filia fuit ſubſtituta filio pupillo p
illa verba, in pupillari ętate &c. Item non eſt dubium ꝙ illi fi-
liæ iſti qui modo petunt hæreditatẽ fuerunt vulgariter & pu-
pillariter ſubſtituti, per illa verba, prædictos vulgariter & pu-
1 pillariter. Nõ eſt dubium, ꝙ † pupillaris expreſſa, prout fuit
iſta, excludit matrem totaliter. l. Papinianus. §. ſed nec impu-
beri. ff. de inoff. teſt. l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſtitu-
tionibus, extra de teſta. c. ſi pater, lib. ſexto. Dubium tamen fa-
cit in quæſt. prædicta, ꝙ prędicti qui nũc petunt hæreditatem
prędictam fuerunt ſubſtituti dictę filiæ, ſ. Vannę, Vanna fuit
ſubſtituta filio. Vnde cũ proponatur quod dicta Vanna deceſ-
ſerit antequã dictus filius maſculus deceſſerit, videtur ꝙ præ-
dicti ſubſtituti non ſuccedant dicto filio, quia ei non fuerunt
ſubſtituti. Item dictę Vannę non ſuccedunt, quia deceſſit an-
tequam filius, pro hoc videtur caſus in l. pen. de vulg. & pupil-
la. ſubſtit. in contrarium, & iſta eſt veritas, quod dicti ſubſtituti
2 † ſuccedunt, matre excluſa, nam primus gradus eſt filii inſtitu-
ti, ſecundus gradus eſt filiæ ſubſtitutę, tertius eſt prędictorum
qui ſunt ſubſtituti ipię, licet ergo filia primo deceſſerit, tamen
illi ſubſtitutioni tertio gradu ſuccedunt filio. caſus eſt expreſ-
ſus in l. quandiu. ver. his autem, de acquirenda hęreditate. ff.
hoc patet ex mẽte teſtatoris, ſi n. voluiſſet eos ſuccedere filiæ
in eius hæreditate, repetiiſſet etiam hereditatẽ filii primo de-
cedentis, multo magis voluit ꝙ ſuccederet ipſi filio, pro hoc
facit ꝙ not. in l. qui duos, in prin. ff. de rebus dubiis, pro hoc l.
1. §. ne aũt. C. de caduc. toll. vbi deficiente condõe primi venit
ad eius ſubſtitutos. Non obſtat. l. 1. q a ib. filia deceſſit pubes,
vñ oĩs ſpes illius ſubſtitutionis iã defecerat, ſecus ſi deceſſiſſet
impubes, vt ibi innuit glo. Concludo ergo dictos ſubſtitutos
admittendos, & matrem excludi. Bartolus de Saxoferrato.

## ARGVMENTVM.

### Dationis in ſolutum de bonis minoris mate-ria diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Aſtringens ſe ad aliquid quod limitet factum de quo agitur licet illud non eſſet de neceſſitate, ſi tamen illud non probat, ſuccumbit.*
2 *Factum quod certo tempore fieri debet probandum eſt.*
3 *Coniunctus non præſumitur ignorare facta coniuncti.*
4 *Renunciare quis non poteſt illi iuri quod eſt introductum propter eius imbecillitatem.*
5 *Contrahens cum minore, conſtitutione prohibente, peccat mortaliter.*
6 *Iuramentum non extendit vires ſuas vltra iurantem.*

CON-

## CONSILIVM XXXI.

IN quæſtione inter fratrē Bonelli legitimū adminiſtratorem filij ꝯ Inſulam quondā Ioānis Angeli & Cecchunū filios dicti Ioānis in curia gñali ducatus Spoleti: Viſa petitione ꝓdicta in dicta cauſa, & allegationibus factis hinc inde, vīꝗ partes iudicis ſint vel eſſe debeant tales, ꝙ dictos reos conuentos abſoluat a petitione prędicta & ꝯtentis in ea. hoc aūt eſſe uerū ꝓbo per illas rōnes cōgruentes, quibus rñſum non video, vt ſic nō vt allegator, ſed vt ꝯſultor ſcribā. Prima rō eſt, ꝙ actor in libello aſſerit, quod dicti conuenti dederunt inſolutū legitime rem de qua contēditur anno Dñi 1341. de menſe Auguſti dicti anni, & ſe aſtrinxerunt ad dationē factā certo tpe, & duo teſtes qui videnť probare dictā dationē in ſolutum, videlicet Mattiolus tali & Palettus Angeli, nō probant tēpus deductū in petitione. nā Mattiolus dicit ꝙ fuit iā decem annis elapſis, de mēſe & die dicit ſe non recordari, & ſic non probāt annū nec mēſem: Palettus vero dicit ſe non recordari de menſe vt ex eorū actis apparet.

1 Ex hoc arguitur ſic, ille qui aſtringit † ſe ad aliquid quod limitet factum de quo agitur, licet illud non eſſet de neceſſitate, ſi illud tñ non probat ſuccumbit, vt extra, de probat. c. licet cauſam. ff. de inſti. l. habebat in prin. Preterea regula generalis, q̄ñ

2 † aliquid debet fieri certo tempore, illud debet probari. ff. de aleat. l. 1. §. idem dicēdū in eo tēpore. de incendio rui. naufrag. l. 1. in fi. de vi & vi arma. l. 1. §. rectiſſime. ibi, cum accepimus. Vnde iuxta quæ dicunt, non eſt quærendū de tempore, dicunt verū, q̄ñ non arguitur de actu facto certo tēpore, vt no. C. de teſt. l. teſtium & in l. ob carmen. §. fi. ff. de teſt. hoc eſſe verum apparet, quia cū actus dationis in ſolutū poſſit reiterari, non ꝯcluditur ꝙ ſit probata illa datio in ſolutum, quæ in libello deducitur, extra de fide inſtru. c. cum Ioannes eremita, & ſic ſequitur ꝙ non eſt probatum, quod in libello deductum eſt. Secundo dicta per dictos Mattiolum, & Palettum non ſunt valida, quia interrogati ſi attinēt dicto Bonello, dixerunt ꝙ non: tñ conſtat ex confeſſione dicti Bonelli, vt patet ex actis, ꝙ dictus Mattiolus eſt nepos carnalis, & dictus Palettus eſt nepos conſobrinus, & ſic apparet ꝙ dixerunt falſum, & præſumun-

3 tur ſcienter, quia † non eſt veriſimile tā coniunctos ſanguine hoc ignoraſſe. ff. vnde cogna. l. octaui. C. de in integ. reſtit. l. de tutela. ſi igitur falſum dixerunt in vno, in nullo ergo eſt eis credendum, vt ff. de teſt. l. qui varia. & de fal. eos. & no. extra de teſt. c. cum in noſtra. de hoc etiam vide plene per Inno. extra de hæreticis. c. fraternitatem. Tertio, quia probatum eſt quod prędicti, qui dicuntur dediſſe in ſolutum tempore, quo dr̄ facta dicta ſolutio, erant minores xxv. annis ante. vnde dicta datio inſolutum non valet, quia non eſt ſeruata forma ſtatuti ducalis, quę conſtitutio producitur. Nec obſtat quod dicatur renunciatum dictæ conſtitutioni, & iuratum eſt non venire cōtra, ad cuius declarationem premitto, quod quis non poteſt

4 † renunciare illi iuri, quod eſt introductum propter eius imbecillitatem, quia ita deciperetur in renunciando ſicut in cōtrahendo, vt ff. de nouat. l. doli. §. diuerſum. ita hic minor non potuit renunciare huic conſtitutioni, ſicut nec beneficio reſtitutionis, vt no. ff. de minor. l. ſi iudex circumuento. C. de in integ. reſti. l. ſi intra. Et hoc prout loquitur de renunciatione per ſe conſiderata abſq; iuramento, ſed prout loquitur de iuramento eſt aduertendū quod ſi dicta conſtitutio bene inſpiciatur, non ſolū dat ſolennitatem in modo contrahendi minoribus, ſed ēt prohibet alios ꝯtrahere cū minoribus abſq; illa ſolennitate, & imponit certā pœnā, mandans eos puniri, & ſic prohibet eos ne contrahant cū talibus perſonis, vt l. t. ſecundo reſponſo, de his, quæ pro non ſcriptis. Ille ergo qui ꝯhit cum

5 minore † conſtitutione prohibente. peccat mortaliter, quia q non obedit Principi, morte moriatur, vt extra, de maiori. & obed. c. 2. Vnde iuramentum iſtud fuit interpoſitū ſub obſeruatione pacti, ergo non eſt obligatoriū, vt in c. non eſt obligatorium. de reg. iur. lib. 6. Præterea per iuramentum minor poteſt renunciare iuri ſuo, nō pōt per iuramentū talis prohibitio facta alteri perſonę tolli, quia ibi non pōt porrigere vires ſuas

6 † vltra ipſum iurantem, vt l. 2. §. 1. ff. de iureiur. extra de iureiur. c. veritatis. pro hoc facit quod not. de re iudic. l. mutos, §. fi. in gloſſa poteſt q̄uis cogi dare, alius aūt nō poteſt recipere, vnde iuramentū faceret quod minor poſſit dare, non tamen facit quod contrahens cū minore potuit recipere, quia prohibitū per conſtitutionem venit puniēdum: merito ergo dr̄, & conſtitutio dicit, & dicere pōt, quod non valeat ſi fuit vinculo iuramenti firmatū, quia lex nō aſſiſtit cōtractui fauore minoris cū iuramento minoris confirmatur, non aūt inuenitur, quod ſit facta prohibitio alteri, quod cum minore non cōtrahat, ſed per conſtitutionē eſt facta talis prohibitio ergo, & c. ex quib. cōcluditur ꝙ prædicti rei veniunt abſoluendi. Bartolus.

## ARGVMENTVM

Dos an probetur per diuiſionem inter fratres.

### SVMMARIVM.

1 *Extraneus dotans mulierē acquirit ipſi mulieri ius repetendi dotem.*
2 *Verba enunciatiua dotis pro dote inducunt plenam probationem.*
3 *Confeſſio extraiudicialis inducit ſemiplenam probationem.*
4 *Diuiſio facta inter fratres probat contra eos.*
5 *Inuentarium tutoris probat contra eum.*
6 *Maritus recipiens rem æſtimatam, tenetur æſtimationem reddere.*

## CONSILIVM XXXII.

FRatres venerunt ad diuiſionē, & ſponte de cōi concordia venerunt ad tale pactum, videlicet, quod dictus Titius, hoc eſt vnus fratrū hēat, & hēre debeat vnū petiū terræ, poſitū; pro reſtitutione dotis ipſius ꝓ pretio quinquaginta florenorū dotis prædictæ. Itē fuit confeſſus ꝓ ...... & recepiſſe a Seio altero fratre centū florenos pro reſtitutione. & cōplemento dotis Dñæ B. vxoris ſuæ, videlicet Titii. de quibus fecit finē, & c. Quæritur, vtrū vigore dicti inſtrumēti dicta Dña poſſit repetere dotem ſuam, poſito ꝙ non hēat inſtrumentum. Secundo quæritur. an cogatur recipere dotē prędictā in dicta poſſeſſione, an dēat hēre pecuniā. Viſo inſtrumēto diuiſionis, in quo inter cętera cōtinet, ꝙ pro reſtitutione dictæ dotis habuit a Seio ſuo fratre vnā petiam terræ, & c. Reſpondeo ꝙ dicta Dña pōt petere dotē prędictā, & probare ſe dediſſe eā vigore inſtrumenti prędicti: nā in do-

1 te eſt hoc, ꝙ quicunq; extraneus † dat dotē viro pro muliere, ipſi mulieri acquirit ius repetendi, licet fuerit abſens. l. 1. §. accedat. C. de rei vx. act. & l. fi. §. 1. C. de iure dot. ſed verbum, pro reſtitutione, nō minus importat, quam verbū, dari. l. quidam. de leg. 2. & l. verbum reddendi. de verb. ſig. Ex quibus concluditur dictæ Dñæ vigore dicti inſtrumenti ius eſſe quæſitum.

2 Præterea verba enunciatiua † dotis, pro dote inducunt plenā probationē. l. 2. vel 1. C. de dotis promiſſione. & ibi no. per gl. & ita in propoſito iſta verba inducunt plenam, & poſtea poſito ꝙ plenam non inducerent, induceretur ſemiplena, ſicut

3 confeſſio † facta extra iudicium. l. capite quinto. ff. de adult. & ſic debet ipſi mulieri deferri iuramentum, l. in bonæ fidei. C. de iureiur. & l. admonendi. ff. eo. Præterea iſta diuiſio facta inter fratres eſt quædam ratio compoſita inter eos, & ſic indu-

4 cit † probationem contra conficientē. l. quædam. §. nummularios. & ibi no. ff. de eden. Et ſic liber rationum confectus inter tutores probat cōtra eos, l. 1. §. officio. ff. de tut. & ratio. diſtra-

5 hen. Et inuentarium † cōfectum per tutorē probat cōtra eū. l. fi. C. de arbit. tutelæ. Itē ex hoc inſtrumēto probatur ꝯtra dictum Titium, & eius ſucceſſores, ſaltem de hoc nō eſt dubiū, ꝙ tale inſtrumētum facit fidem talem quod ipſi mulieri debet deferri iuramētum, vt d. l. capite quinto. & l. in bonæ fidei.

6 & l. pe. Super 2. nō eſt dubium, ꝙ ſicut † recipit pecuniam, & rem æſtimatam, ita tenetur reddere æſtimationem. l. ſi ex ſtipulatione. ff. ſol. matr. & l. ſi maritus. & ita conſulo ego Bartolus de Saxoferrato, cui ſubſcripſit D. Fran. de Fabriano.

## ARGVMENTVM.

Clericali priuilegio, quando quis gaudere dicatur.

### SVMMARIVM.

1 *Clerico quot ordines ſufficiant, vt gaudeat priuilegio clericali.*
2 *Clerico non incedenti in habitu, & tonſura, incumbit probare ſe clericum.*
3 *Sententia laici contra clericum notorie reputatum clericum, an valeat.*

CON-

## CONSILIVM XXXIII.

1 Clericus habens duos minores ordines, & primam tonſuram, ꝙ gaudeat priuilegio † clericali, tex. eſt in c. contingit. de ætate, & qual. gl. firmat in c. nullus. de tēp. ord. li. 6. ſuper verbo, tonſuram, & quod habens minores ordines gaudeat priuilegio clericali, iura ſunt notiſſima, c. nullus. de foro compet. Io. And. dicit ꝙ comprehendit etiam coniugatum, facit verbum in tex. ibi, aut clericū nullū, facit c. ſi diligenti. eo. tit. ibi, ſeu quilibet clericus. & ꝙ tales minores appellent̄ clerici, facit c. perlectis. 29 diſt. & c. cleros 21. diſt. facit etiam c. cū de temp. ord. cum ibi not. vbi apparet, ꝙ minores ordines de quib. loquuntur d. c. perlectis. & cleros. poſſunt ſimul dari, niſi conſtitutio repugnet, & dando duos, vt dictum eſt, clericus eſt, & gaudet priuilegio clericali, & ita de facto ſeruatur. Nec cogitur aſſumere alios, ſi non vult, & tamen non poteſt negari, quin clericus ſit, & ſubiectus eccleſiæ. Plus dico, quod clare probat gl. ſuper verbo, clericos. in c. non licet. extra de præben. quæ dicit hoc modo, appellatione etiam clericorum omnes in minoribus ordinib. continentur. 2. q. 1. c. de perſona. Non obſtat ꝙ opponitur, quod non incedit in habitu, & tonſura, vnde videtur obſtare c. ex parte, 3. de priuil. & exceſ. priuil. quia illud tollitur p c. ſi iudex laicus. de
2 ſent. exc. lib. 6. vbi clare habetur, ꝙ tali clerico † non inuento in habitu, & tonſura incumbit onus probandi, quod ſit clericus. Præterea donec fiat fides, ꝙ ſit clericus, iudicis officium conquieſcit, & talis cognitio ſpectat ad Archiepiſcopum, per d. c. ſi iudex, concordant etiā prędictis iura ciuilia, C. de Epiſc. & cler. auth. clericus, & auth. cauſa. & authen. ſtatutum. & ita obtinui de facto. Ita conſulo ego Dyn. Archidiac. Lucanus.

Sed quid econtra, ſi eſt in habitu clericali, & notorie reputatur clericus, qui de maleficio per ſecularem fuit condemna-
3 tus, an valet talis ſententia † aliter non probato clericatu? & dico ꝙ non valet ipſo iure quia interim habetur p clerico, & vt clericus debet reputari, de ſeruis exportan. l. moueor. & de ingen. & manu. l. fi. de offi. prętor. l. Barbarius. 8. q. 4. nonne. 16. q. 4. nolumus. extra, de ſent. exc. c. ſi iudex laicus. C. de libera. cauſa. l. ea quæ. C. de fabricen. l. ſi quis. lib. 11. accedat ad prædicta 11. q. 1. inolita. & c. placuit. ext. de fo. compet. c. ſi diligenti. Et ita conſulo ego Bartolus.

## *ARGVMENTVM.*

Acta, an per teſtes probentur.

*SVMMARIVM.*

1 *Acta cauſa, an probari poſſint per teſtes.*
2 *Scriptura licet ſit de ſubſtantia alicuius actus tamen ea perdita, actus probari poteſt per teſtes.*
3 *Sententia appellatione acta continentur, quia pars eſt eorum.*
4 *Acta, quando probari per ſcripturam debeant.*

## CONSILIVM. XXXIIII.

1 Quia vertitur dubiū, an acta cauſæ poſſint probari per teſtes: † idcirco dico, ꝙ mihi vr̄ caſus in l. emācipatione facta, cum gl. ſuper verbo, pſonis. C. de fide inſtru. & hoc tenet ibi Cy. hoc etiā tenet Iac. But. in d. l. emancipatione. & iſte eſt ibi ſummarius ſuus. Acta poſſunt probari per teſtes, hoc dicit in ſumma, immo plus dicit, vide-
2 licet ꝙ licet ſcriptura † ſit de ſubſtantia alicuius actus, ꝙ ſcriptura perdita, poteſt probari ille actus p teſtes, ita dicit Iac. But. in d. l. emancipatione, ꝙ autē acta probentur per teſtes, tenet expreſſe Spec. in tit. de teſt. §. 1. ver. & ſi aduocatus. hoc etiam tenent Hoſti. & Abb. & Tanere. allegant c. ſignificauerunt. extra de teſt. & c. cū dilectis, de elec. & de accuſ. cū dilecti. gl. eſt in c. cū a nobis. extra, de teſti. maxime in cauſa appellationis, vt ibi no. gl. & hoc ēt tenet in c. qm̄ contra falſam. extra de pbat. & vr̄ probari in tex. cum gl. in l. qm̄. C. de hæret. ff. de probat. l. quotiens. §. fi. ꝙ etiam probo talibus rationibus, appellatione
3 ſententię † acta ꝯtinētur, quia pars eorū eſt, vt l. in fraudem. §. neq; inſtrumenta. ff. de iure fiſci. vbi gl. ſuper verbo, acta, in fi. hoc ibi tenēt D. Bar. & Cy. in l. 2. C. vt lite pendēte. facit quod no. in d. c. qm̄ contra falſam. & in c. Albericus, extra de teſt. ſed clarū eſt, ꝙ ſnīa probatur per teſtes, & ibi ponit Inn. qualiter teſtis, qui deponit de ſnīa debet reddere cām ſui dicti, quia debet dicere ꝙ pñs fuit quando fuit lata ſententia, & eā legi audiuit, hoc ēt tenet Spec. in tit. de probat. §. videndū. ver. qd de except. ergo, &c. Non obſtat ꝙ dicitur acta debere probari p
4 ſcripturā, † vt no. Cy. C. de teſt. l. errore. de fide inſtr. l. emancipatione, per Inn. in c. qm̄ contra falſam. quia illud eſt intelligidum in actibus pertinentibus ad cognitionem negocii principalis, vt inde perueniatur ad ſnīam, quæ aliter probari non poſſunt, niſi per ſcripturam, niſi allegentur deperdita, vt no. Iacob. But. in d. l. emancipatione. & ibi plene per Doct. Bartolus.

# TRACTATVS
## DE PROCVRATORIBVS
### EIVSDEM BARTOLI,

*Ante hac in lucem non editus.*

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptio contra procuratorem, quando opponenda ſit. & nu. 2.*
3 *Exceptio falſi procuratoris, quandocunque opponi poteſt.*

## PRAELVDIA.

1 De Procuratore tractaturi ante oīa ſciendū eſt, ꝙ hęc exceptio † tanq̄ dilatoria opponēda eſt ante litem conteſtatā, & poteſt ēt opponi ante libellū, vt notatur C. de except. l. fi. quia cū obijcitur ꝯ perſonam nō pręſentē, quęrendū eſt primo de pſona. ff. de iu. codicil. l. quidā referunt. Vnde omiſſa in iudicio poſt litē conteſtatā obijci nō pōt. C. de pcur. l. itademū. ff. e. l. Pomponius. §. rati. C. de except. l. fi. Sed ſi fuit omiſſa ante litis conteſtatio-
2 nem, & ſaltem poſt obijciatur, † & in probando inſtat, punitur in hoc perſeuerans, vt C. de except. l. pe.

Prędicta tamen fallunt in duobus caſibus: Primus, quādo poſt litem conteſtatam interuenit pcurator. C. de cōſor. eiuſ. li. l. 2. Secundus eſt, quando eſt falſus procurator, quia tunc quantuncunque poſt ſententiam ſupra a 2. annos poteſt oppo-
3 ni, † C. de procur. l. licet. & notatur C. de iu. & fac. igno. l. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator falſus, quomodo dicatur.*
2 *Exceptio contra procuratorem eſt duplex.*
3 *Probatio habilitatis, uel inhabilitatis procuratoris cui incumbat.*

## QVAESTIO PRIMA.

1 Ex prędictis inſurgit quęſtio, nūne procurator † dr̄ falſus, qui nunq̄ habuit mandatū, vel habuit, ſed fuit reuocatū, ff. de ſolut. l. cū quis. §. 1. & de furt. l. falſus. §. falſus. quādocūq; ego dico, & oppono ꝙ pcurator eſt falſus, ergo ſemper vr̄ opponi poſſe, ēt poſt ſnīam, vt prædixi. Et licet aliqui contra ſentiant: tamen verius vr̄ ꝙ ſemper
2 poſſit opponi. cū. n. duplex ſit hęc exceptio procuratoris, † vna eſt, quod non eſt eius procurator. Alia, ꝙ non poteſt eſſe procurator, quę notantur ff. eo. l. qui procuratorē. §. j. prima omiſſa, ſecunda poteſt quandocunq; opponi: nā eo ipſo reddit iudiciū retro nullum. in d. l. licet. & nihil valet iudicium cōductū per tales procuratores. ff. de procur. l. in cauſæ. ver. certū. ergo ſemper poteſt opponi contra id, ꝙ eſt nullū, C. ſi ex. fal. inſtru. per totum. C. de falſ. l. querela. extra de except. c. cum venera-
3 bilis. vnde cū hæc probō † incumbat procuratori, ſeu domino eius, ſi ex facto illius agitur, prout notat Azo in ſumma huius tituli. Conſulo vt mandatum procuratoris reducatur in actis, vt ſemper conſtare poſſit de ipſo mandato per acta.

## *ARGVMENTVM*

Nunquid procurator generalis extendatur ad criminalia ex illa clauſula generali, ad omnes cauſas, &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator conſtitutus ad omnes cauſas, an admittatur in criminali.*
2 *Clauſula procuratorij, ad omnes cauſas, &c. non extenditur ad criminales.*

Procu-

Digitized by Google

4 *Procuratorium ad omnes cauſas, an comprehendat futuras.*
3 *Procurator datus ad agendum, intelligitur datus & ad defendendum.*

QVAESTIO II.

2 SEcundo quęro, * quid ſi pcurator ꝯſtituatur
1 gnalis † ad oẽs cauſas, nunqd admittaẽ in cauſis criminalibus? Dic, aut vult agere de cr e
ciuiliter, aut criãliter: ſi ciuiliter, admittitur.
poteſt.n.de oi crĩe agi ciuiliter. C.de falſ.l.damus. & l.fi. de pcur. tunc bene tanq̃ in ciuili
cauſa admittitur: ſed ſi criminaliter, minime admittitur, quia
2 illa cſa generalis, † ad omnes cauſas, & cęteras, non comprehendit cauſas criminales. ff. de procur. l.non ſolum. in fi. & l.
ſeq. C.de Epiſc.& cler.& in l.cũ clerici. notatur extra, de procur.c.qui ad agendum, in prin. lib.6.

## Additio Incerti Authoris.

a Sed an videantur datus ad pſites tm̃, an & ad futuras, † vide
3 Bar.in l.q hẽbat. §.ſi pupillus. ff.de tute.& in l.dãni. §.q vicinas.
de dã.infec.& Spec.in tit. de pcu. §.j. & §. rõne quoq; formæ.
Vnde aut iſta ꝯſtitutio continet Titius conſtitutus ꝯ Caium
in tali cauſa,& gnaliter ad oẽs cauſas, tunc intelligeretur contra Caium tm̃, & non contra alios, quia procurator ſimpliciter datus, quoad res non intelligitur quoad perſonas, & ideo
debet addi.& ꝯ aliã ǭlibet perſonam, & tunc & futuras com-
4 prehẽdit. hinc eſt, quod ſequitur, quod ſemper datus † ad agẽdum intelligitur, & ad defendendum, vt no. Bar. in d.l.qui habet. §.ſi pupillus. in fi. & vide Bar. in l.omnium. ff.de procur.

## ARGVMENTVM.

### An iudex admittat comparentem procuratorem nomine alicuius, ſi procurator non eſt.

SVMMARIVM.

1 *Actum, cum admiſſo, licet non eſſet procurator, an valeat.*
2 *Geſta cum admiſſo vti procuratore a iudice, vel a parte valent.*
3 *Reus abſoluitur ab inſtantia iudicij, quando petitio eſt inepta.*

QVAESTIO III.

TErtio quæro, alicuius pcurator cõparet, q non
eſt pcurator, vel eſſe nõ põt quẽ iudex admi-
1 ſit, q̃ritur nunquid ꝙ agitur valeat. † diſtingue
dupl'r, vt notatur ff.de dam. infec. l.inter, §.pe.
Primũ eſt, ipſe nõ eſt pcurator, & ratihabitio
eius non valet, vt dictũ eſt s.in prin. huius tit.
Secũdũ eſt, quia inhabilis pp perſonã probabiliter, vel pp militiã, vel pp ætatem, vel quia in dignitate, vel officio conſtitutus. Aut pp cauſæ conditionẽ, vt quia cauſa criminalis, vel minus lĩme conſtitutus, in quib. cauſis eſt repellendus de iure,
vt l. reum.& l.militem. C. de procur. & hoc caſu licet admitti
non debeat, ſi iudex ſeu aduerſarius eius admittat, valet ꝙ
2 cum eo agitur, † ff.de procur. l.filiusfamilias. §.fi.& l.qui procuratorẽ. §.ſi quis.& de adult. quamuis indubitati. & no. p Bern.
extra, de iudi.c.j.li.6.arg. C.de anna.except.l.ſi ex multis. Sufficit.n.ꝙ admiſſus fuit. ff.de ędilit.edic.l.quod ſi nolit. §. in factum. C.qui admitti ad bo.poſſ. l.bonorum. de iure deliber.l.
ſi infanti. §.fi. Nam & pater admiſſus ad querelã, cui non cõpetebat, põt in eã obtinere. ff.de inoffic.teſta.l.ſi maritus. §.ſi
quis. facit quod no.extra, de offic.& ptãte iud.deleg.c.cũ contingat.in gl.& no.quod non debet. Ex quo.n. aduerſarius ipſe
excuſationem admiſit in iudicio ex prima admonitione non
poteſt opponi, vt d.l.ſi procurator. §.ſi quis.& d.l.quamuis.
3 Alij cõtra, quia quãuis admittatur inepta petitio, † nihilominus abſoluitur reus ab inſtantia iudicij. ff. ſi mẽſ. fal. mo.
dixe.in l.1.extra, de iud.c. examinata. Sed ibi deficiebat actus,
& ideo primum verius.& facit infra eo.tit.in q.7.

## ARGVMENTVM.

### Vtrum expediat procuratori dicere, quod procuratorio nomine pro tali interuenit.

SVMMARIVM.

1 *Agens ſimpliciter, ſuo non alieno nomine agere dicitur.*

QVAESTIO IIII.

QVarto quęro, quid ſi aliquis pcurator ab aliquo ꝯſtitutus contrahit, vel agit, vel aliquid facit in iudicio, dicens, ego pcurator Titij facio, vel ago ſic & cętera, non tamẽ dicit, procuratorio noĩe pro tali
conſtitutus, nunquid ſufficiat, niſi prędicta verba adijciantur?
1 & primo v'r ꝙ non quia agendo ſimpl'r ſuo nomine vr̃ agere in dubio, l pe. ff.ſi quis cauti. Ecõtra quod ſufficiat, quia eo
ipſo ꝙ exprimit, dicendo, pcurator, ſatis eſt. ff.qui ſatiſd. cog.l.
ſciendũ. § tutor.ad idẽ ff. de adminiſtra. tut. l.cũ poſtea. §.1.&
quod notatur extra de reſcr.c.nonnulli. §.ſunt & alij.in glo.ſic
ergo, & cętera. Adde, ad eſſe rei de qua agitur, no.dicta verba.

## ARGVMENTVM.

### Vtrum valeat iudicium cum eo, qui non eſt procurator, ſi dominus habuit ratum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſuperueniens videtur antea geſta ratificare. & n.3.*
2 *Reum inuitum, & ignorantem quis defendere poteſt.*

QVAESTIO V.

QVinto quæro, quid ſi aliquis cõparet noĩe alicuius rei abſẽtis, dicens ſe procuratorẽ, cũ nõ
ſit procurator, & ſic eius noĩe interuenit defendendo, vel aliud agendo in iudicio, demũ
reus cuius noĩe interuenit in iudicio, ille cũdem ſuũ procuratorẽ conſtituit, nunquid illa quę cũ eo geſta ſunt, ſint cõfirmata per ſequens mãdatum.
1 Et primo v'r ꝙ ſic, † quia per mandatũ poſtea ſuperueniens videtur primo geſta per illũ ratificata. ff.de iud.l.licet.& q ſatiſd.
cog.l. Iulianus. Sed illa loquitur in actore, cuius iudiciũ actum
eſt per eũ, qui nullum habet mandatũ, quo caſu iudiciũ erat
nullũ ipſo iure. Ideo eſt ꝙ per ſequens mandatum v'r dñs rata
habere prius geſta, & iõ conualeſcunt, quę a principio nulla
ſunt in perſonã rei, quia iudiciũ actum cũ eo qui pro reo interuenit, erat aliquod ẽt circa mandatũ, quia ignorantẽ, & inui-
2 tum reũ † quis põt defendere, ff. de ſolut.l.ſolutionẽ. C.de procur.l. exigendi. & iõ interuentu noui mãdati non extendunt
ad ꝯfirmationem, ſm ius Digeſtorũ, quia aliquę erant, & confirmatione non egebãt, arg. ff.de leg.1.ſi q.fi.& l.talis ſcriptura.
Vnde interuentu noui mandati perſona eius mutata vr̃, ff.de
iud.l.ſolent aũt. ff.de excep.rei iud.l. ſi is. In actore autem non
poteſt dici mutata perſona, quia nulla erat vt dictum eſt.& de
hoc no.plene in d.l. Iulianus. ſed magis implicate, & obſcure,
& facit ad prædicta infra 2.q.proxima.
Ex prædictis ergo inſurgit talis q̃ſtio. Quidã ſine mandato
3 † agit, vt procurator alterius, & admiſſus fuit, accidit q' dñs
eũdẽ procuratorẽ ꝯſtituit tunc tpis, q'ñ egit vt procurator, ipſo iñ procuratore ignorãte, demũ poſt plures mẽſes fuit præſentatũ pcuratoriũ p̃dicto, & ipſe eã procurã recepit, modo
q̃ro, an acitata prius ſentiant, & recipiant valitudinem, & valeant.& primo nõ videtur curandũ de ignorantia pcuratoris
ff.ſi cert.pet.l.eius qui.in prin. E contra ꝙ non valeãt, qa procurator nõ erat, c.is q̃ in prin.de pcu.li.6.ext.de app.c. ſuper §.fin.

## ARGVMENTVM

### Quando quis offert ſe ad defenſionem alicuius abſentis, qui defendi non poſſit, ad quid teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Procurator pro abſente, quando admittatur vel non.*
2 *Defenſor ſuccumbens in lite exigitur.*
3 *Principalis an petente actore teneatur comparere ad reſpondendum.*
4 *Defenſor reputatur perſona domini.*
5 *Grauari quis non debet ex facto alterius.*
6 *Iurans præſumitur memor ſalutis æternæ.*

QVAESTIO VI.

SExto q̃ro, quis obtulit ſe defenſioni alicuius
1 abſentis, † quẽ ꝯſtat de iure defendi nõ poſſe,
nõ ſolũ ignorantẽ, ſed ẽt pñtẽ, & inuitũ. ff.de
ſolu.l.ſolutionẽ. C.de pcu.l.exigendi.& no. ff.
de negoc.geſt.l.liber. §.fi.ſicut ꝯſtituitur pcurator ex parte rei, actore inuito, & no. ff famil.
erciſc.l.planè. niſi in duob. caſibus exceptis, ſ.qñ dñs ſit melius veritatẽ, & qa legalior pſona & non ita rigoroſa, vt no. C.
de pcur.l.fi. ff.eo.l.ſi actor. Et talis defenſor liberat reũ, & abſẽtem, vt d.l. ſolutionẽ.& quidem ipſo iure, vt no. ff.de pcur.l.nõ
2 ſolũ. nam ſi defenſor † in lite ſuccũbat, ipſe defenſor exigitur,
& ꝯtra eum fit executio, cũ contra defenſum nulla ſit executio. ff de pcur.l.ſi procurator.in fi.p hoc.n.fiet quędã nouatio,
vt no.in d.l. non ſolum. Si vero defenſor obtineat, habet recurſum

Digitized by Google

lurſum ad defenſum per actionē negociorũ geſtorum ad oēs
iis expenſas, vt dictis ll. & no. ff. eo. l. qui ꝓprio. §. litis. Ex præ-
dictis ergo q̃ritur, quid ſi inchoato iudicio cũ defenſore, petit
actor ꝙ interrogetur reus defenſus de veritate ſuper certis in-
3 terrogationibus, verum dñs † rñdeat & iurare debeat, vt no.
C. de iuram. calũ. l. 2. §. ſi aũt abfuerit. & C. de ꝓcur. l. fi. ff. eo. l.
ſi actor. Et primo vr̃, ꝙ hoc caſu dñs nõ cogatur, quia iura pre-
dicta non loquũtur in ꝓcuratore a dño conſtituto: Sed in caſu
ꝓdicto ēt inuito dño fieri poteſt. Immo iudiciũ patrocinandũ
ēt natũ eſt in perſonā defenſoris, & in eo ſit executio, vt prædi
4 ctū defenſor † reputatur pſona dñi, ſicut ꝓcurator, immo ap-
pellatur a iure expromiſſor, quia ipſe principr̃ ꝓmittit abſẽte
reo, ſiue pñte, & ſe non obligante, vt no. ff. de reg. iur. l. in eo. la
2. §. nemo. ergo non dēt reus interrogari, q̃a non eſt ſua cā. ſed
5 defenſoris. Ideo ex facto alterius ꝑgrauari non dēt, C. de inoſ-
fic. teſta. l. ſi q̃s in ſua quia res inter alios acta, &c. ff. de except.
rei iud. l. x. Itē quia tā eſſet in ptāte actoris grauare defenſorē
in ſua rñſione, ꝙ eſſe non debet, arg. ff. de eo quod cer. lo. l. 1. §.
ſed ſi agant. Econtra vr̃, quod interrogari debeat quia melius
ſcit veritatē, ad quam inueniendam iudex laborat modis qui-
bus pōt, C. de eden. l. is apud quē. & rõnes ſupra allegatas ro-
duxi pro iſta parte. iō vr̃ verius vt interrogari dēat etiā nõ ob-
ſtante ꝙ defenſor ex hoc pōt grauari, quia non ex facto alte-
rius, ſed ꝓꝑ ſuam culpā grauatur, ſ. alterius defenſionem ſuſci-
piendo, arg. ff. de offic. proconſ. l. obſeruare. §. 2. alias de facili
poſſit ſuo iure priuari, ſi forte actor non hēbat prōptas proba-
tiones, niſi per confeſſionem rei. Item non obſtat, quod vide-
tur eſſe in poteſtate rei, &c. quia talis præſumptio tollitur per
6 † iuramentum, cum quis ſalutis æternæ immemor non præ-
ſumatur, C. ad leg. Iul. repet. l. fi.

## ARGVMENTVM

### Vtrum procurator, pro quo dominus non ſatiſdedit, audiatur ſatiſdare volendo.

SVMMARIVM.

1 *Procurator an admittatur pro domino, qui non ſatiſdedit.*
2 *Syndicus, vel procurator vniuerſitatis non tenetur ſatiſdare.*

### QVAESTIO VII.

1 SEptimo quæro, iure cauetur, ꝙ procurator rei
nõ eſt admittendus, † niſi cõſtet ꝙ dñs pro-
miſit & ſatiſdederit, cum oĩbus tribus clau-
ſulis, quæ ꝯtinentur in ſatiſdatione iudicatũ
ſolui, & iudicio ſiſti, vt Inſtit. de ſatiſdat. §. fin.
niſi talis ꝓcurator fuerit a dño apud acta cõ-
ſtitutus, ſiue extra iudiciũ, vt C. de ſatiſdat. l. fi. & C. de cõſort.
eiuſd lit. l. 2. alias repelletur ꝓcurator, vt d. l. 1. Quia nemo lit.
&c. vt l. in eo. §. 1. ff. de reg. iur. Nunquid ergo. ſi in ꝓcuratorio
ex parte rei ſit omiſſa dicta ſatiſdatio, ſit audiendus ꝓcurator,
ſi ſit paratus nunc ſatisfacere? & vr̃ ꝙ non quia eā preſtare de-
buit dñs, vt d. l. ſi vero. Sed dic quod ſufficit ſi eā preſtat dñs,
ſiue procurator nunc. Inſtit. de ſatiſd. §. pe. ff. de min. l. ꝙ ſi ſpe-
ciali. & notatur ff. de procur. l. non ſolũ. §. 1. Et ꝑdicta intelligē,
2 quod ſatiſdatio † a ſyndico, vel procuratore vniuerſitatis non
exigitur, vt notatur extra de procur. c. cũ in cunctis. §. in popu-
laribus. & Inſtit. de ſatiſd. §. ſin autem. C. de fun. dot. l. a. Nec cu-
rator bonis eum conſenſu creditoris datus. ff. rem rat hab. l.
actor. ſed forte in criminalibus ſecus, ff. de cuſt. reor. l. 1.

## ARGVMENTVM.

### An in cauſis criminalibus admittatur procurator.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non admittitur in criminalibus. & nu 2.*
3 *Procurator in criminalibus admittitur ad proponendum, & probandum exceptiones.*
4 *Exceptio declinatoria impedit iudicem procedere.*
5 *Procurator admittitur de iure canonico in crimine, in quo per viam exceptionis proceditur.*
6 *Procurator in criminalibus, quando interuenire poſſit.*
7 *Iuris ciuilis veritas per imaginē iuris ſtatutorũ obumbrari nõ debet*
8 *Crimen dicitur capitale, vel non ab effectu pœna.*
9 *Iuramentum de calumnia præſtatur ab interueniente pro alio.*
10 *Abſentiæ cauſa allegata, qualis eſſe debeat.*

### QVAESTIO VIII.

1 OCtauo quæro nunqd in criminalib. admittatr̃
procurator, ſiue ex parte actoris, ſiue rei? Et
primo vr̃ indiſtincte ꝙ non, † quia de crĩe pu-
blici iudicii, &c. ff. de publ. iud. l. 1. §. ad crimē.
Et idē ēt ſi ſit crimē priuatũ, vt C. de iniuriis
l. fi. tũ, ſ. q̃ñ pęna priuati crĩs cõtinet relegatio-
nē, vel vltra, vt notatur in d. §. ad crimen. ſed ſupradicta intelli-
go cum diſtinctione. Nā aut cauſæ ſunt veræ, aut nullæ, aut in-
iuſtæ, item aut agitur ad crimen ciuiliter, aut criminaliter. itē
aut interuenit ꝓcurator ad ꝓponendas cauſas cauſe, ſ. ad ple-
nā defenſionem, aut ad allegandũ cauſas abſentię, & eas ꝓpo-
nendas Primo caſu, ſ. q̃ñ ſunt vere crĩales, & ꝓcurator non ad-
mittitur, ſi eorũ pęnę continent relegationē, vel vltra, vt d. §.
publice. ff. an per al. cau. appel. l. 1. §. 1. & 2. Secundo caſu, ſ. q̃ñ
cauſę ſunt iuſtę, tunc admittitur ꝓcurator, extra de procur. c.
2 tuę, & de accuſ. & ſuper his. in fi. & ꝙ procurator † in crĩalibus
meris non admittatur maiorē penā continentibus, hoc verũ
eſt ad ꝓponēdũ cauſas cauſę, ſ. ad plene defendendũ reũ a crĩe
obiecto: ſed ad allegandũ cauſas abſñę, & cauſas ꝓponendas,
bene admittatur, vt d. §. publice. Item admittitur ꝓcurator in
proſecutione cauſę, ſ. ad culpā, vel articulos ꝓponendos, alias
ꝓducendos, & teſtes, vt notatur in d. §. ad crimen. Itē admittitr̃
3 procurator † ad excipiendũ, & ad exceptionē proponendum,
& probandũ, nõ dico excipiēdo vt excuſet reũ a crĩe obiecto,
ſed proponendo dilatorias, & oēs exceptiones, q̃ veniunt pro-
bandæ & examinandæ añ litē conteſtatam, & ſi excipiatur ꝙ
reus eſt alterius fori, vel ꝙ ꝯceptum nõ valet, vel q̃ñ iudex eſt
excõicatus, vel incompetens, & de his hmõi exceptionibus,
dic vt no. Inn. extra, de accuſ. c. veniens. in gl. habes ergo &c.
Nam hmõi exceptiones, quæ veniunt ante litē conteſtatam
proponendę, & ventilandæ non ſunt ad defendendum a crĩe
arg. eorũ, quę notantur. extra de litis ꝯteſt. c. 1. in Gl. defenſ. ro.
Dicunt Doc. ꝙ attendendus eſt procurator obiiciens excep-
tionem illā, ꝙ iſte de cuius defenſione agitur erat exbānitus,
ita reo licuit eũ offendere ex forma ſtatuti: quia licet quodam
modo videatur procurator defendere reũ plene a crĩe, probā-
do dictā exceptionem, ita ꝙ ea probata iudex condēnare nõ
poterit, ꝓꝑ beneficiũ dicti ſtatuti: Tñ nihilominus eſt audien-
dus, quia non agitur directo de delicto per eum cõmiſſo, ſed
4 agitur via declinatoria: † nā hoc probato iudex vltra ꝓcedere
non pōt, vt legitur & notatur C. de his, qui ad eccl. confu. l. 3.
& iō ante litē conteſtatā retractanda eſt C. de excep. l. fi. ff. de
procur. l. Pōponius. §. ratihabitionis. Itē ius canonicum indi-
5 ſtincte admittit procuratorem † in crĩe, in quo per viā excep-
tionis proceditur, vt extra de except. c. ſuper his. in fi. Defen-
ſor aũt, qui habet mandatum non admittitur ad hmõi cauſas
abſñtię, quę iure ſunt allegandæ, & proponendæ; ſed tñ cauſas
abſñtiæ, quę facti ſunt, poteſt allegare, & probare, vt no. Inn. in
d. c. veniens. in Gl. itē ſupradicta vera ſunt, ꝙ in crĩalibus pro-
6 curator † admittitur vbi poſſet abſñs quis damnari, vt puta ex
forma ſtatuti: quia tunc, ēt ſi ſit publicũ crimen, pōt in eo in-
teruenire ꝓcurator, ex quo pōt abſñs damnari, vt clare legitur
in d. §. publice. 2. rñ. & ideo ad excuſandũ, & defendendũ, vr̃ ꝓ-
curator admitti ratione prædicta, ergo pares ſunt in effectu
pęnę, quæ ſunt infra relegationem, & alię ēt quæcunq; maxi-
mę pœnę, ex quo per ſtatutũ pōt ferri ſñia in abſentē, vt ff. de
7 pęn. l. abſentem. licet arg. contra quia veritas † iuris ciuilis per
imaginem iuris ſtatutorum obumbrari non debet, ff. de lib. &
poſth. l. filia. Item etiam videtur quod procurator admittatur
in omni crĩe quantũcunq; publico, ſi de eo imponitur pecu-
niaria pęna, vt notatur in d. §. ad crimen. Vnde circa hoc vbi ꝑ
ſtatuta terrarum etiam pro homicidio pœna pecuniaria im-
ponitur, dicit Dy. quod agi, & defendi poteſt per procurato-
8 rem, † quia attēdimus effectum pœnæ, cuius rõne crimen dr̃
capitale vel non, vt ff. de pen. ꝙ ad ſtatum, & de bo. quę lib. l.
qui cum maior. §. fi. & intellige q̃ñ mera pęna pecuniaria im-
ponitur ſimplr̃. Si autem in ſtatuto adiiciatur, & ſi dicta pęna
infra talem terminũ non ſoluetur, corporaliter puniatur, for-
tè in manu, oculo, vel pede, ſeu aliqua perſonali pęna: tunc ſe-
cus, quia vel dies quod ſuccedit, & ideo non interuenit, &c. ff.
de act. & oblig. l. obligationũ fere. §. rei. ff. quādo dies leg. ced.
l. pe. In prędictis autē caſibus, in quibus admittitur procura-
tor, periti aſſeſſores talē cautelam ad repellendũ procurato-
res, & defenſores abſentiũ adhibeant. Nā propoſita exceptio-
ne per eos, petat aſſeſſor vt ſup ea de calumnia iurent, † ꝙ fieri

debet de iure. C. de iuramen. calum. l. 1. & dicat ſic, quia reus melius ſcit, & nouit veritatem, mando vt ipſe veniat ad iurandum. Et non admitto procuratorem, vt in Auth. principales, C. de procur. l. fi. C. de iuram. calum. l. 2. §. ſin autem. & ſic eũ repellet ſi principalis non veniet, licet in procuratore poſſet, quod non obſit, quod habeat mandatum ſpecialiter ad iurandum de calumnia, quod fieri poteſt de iure canonico, de iuramen. calum. c. fi. li. 6. Sed poteſt reſponderi, quod illud locũ habet, quando illud non obijcitur quod veniat principalis, qui melius informatus eſt de veritate, ſicut quando hoc petitur. Attende quoque in eo quod prædixi, quod poteſt cauſa
10 † abſentiæ allegari non intelligi de abſentia, quæ iniuſtam habet rationem. ff. de publ. iud. l. pe. in fi. & ideo voluntaria abſentia non præbet excuſationem, vt ibi notatur: ſed ſecundum Canoniſtas nõ diſtinguitur ſi fuerit cauſa iuſta vel ꝓbabilis, vt ff. de in integrum reſtit. l. fi. Nam ſufficit ſi ſit iuſta etiã ſi procuratorem relinquere potuit, vt no. 2. q. 5. c. biduum. & ext. de re iud. c. cum Bertoldus

## ARGVMENTVM.

Nunquid liceat exbannito litigare.

### SVMMARIVM.

1 *Hæreticus, & excommunicatus poſſunt in iudicio interuenire paſſiue.*
2 *Litibans cum hæretico, vel excommunicato, non dicitur cum eo participare.*
3 *Prohibitum directo, & per obliquum prohibitum videtur.*

### QVAESTIO IX.

NOno quæro, nunquid liceat exbannito litigare? Et quidem ex parte rei non videtur dubium: nam hæreticus,
1 † & quilibet excommunicatus poteſt in iudicio interuenire reſpondẽdo agẽtibus contra eos, C. de hæret. auth. credẽtes, alias credimus, extra de iudic. c. intelleximus, quia excommunicatio non tollit auxilium defenſionis in defendendo per ſe, & per procuratorem litigare, extra de exceptio. cap. venerabilem, & cap. dilecti, nec ideo
2 tunc videmur participare cum eis litigando, † vt notat Innocen. extra de reſcriptis, cap. excommunicato. & eo. tit. ca. 2. lib. 6. Ex parte autem actoris dubitatur, & primo videtur quod non, quia cum in ciuitate morari non poſſit, non debet admitti per obliquum, ſcilicet vt moretur per ſuum procurato-
3 rem, quod enim directo eſt prohibitum, † & per obliquum, ff. de vſufr. leg. l. 1. in prin. C. ſi emancip. ita fue. alienat. l. ſi. quod enim alicui in ſua perſona prohibetur, & per interpoſitam perſonam. C. quod metus cauſa. l. ſi per impreſſionem. de contrario iudicio. l. ita cauſa. de reg. iur. cap. quod alicui. lib. 6. Præterea qui aliquo iure vtitur ex perſona alterius, vti debet in ſua cauſa, & comes ſui actoris. ff. de acquiren. poſſeſſio. l. Pomponius. §. 1. l. vitia. ff. de acquir. rer. domi. l. traditione. quia ſucceſſor non debet eſſe melioris conditionis, quam author ſuus.

Laus Deo.

*Finis Conſiliorum, & Tractatus de Procuratoribus, nunc recens additorum, Domini Bartoli à Saxoferrato.*

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M. D. C. I I I.

# CONSILIA DECEM
## EIVSDEM BARTOLI,

Nouiſsime ex antiquis eius ſcriptis excerpta, quę peritorum iudicio approbata, ſummaque diligentia recognita, cum ad noſtras deuenerint manus, aliis tum antiquis, tum etiam vltimo loco à nobis additis eiuſdem conſilis, imprimenda curauimus, Summariis ſingulis præmiſsis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Hęredit as & ius adeundi, an ſit tranſmiſsibile.*
2 *Infans a n tranſmittat ad matrem hæreditatem non aditam.*
3 *Tutor poteſt ignorantiam pupilli ſupplere.*

### CONSILIVM XXXV.

TITIVS patruus infraſcriptorũ infantiũ deceſſit ſuperuiuentib. Caio & Seio nepotib. & in infantili ętate ↄſtitutis, & ſuperuiuēte tutore dictorũ nepotũ ſciēte mortem dicti domini Titij, & hẽditatē dicti dñi Titij fuiſſe ꝓ parte delatā dictis nepotib. cuius Titij hẽditas adita nō fuit. Poſtea deceſſit dictus tutor, demũ deceſſerũt iſti duo nepotes in infantili ætate, ſuperuiuente eis matre earũ, & a tpe mortis dicti Titij nō ſunt elapſi ſex mẽſes, modo q̃ritur, an dicti infantes trāſmiſerint ius adeũdi ipſam hẽditatem ad matrem eorũ vel ſaltē ius deliberādi, &c. Ego Bar. dico & ↄſulo. Super primo pũcto vidētur plura poſſe dici, qm̃ aliquis ex his pũctis eſt varie ruminatus p gl. & Doct. tam citramontanos q̃ vltramō-
1 tanos. ſ. nunquid hẽditas, † & ius adeundi ſit tranſmiſſum, & ꝓ prima parte vr̃ ꝙ hẽditas ſit trāſmiſſa, arg. eorũ quę no. de iis q ante aper. tab. l. j. c. vnica. gl. no. ergo. C. ad Orfic. l. 2. & l. ſi infanti. de iure deliberan. in glo. nunquid. Et ſi dicatur, quod ille gl. loquūtur in hæreditate paterna. Reſpon. quod verum eſt. Sed tñ vr̃ quod de hoc curandum non ſit, vtrum paterna, vel alia, ꝓbat ad literā tex. in l. ſi infanti. §. ſi vno &c. Attento eo, quod ibi dr̃, tutore agnoſcente. vel non, poſſunt adduci leges ꝓ hac parte. l. Lucius, ff. de iure fiſ. & l. 3. de iure deliberan. & l. q duos §. fina. & §. cum in bello. ff. de reb. dub. l. hæreditas. §. 1. ff. de caſtren. pecu. & l. ex militari. § fin. de milit. teſtam. quæ leges ſa-
2 tis probare videntur ius † adeundi poſſe trāſmitti ad matrem, licet gl. alicubi videātur inclinare in oppoſitũ, vr̃ tñ hanc partem poſſe defendi p iam dicta, & tanq̃ æquitati ↄſona. Super alio vero puncto. nunquid ius deliberādi videatur eſſe trāſmiſſum, dico quod ſic. & vr̃ probari per caſum l. cum in antiquioribus ver. & ſi quidem. C. de iure deliberan. & ibi, ideoque ſancimus &c. q quidē tex. &c. expreſſe ſimiliter videatur ꝯ. oppoſitũ ex quo tutore ſciēte infanti hẽditatē pupillo delatam, quia
3 tutor † poteſt ignorantiam pupilli ſupplere, qđ ius deliberādi infans tranſmittit in ſuũ hẽdem, & ſic ad matrē, vt l. potuit. C. de iure delibe. & C. q admit. ad bono. poſſ. bonorũ. Nec obſt. l. cũ in antiquorib. ver. & ſiqdē. dũ dicit ſciēs &c. q a ſatis vr̃ ſciēs infans &c. qñ ipſe tutor ſciebat, & cuius defectũ ſupplere poterat, hoc videtur qõnē effectualiter decidere poſſe, aliis ſuperfluis reſecatis, &c.

Et ita ēt dico & conſulo, ego Franciſcu Tigrini de Piſis, & ad maiorem fidem meum ſigillum appoſui conſuetum &c.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filius an hæreditatem patris non aditam tranſmittat & nu. 2.*
3 *Mater quomodo nõ ſuccedat filio ob tutorem ei non petitum, & curatorem ventri dari, poſt mortem mariti prægnans exiſtens.*

### CONSILIVM XXXVI.

RAynutius Titij ſuum fecit teſtamentum, quo inter cætera diſpoſuit ſic, videlicet, quo duabus ſuis filiabus Mitæ & Mittæ pro dotibus ſuis certam quãtitatem relinquit. ĩ oĩbus autem aliis ſuis bonis poſthumum, vel poſthumam naſcituram, ex ſua vxore, ſi maſculus fuerit ſibi hæredem vniuerſalē inſtituit, & ſi fœmina fuerit, vna cũ ſuis filiabus ſupradictis hæredem inſtituit. hoc acto, quod iſto caſu cadant a legato prius facto eiſdem, adiiciens, quod ſi aliqs, vel aliqua earum deceſſerit ſine liberis legitimis ex ſe deſcendentibus, ſuccedat vna vel vnus alteri. contingit, quod quidā poſthumus in pupillari ętate iam defuncta Mita eius ſorore, ſuꝑſtitibus Mitta eius ſorore carnali ſubſtituta, & matre dicti poſthumi: modo quæritur de hæreditate dicti poſthumi. In queſtione prædicta, ſi bene punctis propoſitis aduertatur, nihil ꝓponitur, vtrum p ſupradictum poſthumum fuerit hæreditas patris adita, vel non & iõ dicendum vr̃, ꝙ hæreditas patris nõ fuit adita. tunc ſunt opiniones inter Doct. Nam tenent qdam
1 quod filius † hæreditatem patris non aditam non traſmittat, & hoc tenet gloſ. in l. ſi infanti. C. de iure delib. & ſi dicta opin. eſt vera, tunc ſine dubio mater excluderetur. non. n. poteſt ſuccedere viro ſuo, niſi p mediam perſonam filiorum ſuorum, ſed ſi filij non ſucceſſerint. Ergo dicta Mita patri ſuo ſuccedit, excluſis omnibus aliis, vt C. de ſuis & legit. auth. in ſucceſſione. Alij vero tenent, qđ hæreditas patris non adita tranſmittatur,
2 † vt l. apud hoſtes. C. de ſuis & legis. his quoque duobus caſibus ſi teneremus opinionem iſtam, quod hæreditas non adita trāſmittatur, vel ſi ponamus hæreditatem eſſe aditam per dictum poſthumum, vel per alium eius nomine, tunc procedit quæſtio, & hic aduertēdum, quod ſi quidem mater maior 25. ann. petit tutorem nato, vel curatorem dari vētri, & in hoc negligens fuerit, quia forte pluribus menſibus poſt mortem
3 viri ſtetit prægnans, & nunc † non poteſt ſuccedere abſque dubio, vt l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertu. quod autem tutorem ſibi nõ petijt nõ põt imputari, vt ſi poſthumus natus eſſet viuo teſtatore, vel modice poſt mortem, nõ remanet dubium, an dicta ſubſtitutio infra tempora pubertatis contineat pupillarē directam vel non. multi alij Moderni Doct. ſunt in opinione contraria, quam tenet Ioan. And. hodie in capi. ſi pater. extra de teſta. lib. 6. in nouella. tamen ad propoſitum, ſi bene inſpiciatur, ſecundum omnes videtur dicendum, quod hoc caſu dicta ſubſtitutio ꝯ. tempora pubertatis ↄtineat pupillarem directā, quæ matrem excludat, quod apparet quia filij ſunt inuicem ſubſtituti, & ita tenet gl. in l. precibus. C. de impube. in vltima gl. & in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. & C. de inſti. & ſubſti. l. pater. Concluditur ergo, quod hic mater in toto excluditur, vt ſuccedat filia ſuperuiuens &c. & ita ego Barto. dico & conſulo, ſic fore de iure dicendum, &c.

### *SVMMARIVM.*

1 *Compromiſſum ubi eſt in plures, omnes pronunciare debēt.*
2 *Arbitri duo ex tribus præſente tertio iudicare debent.*
3 *Arbiter qui tulit ſententiam nullam, non poteſt iterum iudicare.*
4 *Sententia ſecunda referens, primam, videtur tenorem primæ in ſe continere.*
5 *Sententia in qua vnus iudex abſoluit, & alius condemnat, eſt ipſa iure nulla.*
6 *Voluntatem ſuam quis in dubio, adaptare dicitur ad ea, quæ iure fieri poſſunt.*
7 *Verba abſoluimus, & condemnamus, ad ſententias referuntur.*
8 *Verba ſe habentia ad modum ſi ſequantur dictum ſub conditione, dicitur modus, non conditio.*



Digitized by Google

## CONSILIVM XXXVII.

SVper quæſtione, quæ in dubium reuocatur, an
lauda vel ſententiæ, ſi lauda ſeu ſententiæ di-
ci poſſint lata ſeu latæ per Lauren. & per Io-
an. arbitros & arbitratores electos inter ſer C.
ex vna parte, & B. ex altera parte ſint aliqua, vt
de iure valeãt, an vero ſint nulla. Item, an lau-
dum latum ſeu ſententia per dictum Laurentium ſolum præ-
ſente dicto Io-n. ſit aliquid vel aliqua, an nulla & nullum, &
quid iuris. Viſis dictis laudis vel ſententijs, videtur eſſe de iure
dicendum, dicta lauda ſeu ſentẽtias eſſe nulla & nullas. Et pri-
mo, eo quod lata fuerunt per L. ſolum. & eſt ratio multiplex,
quæ me mouet ad hoc dicendum. Nam certum eſt, quod cũ
1 ſit † compromiſſum in plures, omnes pronunciare debent,
nam in dubio actũ videtur, & intelligi debet, vt omnes ſimul
iudicent, vt ff. de arb. l. non diſtinguemus. §. cum in plures, cũ
glo. quæ incipit, ſimul &c. Sed prima ſentẽtia fuit lata per La-
urentium ſolum, ergo non valet, attamen hoc fallit vbi eſſet
2 compromiſſum in tres, quia tunc maior pars † præſente tertio
bene iudicare poteſt, vt ff. de arbi. l. ſi in tres, & extra eo. c. vlt.
lib. 6. Et ſi dicatur ſolum ſua ſententia lata per Lauren. & Ioã.
valere debet. Reſpondeo quod non eſt verũ, & eſt ratio, quia
quando arbiter tulit ſententiam, & eſt nulla, arbiter non po-
3 teſt iterato iudicare, † Et ita no. in l. quid tamen. in prin. ſuper
gloſ. de quibuſdam &c. ff. de arbi. & ita not. per mod. in l. ſi vt
proponis. C. quomodo & quando iudex. Sed ſentẽtia lata per
Laur. ſolum fuit nulla, vt ſuperius eſt probatum. Præterea po
ſito quod vterque, Ioan. & Laur. potuiſſent ſimul primo pro
nunciare, etiã dicta ſententia eſt nulla. & ratio eſt, quia dictus
Laur. dixit ſe non recedere ab eo quod primo pronũciauerat
in primã pronunciatione, & prima pronunciatio fuit abſolu-
toria, & ſic cum in ſententia lata per Laur. cum Io. Lauren. ſe
4 refert ad aliam primam ſententiam, ergo tenor † illius ſentẽ-
tię primę videtur inſertus ĩ poſtrema ſentẽtia, vt l. hęc ſentẽtia.
C. de ſenten. quæ ſine certa quanti. & l. an pretor. & l. in ſuam
ff. de re iud. Ex quo ſequitur, quod Laur. videtur abſoluere, &
Ioan. videtur condemnare. Et lex dicit, vbi vnus arbiter iudi-
cat abſoluendo, & alius condemnando, ſententia ipſo iure nõ
5 valet, † vt probatur in l. diem proferre. §. ſi plures, in glo. ſuper
verbo, diuerſas. ff. de arbi. Nec obſtant mihi verba poſita in cõ
promiſſo, dum dicitur, quod ex nunc emologant, approbant
& confirmant & ratificant omne laudum & ſententiam &c.
ferendum per dictos arbitros, quia illa verba debent intelligi
& referri, dummodo laudum de iure valeret, & nec haberet
vitium nullitatis. & ratio quæ me mouet eſt, quia iura dicũt
quod in dubio quis voluntatem quam reperiit adaptat &
adaptare præſumitur ſolum ad ea quæ de iure fieri poſſunt,
6 † vt l. libertus, in fi. ff. ad munici. & C. de mune. & ho. non con
tinu. inter pa. & fi. l. j. lib. 10. Sed lauda ſeu ſententiæ per illum
modum lata de iure non valuerunt, ergo ad illud non adapta-
uerunt voluntatem & intentionem ſuam, & ſi dicatur, licet
de iure poſſint dici ſententiæ nullæ per dictos arbitros latæ,
attamen videtur quod de iure valere debeant ea quæ per ar-
bitros prædictos ſunt mandata, & dicta, quaſi vt lauda ſeu cõ-
poſitiones & arbitramenta. Ad illud reſpondeo, & primo,
quod videtur iſtud non poſſe dici nec obijci, quia vt ſupra pro
batum eſt, actum videtur quod ſimul debeant laudare ſeu
componere, ſicut & arbitri pronunciare, vt dicta l. non diſtin-
guemus. §. cum in plures, cum glo. ſimul &c. nec video ratio
nem diuerſitatis inter arbitratores & arbitros. Pręterea cõſtat
ꝙ iuriſperiti conſilium elegerunt, & ipſum per omnia ſunt ſe-
cuti, licet Lauren. fecerit proteſtationem, de qua ſupra. Ergo
manifeſte concluditur, quod prout arbitri pronunciauerunt,
& de iure pronunciare voluerint, & non vt arbitratores, vel
7 compoſitores. Pręterea verba † abſoluimus, & verba condem
namus, ad ſententias referuntur, vt ff. de iudi. l. in ſumma, & l.
infra de verbo. ſigni. l. pronunciatio, cum ibi not. & in Spe. de
ſententiæ prolat. §. vt in authent. ver. in nomine domini, in fi.
Nec obſt. ſi dicatur, quod in pronunciatione dictorum arbi-
trorum dicitur, pro bono pacis & concordiæ & cęt. quia ſen-
tentia iudicis nedum arbitri, profertur pro bono pacis & cõ-
cordiæ partium, & ideo nihil eſt dictum, nec valet obiectio.
Præterea ſi dicatur ꝙ in pronunciatione ipſorum eſt verbum
componere, laudare, tranſigere &c. & ſic videntur ad arbitra-
menta ſe referre, ad hoc Reſpondeo & primo, quod ex ſupe-
rioribus ſit probatum quod per formam iuris elegerũt, & il-
la verba nihil important, arg. eius quod dicimus ex l. Meuia,
circa medium. ff. de manu. teſtamen. vbi quod quamuis dicã
8 ſub conditione tali & cęt. † ſi tamen illa verba quæ ſubſequũ-
tur ſe habent ad modum &c. & non ad conditionem, dicitur
eſſe modus, & non conditio, & ſic inquiunt in propoſito ca-
ſu, videtur pronunciatio arbitrorum, & non laudum. Præte-
rea poſito ſine præiudicio, quod dicta per iſtos arbitros debe-
rent cenſeri eſſe laudum & arbitramentum, attamen idẽ di-
co quod nihilominus eſſent ipſo iure nulla tãquam repugnã-
tiam in ſe habentia, vt ſuperius eſt probatum, cum vnus videa
tur abſoluiſſe, & alius condemnaſſe. Ex quibus omnibus ego
concludo prædicta pronunciata & laudata eſſe nulla, & nul-
lius valoris. Et ita dico & conſulo ego Franciſcus Tig. de Pi-
ſis, ſaluo cõſilio ſaniori. & idem quod ſupraſcriptum eſt, quod
dictum laudum non valet propter repugnantiam quam in ſe
continet, vt ſuperius eſt expreſſum, dico & conſulo Ego Bar-
tolus de Saxoferrato, legum Doctor, & ad fidem me ſubſcrip
ſi & ſigillum meum apponi feci.

### SVMMARIVM.

1 *Contractu ſoluto nulla competit actio.*
2 *Obligationes inualidæ, nec officio iudicis, nec legis poteſtate firmantur.*
3 *Pactum liberatorium, vel de non petendo, tollit obligationem etiam naturalem ipſo iure.*
4 *Guarentigia recipit ſolutionem ſubſtantiæ contractus.*
5 *Acceptilatio vicem ſolutionis obtinet.*

## CONSILIVM XXXVIII.

STatuto cauetur, quod non admittatur aliqua
exceptio contra inſtrumentum guaren. Ego
non poſſum aliquam dictarum excep. oppo-
nere, quia non habeo, ſed poſſum dicere rẽ
quam dare promiſi deſiiſſe eſſe in rerum
natura ſine culpa mei promiſſoris. Quæritur
an poſſim opponere, dic quod ſic. Nec obſt. dictum ſtatutũ
ijs rationibus, quia qua ratione inducitur ſolutio exceptionis,
eadẽ ratione inducitur peremptionis ſiue rei peremptæ, quia
per quamlibet iſtarum eſt peremptus contractus ipſo iure. Itẽ
ea exceptio non eſt actionis tuæ excluſio, quia nullam actio-
1 nem habes, ex quo ſolutus eſt contractus, † vt l. verborũ obli.
ff. de ſolu. Sed eſt excluſio tuæ intentionis, & dicitur exceptio
potius facti quam iuris, ex quo nulla competit actori actio, vt
l. j. ff. de excep. Nec enim per ſtatutum firmatur obligatio quę
2 nulla eſt. Nam obligationes † quæ carent viribus, nec officio
iudicis nec l. poteſtate firmãtur, vt l. obligat. ff. de actio. & obli.
Et prædicta poſſunt habere locum etiam in inſtrumentis ſoc-
cidarum. Quid de excep. pacti liberatorij, vel de non petendo?
dic quod poſſint opponi, cum per tale pactum tollatur obliga
3 tio † etiam naturalis ipſo iure, adeo quod nulla remanet actio
ipſo iure, vt l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolut. vbi parificatur ſo
lutio hoc pacto liberatorio, & optime facit. l. Marcellus. ff. de
re. iur. & hoc modo omnem ſimilem exceptionem dimittã,
quę ſimili ratione vel æquitate nitatur, in eo quod dixi rei per-
emptæ, prædictæ exceptiones & debitorem liberari, cauene
præceſſerit mora debitoris, & an ſit debitor ſpeciei, vel gene-
ris, & an agatur perſonali, vel reali, circa quæ diſtingue, vt l. o-
te, ſi cert. peta. & l. vtique, & l. item ſi verberatum. ff. de rei ve.
4 immo plus dico, quod capitulum † guaren. recipit excep. ſolu-
tionis ſubſtantiæ contractus, quia omnis exceptio, per quam,
dico contractum diſſolutum, debet admitti per dictum ſtatu-
5 tum, & ad prædicta facit, quod dicitur, acceptilatio † vicem
ſolutionis obtinet, vt l. nõ ſolum. in princ. ff. de acceptil. & qui
præſcribit ſimilis eſt ſoluenti, vt l. ſi pupillus. in fi. ff. de admi-
ni. tuto. & l. ſolut. ff. de verbo. ſigni. Optime decidit q. l. ſi ſe nõ
obtulit. §. ſoluiſſe. ff. de re iudi. & l. ſolutio. & l. prout quiſque.
ff. de ſolu. Bar.

## CONSILIVM XXXIX.

QVæritur, an authen. in cauſa. C. de lib. præte. lo-
cum habeat in prætertione materna, & gl.
tenet quod ſic in corpore vnde ſumitur in §.
aliud quoque capitulum, & not. in l. filio pre-
terito, de iniuſto teſtamẽto. Veritas eſt quod
habet locum tam in paterna quam in mater
na, vt probat tex. in corpore vnde ſumitur. Et ſic tenet Cy. &
pater meus Iaco. But. in l. precibus. Bartol. de Saxoferrato.

### SVMMARIVM.

1 *Procuratorem eſſe, & non agere procuratorio nomine, ſimul ſtare poteſt.*
2 *Tutor agens ſi non exprimat, tutorio nomine, nomine proprio agere videtur.*
3 *Faciens aliquid ſub nomine appellatiuo ſi ſit, inſpicitur nomen proprium præcedens, non appellatiuum ſubſequens.*

CON-

Digitized by Google

## CONSILIVM XL.

SVper hoc puncto, an ſufficiat, ſi dicam, ego talis procurator Titij ago, niſi dicam procuratorio nomine. & primo arguitur quod non ſufficit, facit l. actorem. C. de procur. Nam bene ſtat ſimul quod ſit procurator, non tamen ag procurato
1 rio nomine, † & ita vidi iam determinari per Cy. & pro hoc l. iure mariti. C. de adc. & quod ibi not. Sed crederem contra, quia primo eſt gloſſ. expreſſa. ff. de procur. l. quacunque, & extra de reſcrip. cap. nulli. in gl. ſic ergo & cæt. Sed ego video, quod ſi dico, ego talis tutor Titij ago, videor tutorio nomine agere. vt not. per glo. in l. ſciendum. §. tuc. ff. qui ſatiſda. cogan. Et hoc quando dicitur, ego talis tutor. Si vero dicat, ego Martinus de tali loco, & curator Titij, tu videtur ſuo proprio nomine agere, propter copulam, vt ff. de adminiſtratio. tuto. l. eum poſt. §. primo, & quod ibi no. per Dyn. ff. ad præmiſſa diſtinctio. l. penultimę, & quod ibi no. ff. ſi quis cau. l. poſt mortem. §. 2. ff. quando ex fac. tuto. & quod ibi per Dy. quod vi-
2 deatur proprio † nomine agere ſi non exprimat tutorio nomine, facit l. 3. §. ſed & ſi quid. ind. ſol. quod intellige in caſu dic. per præallegata, & non ſint ibi contraria, vt l. pro hærede. princi. ff. de acquirend. hæredi. & l. cum filius. ff. de in rem ve. vbi res ipſius principaliter agatur ipſo geſtu. vt nota in dic. l. poſt mortem, quando ex facto tu. per Dynũ, & per Iacobum Are.
3 Sed dominus Rayn. dicit, quod vbi aliquis † aliquid fit ſub nomine appellatiuo, inſpicitur proprium nomen præcedens non appellatiuum ſequens, vt l. ſi ſeruus communis. de ſtipu ſuo. & l. cum ita datur, in fine. ff. de condi. inde. & quod ibi no. per gloſſ. ſed ego dico, quod prædicta argumenta procedunt, vtroque modo poteſt valere. Ita not. Gail. in l. ſi vnus, §. fin. de pact. Sed in propoſito caſu nõ valeret, niſi nomine domingo &c. Et iſtud dictum allegabatur, vbi ſententia lata quæ tranſit in rem iudi. poſſit executioni mandari tempore feriato in fo, vt not. per eum in decre. 2. quæſtio. prima, ſicut ſine iudicię. quam nolumus condemnari: Ita quæ iuſte diffinita ſunt. la, patimur excuſatione differri. Et ita aſſerit Innocent. teſte extra de iudic. capitu. fina. & ad hoc induxit capitu. ad aurę poen. & quod nota. per Ioan. Andrea in præallega. cap. fina. ę. di. lex enim, illud ſolũ prohibet, ne quis cogatur venire in iudicio ad litigandum, vt ff. de ferijs l. prima. Sed in executione ſententiæ non eſt litigium, ergo &c. Et ita dico & conſulo ego Bartol. de Saxoferrato.

## SVMMARIVM.

1 † Fratribus quando competat ſucceſſio in bonis fratris decedentis ab teſtato.
2 Frater vterinus frater eſt, ac ſi eſſet ex vtroque latere coniunctus.
3 Statuto non diſtinguente, nec nos diſtinguere debemus.
4 Statutum loquens ſimpliciter de fratre, non videtur ſentire de vterino.
5 Statuti menti adhærere debemus.
6 Agnati præferuntur cognatis in ſucceſſionibus.

## CONSILIVM XLI.

VIſo puncto, ſine dubio videtur ſecũdum dictum Ciarfalglam ad hæreditatem Collegucij inuitari, & hoc probatur, quia in ſucceſſionibus † ab inteſtato, cum ceſſat line aſcendentium,
1 & deſcendentium, prima cauſa ſucceſſionis eſt fratrum defuncti, ex vtroque, vel ex altero latere coniunctorum, cum quibus pariter in ſtirpem filij alterius fratris præmortui inuitantur. C. de legi. hæred. auten. ceſſante, & authen. poſt fratres procul pulſis omnibus alij agnatis vel cognatis in gradu remotiori poſitis ſola naturali cauſa inſpecta, & ſublata omni alia differentia agnationis vel cognitionis & ſexus, Cum igitur dictus Ciarfalgla de iure commui ad ſucceſſionem ſui fratris vterini inuitetur, remotis quibuſcumque qui in gradu remotiori ſunt, in dicta authen. poſt fratres, non eſt ſibi auferenda dicta ſucceſſio, niſi ſtatutum auferat. Quo aut ſtatutum non auferat, imo eidem concedat, euidenter oſtenditur: Nam primo ſtatutum prætulit agnatos, ſicut & antiquitus per l. xij. tabul. fuit inductum, & media introduxit iuris prudentia, maſculos agnatos præferri, cui ſic placet, & commodis viſum fuit, puta conſtituit vt hæreditates morientium ad agnatos maſculos agnatos confluerent, vt Inſtitu. de legit. agna. ſucceſ. in prin. coniuncto §. ſi quis id quod. ideo ita conſtitutum erat, & in agnatione prolis cognatorum etiam proximiorum excluſi ita tres fœminas voluit contineri, ſcilicet ſororem carnalem, & filiam fratris carnalis, & amitam perſonæ defunctæ, cum non ſuperſit aliquis eius frater carnalis, & legitimus & naturalis, ſiue nepos legitimus & naturalis natus ex fratre carnali quondam talis defunctæ perſonæ. Cum igitur hic Collegucij ſuperſit dictus Ciarfalgla eius frater quondam carnalis, apparet quod etiam ex forma dicti ſtatuti ſibi talis defert ſucceſſio, & amitæ ſibi exclu-
2 duntur: Nam & frater vterinus frater eſt, † ac ſi eſſet conſanguineus, vel ex latere vtroque coniunctus, licet vno tantum vinculo, ſcilicet cognat. alligatus, vt dicta authentica. poſt fratres, & in corp. de conſang. & vteri. fratri. illi enim agnati vocantur, qui per lineam maſculinam coniunguntur, qui vero per fœmininam cognati nuncupantur, vt in dicta Inſtitu. de legit. agna. ſucceſ. cum ergo ſtatutum non diſtinguat inter conſanguineum, & vterinum fratrem, & vterque ſit frater, vt dixi, ad ſucceſſionem prædictam ipſe videtur inuitari, quia ex quo ſtatutum non diſtinguit inter conſanguineum & vterinum fratrem, & vterque ſit frater, vt dixi, ad ſucceſſionem prædictam ipſe videtur
3 inuitari, quia ex quo † ſtatutum non diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere. ff. de pube. l. de pretio. & maxime quando ſtatutum non ſuſtinetur, ſed ſimpliciter intellectum iuri communi concordat, ad quam concordantiam, cum ſimpliciter loquitur, communio eſt reducendum, cum talis reductio eſt poſſibilis, vt C. de nox. l. ſi ſerui noſtri. per Innocen. extra de conſuetu. cum dilectus, & de reſcrip. cum cauſam. Contrarium de iure videtur eſſe verum, & hoc oſtenditur ſic. Statutum prædictum, vt dixi, in ſuccedendo prætulit ordinem agnatorum maſculorum, non fœmininarum agnatarum, niſi ſint aut ſorores, aut nepotes ex fratre carnali, aut amitæ, & eas in vno caſu tantummodo prætulit, ſcilicet cum ſupereſt defunctus frater carnalis aut fratris prædicti filius, & licet de iure communi frater vterinus fra-
4 ter ſit, † tamen de tali fratre ſtatutum prædictum non loquitur ſeu ſenſit, ideo ad fratrem conſanguineum ſe retulit, & hoc probatur, quia ſupradictum ſtatutum loquendo de fratre carnali, & nepote filio fratris. de conſanguineo ſimiliter intellexit, §. præterea volumus, vbi dicitur, quod & filius alterius fratris in reſiduo. vnde ſenſit de fratre conſanguineo, non enim prætuliſſet ſtatutum fratrem vterinum, aut filium fratris vterini illi, cui luctuoſa filij defertur perturbatio, vt l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtamen. non enim inter cognatos dictum ſtatutum poſuit ordinem prælationis, ſed tantum inter lineam agnatorum, quam, prædilexit, & lineam cognatorum, quia ad ſucceſſionem in defectum agnatorum vocauit, quia igitur hæc
5 eſt mens fraterna & intentio † ſtatuti, ipſi adhærere debemus. de lib. & poſthum. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, igitur & ſi ex ſententia legis negl exc. & cęte. & C. de legi. l. non dubium. Nunquam enim figura verborum potentior certo ſenſu exiſtit. C. de liber. præte. l. ſi quis filium. Hic autem ſenſus ex præcedentibus colligitur. ff. de lega. primo. ſi ſeruus plurium. §. fina. & ex præfationibus quandoque. ff. de orig. iur. l. prima. & quod iſte fuerit ſenſus & intentio ſtatuti, probo euidenter per argum. ductum ab abſurdo. Si enim aliud diceremus, & traheremus ſtatutum prædictum ad fratrem vterinum, cum dictum ſtatutum in qualibet parte ſui prædilexit prolem agnatorum, & dictæ prolis fauore emanauit, non autem fauore cognatorum, hic fauor in læſionem agnatorum aliquotiens redundaret, ſed vbi ex fratre mortuo ſuperuenit vterinus: frater & ſoror conſanguinea tantum, vel etiam ex vtroque latere coniuncta, & excluderetur, quæ eſt agnata tantum, vel agnata, & cognata ſimul, ipſe autem frater vterinus ad ſucceſſionem admitteretur, quod eſt directo contra mentem ſtatuti prædicti, ſic magna abſurditas ſequeretur. primo, quia plus fauere-r cognato quam agnato, cuius contrarium fuit de expreſ- ſtamentium intentione. Nec mirum, quia & prætor, ne-m ius l. xij. tabul. & media iuris prudentia in ſuccedendo -nibus cognatis † prætulit ordinem agnatorum. ff. ſi tabul. te-nul. exta. l. prima. in princip. Magna enim ratio pro agna-o. facit, per quos familiaris dignitas conſeruatur, vt ff. -ent. inſpicien. l. prim. §. antepenultimo. Ibi, publice enim -eſt, facit quod nota. Cyn. de adult. l. prima. Sed abſurditas quod frater vterinus cognatis tantum præferretur con-o vtroque vinculo, cognationis ſcilicet, & agnationis, quod -uã auditum vel relatum fuit, vt nota. in dicto titulo. de -nguin. & vte. fratri, Ex quibus concludo quod di- ſtatutum, in verſicu. ſi & inquantum &c. loquens de fra-mali, ad conſanguineum fratrem retulit, non autem -inum. & ideo eum dictæ amitæ includantur in numer-atorum excludentium cognatos, dico dictas amitas -tam ſucceſſionem ab inteſtato vocari, excluſo fratre

vterino prorſus. Adde de hoc puncto caſum, Inſtitutio. de le giti, agnato, tute. poſt princip. & ibi vide quicquid dicat Bartolus.

*SVMMARIVM.*

1 *Banna ſufficit eſſe publice nota, vt quis de receptatione puniatur,*
2 *Vniuerſitas vt delinquat in faciendo, quid exigatur.*
3 *Teſtium pro dicto non præſumitur quo ad ſolennitatem.*
4 *Iuris quæ ſunt non probantur, niſi teſtes ſpecifice deponant tale factum ex quo illud eliciatur.*
5 *Vniuerſitas niſi fuerit legitime congregata, non poteſt delinquere, nec contrahere, nec ſe obligare.*
6 *Vniuerſitas vt ſcire fingatur, quid requiratur.*
7 *Teſtes deponentes de publica ſcientia, debēt reddere rationem per ſenſum corporis.*
8 *Lex noua, ubi tradit formam alia lege non præfixam, ſequenda eſt.*
9 *Omiſſio legis & formæ impedit diſpoſitionem legalem, nedum in actu pœnali, ſed etiam in fauorabili.*
10 *Bannitus nemo præſumitur.*
11 *Probatio adaptatur, ad quod adaptatur ſenſus corporis, per quem teſtis deponit.*
12 *Dictum teſtis dubium in facto non probat.*
13 *Teſtis debet ſpecifice per cauſas ſingulares deponere, non implicite, & confuſe id, quod habet plurimum iuris, & in artificio iuris conſiſtit.*
14 *Ignorantia præſumitur in his, quæ in vitio viſibili conſiſtunt & puniri non debet.*

## CONSILIVM XLII.

SVper puncto quo quæritur, nunquid formata inquiſitione contra conſilium, commune & vniuerſitatem vnius caſtri, ſequi poſſit condemnatio, vel abſolutio. & videtur primo quod ſequi debeat condemnatio, quia receptatio probata eſt per teſtes deponentes de viſu. Scientia etiam videtur probata per teſtes deponentes. quia dicunt quod banna erant publice nota, & hoc videtur ſufficere,
1 † vt l. prima. ff. de recepta. facit cap. primum. extra de poſtula. prælato. Nam talis quiſque præſumitur qualis communiter reputatur, vt l. moueor. C. de ſeruis expor. & extra de probatio. per tuas. In contrarium facit, quod ſolennia non ſunt probata patet. Nam
2 ad hoc vt vniuerſitas delinquat † in faciendo, exigitur quod ad ſonum tubæ vel campanæ vel alio modo conſueto ſe congreget, & deliberato & communicato conſilio ad delinquendum procedat. & ſic ſolemnitas requiritur in delicto vniuerſitatis, vt l. aliud §. refertur. ff. de regulis iuris, & l. metum, §. animaduertendum. ff. quod metus cau. At iſtud non eſt probatum per te-
3 ſtes, nec † præſumitur pro dicto teſtium quo ad ſolemnitatem; vt l. prima. C. de vſuris, ſufficit quod implicite dixit, quod commune, conſilium, & vniuerſitas receptauit, quia hoc non poteſt eſſe niſi ſeruata forma prædicta, quæ eſt iuris, & ea
4 † quæ ſunt iuris non probantur niſi teſtes ſpecifice deponant tale factum, ex quo illud eliciatur, vt nota. Innocen. in cap. cum cauſam, extra de teſti. vniuerſitas enim vicem perſonæ habet, vt l. mortuo. ff. de fideiuſ. Quando autem eſt legitime congrega-
5 ta, & alias non poteſt † delinquere nec contrahere nec obligare, vt l. fina. C. de legat. libr. 10. C. de vendi. rerum ad ciui. l. fina. Solutio probatur, quia non eſt probata ſcientia, quod vniuer-
6 ſitas ſciret, nam ad hoc vt vniuerſitas † ſcire fingatur, oportet quod notificatum ſit ſibi in conſilio, vel arrenga, nec ſufficit ſingularis ſcientia hominum de ciuitate, ſi non eſt in forma vniuerſitatis, vt nota. ff. de regul. iuris. l. non poteſt dolo carere vel ſaltem regimina ciuitatis, vel terræ debent ſcire, vt l. prim ff. de liber. vniuerſa. ſed nil eſt probatum quod includat ſcientiam, quæ intra bannum exhibitum fiat, nec idem voce præconia publicatum, vt ff. de pœn. l. ſi quis inficiatus, & extra de ele-
7 cto. cap. cauſam. in clemen. Tertio probatur, quia † teſtes qui dicunt de publica ſcientia. non reddunt rationem per ſenſum corporis ſicut debent, vt ff. de teſta. l. ſermo, nec dicunt de publica ſcientia, ſed priuata, ſi bene inſpiciatur. Quarto conſtitutione domini Egidij fuit data certa forma nouæ legis, a qua non eſt recedendum, vt ff. de adul. l. denunciaſſe. hoc etiam intitatum eſt, ſed non probatum; igitur &c, vt ff. de inſtitu. l. habebat. Ad hoc optime facit l. nequid in princ. ff. de incendi.
8 & nau. Item vbi lex † noua tradit formam alia l. non præfixam, ſequenda eſt lex noua, vt nota. ff. de iuſtitu. & iure. l. ius ciue. & omiſſio legis & formæ, nedum in actu pœnali, ſed etiam in
9 actu fauorabili, impedit † diſpoſitionem legalem, vt l. quicopiæ, §. Hauius ff. de verborum obligatione. Ex quibus detur concluſio non eſſe probata probanda ſuper dictis teſtium. Si autem produceerent banna & inſtrumenta bannorum facta de dicta communitate accuſata, tunc bene eſſet communitas in caſu condemnationis. ſed ſi aliud non probant inſtrumenta contra quod teſtes prædicti dixerunt, eſt in caſu abſolutionis, quia nec in forma vniuerſitatis probatur receptaſſe, nec vt vniuerſitas ſciuiſſe, nec monita nec certificata fuit, vt l. prima. ff. de actione.
10 emptio. nam nemo præſumitur bannitus, † vt ff. de probatio. l. ſi a parte. ſcientia Titij & Seij, & plurium ſingulorũ, & non vniuerſalis. de iud. l. ſi plures. & maxime pacem indulgeri, quæ pa tremo actu vincitur, vt ff. de recept. l. fina. & ſi dicatur quod conſilium receptauit tanquam talem, ergo ſciuit talem: dico
11 quod adaptatur probatio, † ad quod adaptatur ſenſus coporis, per quem teſtis deponit. Sed viſus proprie ſumptus de quo teſtis deponit, non eſt talis ſenſus per quem habeat notitiam talem, vt talis. Præterea non dicit teſtis de quo conſilio, & ſi plurimi conſilia in tali comitatu, non ſufficit quodlibet cõſilium habuit auctoritatem obligandi etiam per viam delicti, vt
12 ff. de giſti. conuen. l. prima. §. primo & dubium dictum † teſtis facto non probat, vt extra de proba. capit. in præſentia, & ſi dicatur quod teſtes dicunt quod fuit receptatus per communitatem vniuerſitatis, & ſe vidiſſe, dico quod plus dicere debuerunt, ſcilicet ſpecificare, quomodo ſciunt quod vniuerſitas hoc fecit vt vniuerſitas, quia aliter habetur ſcientia quod ſciat vniuerſitas, aliter quod Titius & Seius conſenſerint, non tamen caſtro. Nam ubi id quod debet probari habet pluri-
13 mi iuris, & in artificio iuris cõſiſtit, † teſtis debet ſpecifice per cauſas ſingulares deponere, non implicite & confuſe, vt nota. Innoc. in capit. cum cauſam de teſti. quia poſſet teſtis decipi in eo quod iuris eſt, alias eſſet magis iudex quam teſtis. Item eſſe bannitum & non bannitum pro vt eſt qualitas corpori inhærens non cõſiſtit in vitio viſibili, ſed inuiſibili, vt C. de edic. diui Adria.
14 tolle. l. 2. igitur præſumitur ignorantia, † quæ puniri non debet, vt quicunque. C. de ſer. fugi. l. generali. C. de tabula. lib. xij. & l. fi. de decre. ab ord. facien. & hoc videtur mihi Bartol. de Saxoferrato de iure verum, ſalua ſemper veritate.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum penale contra iniuriantem aduocatum vel procuratorem nõ habet locum in duobus aduocatis ſe inuicem iniuriantibus.*
2 *Reus propter mendacium non grauatur onere probandi.*
3 *Error & credulitas non debet contra errantem, & credentem ad ſuum damnum allegari.*
4 *Confeſſus & teſtibus ſuperatus, non auditur appellans.*
5 *Qualitas alterans delictum debet in inquiſitione deduci.*
6 *Metus probatur iuramento.*

## CONSILIVM. XLIII.

SVper quæſtione mihi tranſmiſſa, conſulo quod pronunctietis, magiſtrum Ioannem magiſtri Ry. male fuiſſe & iniuſte condemnatum, in 4. lib. per dominum Mathæum Poteſtatem Viterbij, cum in 3. libris tantum debuerit condemnari, & ad dictam quantitatem dictam ſententiam reducatis. hoc autem debere fieri de iure probatur ex forma ſtatuti ciuitatis Viterbij: Quo cauetur, quod priuilegiati ſe inuicem offendentes dicto vel facto puniantur pœna contenta in ſtatuto contra popularem ſe offendentem. Item ex forma alterius ſtatuti poſiti ſub forma de verbis iniurioſis, vbi pro quolibet verbo iniurioſo eſt pœna 20. libr. Nec ratione duplicat. poteſt excedere ſummam 100. librarum. ex cuius ſtatuti forma debuit condemnari in 300. libris duplicata pœna, quia coram officiali tam cum vterque tam iniurians, quam iniuriatus fuerit pro-
1 curator, & ſic perſona priuilegiata, non eſt locus ſtatuto, † quo cauetur quod pro quolibet verbo iniurioſo dicto contra aduocatum vel procuratorem ſit pęna 100 librarum Sed eſt locus dictę penæ, quæ eſt inter populares. procurator enim offenſus priuilegiatus non vtitur priuilegio ſuo contra alium procuratorem ſimili priuilegio priuilegiatum, & in ſimili collegio conſtitutum ex forma ſtatuti. & in multis caſibus conſonat ius commune, vt l. adminiſtrant. §. fina. ff. de excu. & l. ſed & milites. circa princ. Et facit ad hoc verum. ff. de minor. Præterea apparet iſtum fuiſſe de collegio procuratorum, ex poſitionibus per eum factis, & reſponſionibus ſuis ad eas. Non obſt. quod allegatur in contrarium, quod dictus ſer Ioan. negauit dictum ſer Angelum fuiſſe procuratorem, & ſic videtur quod non poſſit dici vterque eorum priuilegiatus, & veniat contra reſponſionem ſuam, vt in authen. contra qui propriam. C. de non nume. pecun. Quia ad hoc reſpondetur

ſpondetur pluribus modis, primo, quia illud non eſt, enim regu
lariter in reo excipiente ſeu ſe defendente, vbicunque illud repe
ritur eſſe caſus ſpecialis ſeu ſingularis. Ita tenet glo. in l. nemo
ex iis. ff. de regulis iuris. in princip. At caſus noſter non reperitur
inter exceptuatos, igitur. Secundo modo poteſt reſpondere, quia
2 propter mendacium reus † non grauatur in onere probandi, vt
l. cum de indebito. ff. de proba. & dicta authen. contra qui pro-
priam. hic autem reus hoc probat, ſcilicet illum ſer Angelum
fuiſſe procuratorem, ſcilicet ex dictis teſtium examinatorum
contra eum, quibus eis licet vti, vt iura vulgaria dicunt. Tertio
modo reſpõdetur, quòd poſito quòd dictus magiſter Io. ignoraverit dictum ſer Ioannem-Angeli fuiſſe procuratorem, iſte
3 ſuus error † & dicta ſua credulitas non debet allegari contra cũ
ad ſuum damnum, ſed debet condemnari ſecundum veritatem, vt l. inter omnes. §. recte. ff. de fur. & in §. placuit. Inſt. de obl.
quæ ex delic. naſ. facit l. genero. de iis qui not. infa. Non obſt.
quod ſecundo allegatur in contrarium, videlicet quòd dictus
4 magiſter Io. fuit confeſſus, † & etiam teſtibus ſuperatus, igitur
non auditur appellans, vt l. 2. C. quorum appellat. tanquam maleficium non fuerit commiſſum, ſed bene poteſt appellare ab
iniquitate iudicis excedentis in condemnando modum, & ultra
modum, vt no. in ſimili in l. qua pena. ff. de verbor. ſignifi. Præterea hic non fuit confeſſus maleficium, ſed negauit ſe dixiſſe nun-
quam contra procuratorem, & ſic negauit talem qualitatem,
5 † propter quam alteratur delictum, & noua actio ex alteratione
reſultaret ab ea quæ fuit in inquiſitione deducta, vt l. pretor. §o.
ff. quod vi aut clam. & l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adult.
Non ob. quod tertio obiicitur, quod appellatio non fuit interpo-
ſita coram iudice a quo, & quod non eſt probatum quod in
metu. Nam veritas eſt, ꝙ probatum eſt per teſtes, quod talis po-
teſtas, & eius officialis conſueuerunt inferre metus & iniurias
appellantibus, vt no. in l. metum. C. quod met. cauſa. Præterea pro-
6 batum eſt, quod iuramentum † debet hoc caſu ſufficere. Ita vi-
detur expreſſum in iis terminis extra de reſcrip. c. ſtatutum. §. in
iis qui ppe. lib. 6. Ex iis itaque puto reſponſum ad omnia iura du-
bia, quæ circa hoc allegari poſſent. Et ita dico & cõſulo ego Bar.
de Saxoferrato legum Doctor.

## SVMMARIVM

1 *Conuentus non tenetur venire, vbi non eſt iudex.*
2 *Iudice recuſato, eius iuriſdictio eſt ſuſpenſa.*
3 *Appellatio & recuſatio iudicis æquiparantur.*
4 *Exceptione declinatoria vel dilatoria propoſita, an liceat reo recedere.*
5 *Iudex recuſatus non poteſt iuriſdictionem ſuſpenſam exercere.*
6 *Iuriſdictionem non habere, vel habere talem cuius exercitium impeditur paria ſunt.*
7 *Suſpicio iudicis allegata ſufficit de iure ciuili, nec eget probatione.*
8 *Iudex nullo modo tenetur ſtare coram iudice ſuſpecto in iudicio capitali.*

## CONSILIVM XLIII.

QVod recuſatio excuſet a pena, arguitur, quia recuſatus non eſt iudex, & vbi recuſatus non eſt,
non tenetur conuentus ſtare in iudicio, vel venire,
& quòd recuſatus non ſit iudex allegatur capit.
iudex, de offic. deleg. libro 6. vbi non eſt iudex, conuentus † nec tenetur venire, vt l. ex
1 quacunque. cum gloſſ. ſua, in fine. ff. ſi quis in ius voc. non
ie. & l. arbiter. ff. de arbitr. Tamen aliqui ad hoc dicunt, quod
primum dictum non videtur verum: nam licet propoſita ſit
recuſatio, non propterea dicitur recuſatum iudicium, vel iu-
riſdictionem non habere. Notant enim Doct. quod iudi-
2 ce recuſato, iuriſdictio † recuſati eſt ſuſpenſa ita intelligi-
tur in multis cap. & maxime, quia exceptione appellationis in-
terpoſita iuriſdictio eius a quo appellatur ſuſpenſa dicitur, vt in
cap. ſi a iudice de appel. lib. 6. & appellatio & recuſatio æquipa-
3 rantur † vt nota. per Doct. in l. apertiſſimi. C. de iudic. Præterea
plus eſt opponere incompetẽtiam iudicis ex defectu iuriſdictio-
nis, quam opponere recuſationem, vel saltem paria ſunt, ita pro-
batur per ca. inter mon. extra de iudi. At in propoſito, talis incõ-
petentia iudicis & c. poteſt ne opponi per conuentum proponen-
tem talem excep. non habere talẽ iuriſdictionẽ, abſit donec vt ſu-
pra ea pronunciaretur. Ita nota expreſſe per eum in l. ex quacun
que. in princip. text. & gloſſ. & tunc debet talem exceptio. propo
nere, excuſatione & ſtare vſquequo decidatur, an ille ſit iudex
vel non, vt idem nota. in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. & vtrum
propoſita exceptione declinatoria, vel alia dilatoria liceret reo
4 † recedere de iudicio, vel loco iudicii, & ſe excuſare, & talis ex-
cuſat. euaderet pœnam quæ ſibi imponeretur ſi non ſtaret. de
hoc videtur caſus expreſſus, qui directe loquitur in caſu præſen-
ti in l. prima. C. vt omnes tam ciuita. quam mili. maxime in uer.
nec ullam. Ad ſecundum, videlicet quod non tenetur veni-
re conuentus, vbi non eſt iudex, per l. argumen. poteſt reſponde-
ri pluribus modis, & maxime per ſupradicta. Item quia a-
liud eſt ſtare per iudicem, vt quia decedat: ut l. prima. §. dies. ff.
quando appel. ſit. & per l. ſed ſi per prætorem. Aliud eſt ſta-
re per partem vel propoſita per eum, vt dicta l. ex quacunque
cauſa. Præterea an ſit iudex vel non recuſa. poteſt per cap. cum
ſpeciali. de appel. ex euentu eius apparebit, vt ibi, ad quod pen-
det non pro eo ac ſi eſſet, vt in regula iuris, damnum. §. primo.
cum ſimili. & ſic non poteſt dici quod per talem recuſationem
ſimplicem & non probatam illum recuſatum iudicem non eſſe.
Ad cõtraria dici poteſt, iis modis: nam negatur quod iudex recu-
ſatus ex cauſa ante pronunciat. iuriſdictionem non habeat, quia
habet eam, non tamen liberam, ſed ſuſpenſam, & dicitur, quod
5 pendente exceptione ſuſpenſionis (alias ſuſpicionis,) iudex † recu
ſatus non poteſt talem iuriſdictionem ſuſpenſam exercere. Vn-
de quantum ad exercitium iuriſdictionis verum eſt, recuſatum
iudicem procedere non poſſe, niſi in uno caſu ſolo, vt cogere poſ
ſit arbitros cognoſcentes dictam ſuſpicionem, ad ſe concor-
dandum vel tertium eligendum, vt in cap. legitima, de appel. li.
6. Non autem vt procedat in cauſa principali, vt eſt expreſ-
ſum in ca. ſuſpicione. de offi. & po. iudi. dele. Et quia paria ſunt
6 nõ habere iuriſdictionem, vel habere talem † cuius exercitium
prohibetur, vt l. 3. ff. de iudic. ſicut eſt in iudice excommunica-
to, qui non poteſt iuriſdictionem exercere, vt cap. probandum.
de re iud. Non ob. l. quæ pro caſu allegatur, C. ut omnes tam
ciui. quam mili. quia ibi iudex non erat impeditus procedere.
mihi videtur quod optime ſit reſponſum. Poteſt & aliter re-
ſponderi, quod illa iura ſint canonica, & ſunt ſeruanda in ter-
7 ritorio eccleſiæ: at de iure ciuili eo ipſo, quod ſuſpicio † alle-
gatur ſufficit, nec eget probatione, vt l. apertiſſimi. C. de iud. &
no. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. & hoc per Doct. nec põt ordi-
narius procedere ſine adiuncto, vt in Authen. ſi vero contigerit.
C. de iudic. & in cor. vnde ſumitur. ſed cauſa talis eſt de terris ec-
cleſiæ, ciuitatis Caſtelli eſt de terris Imperii, nec recognoſcit in
temporalib. ſuperiorem. igitur. Præterea non eſt dubium, ꝙ ap-
pellando potuiſſet recedere nõ obſtan. aliqua obligatione, qua
tenetur ſtare illi iudicio, vt l. fin. C. qui ſatiſ. cog. & extra de appel.
c. ad hoc. at in caſu noſtro non erat ſuperior ad quem poſſet ap
pellari ab illo: igitur cum copiam ſuperioris non haberet, potue-
rat ſua auctoritate recedere, vt l. nulli. C. de iudi. & quod ibi not.
8 Præterea quando quis eſt ſuſpectus ex † cauſa capitali, nullo mo
do tenetur ſtare, vt in c. paſtoralis. de re iud. & quod ibi no. Præte-
rea in caſu, quo quis non habet facultatem appellandi, ſi rece-
dat liberatur a pœna ope exceptionis, vt l. non diſtinguemus. §.
cum quidam. ff. de arbi. Et ſic mihi videtur de iure dicendum,
ſalua ſemper veritate.

Bartol. de Saxoferrato.

Conſiliorum Bartoli nouiſſimè additorum Finis.

# INVENTARII FORMA.

*HAEC eſt forma Inuentarij, quam mihi Bartolo tradidit Iac. Bu. Doctor meus, in ſcriptis, & dixit fuiſſe quinque Doc. ad confirmandam eam. In Chriſti nomine Amen, Anno Domini M.CCCLXX. Domina Conceßia filia olim Domini Petri hæres cum beneficio Inuentarij dicti domini Petri, ut apparet de apprehenſione dictæ hæreditatis facta per eam die ultima menſis Februarij proxime præteriti, & ſcripta manu ſer Petri & Franciſci Notarij, conſtituta in præſentia Domini Michaelis iudice & aſſeſſore ad banchum Poteſtatis Bononiæ, volens facere Inuentarium, & commodo & beneficio Inuentarij gaudere, adhibita præſentia in forma trium teſtium, fide dignorum, & idoneas facultates poßidentium, & aſſerentium ac affirmantium ſic cognoſcere dictam Dominam Conceßiam, & cognouiſſe dictum Dominum Petrum eius patrem, loco, vice & nomine omnium & ſingulorum creditorum legatariorum abſentium ſolennibus requiſitionibus omnium ipſorum ad hoc factis ſpecialiter, ut apparet de ijs omnibus acquiſitione ſcriptis manu ſer Ioannis nunc Notary dicti iudicis ad banchum Poteſtatis, & etiam ſolemni inquiſitione omnium bonorum & iurium dicti Domini Petri decedentis ab inteſtato hæreditatis ipſius uerbo nunquam potuit: poſtquam ipſa hæreditate adita infra legitimum tempus, præmiſſo uenerabili ſigno crucis † ſcriptum & factum manu dictæ Dominæ hæredis, præſente me Notario & teſtibus infraſcriptis, dicto Domino Iudice Inuentarium de ſingulis bonis & rebus ipſius domini Petri defuncti & dictæ hæreditatis in hunc modum facere procurauit. In primis dicit ſe inueniſſe in bonis dicti Domini & dictæ hæreditatis infraſcriptis bona mobilia in primo duos tinacios de neponibus. Item dixit & aßeruit dicta domina hæres grauatam eſſe & teneri ad infraſcripta debita & legata relicta per dictum Dom. Pet. in ſuo teſtamento ſeu codicillo ſcripto manu talis Notarij, præſentibus infraſcriptis perſonis, in primis & cæt. Aſſerens & proteſtans dicta domina in dicta hæreditate inueniſſe dicta bona, ut ſupra dixi, & nulla alia, & quod ſi aliqua alia bona inueniet, uel ſcita, & tam debita quam credita in præſenti inuentario adijciet, iubens & mandans dicto ſer Petro Notario, cum ipſa neſciat ſcribere & neſciat, quod ſe ſubſcribat, & ſubſcriptum faciat pro eadem habere ad maiorem fidei firmitatem & robur dicti inuentarij, ſecundum quod exiſtit forma iuris, præſentibus infraſcriptis teſtibus cognoſcentibus dictam Dominam Conceſſiam hæredem ſpecialiter, qualiter ipſa ſignificat res, bona & iura ut ſcriptum eſt inueniſſe in dicta hæreditate, & nulla alia & quod aliqua non celauit, et quod aliqua malignitate nullæ res remanent penes eam. Ego Petrus olim Franciſ. Imperiali auctoritate notarius de mandato dictæ Dominæ Conceßiæ, iſtud ſcripſi et me ſubſcripſi, Amen. Bartolus de Saxoferrato ſecundum formam compoſitam a Iac. But. quæ eſt menti tenenda.*

---

## CAPITA HORVM POSTREMORVM

Decem Conſiliorum Bartoli.


Quæritur, an auth. ex cauſa. pag. 207
Qd recuſatio excuſet a pœna, allegatur, q̀a recuſatu. eo.
Raynutius Titii ſuum fecit teſtamentum. 208
Statuto cauetur, quod non admittatur aliqua exceptio. eod.
Super hoc puncto, an ſufficiat, ſi dicam. 209
Super puncto quo quæritur, nunquid formata inquiſitione: 209
Super qõne mihi tranſmiſſa conſulo & pronũcio. 210
Super quæſtione, quæ in dubium reuocatur. eod.
Titius patruus infraſcriptorum infantium. 211
Viſo puncto ſine dubio uidetur dicendum. eod.




Digitized by Google